6 j̃.de pœnis tue,& accedit.C.de ſpor.l.ij.C.vbi ſenatoreſ.l. fi.†Qui ſi depoſitus.iij.pars.Excõicari.i.ſuſpendi,vt differat a ſequenti mẽbro vbi dicit anathematis. Alias verbo excõicationis maior excommunicatio continetur.j̃. de ſen. excom.ſi quem.ſm B.Sed cum iam depoſitus ſit a quo ſuſpendetur? Et ideo dic excõicari ſine ſolennitate,anathematiſari cum ſolennitate. xj.q.iij.debent. Vel dic ſm.d.n.excommunicari minori excommunicatione p quam quis ſeparetur a ſacramentis eccleſię & non a communione hominum. Anathematis, ſ. maioris excõmunicationis.j̃.de cle.ex.mi.ſi celebrat. Sic etiam vſurarius anteq̃ excommunicetur maiori videtur excõicandus minori.j̃.de vſuris, quia in om-
7 nibus.Debet,& eſt iſte ſecundus gradus pęnę infligendæ.† Anathematis,& eſt iſtæ tertius gradus pęnę infligendæ.Mucrone,epiſcopali.xvj.q.ii.viſis.Nemo enim poteſt excommunicare cum illa ſolennitate.xj.q.iij.debent,niſi epiſcopus, quo mucrone Deus iratus percutit animas peccatorum.j̃.de rebus eccle.non ali.ſi qs præſbyterorum,Poſtmodum,ver.Contempſerit,omnia ſupradicta & ſpecialiter anathema.Iuxta illud Prouer.xviij.a Impius cũ in profundum peccatorum veniet contemnet. Cũ eccleſia,ſubaudi omne remedium quod potuerit ad correctionem ipſius adhibuerit & non profecerit. Et nõ habeat vltra quid faciat,ex hoc no.expreſſum ꝙ nullo modo eſt vtendum temporali gladio,niſi præmiſſo ſpirituali. Tunc enim demum recurrendum eſt ad ſecularem poteſtatem quando eccleſia proficere non poteſt & nõ habet vltra quid faciet,vt hic,& j̃.de hære. excommunicamus.§.j.& de homici.poſtulaſti.j̃.de cle. ex mi c.ij. cum ſuis cõcor.Nec dicas aliud in iudice ſeculari:nam & ipſe & gladius ſuus pars eccleſiæ ſunt. Vnde ſi ſane vult procedere primo recurret ad gladium ſpiritualem anteq̃ & ipſæ vtatur ſuo, vt no. in ſumma de treuga,& pa.§. quid ſit iuſtum bellum.in fi. Perditio plurimorũ, Per malum exemplum.j̃. de ſta.mo.ea quæ,§.j.in fi.vbi de hoc, vel etiam plurimos damnificando: mutilando: vel occidendo,ff. de offi.præſi.congruit. Vnde ſic prouidendum eſt ne aliis quoq; exicio.i.deſtructioni,ſiue periculo mortis ſit. Exitium enim idẽ eſt quod mors,& declinatur exitiũ exitij, & dicitur ab exeo exis, & hoc eſt quod legitur.ff.de offi.præſi. diuus. ad fi. Et de talibus debet reddi ius,ſiue iuſtitia fieri etiam diebus quadrageſimalibus
8 & paſchalibus.C.de fer,prouinciarum,Per ſæcularem. †Iſte ergo eſt quartus gradus pęnę infligendæ. Comprimendus,ad requiſitionem eccleſiæ.j̃.de cleri.ex c.ij.in fi.Siue per traditionem ipſius, & non aliter,pro quo etiam intercedere debet eccleſia, ne mors infligatur.j̃.de ver.ſig.nouimus.§.j.ver.fi.poteſtas tamen faciet in
9 de quod ei videbitur expedire,vt no.j̃.e.c.ĩ fi.Poteſtatem. No.†er-
a go quatuor gradus[a] per quos proceditur contra clericum delinquentem.Primo enim deponitur.s̃.§.j.in fi.Secundo excommunicatur minori.i.a ſacramentis eccleſiæ remouetur. Tertio anathematizatur.i.a communione hominum excluditur.s̃.e.§.rñ.j. Quarto & vltimo ſeculari poteſtati traditur.i.exponitur vt hic,ſi. lxxxj.diſt.dictum iij.q.iiij.clericus.xj.q.j. ſi quis ſacerdotum.s̃.e.at ſi clerici.& hoc verum eſt quando pęna incipit a crimine quod inducit ſuſpenſionem,ſeu depoſitionem,quia ſi inducit ſuſpẽſionem primo ſuſpenditur,& ſi ſuſpẽſus corrigitur bene eſt:alioqn deponitur.j̃.de vi.& ho.cleri.vt clericorum.§.ſi quis igitur,& poſtea proceditur ſicut hic habetur.Sin autem inducat depoſitionẽ
10 ſtatim deponitur,& ſi † corrigibilis apparuerit non amplius contra ipſum procedetur,vt s̃.eo. at ſi clerici.imo ei ab eccleſia prouidetur.l.di.ſtudeat.j̃.de penis tuæ.Si vero incorrigibilis fuerit ſeruatur quod hic dicitur.Vt tamen in gradu in quo corrigibilis apparuerit ibi ſiſtas,ver.gra.ſuſpenſus eſt & penitet.Non vltra procedas,vt s̃.no.Non penitet,& ideo deponitur.Depoſitus eſt & penitet,non excõicabitur. Non penitet anathematizabitur.Penitet, per ſæcularem poteſtatem non comprimetur.Nullo modo peni
11 tet,imo omnino incorrigibilis † apparet[b]. Cum ergo nõ vltra ha-
b beat quod faciat quod hic dicitur obſeruatur,& ſic poſſunt intelligi illa c.iij.q.iiij.clericus.xj.q.j. ſi quis ſacerdotum. Licet quædã intelligant illa ſpecialiter in cauſa epiſcoporum propter enormitatem delicti & excellentiam perſonarum,& ſic etiam videntur loqui.Poſſunt tamẽ intelligi de incorrigibilibus ſicut & illa.xvij. diſt.nec licuit.xj.q.j.petimus.xxiij.q.v.de liguribus, & hoc teneas regulariter.Fallit tamẽ in illis caſibus in quibus depoſitus ſtatim traditur curię ſæculari,vt no.s̃.eo.at ſi clerici.in fi.Vbi vero pęna incipit a contumacia.Primo ſuſpenditur. Secundo creſcente cõtumacia excommunicatur.Tertio deponitur. Quarto poteſt iti traditur ſæculari.Et hunc ordinem reſpiciunt ca.quæ fuerũt pro & contra hic ſignata.xxiij.q.iiij.forte.xxiij. diſtinc. quorundam. lxxiiij.diſt.in.honoratus.j̃.vt lite non conteſta. quoniam. §. fi.Ita ꝙ ver.Ei.ſ.depoſito & incorrigibili.Deputetur exiliũ.q.d. eccleſia intercedere debet vt citra mortem puniatur.j̃.ne cleri.vel mona. ſententiam.j̃.de verbo.ſignifica.nouimus.§.j.ver.fi.& no.s̃.eo.ſuper verbo comprimendus. Vel alia pœna.q.d. quantumcunque intercedat eccleſia ſæcularis poteſtas inde faciet quod ſibi videbitur faciendum ſufficit enim ꝙ pœna legitima infligatur.¦Inferatur,alias feriatur.

ADDITIONES.

a ¶Nota quatuor gradus per quos proceditur contra clericum delinquẽtem.Et adde generaliter qualiter ſit in criminibus procedendum.do.Hẽri.hic in ij.di.

b ¶Incorrigibilis apparet. Adde qualiter deprehendetur corrigibilitas & incorrigibilitas.do.Ab.hic in pe.col.poſt do.Antho.

*SVMMARIVM*

1 *Mors omnia ſoluit.*
2 *Violentia realis concomitatur ſingularem ſucceſſorem.*
3 *Perſonale non coucomitatur, niſi uniuerſalem ſucceſſorem.*
4 *Proſecutio litis in hæredibus tranſit de perſona in perſonam.*
5 *Accuſator deſiſtens, crimen impunitum non debet relinqui.*
6 *Sententia nunquam executioni mandanda niſi parte citata.*

C. XI.

QVia V. Occupaſſe. Et ita. P. impetrauit contra Guillermum.Defunctus eſt,& ſic quantum ad ipſum. V. expirauit reſcriptum & iudicium eſt extinctum,vt in concor.ſig.j̃. ſuper verbo ſi viue-
1 ret ver.ſi contra.† Et quia mors omnia ſoluit. in Auth.de nup.§. deinceps.coll.iiij.Et R.eam.ſ.eccleſiam.Ingreſſus, forſan auctoritate ordinarij,& ſic eam iuſte poſſidet.s̃.de cleri.peregri.ca.fi.j̃.de inſti.c.iij.ff.de acquiren.poſſeſ.iuſte poſſidet. Præcipimus.q d.reſcriptum expirauerat,vt s̃.de reſcrip.ſignificauit,ſed nos volumus ꝙ auctoritate ipſius procedatur contra ipſum.R.quæ ſucceſſit,& ita ex hoc ſecundo apoſtolico præcepto primum reſcriptum ꝙ
a expirauerat ſumit vires[a] & ſic intellexit Gof. & vtiq; ſatis bene. Hoc eim innuit ſignificatio iſtius verbi quando dicit præcipim⁹, & non reſpondemus.Simile.s̃.de offi.del. cum. R.canonicus,vbi de hoc.& ſecundum hunc intellectum nullum contrarium recipit decre.Vt ſecundum formam,alias tenorem.Hoc dixit d.n.ſic intelligendum,vt ſcilicet procedant iuſtitia mediante. Tu dic vt in præceden.glo.Priorum litterarum. A. P.contra, V.impetratarum.Inter ipſos.R.& P.&c.qui.R.ſucceſſit.V.in eccleſia.Ratione, negocium terminetur quod eſt in fi.Sicut &c. Non eſt omnino ſicutiſſimum iſtud ſicut, quia cum violento agi potuit interdicto vnde vi.cum ſucceſſore vero ſingulari non niſi ſcienter rem violentam recepiſſet a violento tunc enim tenentur conditione ex illo c.j̃.de reſti.ſpo.ſæpe contingit.Vel dic ꝙ ſi ignoranter receperit tenetur tamen conditione ex illo canone.iij. q.j.reintegran
2 da.Nam & hæc violentia † realis eſt & rem afficit,& ſic concomi
3 tatur etiam ſingularem ſucceſſorem.C.de acti.poſ.vitia. † Perſonale vero non concomitatur,niſi ſucceſſorem vniuerſalem qui & in vitium & omnem cauſam ſuccedit,vt ff.de acquiren.poſſeſ. Pomponius,alias cum lapides.§. cum quis, ff. de diuer.& temp. præſcrip.cum hæres,& de hoc no.s̃.de fil.preſ.veniens. Si viueret, ſubaudi terminaretur. Sic ergo videtur ꝙ ſingularis ſucceſſor
b poſſit conueniri[b] per reſcriptum impetratum contra anteceſſorem etiam re integra. Arg.j̃.de conceſ.pre.propoſuit. Sed videtur hoc expreſſum.s̃.de ali.iu.mu.cauſa fa.c.j.Illa enim decre.epiſtola vim conſtitutionis habet.xix.diſtin.in memoriam. Vnde ad ſimilia ipſam trahere poſſumus,ff.de leg.non poſſunt.s̃. de reſcrip. inter cœteras.Cõuenietur ergo ſucceſſor:nam & decreto in perſonam defuncti emiſſo hæres aſtringitur, ff. de fideicommiſ.li. cum quaſi. Sed contra.s̃.de offi.deleg.P.& G.& s̃.de inoffi.del.ſignificauit,vbi de hoc,ff.quæ ſen.ſine app.reſcin. cum qui Sol.verum eſt ꝙ morte litigatoris re integra extinguitur reſcriptum vt in contrariis. Fallit autem in eo qui ſcienter ſuccedit in vitium, vt infra,de reſti.ſpo.ſæpe.s̃.de al.iu.mu.ca.fa.c.j. Iſte enim quaſi ſimilis eſt in vitio,vnde poteſt conueniri coram eiſdem iudicibus ſicut & anteceſſor. Eo enim ipſo quod iſte.R.recepit ſcienter eccleſiam qua.P. ſpoliatus fuit per illum. V. videtur habere ratum factum illius, & ſic intelligitur communiter hoc ca.Tu tamen dic vt no ſupra ſuper verbo præcipimus, & adde quod no. in ſequen.glo.Terminetur, nunquam intelligas qudd in cauſa cepta contra ſpoliatorem, etiam ſi ſit lis conteſtata & etiam in cauſa concluſum ita vt ſola ſententia ferenda reſtet ſententia feratur contra ſucceſſorem. Non enim ſuccedit in eadem inſtãtia cum hoc interdictum.ſ.vnde vi ſit perſonale.ff.de vi & vi armata.l.j.§. penu.

ADDITIONES.

a [a] Sumit vires.Et ſic ſecundum hanc lect.iſti non poterant procedere niſi papa mandaſſet per ſcdm reſcriptũ.Adde Fely.poſt Andr.ſic hic.

b ¶Conueniri.Adde an & qñ inſtantia inchoata contra defunctum trãſeat in ſucceſſorem do.Abb.& Fely.hic,qui plene proſequuntur.



penu. Quinimo ſi ageretur reali actione oporteret ꝙ contra nouum poſſeſſorem intentaretur noua actio. Arg.op.ff.de pet.here. l.penul.ff.de rei vend.is a quo.& l.ſeq.ff.de re iudic.in ſumma.§.fi. Niſi forte ſolus ſucceſſor eſſet. Sed & heres in quem bene datur actio poſt li.conte.C.vt actiones ab hæredibus & contra heredes incipiant.l.vnica.ff.de rei ven.ſi is qui.& l.ſi autem.§.j.Et hanc decre.intelligas taliter, ꝙ impetrantem oportet a capite incipere agere contra ſucceſſorem,qui nec tenetur interdicto vnde vi.niſi ſcienter accepiſſet eccleſiam a ſpoliatore.j̃.de reſti.ſpo.ſępe.Et ꝓcedetur hic authoritate præſentium literarum, non præteritarũ, licet procedatur ſm formam earundem præteritarum,ſiue priorum literarum, quæ talis erat, ꝙ poſſeſſorio & petitorio agi poterat,quod ſemper poteſt fieri.Et ſi hoc expreſſum nõ ſit in literis, dum tamen cauſa ſimpliciter ſit commiſſa, vt patet in eo,quod le.& no.j̃.de cauſa poſ.c.j.j̃.de ſequeſtra.poſ.c.j.Quidam tamen dixerũt ꝙ ſi aliquis agat petitorio ɔ aliquem ſuper aliqua eccleſia, ſucceſſor dẽt litẽ cęptã ſequi,& ſi ñ hẽt ſucceſſorẽ,qa forſan ñ inuenit pp timorẽ litis,tũc eps vel ali⁹ ad quẽ ptinet ecclia ꝓſequatur litem.vt no.j̃.de reſt.ſpo.olim.i.j̃.de ſucceſ.ab inteſ.c.fi.Quod non placet.d.n.quia illud habet locum ſi quis nomine eccleſię ageret vel defenderet,puta ſi pateretur aliqua poſſeſſio eccleſię,& alius eccleſiæ nomine ipſam poſſeſſionem defenderet. Sed hic
4 neuter nomine eccleſiæ agit,imo proprio.† Nec transfertur proſecutio litis de perſona in perſonam,niſi in hęredibus vel vſibus ſucceſſoribus.C.de acq.poſ.vitia.ff.de acqu.poſ.Pomponius.§.cũ quis.& no.s̃.e.ſuper verbo ſicut.Vel in dñis qui per procur.agant. ff.de procu.in cauſę.vel a filio in patre.ff. de mino. patri pro filio. Et idem videtur ſi reus moritur poſt litem cęptam etiam ſi conſtaret de meritis cauſæ.Nec ob.C.de adul.quamuis,quia ibi loquitur vbi abſente accuſatore conſtat de crimine per confeſſionem
5 accuſati.†Vnde non debet relinqui impunitum,etiam ſi accuſator deſiſtere vellet.j̃. de collu. deteg.crimina.imo plus videtur ẽt ſi ſnĩa lata ſit pro aliquo. Et poſt ſententiam moriatur reus qui condemnatus eſt ad reſtitutionem eccleſię.Et interim tertius inſtituatur in eadẽ eccleſia, vel aliquis alius appareat qui velit aliqd
6 dicere contra ſententiam. † Nunquam erit ipſa ſnĩa executioni
c mandãda,niſi ipſo citato,[a] & ſaltem ſummaria cognitione ĩ examinatione præmiſſa.ar.ff.de re iud.a diuo Pio.§.ſi ſuper.& ſeq.j̃. de teſt.veniens.ij.ſm d.n.cuius eſt hæc tota glo. argu.in eo quod le.& no.j̃.de re iud.ꝙ ad conſultationem.in fi. & c.cum ſuper.& s̃.de ma.& ob.inter quatuor.Et adde quod no.s̃.de arbi. ex parte. & de reſti.in integ.c.ij.

ADDITIO.

a ¶Citato.Adde Bar.in l.creditores.C.de pign. vt dicit ꝙ non poterit fieri executio contra hæredem condemnati niſi citetur.& alle.Inno. hic.

*SVMMARIVM.*

1 *Interpretatio eius eſt,cuius eſt condere.*
2 *Res eccleſiæ Romanæ proprie ſunt papæ.*
3 *Papa poteſt eſſe iudex in cauſa ſua.*
4 *Vicarius Dei non præſumitur & aliter iudicet,q̃ ipſe Deus eſſet iudicaturus.*
5 *Deus terribilius eſt papæ quam parti.*
6 *Bona eccleſiæ communia ſunt.*
7 *Papæ non licet alienare bona eccleſiæ.*
8 *Succeſſio non habet locum in eccleſia Dei.*

C. XII.

CVm veniſſent. Et j̃.Pars.j̃.de reſt.in inte. cum veniſſent. Super priuilegijs.qñ.ſ.quęritur vtrum priuilegia valeãt vel nõ. Concedi potuerint vel non, vel de interpretatione dubiorum ibidem contentorum.Sed contra.s̃.de poſtu.præ.c.j.§. nec valet.Sol.ibi.De epis.ſ.priuilegijs.Per alios, quam per nos,vel illos quibus ſpecialiter hoc duxerimus committendum.j̃.de cõ
1 fir.vti.c.j.& ij.Et ideo † quia eius eſt interpretatio cuius eſt condere.j̃.de ſent.excom.inter alia.xj.q.i.§.ex his. C. de legibus.l.fi.ff.de præto.ſtip.in prætorijs.Et eſt hoc verum qñ verba dubia ſunt, als autem ſi clara & aperta ſunt verba,bene poteſt dicere iudex rõne incidentis obſtat, vel non obſtat priuilegium.ar.j̃.de fide inſtru. accepimus. Ar.C.de iud.quoties.s̃.de reſti.in inte.cauſa.§.j. verſi. ſed arbiter. Vnde & ſm d.n.& ſi per aliquos non poſſit de his iudicari directe, poteſt tñ indirecte. Puta ſi quæratur de priuilegijs an ſint vera vel falſa.s̃.de reſcrip.ſuper literis.j̃.de fi.inſt. inter dilectos.j̃.de crimine fal.ſuper eo.& ca.ad falſariorum.Item ſi quæratur an iuuent cauſam de qua agitur,nam & de hoc poteſt iudex cognoſcere & eis non obſtantibus,ita tñ ꝙ de priuilegijs mentionem non faciat.de quæſtione coram eo propoſita iudicare vt ſic de incidenti cognoſcat,& de principali pronunciet, vt patet ĩ eo quod le.& no.j̃.de ordin.cog.c.j. Vel dic nemo poteſt iudicare de
a priuilegijs apl̃icę ſedis[a] intelligas tu vbi agitur de iure ipſius ſedis, vel de exemptione alicuius.s̃.de reſtit.in integ.c.ij.§.nos igitur.& de arbi.cum tpe.vel vbi quæritur de interpretatione,ſm d.n.Dubium ergo non poteſt interpretari alius,niſi papa,vt hic. Et iam qñq;,& ſi aduerſarius conſenciat.ſ.quantum ad ipſius papæ præiudicium.s̃. ti.j.cum tpe.ff.de poſtul. quos prætor. j̃.de exceptionem,in fi.Sed qualiter põt eſſe iudex papa in cauſa ſua? Ideo ſignatur contra. C. ne quis in cauſa ſua iudi.l. vnica,iiij.q. iiij.c.ij.in cauſa cõſimili per procur.litigat.j̃. de confir.cum dilecta.§.qui vero.vbi de hoc.&de ver.ſig.ex parte.i.§.j.vbi de hoc.Itẽ
2 ſuſpectus eſt,iij q.v.quia ſuſpecti.Item † res eccleſię Romanę proprie ſunt papæ, ſicut res fiſci ſunt quaſi patrimonium Imperatoris. ff. ne quid in loco publico. l.j.§.hoc interdictum. Item de cauſa fiſcali cognoſcit procurator Cęſaris.ff.de of.proconſu.nec
3 quicquam.quę omnia ɔtradicere videntur. So.dic ꝙ † papa põt eſſe iudex in cauſa ſua ſicut imperator in cauſa fiſcali. ff.de his quę in teſta.delẽ.ꝓxime.xxj.diſtin.nunc autem. Sicut etiam prę latus põt eſſe teſtis in cauſa eccleſię ſuę.xiiij. q.ii. ſuper prudẽtiã. & etiam iudex.xxiij.q.iiij.Guiliſari⁹.vii.q.j.ſicut. Et eſt ratio,quia
4 nõ eſt pręſumẽdum ꝙ † vicarius Dei alr iudicet q̃ ipe Deus eſſet iudicatur⁹.Arg.j̃.de app.nouit.ff.de off.præfe.præ.l.vnica.& etiã epiſcopus vicarius Chriſti eſt.xxxij.q.v.mulierẽ.Caueat ergo pa-
5 pa ꝙ iuſte iudicet,† quia ſibi terribilius eſt q̃ parti.C.de iudi.rem non nouam.x.q.iij.aliorum. Sed & q̃uis dicatur dominus:quia q̃diu viuit poteſt mutare quadrata rotundis:& omnia diſponere
6 tanq̃ dominus ſalua violatione fidei.† Tamen vere loquendo, nec ipſe nec alius prælatus dominus eſt,imo bona eccleſię com-
7 munia ſunt,xvj.q.j. ca.fi.j̃. de præben.c.iij. † Vnde nec papa licet
8 alienare.xii.q.ii.nõ liceat papa.† Nec ſucceſſio in eccleſia Dei locum habet.s̃.de fil.presby.ex trãſmiſſa.in fi. Et hęc eſt ratio naturalis quare prælatus ĩ cauſa eccleſiæ poteſt eſſe iudex & teſtis,ſicut vnus de collegio in cauſa collegij.j̃.de teſti. inſuper. s̃.de offi. ordi.irrefragabili.§.exceſſus. Conſultius tamen & honeſtius faceret ſi alij hoc committat. Arg.ij.q.vij.nos ſi incõpetenter.ff.de iuriſd.om.iu.prætor.et in contra.s̃.ſig. Dominus tamen papa ſatis vltra habet q̃ alij propter plenitudinem poteſtatis,ɔtra quam fas non eſt diſputare.Iudicari.Hoc intellige de priuilegijs,quæ papa concedit aliis eccleſijs multo fortius hoc intelligendum de illis quę Romanę eccleſię a dño ſunt collata,quod dic ut legitur & no.s̃.de translat.epi.c.j.et de offi.leg. ꝙ tranſlationem.

ADDITIO.

a ¶Apoſtolice ſedis.Adde d.Her.& d.Ab.& Old.conſ.130.ſecundum And. Bar.& per Bal.qui alle.Io.An.hic.in l.hi qui ad ciuilia.C.de app.& per eũ in l.cum de nouo.C.de ll.& plene per Feli.hic poſt do.Ab.

*SVMMARIVM.*

1 *Papa an habeat vtrunque gladium.*
2 *Papa an ſit maior imperatore.*
3 *Epiſcopus debet cognitionem temporalium committere.*
4 *Correctio euangelica, quę dicatur.*
5 *Monitio requiritur,in foro canonico.*
6 *Denunciatio quomodo ſit,& quomodo admittatur.*
7 *Peccatores publici vitandi ſunt.*
8 *Ethna mons in Arabia.*
9 *Præſumptio eſt contra fugientem.*
10 *Qualiter ſit procedendum in denunciatione euangelica.*
11 *Quilibet, an teneatur ad denunciationem euang.faciendam.*
12 *Ad papam pertinet de quocumque peccato mortali peccatorem corripere.*
13 *Nihil eſt id ipſum cui ſimile eſt.*
14 *Priuilegium beato Petro conceſſo,eſt generale & ſpeciale.*
15 *Conſuetudo parificatur priuilegio, & per vtrunque datur iuriſdictio.*
16 *Suffraganei Metropolitanum eligunt.*
17 *Si de quo minus videtur ineſſe,& ineſt,ergo & de quo magis.*
28 *Homo quautumcunque magnus, oportet ſe humiliare ſub imperio ſacerdotis.*
19 *Confeſſor audiendo confeſſionem debet ſedere,& pęnitens, ſe proſterniere.*
20 *Imperator,& papa in eo, ꝗ peccatores,ſubſunt ſpecialiter ſimpli i ſacerdoti.*
21 *Imperator priuilegium ſemel eccleſiæ conceſſum, non poteſt ei auferre.*
22 *Eccleſia leges poteſt inducere, quæ per ea faciunt, & contra ſe recipere non tenetur.*
23 *Genus Regis Franciæ,quando defecit genus Caroli magni,ſiue geneologia.*
24 *Rei fauorabiliores ſunt,quam actores.*
25 *Inferiores habent poteſtatem ſpecialem,& non generalem.*
26 *Eccleſia Ro.habet primo poteſtatem a Deo,ſecundario a concilijs.*
27 *Quando quis damnum facit & non punitur.*
28 *Pacem ſeruare,& ſeruare facere ad eccleſiam ſpectat.*
29 *Diſſimulatio in prelatis eſt mortalis.*
30 *Exceptio contra denunciationem quomodo admittatur.*
31 *Quando de peccato conſtat, debet de ſatisfactione conſtare.*

C. XIII.

NOuit ille qui nihil ignorat. Et j̃. De eo. s̃. de offic. lega. nouit. j̃. de appellatio. nouit. Caſus.Rex Franciæ, & rex Angliæ ſuper quadam diſcordia quam inter ſe habebant, compoſuerunt adinuicem, & cõpoſitio illa fuit hincinde iuramento firmata.Tãdem rex Franciæ non obſtante iuramento cõtra compenſationem illam dicebatur veniſſe. Rex vero Angliæ ſæpe monuit ipſum vt ſibi ſatiſfaceret & compoſitionem ſeruaret. Sed cum Rex Franciæ hoc audiret nihilominus contra ipſum guerram faceret. Rex Angliæ

gliæ iſtud peccatum eccleſiæ denunciauit. Vnde dñs Papa mo-
nuit regem Franciæ ſuper prædictis. & tandem cauſam commi-
ſit archiepiſcopo bituricen.& cuidam Abbati,vt ȷ̃.eo.§.fin. Et in-
de debet ſumi caſus quorum proceſſum Rex Franciȩ impediuit
dicens ꝙ non pertinebat ad Papam intromittere ſe de feudo ſuo
ſed de animabus tãtum. Ideo Papa ſcripſit cuidam legatario ſuo
ꝙ ꝯ ipſum regem procederet interdicẽdo terram ſuam,ȷ̃. de ap-
pel.nouit,ſ̃.de offi.lega,nouit. Et ſuper his formatur hæc epiſtola
quæ dirigitur prælatis Franciæ vniuerſis, Et in tres partes diuidi-
tur principales, In prima parte Papa excuſat ſe oſtendens ꝙ non
intendit iudicare de feudo,ſed de peccato, In ſecunda parte oſtẽ
dit ꝙ Rex nõ debet proceſſum ſuum iniuriam reputare, & hoc
probatur diuerſis exemplis & teſtimonijs ſcripturarum.In tertia
parte omnino probat,quod non debet ipſe Papa diſſimulare, &
concluditur ſuo triplici. Vel ꝙ niſi Rex obediat certus ſit ipſe, ꝙ
ipſe mandauit legato vt ꝯ ipſum regem ſm formam ſibi datam
procedere nõ omittat(cum ipſe.ſ.rex, & eſt ſimilis modus loquẽ
di.ſ̃,de elec,venerabilem.§.j.Iuriſdictionem noſtram,Per hoc,qđ
1 dicitur hic patet, ꝙ † Papa non habet vtrunque gladium, [a] & ꝙ
a iuriſdictiones ſunt diſtincte, Ad idem.xcvj,di,cum ad numerũ.ȷ̃.
de appel. ſi duobus.Immo ſacerdotium & imperium ab eodem
principio proceſſerunt,in Authent. quomodo o.e,in principio,
coll.j.Ideoque Papa non habet ſe intromittere de tpalibus, ȷ̃. qui
fil. ſint legi. cauſam. Niſi in ſubſidium, puta cum iudex ſecularis
negligens eſt,vel cum vacat imperium.ȷ̃.ti,j,ex tranſmiſſa,& c. li
2 cet, & cap.ex tenore.†Sed videtur, ꝙ Papa ſit maior Imperatore,
xcvj.di duo ſunt. ſ̃.de ma. & ob.ſolite.Petro enim iura cȩleſtis,&
terreni imperij a dño ſunt commiſſa,xxij.diſt.c.j.& vtrunque gla
dium ipſe habuit, Vnde & ipſe ait Luc. xxii. e, Ecce gladij duo
hic,quam poteſtatem ad ſuos ſucceſſores tranſmiſit.xl.di.c,j. exe
cutionem tñ gladii temporale imperatoribus & regibus dimiſit,
Quædam enim aliis poſſumus committere quæ nobis non poſ-
3 ſumus retinere,vt patet.ȷ̃.de inſt.c,fin,& xij.q.ij, quatuor, Et † ſic
epiſcopus debet cognitionem tpalium committere alij.xj. q, j.te
quidem. Licet qñque eccleſia per ſacerdotes exercuerit cauſarũ
ciuilium iuriſdictionem.xj.q.j.relatum, ſm T. Tu dic de hoc,vt
no.ſ̃.de maio,& obe.ſolite.§.verum,& §.potuiſſes,& §. præterea,
qui fil.ſint leg,per venerabilem. §. rationibus. Sed cum dominus,
& ȷ̃.ver,In euangelio. Mat.xviij,co. Si peccauerit in te.id eſt,in dã
nationem tui,ſi hoc celaueris.Si non monueris,ſi monitione nõ
proficiente eccleſiæ non denunciaueris vel. In te: quia offendit
4 vel lædit te, vt innuunt ſequentia, Corripe. † Oſtendendo pecca-
tum ſuum & monendo & obſecrando, ꝙ deſiſtat & pȩniteat. Et
b eſt hæc correctio ſiue monitio euangelica [b] ad quam tenetur prȩ-
latus & quilibet alius admittitur.Sic intellige.ij.q. j, ſi peccauerit,
ȷ̃.de teſti.in omni.Nec eſt ferendus peccator ſi vtens ſubtilitate iu
ris pernicioſa,(quæ reprobatur,ſ̃,eo. dilecti) per exceptionem, &
cauillationes intendat remouere denunciantem,quia non refert
quis denunciet,dummodo anima ſaluetur.Sic intellige.ȷ̃. de co-
gna,ſpi,tua.ȷ̃.de iure iur.quemadmodum.§.fin.Eſt & iudicialis q̃
competit ex officio & puro & mero. In quã nec requiro moni-
tionem,ſed iudex ex officio ſuo procedit in ipſa, C. de accuſa. ea
quidem.xxxv,q,vj,epiſcopus in ſynodo. Eſt & alia iudicialis quæ
læſo competit ratione intereſſe.Et iſta in foro ciuili qñque de pla
no expeditur etiam ſi monitio non præceſſerit.ff.de offic.præfec.
vrb.l.j,§.ꝙ autem. inſtit. de his qui ſui iuris ſunt.§.penulti. & fi. ff,
5 de offi,proconſul,nec quicquam.§.de plano, †In foro autem ca-
nonico requiritur monitio,vt hic,& ȷ̃.ver.j.ſed de plano expedit.
6 vt ȷ̃.§.fi. †Tñ iudex eccleſiaſticus hanc denunciationẽ non debet
admittere indiſtincte,niſi in defectum iuſtitjæ,vel ratione pacis,
vel iuramenti. Vel ſm d,n.quando alias non audiretur in foro ci
ciuili,puta qñ obligatio nãlis tantum eſt. ſuper quod vide quod
no.ſ̃,de pactis.c.j.Vel quando notorium eſt peccatum, vt proba-
tur in inferiorib,Vel quando hanc proponit perſona miſerabilis
& depreſſa ſm ea quæ no.ſ̃.de offi.dele.ſignificantibus. In quo ca
ſu & iudex ciuilis hanc audit vt probant ll. ſ̃. inducte, Alioquin
ſi hoc generaliter intelligeres hæc abſurditas exinde ſequeretur,
quia periret iuriſdictio temporalis gladij: & omnis cauſa per
hanc viam ad eccleſiam deferretur.Hanc autem denunciationẽ
poteſt facere iniuriam vel lȩſionem paſſus quilibet epiſcopo ſuo,
quando grauatur ab illo iudice, qui immediate ſubeſt imperato
ri & nimis diſtat.Nõ ſolum ſm canones,ſed etiam ſm leges; ne
aut impune lȩdantur ſubditi,aut peregrini laboribus & expenſis
affligantur,vt in Auth.vt dif.iud.§.ſi tñ contigerit quendam no-
ſtrum ſubditorum ab ipſo clariſſimo.& §.præceden.colla.ix. Eſt
& canonica ſpecialis monitio quȩ fit ad hoc vt male adminiſtrãs
ab adminiſtratione remoueatur.ſ̃.de offi.cuſto,ca.j, & fi. ȷ̃.de ſta.
mo.c,fi.§.ꝙ ſi Abbas,Et hic non admittitur, niſi ille cuius inter-
eſt,& requiritur tertia admonitio.vt ȷ̃.de accu. cum oporteat, &
c.cum dilectus.ȷ̃.de ſymo,licet hely,& c,per tuas.ij.q.vij.accuſatio,
& c.ſeq.Ideo talis denunciatio & accuſatio æquiparantur.ȷ̃.de ap
pel,conſtitutis.ij.§.fi. Eſt & alia canonica generalis & publica, in
qua & quilibet admittitur.ȷ̃, de ſponſa. præterea. ij.ȷ̃. de deſpon.
impu.ad diſſoluendum. In qua & ſi denuncians ipſam non pro-
ſequitur, nihilominus iudicis officio expeditur.ȷ̃.de iureiu.ad no
ſtram.ij.ȷ̃.deſpon.cum in tua.ȷ̃.de collu.dete. crimina. ȷ̃. de clan.
deſpon.cum inhibito.Eſt & regularis de qua no.ȷ̃. de regula. c.fi.
& de ſta,mo.c.fi.§.ꝙ ſi Abbas.Hæc autem no.hic abbreuiata. ex-
tra,d.n.de cenſibus Romana.§.ſane.li.vi. ad finem plenius expli-
catur.D.aurẽ.n.hic aliter expoſuiſſe vr̃,quod dic vt no.ȷ̃.eo. verſ.
& Rex Angliæ. ſuper verbo ſm regulam. Et ipſum ſolum. Hæc
monitio probari non poteſt,niſi per ſolum iuramentum monẽ
tis,cum nec alius teſtis adhibeatur. Vnum. Hoc poteſt referri ad
ſecundam monitionem quæ poteſt probari per iuramentũ mo-
nentis & teſtis adhibiti. Vel duos. Et hoc poteſt referri ad tertiam
monitionem in qua requiritur plena probatio duorum uel triũ.
Teſtium.Sic ergo monens vel corrigens: licet principalis videa-
tur tamen tn numero teſtium denunciationis euangelice com-
putatur. vt hic.& ȷ̃.de teſti.in omni. Aliud in iudiciali, ſiue cano-
nica.vt no.ȷ̃.ver.j.Eccleſiam non audiret,Subaudi & propter hoc
ipſum excommunicauerit,& ſic excommunicatus ſteterit.Sit ti
7 bi ſicut etnichus.i.gentilis.Et publicanus,id eſt,publicus † pecca-
tor & notorius; qui vitandi ſunt,ſicut probatur de gentili.xxxviii.
di.nullus.& c.omnes.xxxii.q.iiii.ſicut ſanctius. Et de publico pec-
catore ȷ̃.de coha.cle.& mu.veſtra.& c.fina. Niſi forſan ad hoc vt
8 conuertantur.xi.qõ.iii.ad menſam. Hic aũt no. † ꝙ ethna mons
c eſt in Arabia & alius ſicut dicunt in Sicilia, de quo deſcendit ri-
uulus ſulphuris,& ibi continue viget ignis. Inde dicti ſunt ethni-
ci, quia ſicut ignis ille continue comburitur, ſic gentiles & pec-
catores maxime publici in inferno perpetuo comburentur. Tñ
ſm Hugo. & etnichus dicitur ab ethnos quod eſt gens,tales ergo
merito ſunt vitãdi. Et Rex Angliæ.ver.Sit paratus. Hic no.ꝙ prȩ-
ſumendum eſt de iure illius qui non quærit diffugia, ſed paratus
eſt ſtatim docere de iure ſuo ut hic,& ff.ad exhib.l.ii.vel, iii. §. ibi-
9 dem.ȷ̃.de reſt.ſpol.literas.§. propterea. † Sic econtra præſumptio
eſt ꝯ fugientem. vt legitur & no.ȷ̃. de præſump. nullus dubitat.
Peccat in ipſum,id eſt,offendit vel ledit ipſum. Alias autem con-
ſueuit exponi iſtud peccare in authoritate euangelii, ſi peccaue-
rit ſm T.vt ſ̃.no.ver.ſed cum dominus.Et ipſe.ſ. rex Angliæ.Cir
ca eum.ſ.regem Franciæ.Proceſſit, mouendo eum. ꝙ ei ſatisface
10 ret & pacem iuratam ſeruaret. ſm regulam.ſ.admonendo† Quȩ
dam enim denunciatio eſt euangelica de qua hic loquitur.& in
glo. Auguſtini.ij,q.j. ſi peccauerit. In qua hoc modo procedetur.
vt ſi quis priuatim ſcit peccatum alicuius, tunc priuatim debet
proſequi mandatum euangelicum contra illum, Et ſi tandem
nõ proficit in priuato tm̃ dẽt eũ hẽre pro ethnico & publicano.
vt plene habes in præall.glo.Si peccauerit & xlv.diſ.ſed illud non
ocioſe. Sin autem peccatum eſt manifeſtum tunc & manifeſte
debet proſequi mandatum euangelicum denunciando ſcilicet
iudici crimen eios,& probando per teſtes. Et tandem poſt ſenten
tiam eccleſiæ ſi non habeat familiaritatem cum eo, etiam ſi nõ
ſit excommunicatus debet eum habere publice pro ethnico &
publicano.Sed non tenetur eum uitare in oratione,nec in men-
ſa,nec in aliis huiuſmodi.Et hanc dennncibtionem poteſt pro-
ſequi etiam ille cuius intereſt ratione rei familiaris. vt hic patet,
& quod ſua intereſt petere. Et dicere, vt cum non poſſit agere pe-
nitentiam niſi ſatisfaciat reddat ei,quod ſibi debet.xiiii.q.vj.ſi res.
Et hanc denunciationem debet præcedere monitio vt hic, & vr̃
ꝙ in ea non ſit neceſſarius ordo iudiciarius,ar.ȷ̃.de dol. c.j. Quidã
tñ dicũt(& forte non male)ꝙ ibi vbi quis petit ſuũ intereſſe,& ꝑ
denunciationem,tunc ordo iudiciarius eſt ſeruãdus, quod tutius
eſt,quia illum ſeruare nocere non poteſt ſm.d.n.Et obeſſe poſſet
ſi omitteretur.vt patet in eo qđ no.ȷ̃.de re iud.c.j.& ȷ̃.qui fil. ſunt
11 leg.per venerabilem,§.videbatur ver.præterea. Ad† iſtam denun-
d ciationem non credit.d.n.aliquem teneri [d] quod intelligas de pri
ma maxime, niſi ſicut tenetur ad alia opera caritatis. Vel vbi ſit
talis ad quẽ ratione officii & cure hoc pertineat.xxiii. q. iiii. duo.
Ad hanc faciendam omnes etiam infames & mulieres & mino
res admittuntur,niſi adhuc in crimine perſeuerent. Quinimmo
& ad teſtimonium ſunt iidem admittendi in denunciatione ſm
quoſdam,quod poteſt concedi vbi de ſola penitentia agitur, nec
directe,

ADDITIONES.

a ¶ Vtrunque gladium. Adde an eccleſia habeat utrunque gladium dom. Henſ.Bo.in c.cauſam quæ ij.ȷ̃.qui fil.ſunt legit.& plene per glo. ſecundam,& do.Abb.& Fely.hic,& plene de hac materia tractat Archiepiſcopus Floren.in ſumma ſua in ſecunda parte tertiæ partis principalis, ſub rub.de ſtatu ſummorum pontificum in viij.charta.

b ¶ Euangelica. Adde quinque requiſita in denunciatione euangelica per dom.Abba.hic.Et quomodo probetur An.ſic.remittit ad Bal. in l. iuſiurandi.C.de teſti.& an correctio fraterna ſit in præcepto.vide do.Car.poſt Cald.in c.cum ex iniuncto de hæreti.

c ¶ Ethna mons eſt.Adde dom.Abb.hic ſuper glo.in vet.ethnicus qui dicit montem illum eſſe in Sicilia,& diſtat a ciuitate ſua videlicet a ciuitate Cathaniæ fere per xiiij.miliaria.

d ¶ Aliquem teneri. Adde an quilibet teneatur ad hanc denunciationem faciendam ex præcepto an ex conſilio tantum do.Abb. hic in x. colum. ver.ſecundo quæritur.



directe,nec indirecte aliquid petitur temporale, alioquin alii te-
ſtes legitimi requiruntur. Iſte vero modus agendi locum habet
quandocunque aliquid petitur in quo reus eſt naturaliter obliga
tus,etiam ſi ad illud petendum nulla certa competat actio cano
nica uel ciuilis,vt quando quis iurauit, vel promiſit ſine ſtipula-
tione aliquid dare vel facere,peccat enim qui promiſit, niſi pro-
miſſum adimpleat, ſm d.n. vt patet in eo qđ le.& no.ſ̃.de pac.c.
12 j.& c.qualiter,& de arbi.per tuas.§.ſuper quo. †Ad Papam enim
pertinet de quocunque mortali peccato corripere peccatorem,
vt ȷ̃.e.§.j. ver. nõ enim.ad idem.xxij.q.ij.ne quis.ȷ̃.de inſti.cum ve
niſſent.Eſt & alia denunciatio quæ dr̃ canonica,ſed tñ ortum ha
bet a lege veteris teſtamenti quæ eſt de crimine non committẽ-
do.De hac loquitur.ȷ̃.de deſpon.impub.ad diſſoluendum. xxij.q.
v.hoc vr̃. Hæc autem locum habent non ſolum ſuper crimini-
bus perpetrandis ſed etiam perpetratis. vbi tñ crimina perpetrata
augmentum recipiunt propter multiplicationem actuum,vel ꝑ
pter continuationem iniuriȩ, ſicut eſt qñ aliquis perſiſtit in illici
to contubernio vel iniuria rapinȩ. Et de hac denunciatione loq-
tur ȷ̃.de iureiur. quemadmodum.§.fi.In hac autem denũciatio-
ne eadem quæ in ſuperiori diximus ſunt dicenda, & tãtum plus,
ꝙ ad hanc tenetur quilibet cui non eſt nimis graue,ſeu periculo
ſum denunciare,& ſuam credit proficere denũciationem, & ſic
vr̃ loqui.xxij.q.ij.ne quis, & q. v. hoc vr̃. Nimis autem graue eſſet
denunciantibus ſi propter hoc deberent a ſuis negotijs deſiſtere,
vel inimicitias,ſiue pericula aliqua incurrere,licet enim denun-
ciare bonum ſit, non tñ tenemur ad id præciſe, ſicut nec ad alia
bona opera,niſi qñ ſe offert oportunitas.Sed in caſu prȩdicto qñ
ſ.denũcians credit proficere poſſe,tunc enim eſſet peccatum ne-
gligentiæ,niſi denunciaret non ſolum committendum,ſed com
miſſum, quod etiam iterationem non reciperet. Tãta enim poſ
ſet eſſe denunciandi oportunitas, & tanta proficiendi credulitas,
ꝙ omnino peccatum eſſet tacere, & non denunciare, licet non
tantum quantum tacere in denunciando crimen committen-
dum. De alia etiam denunciatione mentionem faciunt, & leges
& canones,quæ non eſt modus agendi,ſed habet præcedere accu
ſationem vel inquiſitionẽ. Et de hac loquitur.ii. q. vij. accuſatio.
& c.ſe.& c.quapropter,& c.ſe.ȷ̃.de accu.c.fi.ȷ̃.de cal. c.fi. in Auth.
vt iudi.ſine quoquo ſuf.§.ſi quis,& §.neceſſitatem.& ſequen. col.
ij.Et de hac quia non eſt per ſe modus agendi modicum eſt agẽ-
dum,ſm.d.n.cuius eſt hæc tota glo.Tu vero hanc bene diſcutias
& aliam traditam in ſequenti glo.& ſ̃. eo. ſuper verbo corripere,
& ȷ̃.eo.§.fi.Et poſtea eligas cui dicas,vel de omnibus eligas, quod
tibi videbitur eligendum.Euangelicam.ſ. ſi peccauerit in te, &c.
vt ſ̃.ver.proxi.Et bene dicit ſm regulam, nec enim eſt correctio
hæc,ſiue denunciatio euãgelica, immo iudicialis, vt patet in eo,
quod no.ſ̃.eo.verbo corripere. Sumitur tamen ex euangelica, &
ad exemplar ipſius inuenta.Et ideo dicit ſm, quia non eſt omni
13 no euangelica,ſed ſimilis euangelicæ. † Nihil enim eſt idipſum
cui ſimile eſt,vt no.ſ̃.de elec.tranſmiſſam.Licet autem ſit ei ſimi
lis quantum ad formam,eſt tñ diſſimilis quo ad ſubſtantiam, in
euangelica enim agitur ad hoc, vt peccator pœnitentiam agat,
nec ſcriptura proponitur,neque litigatur. In iſta vero ad hoc agi
tur,vt res reſtituatur,ſiue vt læſus indemnis ſeruetur,& denuncia-
tio in ſcripturis porrigitur, & examinatur, & tandem in ea pro-
nunciatur,vt hic.& ȷ̃.eo.§.fi. Item euangelica non vr̃, niſi dupli-
cem monitionem denunciãtis requirere,quamuis aliter.ſ̃.expo
ſitũ ſit,nec reqrit plenã probationẽ, niſi vltimȩ monitionis,alias
monitionis tm̃. In hac autẽ requiritur trina monitio, & vtriuſq;
plena probatio,vt ȷ̃.de accu.cum dilectus.reſpon.j.ver.uel præfa-
tum.& c.qualiter,ij.§.fi.ver.ſic & denunciationem.& de ſymo.li
cet Hely.§.cum igitur,ver.ꝯ quos. Sed & in illa quilibet admitti-
tur,hic autem non,niſi ille qui læſus eſt, vt patet in eo quod no.
ſ̃.ſuper verbo corripere.Et ſm hoc quidam hic,& ibi no. Intelli-
ge,& determina quicquid legitur in ſumma de accuſ. ſub rubri-
ca de denunciationibus. Profecit. ſ. rex Angliȩ. Dixit eccleſiæ. i.
nobis,petens ſibi iuſtitiam exhiberi vt ſtatim ſequitur. Quomo-
do nos.ver. Vniuerſale,vt patet.ſ̃.de maio.& obe.ſolitȩ.§.pe.& de
tranſla.epi.per totum,ſm formam ipſius, id eſt, ſecundum iuſti-
tiam in hac denunciatione inuentam ad formam ipſius, vt no.
ſ̃.ver.proxi.ſuper verbo euangelicam.q.d.non poſſumus.Niſi &c.
ipſe.ſ.rex Francorum. Vel legato,vt ȷ̃.§.fi.Sufficientem. Hoc ideo
dicit, quia iam propoſuerat quandam exceptionem quam tñ
non permittebat examinari,nec ſuper ea pronunciari,vt patet.ȷ̃.
§.fi.ante fi. Rationẽ. Puta quia non præceſſit legitima monitio,
vel quia denunciator ſit crimínoſus.iij.q.vij.iudicet. Vel aliam q̃-
cunque iuſtam,& ex hoc colligitur ꝙ ȷ̃.eo.§.fi. non mandat co-
gnoſci de cauſa principali,ſed an denunciatio ſit admittenda, ſe-
cundum d. n. Tu vero dic vt ibi no. & in præceden. interlineali.
Oſtendat.Subaudi nec obſtat,quod prætendit rex Franciæ.ſ.ꝙ res
de quibus agitur de feudo ſuo ſint. Vnde non habemus nos in-
tromittere ſicut dicit,& ſic continuatur ſequens, verſ.non enim
intendimus &c. Non enim,ver.De feudo.Directe ſed tantum ra
tione peccati,& inducendo illum ad pœnitentiam indirecte, qa
ipſam non poteſt agere,niſi ſatisfaciat.vi.q.i.illi qui. xxii.q.i. præ-
dicandũ,xxiiij.q.iii.ecce.Et ſic per conſequentiã coget reſtituere,
feudũ.ar.xiiii.q.vi.ſi res.Qualiter aũt quæſtio feudi tractetur not.
ſ̃.eo.cæterum.ſecundũ B.& ex his,quæ hic dicuntur,& ibi no.pa-
tet,ꝙ hoc quod hic dr̃ de facili q̃tum ad allegationem Regis,ſiue
nãm veram feudi excuſari non poteſt, niſi vel quia rex Franciæ
non debet eſſe iudex in cauſa propria, & nolebat cauſam iudica
ri per pares,quorum tñ iudicium paratus erat ſubire rex Angliæ,
vt audiui,ſed per curiam ſuam merito ſibi ſuſpectã.Vnde in hoc
caſu eſt ad eccleſiam recurrendum etiam ſcđm l.in Auth. vt diff.
iudi.§.ſi vero contigerit.col.ix. Aut hic procedit Papa rõne viola
tionis iurĩ, & pacis, & huic vltimȩ rationi Papa omnino inniti
vr̃,vt patet ex ſequentibus Alioquin quandocunque vaſallus cõ-
mitteret feloniam ꝯ dominum quantumcunque iuſte dãnaret,
ſemper ad eccleſiam recurſum haberet. Sed nec in hoc caſu di-
co omnino audientiam denegandam.nam & eſſe poſſet, ꝙ iniu
ſte & inique proceſſum eſſet. Poteſt ergo hic eccleſia examinare
ſummarie ratione peccati quod ſequitur.Et ſcđm,ꝙ inuenerit ta
lem admittat vel repellet.arg.C.de adul.qm̃ Alexandrum. C. ad
legem Cor.de fal.vbi falſi examen. & patet in eo,qđ no.ſ̃. de off.
dele.paſtoralis.§.quia vero. Ad ipſum.ſ.regem Francorum,ſm ꝙ
diſtinguitur,& no.ſ̃.eo.cȩterum. Iudicium,non ad nos. Niſi for-
te,&c.Iuri cõi quo cauetur,ꝙ dñs vel pares curiæ, debent iudica-
re,vt no.ſ̃.eo.cȩterum,ſcđm d.n.Per ſpeciale.Forte rex Angliȩ ha
beat priuilegium a Rege Franciæ, ꝙ non iudicaretur per ipſum,
tanquam per dñm,ſed per cõmunes eorum iudices,vel per alias
certas perſonas cõiter electas. Et idem eſſet ſi ſuper hoc haberet,
conſuetudinem ſpecialem, ſcđm d. n. Tu vero dic vt in ſequen.
14 gl.(Priuilegium.) beato Petro conceſſum, †quod & dr̃ generale,
vt ſ̃.de tranſla.epi.c.j.in prin. Speciale tñ eſt & ſingulare cõſide-
rata perſona Papæ,cui & nulli alii competit.ſ̃.de offi.leg. ꝙ tranſ-
lationẽ.Generale vero reſpectu omnium chriſtianorũ, quia hãc
ſuper omnes dat poteſtatem,vt probatur,ȷ̃.§.j.ver. cum enim. ſ̃.
de maiorita.& obed.ſolitȩ.§.pe.ȷ̃.qui fil. ſunt legit. per venerabilẽ.
§.rationibus. & ȷ̃.eo.§.in fi.& ibi no. (Vel ꝯriam cõſuetudinem.)
15 No.ꝙ † conſuetudo parificatur priuilegio,& per vtrunq; iuriſdi-
ctio datur,vt hic.& ix.q.iij.conqueſtus.lxiij.di. quia ſancta, ſcđm
B.q.d.Papa poteſtas noſtra & iuriſdictio quam habemus in om
nibus generaliter,non ſolum patet, per dictum priuilegium ſpe-
ciale.Quinimmo & per generalem conſuetudinem approbatã.
Ad hoc.ȷ̃.ti.j.ſi clericus.vbi de hoc.ȷ̃. de exceſ. præ. accedentib.ad
ſi.extra d.n.de app.Romana.§.debet,li.vj. Et ꝙ ſic ſit intelligenda
hæc litera euidenter probatur.ſ̃.de tranſla.epi.quanto.§.j.(Detra-
ctum)ſub dubio loquitur.Sed ſi hoc non allegando,ſed diffiniẽ-
do dicat,omnino patet,ꝙ ipſe ſolus ordinarius eſt cunctorum,ꝙ
etiam uerum eſt,ix.q.iij.cuncta per mundum, & c.principalem,
ſed repete intendimus. (Decernere de peccato,)id eſt, violatione
iurĩ, & pacis,vel de peccato commiſſo ꝯ regem Angliæ.(Cuius)
.ſ.peccati.(Quam)ſ.cenſuram.(In quemlibet).ſ.Chriſtianum nul
lo excluſo,vt patet.ȷ̃.§.j.verſi.cum enim, & verſ. cæterum. Et hac
conſideratione habita dr̃ prædictum priuilegium generale. (Poſ
ſumus.) Vel nullus alius in quẽlibet. Et ideo dr̃ idem ſupradictũ
priuilegium ſpeciale,vt ibi no.ſuper verbo ſpeciale priuilegium.
¶ Non igitur).ij.pars q.d.cum ex præmiſſis pateat,ꝙ noſtra eſt iu
riſdictio.(Igitur iniurioſum &c.)quia nemini facit iniuriam qui
vtitur iure ſuo.ſ̃.de elec.cum eccleſia Vulterana.§.j.ff.de fur.iniu-
riarum,§.j.reſpon.j.Super hoc.In quo & commiſſus eſt velit no-
lit. Committat. Nec obſtat, ꝙ magnus rex eſt & potens, quia &
Imperator maior eſt ipſo, qui tamẽ ſe committebat inferiori no
bis.Et hoc probat per exemplum in ſequenti ver. Cum Valenti
nianus.ver.lxiij.di.Valentinianus Imperator,non ſolum rex.Suf
16 fraganeis.Ar.†ꝙ ſuffraganei habent eligere metropolitanum, ꝙ
dic,vt no.ſ̃.de poſtu. præ. bonȩ. ij. reſpon.j. Sede. Mediolanenſi.
Procuretis.i.talem procurate eligere alias procurare ſcilicet mo-
nendo ac inducendo canonicos ad quos ſpectat, & ſic ceſſat arg.
præmiſſum. Vel forſan & ad eos de cõſuetudine tunc ſpectabat.
Cui.ſ.Antiſtiti, nõ ſolũ Papȩ. q.d.ſi Imperator oſtendit ſe ſubie-
ctum Archiepiſcopo,multo fortius Papæ.Et ſi imperator hoc fa
17 cit,multo fortius & rex hoc facere debet,quia †& ſi id de quo mi
nus vr̃ ineſſe &c.ſ̃.de elec.cum in cunctis.ȷ̃.qui fil. ſunt le. per ve-
nerabilem.reſpon.j.Sincere.i.pure, & humiliter, & ex ſincera fi-
de ſine aliqua ꝯdictione. Submittamus. i. ſubmiſſa eſſe oſtenda-
mus,vt probat ſtatim ibi ſuſcipiamus neceſſario.Et eius. ſ. Archi
epiſcopi.Homines. Ac ſi dicat in pectore, alias in peccatore non
18 conſideranda eſt dignitas, ſed peccatum. † Nam quantumcun-
que magnus ſit oportet ipſum humiliari ſub imperio ſacerdotis,
de pȩn.di.vj.§.j.& c.placuit,etiam ſi Papa ſit.ij.q.vij. nos ſi incom-
19 petenter. Et ar.ȷ̃.de accu.qualiter.j.§.j.& c.j.reſpon.j.† In quo qui-
dem ſacerdos maior eſt peccatore. xl. diſtinct. multi ſacerdotes.
Et debet ſedere, quia hoc iudicis eſt, & peccator ſe proſternere,
quia hoc eſt humiliter pȩnitentis, vt probatur xj.quæſtio.iij. cum
aliquis.Ar.de pȩ.diſtinctio.j.uerbum Dei,& ca. agite, & diſtinct.
iij. per totum, & ex hoc patet excellentia ſacerdotalis reſpectu
regalis,

regalis,vt no.s̃.de maio.& ob.ſolite.§.verum,& c.ſi quis,quia nul
lus clericus poteſt ſubeſſe etiã imperatori perſonaliter , vt ibi not.
20 †Imperator autem,& etiam Papa,in eo, ꝙ peccatores,ſpecialiter
ſubſunt etiam ſimplici ſacerdoti.j̃.de pę.omnis, & adde, qđ no.
j̃.de iureiu.nimis.§.fi. Medicamenta.quæ ſunt diuerſa , vt patet,
j̃.de pęnitentijs ,omnis.§.ſi quis. Et cum medicamenta non pro
ſint , ferro ignito opus eſt,quia vulnus canceroſum eſt.j. q.j. repe
riuntur.Vt illud verſ. alias, & illud. Et eſt ſecundum exemplum,
quod inducitur ꝯ regem . Dimittamus. Alias omittamus. Et ta-
men hoc ſtatim infert.Præoccupatio eſt.ſic s̃.de off. ordin. inter
cætera . §. j. ibi,ne dicamus &c. Alia vero litera habet , nec illud
omittamus. Quicquid tamen habeas,cum lex,quam . j̃. inducit
abrogata ſit,ſi alius ipſam allegaret,quàm Papa,vr̃, ꝙ recitator &
auditor incurreret crimen falſi. vt C.de iuſti.co.cõfir.l. vnica,cir
ca mediũ, ibi qui falſi crimen,&c. Et C.de ve.iur.enuc.l. fi. §. hæc
omnia igitur. vt quid ergo allegando,membranas occupat. xix.
di.ſi Romanorũ? Rñdeo hoc priuilegiũ fuit eccleſiæ conceſſum
21 ab initio:vñ & adhuc durat ſm,d.n.q.d.non eſt abrogatum:†ne
ẽt Imperator potuit auferre priuilegium eccleſiæ,qđ ei ſemel cõ
ceſſit. ar. C.de don.quæ ſub modo.perfecta.xxij.q.ij.nõ enim . ad
fi.Et no.in ſumma.de immu.ec.§.inquantum, ſub.§. ſed nec illa
immunitas.ver.nec credẽdum eſt, & ſequen. Vel dic,ꝙ licèt lex
ſit ſublata,noticia tamen eius eſt neceſſaria.vij.diſ.fuerũt.Immo,
& ratio ipſius eſt neceſſaria.inſti.de teſt.rñ.j. vt oſtendatur quam
tam affectionem , & reuerentiam habuit promulgator iuris ad
ſacerdòtium:quæ ratio ſemper durat.ff.de cap.dimi.l.eas,alias in-
22 cipit,has obligationes.Item eſt † ar. ꝙ eccleſia pro ſe poteſt indu
cere leges,quando pro ipſa faciunt.Sed eas ꝯ ſe recipere nõ tene-
tur.Hoc.d.n.ſcripſit hic aſſerendo,& eſt ad hoc ar.x. di. c.j. & per
totum.xxxvij.di.ſi quid.& de hoc plene no.j̃.de ſol.c. fi. Nec ob.
s̃.de conſti.eccleſia.quia intelligitur de legibus Imperatorũ. Nec
ob.iiij.q.iii. §.ſi quis teſtibus , quia hoc ſpeciale in fauorem eccle-
ſiæ eſt,& ideo in eius læſionem retorqueri nõ debet.C. de leg. qđ
fauore,vel dic,ut no.j̃.de hære.c.iiii.Noſcitur deſcendiſſe. Minus
23 plenè inquiſierat Papa genealogiam.†quia rex Philippus de quo
hic Papa loquitur,non fuit de genere Caroli: immo domini Hu
gonis capeti. Tñ,ſicut fertur,duxit in vxorem quãdam dñam de
genere Caroli.Et ſic bene dicit:nam Chriſtus hac ratione de ſtir
pe Dauid dr̃ deſcendiſſe. Mat.j. Quod autem ita ſit,quãtum ad ge
nus,de quo loquitur hic in cronica regum Franciæ legi poteſt ſe-
cundum quam in perſonam Caroli fratris,ſiue patrui Ludouici
Lotharii filii, defecit gen? Caroli magni.Poſtea factus eſt rex Hu
go Capeti, qui genuit Robertum.Robertus Henricum.Henricus
Philippum.Philippus Ludouicum.Ludouicus Philippũ famoſiſ
ſimum,qui & hodie dr̃ regnare pro eo , ꝙ regnum conſolidauit,
& multipliciter augmẽtauit:& ſm,ꝙ regitur hodie omnia ordi
nauit, & de quo hic loquit̃.Iſte Philippus debellauit Othonẽ Im
peratorem & genuit Ludouicum,qui obſedit,& cępit Auinionẽ
Ludouicus genuit Ludouicũ,qui hodie regnat , qui eſt octauus
rex de genere dicti Hugonis. Et rex Philippus,de quo hic loqui-
tur fuit ſexus rex. Quicunque. Hic incipit lex,& ipſam reperies.
xi.q.j.quicunque.Litem habens.ſ.reus ab alio conuentus. Siue pe-
24 titor.(De quo minus vr̃, q̃ de reo:cum † rei fauorabiliores ſint,q̃
actores.ff.de reg.iu.fauorabiliores.Et no.j̃.de proba. ex literis.Ini-
tio litis).i.ante li.conteſt.d.n.immo,qñ lis conteſtatur.s̃.de of.de-
leg.ſuper quæſtionum.§. intentionis . Prima tñ expoſitio magis
congruit menti.Secũda vero magis literę.(Decurſis tpm.) ſ. poſt
lit.conte.ante concluſionem. d. n. vel ante ſñiam diffinitiuã qñ-
cũque. (Peroratur.i.cum ſuper propoſitis allegatur.j̃.de prob.qm̃
contra falſam . (Sententia).q.d. ſiue,in principio,ſiue in medio,
ſiue in fine. ſic.s̃. de offi.delega.ſuper quæſtionum.§. intentionis.
de iuramen. calum.l.ii.poſt princi. C. de iudi. rem non nouam,
rñ.j.ver.& generaliter omnes omnino iudices &c, (Antiſtitis).i.
proprii diœceſani.(Refragetur).i.ꝯdicat. (Cum ſermone) .i.his q̃
litigantes propoſuerunt. omnia enim plenè ſunt referenda.vt le.
& no.s̃.de elec.dudum.i.§.cum autem,& s̃.de of.le.licet. (Diriga-
tur.)Pater ſancte, legem habes expreſſam ad hanc materiam nõ
25 abrogatam,quam tñ omittis.†Nam & ſi iudex maior prouincię
lædat ſubditum,diœceſanus eſt ordinarius,vt in Authen.vt dif.iu
di.§.ſi tñ contigerit.coll.ix.ſubaudi,& ſi ita eſt de aliis inferiorib.
ꝑlatis,ꝙ tantam poteſtatem habeant , multo fortius de nobis,qa
inferiores:à nobis habẽt poteſtatem ſpecialem,non generalem.
xxij.diſ.c.i.nos autem à Deo & generalem. Et ſic continuatur ſe-
quens ver.cum enim &c.(Cum enim).ver.Quia poteſtas.Subau-
di,generalis ſuper omnes homines,principaliter quo ad animas,
& ſpiritualia,& per ꝯñs,quo ad alia,quia omnia ſpiritualibus ac-
cedunt.ff.de redhibito.acti.iuſtiſſimè.inſti.de rerum di. §. in pec.
xii.q.i.præcipimus.Non ex homine.Similiter eſt imperiũ à Deo.
in Auth.quomodo.op.ep.in prin.coll.i.xxiii.q.iiii.quęſitum xliii.
diſ.ſit rector.Verum eſt:non tamen habet ita dignam,nec ita ge
neralẽ poteſtatem,vt & probat, idem author, & probatur in prę
ceden. interli. & ſequẽ.gl.Sed ex Deo.quando dixit beato Petro,
Quodcũque ligaueris &c. s̃.de ma.& ob.ſolite ſm.d.n.xxiiii.q.i.

26 quodcũque,& c.eum beatiſſimus.†Sed ꝯ quia videtur,ꝙ Roma-
mana eccleſia à conciliis poteſtatem,quam habet recepit. xvii.
diſ.§.hinc ẽt.ix.q.iii.ipſi ſunt canones,& c.antiquis.Sol. hãc pote-
ſtatẽ,quã hʒ Romana eccleſia, hʒ à Deo per cõceſſionẽ,vt hic,&
in primis ꝯcor. Secundario à concilis per approbationẽ,vt in cõ
trariis,& probatur.xxi. diſt.quamuis.ix.q.iii.aliorum. Et ex priui
legio,& ex conſuetudine generali,vt no.s̃.rñ.i.ver. fi. ſuper verbo
priuilegium.& ſequẽ.ſiſc s̃.de of.leg. ſtuduiſti. in fi. & de treug.&
pa.ca.i.Sane mentis.Reperiuntur enim furioſi in iure.s̃.de æta.&
qua.vel non eſt compos.Ad officium.Sic.j̃.vt ec.bene. ca.vnico.
§.i.verſi.quòd etiam.Mortali.Directe,vel indirecte.ii.q.i. multi.s̃.
de treu.& pa.c.i.xxiiii.q.iii.ſi quis romipetas.& c.paternarũ. Chri
ſtianum.non infidelem.j̃.de diuor.gaudemus.§.i.ergo, qui hanc
poteſtatem negat,infidelem,& non catholicum ſe oſtẽdit,vt pa-
tet.s̃.de ma.& ob.ſolite.§.pe.xxiiji.q.i.hæc eſt fides . nihilominus
tñ,& iudex temporalis,temporalem pœnã infliget.xxiii.q.v. ſunt
quædam.& c.rex debet.(Correptionem)quam poſſumus ſaltem
facere.ii q.i.in primis,verſi.ſi quis frater,& eſt adhoc ar. ff. de pet.
hæred.hæreditas.in fi.Quãdoque† tñ aliquis facit malum,nec pu
27 nitur;immo remuneratur: vt quando quis colligit oliuam ani-
mo damnum dandi.ff.ad le. Aqu.ſi ſeruus ſeruum.§.oliuam,ſm.
B.Si enim colligit immaturam , tunc tenetur. le. Aquil. Si vero
maturam,tunc dñs oliuæ expenſas , & pretium donare vr̃ , & ſic
remunerat colligentem,& delinquentem.(Sed forſan.)ver. (Agẽ
dũ)quo ad penas infligendas,hoc eſt verũ.Sic intellige.xii.q.ij. de
reb.xviij.di.ſi eps̃.xxiiij.q.j. qui ꝯ eccleſiæ pacẽ, qa ſp̃ dignitati de
ferẽdũ eſt & ꝑſonę. s̃.de of.del.paſtoralis.rñ.j.qđ dic ut ibi no.Cę
terum.)ver. (Diuina) Deut.i.vbi ſic legitur,ſiue ſit ciuis ille,ſiue pe
regrinus,nulla erit diſtantia perſonarum. ita paruum audietis, vt
manum , nec accipietis cuiuſquam perſonam , quia Dei iudi-
ciũ eſt. [Ita magnum iudicabis,&c.] iii.q.ix.c.fi.ſim.j̃.de reg.ea q̃,
j̃.de acc.qualiter.ad fi.rñ.i.[Perſonarum] quo ad iuſtas ſñias ferẽ
das, ſiue iuſtitiam ſine declaratione partis vtrique æqualiter ex-
hibendam.extra.d.n.de re iudi.cum ęterni.lib.vi. [Licet autem.]
28 ver.[Cõtra pacem.] Ad† eccleſiam enim ſpectat pacem ſeruare,
& facere obſeruari,vt le.& no.s̃.de tre.& pa.c.i.& ii.s̃.de trãſ.c.fi.
xxiiij. q.iij.ſi quis romipetas,& c.paternarũ.(Charitatis)& ex hoc
infert in ſeq.§.No. ergo ꝙ quælibet cauſa poteſt deferri ad eccle-
ſiam ratione iuramẽti,defectus iuſtitię,pacis & peccati,vt ex pre-
miſſis colligi poteſt. ¶ Poſtremo.iij.pars & ex hoc.§.ii.(Firmata.)
ecce quod ſuppoſui in caſu.(Terminũ)erat forſan limitatum tẽ-
pus in forma pacis,vſq; ad quod alique certe conditiones ibi ap-
poſite ſeruari debuerunt.(Non eſt dubium) xxij.q. j. omne quod
& c.prædicandũ.ar.xciij.di. diaconi.j.(Reformentur.) q.d.immo.
29 poterimus.(Ne igitur) ver.(Diſſimulatione)No.†diſſimulationẽ
in peccatis,ꝑlato eſſe mortalem. ad hoc facit quod no. s̃. de treu.
& pa. cap.j. lxxxij.diſt.error.j̃.de priuileg.quanto.in fi.j̃.de ſenten.
excommuni.quãte. (Dedimus in præceptis.),vt iuxta formã &c.
vt dicit.j̃.in fi.c.& no. ꝙ ſecundum quoſdam iſti iudices non ha-
bent cognoſcere de principali.ſed de excepti.tantũ. Alij dicũt,ꝙ
& de principali cognoſcere poſſunt in modum denunciationis,
quod verius eſt,& de hoc no. plenius.j̃.eo. ſuper verbo,vtrum iu-
ſta ſit quærimonia. Sed quid ſi Rex Anglię dicat,peto mihi reſti-
tui comitatum pictauię quoniam iniuſte detines,vel contra cõ-
ſcientiam,& Rex Franciæ dicat,ꝙ bona conſcientia tenet ipſum
vtrum autem iuſte,vel iniuſte,non pertinet ad eccleſiam iudica-
re.ſcripſit hic.d.n.ꝙ ſufficit reſponſio Regis Franciæ,niſi Rex An
gliæ vellet probare ꝙ ꝯ conſcientiam tenet ipſum.quæ probatio
nec facilis eſt.nã & ſi probaret ꝙ ſuus fuit,nõ tñ ſequitur ex hoc,
ꝙ iniuſte poſſideat , quia potuit ei per pares curię adiudicari. ſm
d,n.vt patet in eo,quod no.ſm ipſum.j̃.eo. ſuper verbo,vtrũ iuſta
ſit quærimonia.Sed ſalua reuerẽtia ſua ꝯrium elicitur.C. de pro-
ba.ſiue poſſidetis,& xlv.di.ſed illud,& in ſequẽtibus. ex quo enim
conſtat de intentione actoris,niſi probetur ꝯ ipſum exceptio ſuf-
ficiens obtinebit,vt no.j̃. vt eccle.benefic. ca.vnico. verſicu.vnde
& ſequitur. (Niſi Rex ipſe.)ver. (Vel ſolidam pacẽ.)Ecce triplex,
vel ſub quo concludit,vt no.s̃.in caſu.hic eſt primum. (Vel treu-
ga.) ver.& hoc eſt ſm.(Vel ſaltem.) ver. & iſtud eſt tertium. ( Vel
idem abbas.) in deciſione nominatus. ſic. s̃. de procur.c.j.collega
erat archiepiſcopi Bituri.vt no.s̃.in caſu(Et archiepiſcopus.) Hy-
ſterõ Protheron.ſim.s̃.eo.decernimus.dic vt ibi no.(De plano.)
non in forma ſtricti iudicij,ſed in forma denunciationis.ſic.ij.q.
iij.§.abolicio.Vel.i.ſine ſtrepitu iudiciorum,vt j̃.de acc.ſicut.& c.
olim.ſm B.& de ſta.mo.c.fi.ver.fi.vbi de hoc. primę ſtandum eſt
expoſitioni. hęc enim eſt denunciatio iudicialis in qua de plano
procedendum eſt.ſed non eſt ueritatis examinatio omittenda,vt
ſequitur,& no.s̃.eo.rñ.j.ver.ſed cum dñs & ſeq. [Vel eius] .ſ.regis
Franciæ. [Exceptio.]Sic ergo ꝯ denunciationem admittitur ex-
ceptio,quod uerum eſt,ſi obiiciatur,ꝙ ſit criminoſus,& hoc ſiue
proſequatur iniuriam ſuam,ſiue non, cum enim in modum de-
nunciationis agat repellitur prætextu criminis,quia tũc agit qua
ſi quilibet extraneus. qualiter enim moueretur bono zelo ad cor
reptionem alterius qui nondum eſt correptus. iij.qõ.vij.qui ſine.
& §.



& §.porro.in fi.& c.iudicet.& j.q.j.multi.& 25.di.c.vlti.& 35.q.6.
epiſcopus in ſinodo,& j̃.de teſt.co.præterea.& j̃.de ſponſ.cum in
tua.& de hac materia.no.2.q.j.ſi peccauerit,ſm Ber. In denuntia
tione canonica & ſpeciali locum habent prædicta . in iudiciali
vero,de qua materia intelligo loqui hac literam,ſecus eſt,in hac
enim etiam criminoſus audietur,niſi forſan obſtaret excõicatio
j̃.de excepti.exceptionem. vel alia ſpoliatio,ſiue deprædatio,j̃.de
ord.cog.cum dilectus.& c.fi.vel alia exceptio præiudicialis . puto
autem,ꝙ hæc denuntiatio in ſcriptis ſit porrigenda,& ꝙ lis ſit ꝯ-
teſtanda.quod no.in verbis præceden.vbi dicit vtrum iuſta ſit q̃-
rimonia,an ſit denuntiatio admittenda vel nõ. Quidam tamen
dicunt(& forte non male) ꝙ non ſolum cognoſcent iudices,qn
immo & etiam de principali hoc modo, Rex enim Angliæ ſic
poterat dicere. Rex Franciæ tenet comitatum Pictauiæ in peri-
culum animæ ſuæ,vel contra conſcientiam ſuam,cum ad me ꝑ
tineat,vnde peto officium veſtrũ vt cogatis eum ad pñiam pera-
gendam.In hoc enim caſu ſi Rex Franciæ rñdeat , non pertinet
ad vos cognoſcere,vtrum iuſte detineam vel iniuſte.Hoc autem
ſcio, ꝙ non teneo ꝯ conſcientiam:& hanc,non aliam teneor a-
pud vos excuſationem proponere.Et ſi Rex Anglię voluerit pro
bare,ꝙ comitatus ſuus fuerit,nõ debetis probationes ſuas admit
tere,quia licet ſuus fuerit,tñ ꝑ iudicium parium, vel alio modo
potuit meus fieri. Vel ego teneo comitatum cum bona conſcĩa
& ſine peccato,& hoc mihi ſufficit,arg.C.de rei ven.l.fi. non ha-
bet eccleſia vltra quid procedere.Si vero Rex Angliæ vellet pro-
bare,ꝙ iniuſte & contra conſcĩam comitatum teneret,admittẽ
dus eſſet.ſed hæc probatio eſſet valde difficilis,quia & ſi probaret
Rex Angliæ ꝙ ſuus fuiſſet comitatus,nõ tamen hoc ipſo probat̃
vt dictum eſt,ꝙ Rex Franciæ ipſum contra cõſcientiam teneat,
vel iniuſte.Sin autem ageretur directe , ſufficeret ꝙ probaret ſuũ
fuiſſe dominium,niſi poſſeſſor legitimam exceptionem præten-
deret & probaret,C.de proba.ſiue poſſidetis. quando vero in mo
dum denuntiationis agitur,& ſi poſſeſſor ſemper debeat propo-
nere excuſationem probabilem,puta,& ſi ſuus fuerit comitatus,
tñ mihi adiudicatus eſt,vel pignori obligatus , vel aliud ſimile .
hoc tamen non habet neceſſe probare , quia quando per modũ
denuntiationis agitur,ſufficit ꝙ conſcĩæ ſuæ ſatisfaciat,& nõ ha
bet probare ius ſuum. Si tamen aduerſarius vellet probare ꝯriũ ,
audiretur,vt s̃.eo.c.rñ.j.ver.& Rex Angliæ, ſed & vbi ſcandalum
vel peccatum publicum †tunc ſicut de peccato conſtat,ſic debet
& de ſatisfactione conſtare,45.di.ſed illud. ſm d.n. cuius eſt hęc
tota gl.Tu vero dic,vt no.in præced.gl.& ſuper verbo, dederimus
in præceptis.& ſeq.gl.[Quam ꝯ eum] ſ.Regem Franciæ. [Propo-
nit] ſ. Rex Angliæ.in modum denuntiationis , & exceptio iuſta
poterit opponi,vt hic dicit.Hæc tamen de plano expedientur, qa
non dabuntur ita prolixæ dilationes, nec recipientur illæ ſubtili-
tates,quæ reciperẽtur,ſi alio mõ ageretur hęc enim omnia qua-
ſi ex arbitrio boni iudicis pendent,& debent conſideratis ꝑſonis
cauſis,locis,& temporibus expediri,s̃.de tranſac.c.fin. [Iuxta for-
mam] ſ.ꝙ totam terram ſuam interdicto ſupponat,j̃. de ap.no-
uit.s̃.de off.leg.nouit.vbi de hoc [Non omittat] ſ.& vos caueatis.
ꝙ eius ſententias obſeruetis , nam propter hoc & propter ſecun-
dum,ſcilicet vt pręlati ſciant excuſationem & intentionem Pa-
pæ,hæc eis dirigitur decretalis .

*SAMMARIVM.*

1 *Aduocati refrenantur quia nimis cauilloſi.*
2 *Reſponſio illius qui ſine mandato defendit principali non obeſt .*
3 *Aduocati debent proponere ius honeſte,& non opprobrioſe.*
4 *Ius in facto poſitum eſt.*
5 *Peruertentes veritatem obligant animas ſuas ad ſatisfactionem.*
6 *Perſonæ quæ poſſunt pro alijs reſpondere.*
7 *Perſonæ quæ non poſſunt per ſe poſtulare.*

CAP. XIIII.

PAſtoralis & infra. Pars s̃.de reſcri. pa
ſtoralis. Et nota.ꝙ
elien.inter alias conſultationes,quas fecit,interſeruit
qualiter aduocati cauilloſi,nec Deum timẽtes , nec
hominem reuerentes,auertebant clientulos a veritate facti pro-
palanda,volentes proponere & rñdere ſiue reſponſiones forma-
re,non ſuſtinentes,ꝙ clientuli alquid de facto ꝓponerent ſine ip
ſis,& huic medetur in ſequentibus. [ Vt principales,] & merito,
quia illę iurant,vt C.de iur.calum.auth.principales & magis prę
ſumitur.ꝙ ipſi ſciãt veritatem de facto ſuo,q̃ aduocatus, vel alius
extraneus,ar.s̃.de reſcrip.ab excommunicato . cum ſuis concor.
veritas autem eſt inquirenda ab illis, qui ipſam cognouerũt me
lius,vt leg.& no.s̃.de elect.ſcriptum.§.j.& extra,d.noſt.de teſti.ad
hæc præſentium.§.j.uer.iniungas.j̃.qui ma acc.poſ.videtur.[Nõ
per aduocatos]audiui enim aduocatum quandoque dicentem
clientulo ſuo,ſi hoc confitearis,tu amiſiſti cauſam tuam.& non
dicebat , ſi hoc neges amiſiſti animam tuam. ad quod accidit j̃.
1 de ſimon.Matthæus.in fin.† Merito ergo refrenantur,quia nimis
ſunt cauilloſi,vt no.s̃.eod.dilecti.& j̃.de decimis.ad audientiam.
[Sed per ſe ipſas.]vt ff.de inter.acti.qui ſeruum.§.fi.& l. voluit.&
l.ſi ſine.§.alius pro alio.& hoc verum eſt,quando principalis per
ſe eſt in iudicio.Si enim procuratorem conſtituerit,quod poteſt
rl̃r facere,ff.de procur.l.j.& per procuratorem poterit rñdere. ff.
2 de procura.non ſolum.ff.ad l. Aqui.proinde.§.j. Reſponſio autẽ
illius,qui ſine mandato defendit,non obeſſet principali.ff.de in-
ter.acti.ſi ſine.§.ſi defenſor.alias eſt lex.ſed ſi procurator veritatẽ
neget,vel quia ipſe ignorat,vel quia parum timet Deum,cogen-
dus eſt principalis,vt veniat & rñdeat.C.de procur.l.fi.ff. de proc.
ſi actor.Et de hoc no.j̃.de iur.calum.in pertractandis. [Factum]
3 ius enim poſſunt† & debent proponere aduocati vtiliter,rationa-
biliter,& honeſte,non opprobrioſe,non ſub dolo,C.de poſtu.qſ-
4 quis.ſm factum a ſuis clientulis intellectum . Nam† in facto ius
poſitum eſt ff.ad l.Aqu.ſi ex plagis.§.in cliuo capitolino.Et ſicut
ad ipſos aduocatos ſpectat iuris adaptatio, ita & ad clientulos fa
5 cti inſtructio.Non ergo intromittant ſe † de facto peruertendo
veritatem.Alioquin animas ſuas obligant ad ſatisfactionem,ar.
14.q.vj.ſi res.Et iunge quod no.j̃.de iura.calum.cæterum . [Pro-
ponant]ſiue ponendo ſiue reſpondendo.Aetatem enim habẽt ,
de ſe loquantur,de conſe.diſt.4.cum pro paruulis . Intelligas tñ,
ꝙ aduocatus & libellum & poſitiones formabit. Hæc enim tan-
gunt ius,& inepte formari poſſunt,j̃.eo.examinata . Sed & poſi-
tionibus & rñſionibus poterit intereſſe, vt caueat,ne in cauilloſa
poſitione,vel obſcura vel duplici clientulus capiatur, & ſic intel-
tellige.ff.de adulteriis.ſi poſtulauerit.§.queſtioni.& ff.de offi.pro-
conſulis.nec quicquam.§.aduocatos. Et vt breuiter concludam,
quicquid ius tangit,expedient aduocati:factum autẽ proponent
principales per ſe,non per aduocatos,nec ꝑ alios. [Niſi forte &c.
indiſcrete]Puta naturaliter fatuus eſt , vel ruſticus beſtialis ff. de
poſtu.l.ij.vel pupillus,C.de iura.calum.l.ij.§.quod obſeruari.C.de
6 aut.præſtã.clarum. ſubaudi vel aliæ priuilegiatæ perſonæ† habẽt
autem hoc priuilegium aliqui propter dignitatem ſicut illuſtris
C.de procura.l.fi.Item eps̃.v.q.3.quia eps̃.j̃.de iur.calũ.c.fi.aliqui
ꝑꝑ ætatis fragilitatem ſiue indiſcretionem,ſicut minor.s̃.de æta.
& qual.ex rõne.Inſti.de cura.item pupillus.& naturaliter fatuus
& ruſticus beſtialis,de quibus dictum eſt. Aliqui propter multitu
dinem,ſicut patet in pluribus fideiuſſoribus,vel hęredibus vnius.
ff.iudi.ſol.iam tamen.§.fi.& in plurib.exercitoribus eiuſdem na
uis.ff.de exerci.acti.l.j.§.fi.& l.ſeq.& in vniuerſitate ſiue collegio,
ff.quod cuiuſque vniuer.l.j.& l.item eorum.& s̃.de ſindico.c.vni
co.videtur tñ,ꝙ vniuerſitas per ſe agere debet. nam & iurare de-
bet de calumnia,C.de iura.calum.l.2.§.hoc etiam,ſed dic,ꝙ & ſi
per ſe iuret,ideo quia timore iuramenti ſi prius litigabat calum-
nioſe,preſumi debet ꝙ abſtinebat. Non tamen per ſe ſed ꝑ aliũ
rñdebit,vt dictum eſt , ſ. per ſindicum in animam vniuerſitatis
iuratæ,nec reſpondebunt ſinguli per ſe, ſed ſindicus, in quo nec
requiritur,ꝙ oẽs conſentiant rñſioni ſindici , ſed ſufficit , ꝙ ma-
ior pars conſentiat,ar.j̃.de his quæ fi a ma par.ca.c.fi.Vel dic me-
lius & tutius eſſe,ꝙ vniuerſitas per ſe non iuret,ſed per illum qui
litem conteſtatus eſt,vel quemuis alium.nec obſtat l. præallega,
C.de iuram.calum.l.ij.§.hoc etiam.Quia quando ſindicus iurat
nomine ipſius vniuerſitatis ſiue collegij.j̃.de iura.calum.ca.j. per
ꝯñs ipſa vniuerſitas (ſm.d.n.) iurare intelligitur, ar.ff.de admini
tut.ita.§.geſſiſſe.j̃.de ſen.excõ.mulieres.§.fi.& debet iurare in ani
mas illorum de vniuerſitate,vt extra.d.n.de teſtibus.pręſentium.
lib.vj.Et no.j̃.de iura.calum.in pertractandis.& c.pen. Nec mirũ
ſecundum.d.n. ſi per alium iuret & reſpondeat vniuerſitas quã,
per illum , qui litem conteſtatus eſt. Cum hoc generaliter obti-
neat,ꝙ procurator litem conteſtatur, & tamen principalis perſo
na iurat & reſpondet,C.de iura. calum. auth. principales. Aliqui
7 † etiam prohibentur propter defectum ſenſus,ſicut furioſus.Ali-
qui propter delictum ſuum,ſicut prodigus, ff.de tuto. & cura. da.
ab his.l.his qui in ea cauſa.Et mulier luxurioſa,ff.de cura. fu. l. &
mulieri.ff.mandati.ſi vero non remunerandi. §. ſi adoleſcens lu-
xurioſus.alias incipit lex,ſi filius.Et etiam excommunicatus, s̃.c.
intelleximus. Et breuiter quicunque ſeipſum regere non debet
vel neſcit,ſiue ex delicto hoc contingat , ſiue alio modo debet &
poteſt per alium talia expedire,s̃.de æta.& quali.c.ii.& iii.Niſi for
ſan tantum ſit delictum,ꝙ omnis audientia denegetur,vt in caſi
bus ſpecialibus,xxiii.diſt.in nomine Domini.ante fi.iii.q. j. §. pa-
tet.xxiii.q.v.non vos.xxi.diſt.intantum.xvi.q.vii. ſi quis deinceps.
alias autem ſemper eſt audiendus.Nec cõſideratur in hoc fauor
delinquentis,ſed rei publicę, cui expedit ne quis re ſua male vta-
tur,Inſtitu.de his qui ſui vel alie.iur.ſunt. §. ſed hoc tempore. in-
tereſt autem principis,vt ſub ſe habeat locupletes , vt in Authen.
vt iudi.ſine quoquo ſuff.§.cogitatio.colla.ij. alias autem oportet,
ꝙ principalis,ex quo per ſe agit,per ſe reſpondeat, vt C. de iu. ca-
a lum.auth. principales.[a] & no. s̃. eod. ſuper verbo, per ſe ipſas.in
princip.illius glo.& de hoc no.plenius in Summa,eo.tit.§.quæ ſit
neceſſaria.

ADDITIO.

a ¶Reſpondeat.Adde d.Abb.& eius apoſtil.hic in verſi.quarto.

neceſſaria.ſub §.vtroque autem.ver.ſi autem vtraque pars.& ſeq.
& de poſtu.§.quid pertinet.

*SVMMARIVM.*

1 *Poſſeßio eccleſiarum ſiue decimarum non cadit in laicum.*
2 *Vice domini uocantur omnes Vicarij epiſcoporum Cardinalium.*
3 *Sequeſter quid ſit.*
4 *Depoſitum fit vt vincenti detur.*
5 *Rei vendicatio datur contra poſſeßorem.*
6 *Rei vendicatio non competit, niſi pro corporalibus.*
7 *Iudex ſemper de iure ſupplere poteſt.*
8 *Interpretatio ſemper fit pro actore in initio litis.*
9 *Vis non eſt in altitudine actionis.*

## CAP. XV.

EXaminata. Pars ȷ̃.de confirmatione.exami
nata.[Inter te & milites Cam-
paniæ.& ȷ̃] In hac deciſione continetur, ꝙ nobilis
iſte, cui ſcribitur & milites campanici, de quibus hic
loquitur.aduerſarij eius, eccleſiam infraſcriptam, de qua agitur,
1 non proprie poſſidebant. quia poſſeſſio eccleſiarum ſiue etiã de-
cimarum non cadit in laicum, x.q.i.per totum.ȷ̃.de præſcrip.cau
ſam quæ.& no.s̃.ti.j.contingit.tenebant autem ipſam, quod ſatis
poteſt tolerari,i 6.q.i.conſtitutum & q.7.conſiderandum.& ca.fi-
liis.& ad eorum præſentationẽ ordinandam,ȷ̃.de iure patro. per
totum.eis igitur ſic tenentibus eccleſiam conniuentibus oculis
diœceſani argu.ff. ma.l 4.orta contentio inter eos ſuper iure pa-
tronatus ipſius, & tandem poſuerunt eccleſiam in ſequeſtrũ pe-
2 nes †vicedominum Sabinen.vt no.ȷ̃.§.j. qui clericus eſt (omnes
enim vicarij epõrum Cardinalium vicedomini vocantur) tenẽ
dam per ipſum, quouſque eſſet inter eos qõ huiuſmodi termina
ta.hoc facto, egit nobilis contra milites ſuper iure patronatus, ꝓ
ponens rei vendicationem, & petens ipſam ſibi reſtitui, vt patet
ȷ̃.§.j.ibi profecto &c. Et ſatis inepte, vt ȷ̃.no.[Actionem]. ſ.rei vẽ
dicationem, quam in libello expreſſiſti, vt ȷ̃.§.i.[Milites]. ſ.cãpa-
nicos, cum quibus habebas quæſtionem ſuper iure patronatus
eccleſię infraſcriptæ. [Incongruentem] &c, Maxime conſidera-
to eo quod probare intendebas, vt patet ȷ̃.§.i.¶[Quia cum teſtes]
ij.pars.[Vicedominus]. ſ.Sabinen, in quem compromiſerunt, ȷ̃.
de confir.vti examinata.[Eccleſiam] i.ius patronatus eius eccle-
ſiæ, ſuper quo agebatur interim tamẽ vicedominus pręſentabit,
quia debet interim fructus rei depoſitæ recipere, ſi primo fuerat
poſſeſſor. Et no.hic ꝙ depoſitum locum habet nõ ſolum in cor
poralibus, ſed etiam in incorporalibus & ſpiritualib, vt hic patet.
& idem videtur de miſſione in poſſeſſionem, de quo not.ȷ̃. de eo
qui mit.in poſſ.cauſa rei ſer.c.i. ẜm d.n. ſed nõ percipiet vicedñs
fructus tãquam pars, quia nec pars eſt.[Sequeſtratam]Sequeſter
3 eſt is, apud †quem res, de qua contẽtio eſt, deponitur, & non fit
ſr̃r niſi a pluribus, quamuis alias & vnus & plures deponere poſ-
ſint.ff.depoſiti.licet & l.ei apud quem. Rr̃ ideo dixi, quia quãdo-
que fit ab vno, puta a iudice q ex officio mandat quandoque ali-
quam rem ſequeſtrari, ſic s̃.de reſcript.olim.ȷ̃.de ſequeſtra.poſſ.c.
j.& de hoc no.in Summa.depoſiti.§.in quibus.[Accepit] a te, &
tunc planum eſt, quia ſicut poſſidebat, quãdo tradidit, ita & poſt,
niſi ea mente depoſuiſſet, ꝙ poſſeſſionem in depoſitarium tranſ
ferret.ff.de acq.poſſ.intereſſe, puta ẜm dom.noſt. Tu dic, vt in ſe-
quen.gl.[Tu ius patronatus]&c.In hoc ergo eras tibi ipſi contra
rius, quia ſi tu poſſidebas, & cuſtodiam commiſiſti ſequeſtro, nõ
competit tibi rei vendicatio, cum adhuc poſſideas, & rei vendi-
catio non datur non poſſidenti, vt ſequitur. Si vero ſequeſtrum
conſtituiſti poſſeſſorem & voluiſti deſinere poſſidere, adhuc nõ
competit rei vendicatio contra milites qui nihil poſſident, vt pa-
tet C.de alie.iud.mu.c.fa.l.vnica.in fi.ſed potius debes agere actio
ne depoſiti ſequeſtraria ↄ̃ ſequeſtrum, lege tamen ſequeſtratio-
4 nis impleta, vt rem tibi reſtituat, ad hoc †enim deponitur, vt vin
centi detur ff.depoſiti.ei apud quem.§.j.ff.de pecul. depoſui.ff. de
priui.cred.ſi venter.§.j.C.de vſu.acceptam. Vel præſcriptis verbis
ff.de pręſcriptis verbis.ſi rem §.ſi quis ſponſionis cauſa anulos.ad
idem eſſet ſi per milites ſtetiſſet, quominus lex ſequeſtrationis ad
impleretur.i.res euinceretur.ff.depoſiti.ſi in area.§. cũ ſequeſtro.
& l ei apud quem.§.j.C.depoſiti.propter inſtrumẽta, ſed nec hic
contra ſequeſtrum adhuc aliqua actio competebat, quia nec tu
viceras, nec per milites ſteterat quominus obtineres, & ſic cõclu
ditur iſti nobili omnis via: de his enim duob. modis tantum fit
a ſequeſtratio, vt aut ſequeſter cuſtodiat, aut vt poſſideat,[a] & ſemꝑ
videatur tradita fuiſſe poſſeſſio, quando plures deponunt apud ſe
queſtrum, niſi dicatur, ꝙ cauſa cuſtodię fit ff.de acqui.poſſ.inter-
eſſe puto.ff.depoſiti.proprie.& l.ei apud quem.§.fi.& l.licet. ff. de
verbo.ſigni.ſequeſter.[Poſſidebas]Et rei vendicationem intenta-
bas, & male, vt ſequitur[Nec rei vendicationem.] quæ nõ datur
5 poſſidenti, ſed †contra poſſeſſorem, Inſtit.de acti.§.j.C.de ali.iudi.
mu.ca.fa.l.vnica.vel ſaltem detentorem, puta depoſitarium vel
commodatarium.ff.de rei ven.officium.in fi.ff.de pecu.depoſui.
in prin.niſi quando apud ſequeſtrum res depoſita eſt certa lege
ſeruanda, vt dictum eſt.[Reſtitutionem] eadem ratione, poteſt
enim tibi reſponderi, ex quo poſſides, quod petis intus habes, vt
legitur & nota.ȷ̃.de cau.poſſ.& proprie.paſtoralis.quia nec fueras
ſpoliatus.ȷ̃.de reſt.ſpo.ex conqueſtione.& c.ex parte.[Poſtulare]
ſubaudi, ſed nec in hoc caſu rei vendicatio locum aliquatenus ſi
bi poterit vendicare, cum nõ competat niſi illi, qui dominus eſt
ff.de rei ven.in rem. Quæ ergo actio eſſet apta? Poteſt dici, ꝙ con
feſſoria, quæ datur etiam poſſidenti, & circa iura incorporalia lo-
cum habet Inſti.de acti.in prin. Vnde per hanc confeſſoriam fa
tebitur iſte nobilis ſe patronum, & ſibi iuſpatronatus compete-
re.ff.ſi ſeruitus vendi.l.ij. & petet declarari per ſententiam ſe pa-
tronum eſſe ff.ſi ſeruitus ven.ſicuti.§.ſed ſi quæritur.& ſe non im
pediri per milites in actibus iuris patronatus, vt eo.tit.l. loci.§.in
confeſſoria.ſic videbatur agere epiſcopus Vulteranus. s̃. de elect.
cum eccleſia Vulterana.ſic agebant clerici contra canonicos Su
trinos.ȷ̃.de cauſa poſſ.cum eccleſia Sutrina. Vel poteſt dici, ꝙ cõ
petebat negatoria.per quam nobilis negabat milites admitti de-
bere ad præſentandum tanquam illos, qui in hoc nullum ius ha
bent.ff.ſi ſeruitus ven.l.ii.in prin. ſic videbantur agere canonici ↄ̃
clericos Sutrinos ȷ̃.de cauſa poſ.cum eccleſia Sutrina.ſed contra
quia actiones iſtæ competunt dominis prædiorum, ff.ſi ſeruitus
ven.l.ij.§.hęc autem actio.& l.ſi forte.§ hæc autem actio. At pa-
tronus dominus non eſt, ergo non poteſt ei competere. Rñ.verũ
eſt directa, vtilis autem competit non domino ſicut conductori
ad longum tp̃s & vectigali.ff.de ſeruitu.ei qui. Vel dic, ꝙ huic no
bili, ſi impediatur vti iure ſuo, competit vti quaſi poſſidetis. ff.de
ſeruit.l.fi.ff.ſi ſeruitus ven.l. 2.§.Pomponius.ff. de iti. actuque pri.
l.j.§.ſi quis propter.& l.vnde quæritur.§.idem Iul. Vel dic dari of
ficium iudicis s̃.de offi.iudi.c.ẜm Goff. Do.vero N.notauit hic
ꝙ confeſſoria datur poſſidenti.ff. ſi ſeruitus ven. & ſi forte.§.j.& l.
ſeq.ſed hic non agebatur contra depoſitarium, ↄ̃tra quem agere
poſſet, ſi poſſeſſionem interuertiſſet. ff.de vi & vi arma. colonus.
ſed agebatur contra milites campanicos.& hoc no. ꝙ rei vendi-
caito datur mihi ↄ̃ poſſidentem rem ratione iuris quod in ea ha
beo. ſic ff.de contrahen.emp.qui tabernas.ff.de leg.l. ſi domus.&
ẜm hoc ſic fuit hic formatus libellus vendico talem eccleſiam a
talibus militibus. quia in ea habeo iuspatronatus. Vel dic, ꝙ alia
6 ratione intentabat rei vendicationem, †quia rei vendicatio non
competit niſi pro corporalibus, ff.de rei ven.l.i.§.per hanc.& l.vẽ
ditio.ſed hæc litera innuit ↄ̃rium, ſ.ꝙ pro iuribus competat, licet
hic inepte proponeretur, quia poſſidenti nõ datur, vt dictum eſt.
Sed reſponde hic large ſumi rei vendicationem pro quacunque
actione in rem, hoc tamen ſtare non poteſt, quia cõfeſſoria, quæ
in rem eſt, competit etiam poſſidenti, ſic ergo ſi de ipſa hic intel
ligeretur, male diceret, ꝙ propter ineptam petitionem ſuccubuiſ
ſet. Potes ergo dicere ꝙ iſte M. petebat ab iſtis militibus iuſpatro-
natus quaſi a poſſeſſoribus, & hæc eſt actio in rem, quæ tamen ꝑ
omnia non imitatur naturam rei vendicationis, quia datur pro
incorporalibus: nec naturam confeſſoriæ, quia tantum non poſ-
ſidenti, & contra poſſidentem tantum datur. de hac loquitur ff.
ſi vſusfruc.pe.vti frui.§.fi.Inſtitu. de acti §.j. & iſta actione agitur
ȷ̃.de excep.cum venerabilis.s̃.de maio.& obe.inter quatuor. Vel
dic, ꝙ non reprehenditur hic M.pro hoc, quia ineptam actionẽ
nominauerit, ſ.rei vendicationem, quæ hic ſumitur pro confeſſo
ria, & quæ bene datur poſſidenti, vt dictum eſt, ſed reprehendit
propter ineptam intentionem, quam habebat, ſ.ꝙ poſſidens pete
ret poſſeſſionem quam tenebat. Vnde papa bene pronuntiauit
hic ſuam intentionem non tenere, & ſic pronuntiat lex.ff.ſi mẽ
ſor fal.mo.d.l.j.§.j.bene igitur competit confeſſoria ei, qui non
eſt in poſſeſſione iuris patronatus, dum tamen habeat iuspatro-
natus contra eam, qui ipſum prohibet vti iure patronatus, vel q
ſe liti obtulit, ff.ſi ſeruitus ven l.ij.§ hæc autem actio.& l.loci.§. ſi
quis mihi.& l.ſi quis diuturno.ff.ſi vſufruc.pe. l.fin.ſed cum iſte
M.non tãtum ius, ſed poſſeſſionem haberet, vt probauit, ideo ma
le intentauit rei vendicationem vel confeſſoriam actionem in
rem ſatis tamen congrue poſſet proponere negatoriam, ff. ſi ſer-
uitus ven.l.ij.ff.de acqu.poſſ.naturaliter. vel interdictum vti poſſ.
quia moleſtabatur ſuo iure vti. Dicitur autem hic inepta petitio
quia nec abſolutio nec cõdemnatio efficax ſequi poteſt, ſi enim
abſoluat reum, non prodeſt ei, quia non poſſidet & ſi poſtea poſ-
ſidere cœperit, denuo agenti non obſtabit exceptio rei iud. ꝓpter
nouam poſſeſſionẽ. Itẽ condemnari non poteſt. cum ſit impoſ-
ſibile & ↄ̃ ius, ꝙ rem reſtituat, quam nõ poſſidet nec poſſedit, vel
ad minus dolo non deſiit poſſidere, ȷ̃.de excep.aduerſarius. ẜm d.
n. cuius eſt hæc tota glo.ab illo ver.ſuperiori Do.vero no.citra in
qua plus eſt ſubtilitatis quam vtilitatis. De hoc etiam no.plenius
Do.n.

ADDITIO.

a ¶Poſſideat. Vtrum poſſeſſio rei ſequeſtratæ transferatur in ſequeſtrum, & ille, qui ante poſſidebat deponendo penes ſequeſtrum deſinat poſſidere. vide hic per do. Henri.Bo.& Bar.in l.intereſſe.ff.de acq.poſſ.& Io.Ligna.in cle.j.de ſequeſtra.poſ. & fruc. Item vtrum iſte, penes quem factum fuit ſequeſtrum, potuiſſet præſentare pendente ſequeſtro. vide hic per Innocen.& dom.Abb.poſt eum in v.colum.ver. ſed quia ſupra.



Do.No.ȷ̃.de ver.ſig.abbate.reſpon.j. Tu dicas, ꝙ non eſt curan-
dum canoniſtæ cui ſufficit, ꝙ tãtum factum ſimpliciter propo-
natur, s̃.c.dilecti.& iſte aduocatus fatuus fuit, qui actionem ex-
preſſit, vt forſitan videretur Rabi: ſed ſi tacuiſſet, philoſophus
fuiſſet.¶[Vnde intentionem]iii.pars [Ab eadem]. ſ.intentione
vel petitione: quo ad inſtantiam iudicij intelligas, & hoc eſt qđ
dixit in hac parte, & ſic etiam continuatur ſe.ver. ita tamẽ &c.
[Ita tamen]ver.[Aptam] Cum enim proponitur actio, iudex
non ſtatim debet illam corrigere, quia nõ debet eam de facto
ſupplere, ſed in fine debet reum abſoluere ab inſtantia iudicij,
vt hic, & ff.ſi menſor fal.mo.di.l.j.ȷ̃.de reſt.ſpo. cum ad ſedem.
§.fi.ȷ̃.de don.inter dilectos.ẜm B. Tu dicas, ꝙ hoc verum eſt, qñ
iſtud a principio non auertit: alioquin dẽt ſtatim libellum den
tibus lacerare, vt no.Do. ff.de off. aſſeſ.l.j. nec eſt iſtud de facto
ſupplere, ſed de iure: hoc.n.vtrum apta vel inepta ſit petitio, nõ
7 in facto ſed in iure conſiſtit, † ſed de iure ſemper poteſt ſupple-
re iudex, vt no.s̃.de poſtu.præ.bonæ. j. & ſemper occurrere par-
tium laborib.& expenſis, s̃.de off.dele.ſuper quęſtionum.§.por
ro.in fi.vbi de hoc, ȷ̃.de app.vt debitus.ſed & ẜm D.N.petitio ad
mittenda eſt in principio, dummodo tolerabilis videatur, ȷ̃.de
8 reſt.ſpo.cum ad ſedem: † quia ſemper interpretandum eſt pro
actore, ff.de iud.ſi quis intentione: inepta autem non iudicatur,
ſi nec ipſe poſſideat, nec reus, vt no.ȷ̃.vt li.non conte. c.fi.§.ꝙ ſi
ſuper ẜm d.N. Quod aũt dixit, ꝙ ſemper facienda eſt interpreta
tio pro actore, verum eſt in initio litis, vnde iudicium redditur
in inuitum, ff.de ver.ob.inter ſtipulantem. §.j.In fine vero ſem-
per fit interpretatio pro reo, vnde & eſt in dubio abſoluendus,
ẜm ꝙ le.& no.ȷ̃.de re iud.c.fi.In medio aũt pro illo, qui ambi-
gue locutus eſt, ſiue actor ſit ſiue reus, & hoc probat lex, q̃ in-
duxi ff.de iudi.ſi quis intentione. Ideoq; dic, vt no. s̃.e.gl. ver.tu
dicas, & ſeq.vſque ad ver.ſed & ẜm d.N.[Actionem]Expone.i.
petitionem: nec.n.cogitur quis exprimere actionem niſi velit,
vt s̃.e.dilecti.ſi autem velit proponere, admittitur: Sed ſi propo
nat ineptam, reus ab inſtantia iudicij abſoluitur, & proponens
ad expenſas legitimas condẽnatur, vt ff.de iudi. eum quem te-
mere.poſtmodum ſit apte petitionem ſuam formauerit, iterũ
a admittetur, vt hic dicit, & no.in d.c.dilecti.Do.vero N.[a]Hic no.
9 ꝙ †non eſt vis in aptitudine actionis, dummodo intentio recta
ſit: vnde & ſi quis dicat, peto a te talem fundum, quia ad me ꝑ-
tinet iure dominij, & ad hoc propono actionem ex locato. ꝓ-
bato dominio fertur ſententia pro ipſo, licet actio ſit inepta, ar.
ad hoc in eo quod le.& no.s̃.ti.i.dilecti.ȷ̃.de do.& contu. c.i.ſed
hoc eſt contra hanc literam euidenter. Dic ergo, vt nota.s̃.in
prin.huius gloſſæ.

ADDITIO.

a ¶Dominus vero noſter. Pro hoc dicto Inn.And.Bar.alleg.hic Bal.in l.edita.C.de eden.& in l.j.ff.de iuriſd.om.iud.& in l.pe.ff.de iuſt.& iu.& in l.j.ff.de eden. & in l.per diuerſas.C.man.vbi ſequitur Inn.ſed & in l.& fine. C. ad Treb.tenet contra Inn.d.Ab.ſequitur opi.Hoſt.fatetur tamen ꝙ de equitate procedere: opi. Inn.& illam ſequitur Ro.conſi. 245.ſecundum do.And.Sic.

*SVMMARIVM.*

1 *Præceptor perpetuus ſine cauſa remoueri non poteſt.*
2 *Ignorantia quando a dolo excuſat.*
3 *Infamis non poteſt eſſe procurator.*
4 *Seruus in iudicio ſtare non poteſt.*
5 *Malus, & bonus quis præſumitur ex natione.*
6 *Nota omnis purgatur per ingreſſum religionis.*
7 *Induſtria ſolet pœnas deſidiæ vitare.*

## CAP. XVI.

CVm deputati.& infra [Præcepto
res] Hi cõ-
parantur inſtitorib. qui negotiis dominicis præpo-
nuntur, & hẽt locũ qđ hic dr̃. vbi domus, quæ hẽt
ſuperiorem præceptorem, qui inferiorem inſtituit, eſt domina,
non ſolum domus inferioris, ſed ẽt rerum ipſius, alias ſecus, ar.
ff.de inſt.ac.l.iii.& l.cuicunq;.§.i.& §.ſed & cum fullo. Compa-
rantur ẽt cuſtodib.vel commentariis, vel viſitatorib.vel vica-
riis: quia curare & viſitare debent loca per maiorem magiſtrũ
ſibi commendata. Horum officium habes lxi.di. obitum. & c.
ſeq.lxiii.di.ſi in plebib.lxx.di.ſanctorum.viii.q.i.qui vos ſpernit.
De officio vero viſitatoris, ſiue vicarii inuenies xji. q.i.quoniã
velina.& q.ii.de laicis.& c.ſeq.& s̃.de of.uica.per totum. Et uide
tur, ꝙ qñ hmõi præceptores poſſunt remoueri ad arbitrium ſu
perioris uel ſuperiorum (ſi plures ſunt ſuperiores, qui hãc po
teſtatem habeant) ꝙ tunc non ſolum inferior, ſed ẽt ſuperior,
uel ẽt ſinguli ſuperiores ſi plures ſunt noĩe domus, q̃ tenet in-
a ferior, & agere et conueniri poſſunt,[a] ar.ff.de inſt. ac. cuicunq;.
§.fi.et l.ſeq.ȷ̃.de reſt.ſpo.olim.j.C.de ſacroſ.eccl.ſancimus.i.ff.de
exerc.act.l.i.§.magiſtrum aũt accipimus.et §.ſi plures.et §. exer
citorem.et §.ſi is qui nauem. quamuis aũt in ꝑtãte agentis ſit
cõuenire quem voluerit, vt ex prædictis iurib.colligitur, in agẽ
do tñ præfertur maior, quia cum poſſit ſubditum remouere ab
adminiſtratione in totum, multo fortius a proſecutione cãæ,
1 ar.ff.de proc.in cãæ. Quòd ſi præceptor ſit perpetuus, i. ſine cã
remoueri non poſſit, ȷ̃.de ſta.mo.monachi.§.priores.tunc præ-
ceptor ſuperior non poterit agere de reb.ad hunc locum per-
tinentib.niſi in defectum inferioris præceptoris, vt patet in eo
qđ le.& no.ȷ̃.de reſt.ſpo.olim.j.ȷ̃.de teſti.cum olim.ȷ̃.de ſucc.ab
inte.c.fi. Nec eſt vis in eo, ꝙ forſan ſuperior non poteſt amoue
re inferiorem ſine conſilio, & etiam conſenſu aliquorum: q̃a
nec ẽt prælatus aliqua maiora dẽt facere ſine conſenſu capĩi vł
conſilio, ȷ̃.de his q̃ fi.a præl.nouit.& c.quanto.& tñ agere, & cõ
ueniri põt ſine conſilio eorum, vt patet in eo, qđ le.& not. s̃.de
reſcr.edoceri. Item non eſt vis, vtrum bona hmõi loci diſtincta
ſint a bonis maioris loci domus, dũmodo ſuperior poſſit infe-
riorem per libito remouere & inſtituere, & dummodo cõſtet,
ꝙ qñ minor præceptoria vacat, ſuperior adminiſtrat: in hoc.n.
caſu q̃uis bona inferioris domus ſeparata ſint, in tñ ẽt ꝙ exẽ-
plum non poſſit aliquid portari ad maiorem domum, tñ ad-
miniſtratio non eſt diuiſa, quæ bene põt eſſe penes plures præ-
ceptores, ſicut & penes plures tutores, & plures adminiſtrato-
res, ff.de tute.& ra.di.l.j.§.ſi pupillus.& §.de rõnib.& l.ſi ex duo-
bus.& de hoc no.s̃.de reſcr.edoceri. Alij dicunt (& forte meli⁹)
ꝙ non eſt vis, vtrum præceptor ſit tꝑalis vel perpetuus, vtrũ ſi-
ne cã remoueri non poſſit, vel poſſit. An vacante domo veniat
adminiſtratio ad ſuperiorem vel non: ſed in hoc tñ eſt vis, an
ſimul poſſint libere adminiſtrare, & quis eorum maior ſit in
adminiſtratione: & tunc ambo poſſunt conueniri, & maior in
agendo præfertur. & ſic eſt in exercitorib.ff.de exerci.act.l.j.§.eſt
aũt nobis electio.& ſeq.& in patre & in filiofa.C. de bo.quæ li.
cum non ſolum.& in plurib.inſtitorib.ff.de inſti.act.quicunq;.
& ſæpe in præpoſito & canonico qñ agitur de præbẽda, vt no.
ȷ̃.de proba.ex lr̃is.& in vicariis.xciii.di.c.fi.& xciiij.di.c. j. Itẽ nõ
eſt vis, an totum lucrum ad aliquem ſpectet, dũmodo alteri ſit
adminiſtratio, vt no.s̃. đ reſcr.edoceri. Sed & hoc verũ ẽ, ꝙ mul
ti ſunt, qui ꝓ eiſdẽ locis religioſis, & ſi adminiſtrationẽ non ha
beant, agere & rñdere pñt, ſed non coguntur, vt no.ȷ̃.de teſti.cũ
olim.plus tñ placet qđ not. ȷ̃.de reli.do.cũ venerabilis. Ex dolo
aũt iſtorũ præceptorum ẽt in contractib.admiſſo non tenetur
locus, niſi locupletior factus ſit, ff.qñ ex facto tu.dolus.C.qñ ex
facto tu.l.iij.ff.de tribu.act.l.iii.§.j.ff.de act.emp.& ven. Iulian⁹.
§.idẽ Iul.ff.de re.iur.neque in interdicto.antep.col.& no.ȷ̃.depo
ti.grauis. De culpa vero ipſorum tenetur inſolidum locus, ſi a
præceptore põt ſeruari indẽnis, alr non, ff.de adm.tu.l.fi.rñ.j. ꝙ
ſi ꝓceptor bona fide cõtraxit, tenetur locus inſolidum, ẽt ſi fiat
inde pauperior, ȷ̃.de ꝑca.c.ij.ff.de mi.pr̃i.§.ſi pecuniã. ff.de euic.
illud.§.j.ſed põt in integrũ reſtitui, ſi exinde grauiter ſit læſus. ff.
de min.ait prętor.§.hodie.& l.ꝙ ſit minor. § j. executio aũt rei
iudicatæ ſꝑ facienda eſt contra locum, ſicut & contra pupillũ,
ff.de adm.tu.l.ij.ff.de re iud.ſi ſe non obtulit. §. j. Alij aũt alr di-
cunt in aliquib. ꝓdictorũ: dr̃ aũt dolo tutoris vel ꝓceptoris fa-
ctũ, ſi aliquid ſciẽter accepit vel tenuit pluſq̃ dr̃et, ff.de tribu.ac.
l.iij.rñ.j.& §.j.& §. & ita Iulianus. & ſeq.& idẽ eſt ſi nõ retinuit
2 qđ debuit retinere, ff.de tribu.ac.ꝙ in hr̃dẽ.§.j.ignorãtia† verò
a dolo excuſat, dũ tñ re cõperta q̃ cito põt, reſtituat, ff.de trib.ac.
illud quoq;.§.ſi cuius.ver.ſi tñ ignorãs. & ſeq. ẜm d.N.cuius eſt
mens totius huius gl.ex qua forſan multa vtilia elicere poterit
diligens ſtudioſus. Tu tñ vnũ no.circa hanc materiã cõpendio-
ſum & vtile, ꝙ in iſtis religioſis adminiſtratorib. quocũq; noĩe
cenſeanẽ, non eſt in iudiciis requirẽdũ, vnde ſint, vel de gñe eo-
rundẽ, ſed hoc ſufficit ꝙ ab illo ſiue ab illis, q ꝑtãtẽ hñt, ſint ca
nonice inſtituti, vt patet in eo qđ no.ȷ̃.e. ver.j.ſuper ver.litigio-
ſis.& ꝙ officiũ ſui ordinis laudabiliter exequantur, ȷ̃.e.c.j.§.j.Si
quæris, q ſunt illi, q hñt ꝑtãtẽ inſtituendi? Rñ. de iure cõi conſi-
derandũ eſt, vtrũ ꝑ electionẽ creenẽ, vel curã habeãt, aut cuſto
diã gerãt ſimplicẽ ſine cura: in primis duob.caſib.ſ.qñ ꝑ electio
nẽ creanẽ, vel curã hñt, eſt diœceſani authoritas requirenda, vt
patet in eo, qđ le.& no.ȷ̃.de ſta.mo.monachi.§.priores.ȷ̃.de pri-
uil.cum & plantare.§.in eccleſiis.in ſecundo vero caſu, ſ. quan-
do ſimplicem habent cuſtodiam vel adminiſtrationem ſine cu
ra, ſufficit ꝙ a ſuperiori ſuo ſimpliciter deputentur, ȷ̃. de ſtatu
mo.monachi.§.priores.& ca. cum ad monaſterium. §.tales.de
conſilio tñ ſiue conſenſu collegiorũ, niſi ſuperior aliud obti-
neat ex priuilegio vel conſuetudine ſpeciali, quæ iuri commu
ni derogant in hac parte, vt patet in eo, qđ le.& no.ȷ̃.de his quę
fi.a pręla.ca noſcitur.s̃.de ele.ſacroſancta.& extra, do. No.e.tit.
volentes.§.ſane.lib.vj.quod dic, vt ibi not. De aliis vero dic, vt
in ſeq.gl.[Iuſtitiam ſuam].i. domus templi cui preęſt tanq̃ ꝓce-
ptor

ADDITIO.

a ¶Poſſunt. Cum ergo ſuperior poſſit agere pro iurib. inferioris domus & ẽt inferior. vt in c.olim.de reſt.ſpo.& in cle.j.de reſcr.quis eorum præferatur ſi concurrãt ad agendum. vide per Inn.& do.Ab.poſt eum hic.ver.ſed circa hoc quęro.

ptor[Admittant]Et male,d.n.[Tanꝗ licitum non ſit]ver.& eſt
hæc prima exceptio,quæ eis opponebatur [Eis]ſ.præceptorib.
[Litigioſis] Hæc exceptio quo ad fratres clauſtrales & ſimpli-
ces,qui nullam adminiſtrationem habent, locum haberet,ar.
ſ̃.de poſtu.c.ij.xvi.q.j.placuit.In præceptorib.autem locū nō ha
bet,vt patet ex ſequentib.dummodo fiat fides de præceptoria,
qa talis ad proſequenda negotia eſt gn̄aliter conſtitutus. Iōq;
ſiue vocetur præceptor ſiue procurator,non eſt vis, qa talis &
defendere & agere poteſt,vt le.& no.ſ̃.de procu. petitio.& c.di-
lectus[Studiis]ſi.ſ̃.de ſindico.c.vnico. Nam coniungi & cohæ-
rere nō poſſunt,quib.ſtudia ſunt diuerſa,xvj.q.vij.in nona actio
ne.ſed hoc ſolutum eſt in præced.gl.in prin.¶[Illud]ſubaudi ēt,
& eſt ii.pars.& eſt hæc ſecunda exceptio, quæ opponebatur cō-
tra ipſos[Allegantes]hi contra quos agunt,& male ſm̄ do.No.
[Ipſorum]ſ.præceptorum[Generatio non eſt nota] Poterāt.n.
eſſe infames,xix.q.ij.duæ ſunt.ar.ſ̃.de cle.pereg.tuæ. Conſueue-
runt nempe tales fugere loca ſua, & transferre ſe ad ignota, vt
3 in d.c.duæ.†& infamis non poteſt eſſe procurator ſm̄ c.iij.q.vii.
c.j.vj.q.j.infames.licet ſecus ſit ſm̄ ll. vt patet Inſti.de excep.§.ſi.
4 vel ideo quærebatur,vt ſciretur an eſſent ſerui:† ſeruus.n.in iu-
dicio ſtare nō pōt,C.e.ſeruus.niſi certis ex cauſis,ff.e.vix certis.
& eſt hoc verum,niſi putetur liber:tunc.n. valet quod cum eo
fit,iii.q.vij.§.tria.ff.de offi.præto.Barbarius.C. de teſta. l. j. Vnde
& ſn̄ia contra talem lata mandaretur executioni contra eccle
ſiam,ar.ff.ſi quis cau.l.fi.ff.de euic.illud.in fi.q̃uis durante cā cō
tingeret abſolutio,ſi appareret de ſeruitute.ff.e.non idcirco. &
de hoc no.ſ̃.de ſer.non or.ca.j. Vel excipiebatur ideo, vt ſciret
5 de qua gente nati erant:nam†& ex natione pręſumitur aliquis
bonus vel malus,ff.de ædil.edi.ꝙ ſi nolit.§.qui mancipia.Vnde
& ab ordinando quęritur,de qua gente eſt,xxiiii.di.qn̄ ep̄s.j̃. de
purga.ca.conſtitutus.Sol.in religioſo hę exceptiones locū non
6 habent,vt patet ex ſequentib.nā per†ingreſſum religionis pur-
a gata eſt oīs nota.[a] In Auth.de monach.colla.j.xix.q.ſi.ad fi.§.al.
c.non licet.ex quo ēt ſunt in poſſeſſione libertatis, liberi pręſu-
mūtur,vt patet in eo quod no.ſ̃.e.ver. & eſt hoc verū.& qlibet
pręſumitur bonus.ſ̃.de ſeru.in ord.fa.c.vnico.non ergo ſunt re
pellendi,quia perſonę legitimæ pręſumuntur, ar. xi.q.iij.corū.
ff.de proba.l.j.& ij.& l.verius[Qui vndecunque]ſic.lvi.di.vnde-
7 cunque.j̃.de inſt.ad decorem[Laudabiliter]Sic ſolet†induſtria
pęnas vitare deſidiæ.C.depoſiti.l.fi.ad fi.[Ex ſuperabundanti]q.
d.ſuperfluū eſt,& iō reſecandum,ff.de procu.filiusf.§.ſed & filia
fa.& ſ̃.in proœmio.§.pe.& no.ſ̃.de offic. dele. cum contingat.§.
verum.¶[Ne quis igitur]iij.pars [Præceptores] Sic igitur admi-
niſtratores & rectores nomine eccleſiæ ſiue domus ſibi com-
miſſæ etiam agere poſſunt & reſpondere,vt hic,& j̃.ti.j.ſi cleri-
cus.& c.cum ſit generale:ēt ſi ſit vicarius, j̃.de fi. inſtr. V.perpe-
tuus vicarius.& no ſ̃.e.rn̄.j.ſuper ver.litigioſis.& eſt hoc verum,
qn̄ domus non eſt conuentualis:in illa .n. requiritur conſenſus
conuentus,ſ̃.de tranſ.contingit.ſed nec ſine conſenſu p̄lati pōt
ſe conuentus defendere,ſ̃.e.cām quæ.quod dic,vt plene no.ſ̃.de
reſcr.edoceri.& adde quod no.ſ̃.e.c.in prin.ſuper ver. præcepto
res.ver.tu tn̄ no.& ſeq. Huius occaſione]Non eſt hoc tranſeun
dum ſicco pede,q̃uis.n.ſupradictæ exceptiones friuolæ reputen
tur,alię tn̄ ltīmę bene admitterentur: vt ſi dicatur,non teneor
reſpondere niſi fidem facias de mandato,ſiue præceptoria tibi
commiſſa.quod dic,vt no.ſ̃.de procu.c.j.& c.petitio. & ſ̃.e. rn̄.j.

ADDITIO.

a ¶Purgatur omnia nota.Adde,vtrum religio tollat irregularitatem,Fel.hic in j.co. ver.vtrum religio.vbi notat quatuor notabiles effectus, quos inter alios operatur effectus profeſsionis.

SVMMARIVM.

1 *Verbum præcipio,importat neceſsitatem, & ſi non adimpleatur pœnā hēt.*
2 *Actor ſequitur forum rei.*
3 *Fruſtatoriæ omnes dicuntur,quæ non fiunt ex cauſa rationabile.*
4 *Clericus poteſt coram ſeculari iudice conueniri.*
5 *Iudex eccleſiaſticus ſupplet defectum iudicis ſecularis.*

CAP. XVII.

QValiter & quando. & infra.
Pars,j̃.de accu.qualiter.j.[Pręcipiatis] hoc verbum
1 †importat neceſſitatem,& ſi non adimpleatur,pœ-
nam hēt,xiiij.q.j.quod pręcipitur.ſecus in conſilio:quod dic,vt
le.& no.ſ̃.de arb.cum olim.[Laicis]conquerentib.quod ſequi-
2 tur [De clericis]Coram ipſis prelatis:nam actor † ſequitur forū
rei,j̃.ti.j.cum ſit generale [Plenam] & celerem: nam de nimis
dilatāpotiſſime conquerebantur,& in ptāte ēpi eſt hoc abbre-
uiare conſideratis perſonis &c.ſ̃.de tranſ.c.fi.ff.e.nonnunꝗ.C.e.
pro perandum.& j̃.§.j.[Exhiberi]Saltem per alios,ſi nolunt vel
non poſſunt vacare:qa nec decet ipſos,xi.q.j.te quidem. & no.
inf.ne cle.vel mo.ca.fi.vnde & dr̄.j.Cor.vj.b.Secularia iudicia ſi
habueritis,contemptibiles qui ſunt in eccleſia illos conſtituite
ad iudicandum.non tn̄ laico hoc committant, vt in dicto c.te
quidem.innuitur,quia hoc non poſſent,ſ̃.de offi.deleg.cum te
conſulente.j̃.ti.j.ſignificaſti.¶[Non obſtantibus.]ij.pars.[Appel
lationibus.]q.d.ſi epiſcopus arctet dilationes ex cauſa,non pro
pter hoc poterit appellari.& facit ad hoc quod no.ſ̃.rn̄. j. ſuper
verbo,plenam.[Fruſtratoriis]quæ fiunt ad fruſtrandum,i.diffe-
3 rendum negotium tm̄,quæ ipſo iure nullæ ſunt.& † dicunt̄ fru-
ſtratoriæ omnes illę,quę non fiunt ex cā rōnabili, j̃.de app. pa-
ſtoralis.rn̄.j.& c.vt debitus.extra.d.n.c.ti.cordi. qđ dic, vt ibi no.
[In eorum.]ſ.laicorum.¶[Ne pro defectu.]iii.pars. [Trahātur.]
de facto.Nam de iure hoc fieri non poteſt,vt legi.& no.ſ̃.eo.cle
rici.& j̃.tit.j.ſi diligenti.vnde et hic ſequitur,ꝙ omnino etc.ſi.ex
4 poſitio j̃.de teſti.iudei.ſed contra, † quia clericus pōt coram ſe-
culari iudice cōueniri,vt in Auth. vt clerici apud proprios epi.
in prin.colla.vj.xj.q.j.ſi quis cum clerico.So.illa iura loquuntur
ſm̄ tempora illa,ſm̄ quæ oēs cauſę, et clericorum et etiam lai-
corum deferebantur ad epiſcopos,xj.q.j.ſacerdotibus.et c.rela-
tum.ij.q.vj.ſi quis vr̄m.et ſ̃.eo.nouit.§.j.ver.vt illud.ſm̄ quoſdā:
imo loquitur potius ſm̄ illa tempora,ſm̄ quę ep̄s audiebat cau
ſas pecuniarias clericorum,qui conueniebātur,et ſi eſſet negli-
gens,ſecularis iudex reddebat ius,q et cauſas criminales clerico
rū audiebat,et nō ep̄s,vt patet ex lectione eiuſdē capituli,xj.q.j.
ſi quis cum clerico.et in Auth.ut clerici apud ꝓpri.epi.cōue.§.j.
ii.et iii.coll.vj.et in Auth.de ſan.epi.§.ſi uero crimē fuerit.et ſeq.
coll.ix.ex quibus elicitur idem cap.Hodie vero aliter obſeruat̄:
qa laicus conuenitur in foro ſuo,et clericus in ſuo,j̃.tit.j. ſi cle-
ricus laicum.et c.cū ſit generale.quinimo et illa et omnia alia
ſimilia iura corriguntur p l. Fęderici notatā ſ̃.e.clerici. [Qđ.]ſ.
clericum trahi coram ſeculari iudice.[Omnino.] i.in omni ca
ſu,ſcilicet ſiue inuitū ſiue voluntariū,j̃.ti.j.ſi diligēti.ſiue inuito
epo,ſiue conſentiente,j̃.tit.j.ſignificaſti. ſiue agat̄ ciuiliter,ſiue
criminaliter,ut in l.Fęderici no ſ̃.e.clerici.ſiue ep̄s iuſtitiam fa-
ciat,ſiue negligat,ut hic.Quid ergo faciet laicus? Recurrat ad ꝓ
a ximū ſuperiorem,[a] arg.j̃.de iu.pat.nullus.ii.q.vj.anteriorum.et
no.ſ̃.de offi.or.paſtoralis.rn̄.j.non ergo faciat laicus capi bouē
clerici,ut neceſſe habeat ipſum cōuenire coram iudice ſeculari
intētās ipſum recōuenire,ut no.ſ̃.ti.j.cū dilectus.Sic patet,ꝙ ſe-
cularis nō pōt ſupplere defectū iudicis eccleſiaſtici,eccl'iaſticus
5 † aūt ēt ſm̄ ll.ſupplet defectū ſecularis,ut in Auth.ut dif.iu. §.ſi
tamen contigerit.colla.ix.j̃.ti.j.licet.& c.ex tenore.& ex hoc pa-
tet excellentia maioritatis,quæ declarat rationem diuerſitatis:
b ſuperior.n. habet ſupplere & corrigere defectum inferioris, [b]
non econtra,ar.ſ̃.de ma.& obe.cum inferior.cum ſuis concor.
fallit autem hoc,vt no.j̃.ti.j.verum.

ADDITIONES.

a ¶Superiorem.Sed an per viam appellationis?vide hic And.Sic.in addi.ad do.Ab. poſt Pet.de Anch.

b ¶Defectum inferioris.Adde,ꝙ do.Ab.non ſatisfaciunt hæ rationes,ſed ſecundum eum repetunt ipſum,quare & aliam fundamentalem rationem aſsignat.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus iudicis non debet pro nihilo impediri.*
2 *Iudex neceſſarius eſt in teſtem.*
3 *Iudex voluntarie poteſt fieri,& cum cauſa reuocari.*

CAP. XVIII.

CAuſam quæ. [Archidiaconum Carnot.]
.i.eccleſiæ Carnoten. in qua
ſunt plures archidiaconi, ſicut & in eccleſia Pariſi.
ſed eo ipſo,ꝙ aliud nomen non adiicitur,de archi-
diacono eccleſiæ cathedralis intelligitur,vt no.ſ̃.de of.dele.quę
renti[Pariſien.]qui hēt conſimilē cām,vt ſequitur:ſicut.n.Car-
noten.archidiaconus petebat procurationes ab iſtis monachis
rōne archidiaconatus ſui,ita ēt Pariſien.archidiaconus hac ea-
dem rōne petebat ipſas a quibuſdam aliis monachis ſui archi-
diaconatus.¶[Quia vero]ii.pars.[Eundem archidiaconum]Pa
riſiē.[Similis pœnæ].i.fere.hoc iō, quia forſan vni obiiciebatur
præſcriptio,alij exemptio.ſed do.N.ſcripſit hic ſic:bene dixit be
ne: vix.n.omnino ſimilis inueniretur: eſt aūt hic iuſta cā ſuſpi-
tionis,& quando dicatur ſimilis, eſt boni iudicis arbitrio relin-
quendum,ſm̄ d.N.vt & no.in ſeq.gl.ver.ſi tamen.& ſeq.[Nimis
fauorabilis]ex prædicta cā,& iō ſuſpectus.ſi.j̃.vt li.non cont.ac
cedens.ii.eſt.n.timendū, ne affectus proprij negotij corrumpat
iudicē:ſic habens conſimilem cām repellitur a teſtimonio,j̃.de
teſt.perſonas.ſic & infectus eodem vitio,j̃.de teſti.veniens.j.xv.
q.iij.nemini.iiii.q.iii.ver.item liberi teſtes.ſic & ab exceptione,
j̃.de exceptio.cum eccleſiaſticæ. §.vnico. Sed contra,lxxix.di.ſi
quis Papa ſuperſtite.vj.q.j.ſi quis cum militibus. Sol.illa ſpetia-
lia ſunt in odium criminis ſimoniæ & læſæ maieſtatis. Item cō
tra,j̃.de teſti. quoniam. ſed illud in cauſa denuntiationis obti-
net.dic,vt ibi no.Alij tamen ſcripſerunt, ꝙ licet hæc cauſa ſuf-
ficiat quo ad illum iudicem ſubrogandum,vt j̃.§. fi.non tamē
quo ad recuſandū,ſed cōtra mētē iſtius verbi & illius c.3.q.5.qa
ſuſpecti.



ſuſpecti.& contra veritatem ſcripſerunt,ſi tn̄ ſimilitudinem hāc
ad alia velis trahere,erit hoc boni viri in arbitrum electi arbitrio
dirimendum,ſ̃.de offi.delega.ſuſpicionis.nā & hoc fateor, ꝙ ni-
a mis poſſet extendi hæc ſimilitudo, [a] nec enim debet pro nihilo
1 proceſſus iudicis impediri,ff.de offic.deleg.ſuper quæſtionum.§.
intentionis.¶[Nos te fili.]iii.pars.[Loco illius]intelligas, ꝙ vtra-
que pars præſens erat,vel hoc notum erat papæ,& modicum prę
iudicium partibus parabatur,ſm̄ d.n.Tu dic,vt ſ̃.& j̃.no.[Subro
gantes.]ne propter recuſationē propoſitam cōtingat negocium
plus debito prorogari.ſi.ſ̃.de offic.delega.cauſam quæ. ii. alias fit
2 ſubrogatio,†quia iudex neceſſarius eſt in teſtem,j̃.de teſt.dilecto.
3 poteſt ēt†& ſola voluntate fieri,vel etiam penitus facta commiſ
ſio reuocari,ff.de iudi.iudicium ſoluitur. ſed non docet, quia ex
quo iudex cepit vti iuriſdictione, hoc fiat nunquam poſtea ſine
cauſa,ar.ff.de arbi.litigatores.j̃. de ſent. excom.ad hæc cum inter
parochianos. ff.de vac.mu.prætor.ſ̃.de reſcrip. ex tenore. in fi. &
hic in verſi.ſequen.& de hoc no.plenius in ſumma,ſ̃.de offic. de
leg.§.quæ delegari.ver.ſed nunquid poteſt reuocare commiſſio-
nem.[Non obſtantibus]Hic innuit,ꝙ non valuiſſet ſubrogatio,
niſi & de literis fuiſſet facta mentio,quaſi innuat ꝙ non eſt veri-
ſimile,ꝙ ſubrogatio de facili fiat.quod cōtra id eſt, quod hic fuit
notatum.& ex hoc etiam no.ꝙ ſecundum reſcriptum non va-
let,niſi & de primo fecerit mentionem,vt ſ̃.de reſcrip. cæterum.
Quod dic,vt ibi no.& j̃.c.j.& c. ex tenore.& c.cum contingat.

ADDITIO.

a ¶Similitudo.Adde,an omnis ſimilitudo ſufficiat,pulchre per d. Ab. poſt gl.j.hic,cui An.Sic. addit Areti. conſ xxxvj.

SVMMARIVM.

1 *Omnes illi,quos res tangit,citandi ſunt.*
2 *Cauſę cognitio non poteſt expediri,niſi iudice pro tribunali ſedente.*
3 *Conſpiratio grauiſsimum crimen eſt, & meretur Depoſitionem.*
4 *Cognoſcendum,eſt ſemper de exceptionibus primo.*
5 *Inquiſitio ſine fama non eſt facienda.*
6 *Probatio vnius non ſufficit ad intentionem imponenti conſequendam.*

CAP. IX.

EXhibita. [Electionis ſuæ]ꝓcuratores (qđ eſt
j. [H.archidiaconi.] &c. [Suorū]. ſ.
dicti R.Verdunen.electi.[Literas]quas dicti procura
tores impetrauerūt.[Inter alia.]ver. [Vt vocatis] &c.
1 hoc regulare eſt,ꝙ†oēs illi,quos res tangit, ex quo literā genera-
lis eſt,citandi ſunt & vocandi,vt hic,& ſ̃.de maio.& obe.c. fin. ff.
de mino.in cauſæ.j.§.cauſā.ff.de adop.nam diuus.ff.de aqua plu.
arcen.in concedendo.C.de auc.præſtan.l.fi.quia quod oēs tangit
&c.quod dic,vt no.ſ̃.de temp.ordi.ſi archiepiſcopus [Contingē-
tibus.] Puta de meritis electi,& numero ac ſtudijs eligētium, de
zelo,de forma electionis,& an aliquid interceſſerit ſymoniace,
ſ̃.de elec.c.iii.& c.ſuper eo.& c.per inquiſitionem.& c.ſcriptum.
§.j.& c.quia propter.c.in Geneſi.& c.ſi alicuius.j̃. de exce. deniq;.
in fi. [Inquirerent veritatem.& j̃.] Hoc verbum poſuit iudices in
deuio,& eos errare fecit,nam pp hoc crediderunt,ꝙ lite non cō-
teſtata poſſunt procedere,argu.j̃.vt lite non conte.qm̄.§. ſunt &
alij. ſed hoc verbum ad quemlibet iudicem pertinet,vt C.e. iudi-
ces.xxx.q.v.iudicantem.ſ̃.eo.dilecti.& non attenderunt mētem
clauſulæ præcedentis,& vocatis &c.per quam patet, ꝙ nō in mo
dum inquiſitionis,ſed commiſſionis negocium emanauit, vt j̃.
§.fi.qn̄cunq; enim dicitur ſuper propoſitis & alijs negocium cō
2 tingentibus veritatem inquiras, cauſæ †cognitionem ſapit,quę
non niſi ſedente iudice pro tribunali expediri poteſt,ff.de off.pro
cōſu. nec quicquā.§.vbi decretum.ij.q.iii. §.notandum.& §.abo
litio. Vel qn̄ dr̄,ſi tibi conſtiterit.j̃.de fo.comp. conqueſtus. Vel il
licito detētore amoto,j̃.de rerum permu.cum vniuerſorum. in
fi.vel ſi ita eſt,ſ̃.de reſcriptis,olim.§.fi.vel aliud ſimile dicitur qđ-
3 cunque ſit illud.¶ Cum autē.]ii.pars.[Conſpirationem]†qđ gra
uiſſimum crimen eſt,& mereτur depoſitionem,xi.q.i.coniuratio
num.& c. conſpirationum. vnde & hæc exceptio locum habet,
ēt ſi de crimine excepto agatur,vt j̃.de ſymon.licet Hely.& c.per
tuas.& j̃.de ſen.& re iu.cum I.& A.& tales repelluntur a denun-
ciatione,j̃.de accu.cum oporteat.ſ̃.e.nouit.§.fin.ſm̄ B.quod dic,
vt ibi no.In caſu tn̄ licita vr̄ conſpiratio,quando.ſ.clerici inter ſe
ſtatuunt,ꝙ teneant ſe ſimul,nec permittant prælatum delapida-
re,vel excōicatum non admittant,xvj.q.vij.ſane Theſſalonicen̄.
& argu.lxxix.diſtin,c.ij.& xxij.q.iiij.ſi ad pactum. Cauendum eſt
tamen,ne ſub hoc prætextu conſpiratio nutriatur. [Excōicatio-
nem]quæ repellebat agentes,& in qualibet parte iudicij opponi
poteſt,vt legitur & no.j̃.de exce.exceptionem j̃.de hæret.excōica
mus.i.§.credentes,Si tamen electus peteret ſe confirmari,non re
pelleretur ab excipiendo,vt patet j̃.de excep.dilecti.dilectæ,ſignifi
cauerunt.venerabilem.[Offerens.]de hoc dic, vt no.j̃.de app.in-
terpoſita,[Præfati iudices.]ver.[Nolentes]&c.vt j̃.verſ.nolentes,
& duobus ſequētibus vſq; ibi,negocio ꝯteſtata. [Interlocuti fue-
runt]&c.& male,quia iudices fuerunt & inquiſitores,& qa iſtæ ex-
ceptiones an̄ ingreſſum negocij ꝓponēdæ fuerāt & probādæ, vt
puta q̃ ſunt declinatoriæ vel perēptoriæ fori,ad hoc.n.proponun
tur,vt qa aduerſari⁹ ꝯſpirator ē,vel excōicatus, a foro repellatur
arg.C.de exc.l.fi.dilatoria aūt ſolonis an̄ litē ꝯteſtatā ꝓponitur,&
poſtea ꝓbatur,C.de ꝓb.exceptionē.& de hoc no.ibi,& C. de exc.
ſi quidē.ſm̄ d.n.& j̃.de re iu. inter monaſteriū.[Inqrerēt].i.inqre
re deberēt ex offō ſuo.& dixerūt eſſe admittēdas ꝓbatiōes electi,
& male,qa de exceptionibus oppoſitis prius vidēdū erat,j̃.de acc.
cū oporteat.[Nolētes]ver.[Nō iudices]Ex hoc vr̄, ꝙ ſi qs ꝓcedit
inqrēdo pōt ſimul cognoſcere de principali,& de exceptionib⁹,
ſed hoc n̄ eſt verū,qa ſiue ꝓponatur exceptio ꝯ id, de quo fit inq
ſitio,ſm̄ qđ loquitur j̃.de pur.can.c.cū dilectus.ſiue excipiatur ꝯ
ꝑſonā iudicis īquirētis,ſiue ꝯ pſonā ꝓſequētis īquiſitionē.j̃.de ac.
4 veniēs.& c.cū oporteat,†ſemp tn̄ prīo cognoſcēdū eſt đ exceptio
nibus,C.de exc.ſi quidē.qn tn̄ iudex ex ꝓprio offō ꝓcedit, vel mi
niſtrū inqſitionis ꝯſtituit,tūc ēt ſi ꝯ ipſum miniſtrū ꝓponatur ex
ceptio,tn̄ ex offō ſuo ꝓcedat illo miniſtro remoto,& ſic intellige
qđ hic dicit,q̃uis hi iudices crederēt eſſe de iure,ꝙ ſi eſſent inqſito
res,liceret eis ꝓcedere ſimul ſup exceptionibus in principali, qđ
tn̄ nō eſt verū ſm̄ d.n.[Sed inquiſitores]ex offō dati.Sed errabāt,
5 qa nihil dicebatur in reſcripto de fama,ſine†qua nō eſt inqſitio
facięda,j̃.de acc.qualiter.ij.nec dicebatur,ꝙ ad locū accederet.qđ
& ī inqſitione ꝯſueuit apponi,ij.q.j.Deus oīpotēs.j̃.de ſymo.licet
Hely.ſ̃.đ reſcriptis.cū dilecta.[Sed ꝑuertēdo.]ver. vn̄ ꝓceſſus ipſo
iure irritus fuit,ij.q.vi.§.diffinitiua.& qa ꝯ formā mādati hoc fe-
cerūt,ſ̃.de reſcri.cū dilecta.§.fi.ſ̃.de of.dele.prudētiā.rn̄.j.ī fi.Et qa
ꝯ intentionē delegātis ꝓceſſerūt,vt j̃.de ꝓb.c.fi [Per ſe inqrere].ſ.
ex offō ſuo,& an̄ li.ꝯteſt.vt ſeqtur.[Et ꝓcedētes.]ver. [Negocio]
.ſ.principali.]qđ fieri nō debuit,j̃.vt lite n̄ ꝯte.ꝑ totū.tūc.n. demū
ī electione ꝓceditur lite nō ꝯte.cū pars eſt contumax,alias ſecus,j̃.
vt lite n̄ ꝯteſ.qm̄.§.porro.imo(& qđ plus ē)ſi excipiatur ꝯ electū,
faciēda eſt litis ꝯteſtatio ſup exceptionib⁹,aliter n̄ tenet qđ agit,
ſ̃.de ele.dudū.ij.§.licet aūt. Alij dnt,& forte nō male,ꝙ ibi n̄ fuit
facta litis ꝯteſtatio ſup exceptionib⁹,ſed ſup principali,ſm̄ d.n.qđ
dic,vt ibi no.[Quare ꝑnominat⁹.]ver.& dic quare.ſ.qa ſic īterlo-
cuti fuerūt,iō ꝑnominatus elect⁹ &c.[Appellauit.]Sed hoc qua
a re fecit,cū ꝓceſſus eēt irritus ipſo iure,[a] vt no.ſ̃.eo.ver.ſed ꝑuerten
do?Rn̄.vt ꝓceſſū iudicū īpediret,q̃ als ꝓceſſiſſent,& de facto gra-
uare ipm̄ multipl'r potuiſſēt.ſi.j̃.vt lite nō ꝯteſtata.accedēs.j. §. fi.
ff.rē ra.ha.l.iii.§.falſus.¶[Quia vero.]iij.pars.[Delegatū.] vt no. ſ̃.
e.rn̄.j.in fi.[Grauaminibus.]Puta,qa n̄ admiſerūt dictas exceptio
nes de ꝯſpiratione & excōicatione,& qa teſtes lite nō ꝯte.recepe-
rūt.[Vel aliquo ipſorū.]ſaltē altero.patet igitur,ꝙ ſi plura graua-
mina exprimātur,& qđ licet ꝑ ſe ſufficit, ꝓbato vno apparet ap-
pſone eſſe legitimā,vt hic,& j̃.de ap.ſignificauit.j̃.de ꝓb.cū iā du
dū.ſ̃.de reſcr.iter cæteras.& c.ex parte.& hoc iō hic,qa plura ꝯco-
pulata eudē effectū hēnt,& vnū tantū reſpiciūt.cęterū ſi plura ꝓ
ponātur in reſcripto diuerſos effectus habētia,& plura efficacia,
6 n̄ ſufficit†ꝓbatio vnius ad īpetrātis ītētionē plenius ꝯſequēdā. qđ
dic,vt legitur & no.ſ̃.de reſcr.olim.§.fi.[Appellatū]maxime,nā
ide fieret & ſi appellatū nō eſſet,ex quo obſeruatus nō ē ordo iu
diciari⁹,vt ſ̃.no.& ꝓbatur.j̃.de litis ꝯteſ.c.vnico. ad fi. Vel iō hoc
dicit,qa ſi forſan ſeruatus eēt ordo iudiciarius,& excōicatio eſſet
occulta,ex do.n.de exc.pia.li.vj.& iudices ſn̄iaſſēt, nec ſecuti fuiſ
ſet dicta ꝯſpiratorū,j̃.de re iu.cū I.& A.§. ſi vero.ver. vel ēt ſi ali-
qua teneret eorū ſn̄ia,niſi applō ꝓbaretur facta j̃.x.dies a tpe īter
locutoriæ ꝯnumerādos,ſ̃.de ele.cū dilecti.§.fi.j̃.de teſti.ſignifica-
uerūt.[Reuocato ī irritū]ver.[Quicqd]&c.i.oī eo ꝙ &c.als reuo
cātes ī irritū,qcqd &c.& e planior lr̄a.& no.ꝙ hic ē clauſula,q̃ in
multis alijs decretalibus deficit,vt patet ſ̃. de reſcrip. ſignificante.
Rodulfus.ſignificauit.j̃.de except. dilecti.habetur autem eadem
clauſula in eo.tit.dilectæ.in fi.

ADDITIO.

a ¶Irritus ipſo iure.Adde,ꝙ dom.Car.dicit hic proceſſum non fuiſſe nullum,vt hic refert Fely.nam ſecundum domi.Car.præpoſteratio ordinis, de qua hic,non eſt de ſubſtantia. Felyn. tamen poſt Imol.dicit hic in v. colum.verſicu.quæritur hic, quòd proceſſus erat omnino nullus ex defectu conteſtationis, quare ergo ponderetur appellatio, vide ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ ciuiles,litę conteſtata,ultra triennium non prorogantur.*
2 *Criminales cauſæ vltra biennium non prorogantur.*
3 *Cauſis in quibus ciuiles & criminales cauſæ reſtringuntur.*

CAP XX.

VEnerabilis. De eo loquitur,j̃.de teſt.co.c.fi.
Ad euidentiam autē huius de
1 cre.notabis † ꝙ ſm̄ leges cauſæ ciuiles lite conteſta.
vltra triennium non prorogantur,vt C.e.ti.properan
2 dum†criminales vero vltra biennium,vt C.vt intra certa tp̄a cri
min.quæſt.j̃.tres menſes terminē.l.fin.quæ & inter clericos ſunt
terminandæ,in Auth.vt clerici apud propri.ep.§.ſi tamen,col.vj.
3 ſunt†& quidam alij caſus,in quibus cauſæ criminales reſtringū-



tur,

tur,C.vt omnes tam ciuil.quam milit.iudi.l.vnica.§.fin.& C.de
naufra.l.de ſubmerſis nauibus.li.xj.& C.de dolo.l.fin.ſunt etiam
quædam ciuiles,quæ reſtringuntur,vt C.de decu.l.generali.lib.
xj.C.de ædifi.priua.l.fi.in Auth.de man.prin.§.ſit tibi.colla.iij.ff.
de dam.infec.l.j.ſunt enim quædam,quorum mora periculū ad
ſe trahit,vt ibi,& s̃.de elec.cum inter vniuerſas.j̃.vt lite non con-
teſt.quoniam frequenter.j̃.c.j.[Deciſio]Ex hoc apparet,ꝙ lis cō
teſt.erat.aliquādo nō deciſio,ſed incæptio litis prorogata potius
diceretur,arg.s̃.c.proxi.j̃.de litis conte.c.vnico.ff.eo.tit.vbi cęptū.
[Per ſubterfugia.]pōt dici,ꝙ hæc eſt cauſa,quare non obſtat lap
ſus triennij,vt ſic diſtinguatur,vtrum per partes ſteterit,vel ꝑ ma
liciam aduocatorum,quo minus fuerit lis deciſa cliētulo in ma-
chinatione conſentiente,& ſic poteſt hoc intelligi,ar.C.de temp.
reſt.in integ.petendę.vel non conſentiente,& ſic poteſt intelligi
lex,properandum.§.illo proculdubio.Alij dicunt,ꝙ hic nō erat
lis conteſtata,& ſic non corrigitur lex,quæ ſequitur,poſt litē cō-
teſta.Goſ.dixit ꝙ hic loquitur,qn̄ agitur de cauſa eccleſiæ,quæ
ſimilis eſt fiſcali,arg.j.di.ius publicum.multo fauorabilior,C.de
ſacroſ.ecc.l.fi.cum ergo in lege excipiatur lis,quæ ad ius fiſcale ꝑ
tinet,vel publicas reſpicit functiones,vt C.eo.properādum.poſt
prin.multo fortius & cauſa eccleſię intelligitur eſſe excepta.Sed
a non placent hæ ſolutiones,& dicas,[a] ꝙ lex illa,properandum.
in foro eccleſiaſtico nullo modo locum habet,& ſi queras rōnē
diuerſitatis,quare ſcilicet in foro ciuili nō prorogatur lis,ex quo
incępta eſt vltra triēnium,ſed debet perire inſtantia,vt in d.l.pro
perandū.& aliud in foro eccleſiaſtico,vbi non perit,vt hic.rn̄ſio
patēs eſt,ꝙ cū ſm l.ante diffinitiuā ſn̄iam appellari nō poſſit,ne
mo inuito iudice pōt cām vltra triēnium prorogare,vt dicit lex,
properandum.reſpon.j.verum cum ſm Cano.poſſit a qualibet
interlocutoria,& a quolibet grauamine appellari,& cauſa dura-
re per annū,& qn̄q; per biēnium,j̃.de ap,cum ſit Romana.vides,
ꝙ ipſa vi ſicut inuito iudice appellatur,ita & ipō inuito per con-
ſequens prorogatur.probatur hæc appellationū vtriuſq; fori di-
uerſitas,j̃.de app.ſuper eo,ij.& longe quod no.j̃.de prob.c.fi. ¶[Di
cti ceruienſes].ij.pars.[Inſtantiā.]q̄libet ſm l.pereat,nō tn̄ geſta
per manum publicam & auctoritatem iudicis in publicā formā
redacta,C.de re iud.geſta.in Auth.vt frat.filij.§.illud,col.ix.ſm
Goſ.[Perijſſe.]ergo lis erat conteſt.alioquin allegatio nulla eſſet
[Sub tuo examine.]O magiſter T.cui loquitur papa.[Et j̃.] hoc
eſt quod quæſiuit magiſter T.vtrum ſtandum eſſet allegationi,
vel potius dicendum,ꝙ non habet locum hæc exceptio in foro
eccleſiaſtico,& reſpondetur,ꝙ non eſt admittenda,vt ſequitur.
¶[Mandamus].iij.pars.[Exceptione huiuſmodi non obſtante]
quæ in foro eccleſiaſtico locum habere non poteſt,vt no.s̃.eod.
reſpon.j.quicquid alij notent.[In negocio ipſo.] incipiendo a ca
pite,ſi verū eſt ꝙ lapſum eſt triennium,& in hoc.n.errabant Cer
uienſes,quia licet per lapſum trienni inſtantia iudicij perijſſet.nō
tn̄ perierat iuriſdictio,quæ perpetuata eſt,C.de iudi.properandū,
& C.de conſti.pec.l.ij.C.de præſcript.xxx.an.l.fi.ſm d.n.Tu vero
dic,vt s̃.& j̃.no.[Procedas]non intelligitur hoc,ꝙ procedat ſup
lite de nouo conteſtanda,immo ſuper iam cōteſtata,vt bene in-
nuit mens iſtius §.de illo vero nemini dubium eſt,ꝙ ſi papa re-
ſpondiſſet exceptionem locum habere,poſſet tamen lis nihilo-
minus conteſtari,quia reſcriptum perpetuum erat,C.de diuer.re
ſcrip.falſo,& ſic ſemper vſque ad xxx.ann.C.de conſti.pecun.l.ij.
C.de præſcrip.xxx.anno.l.fina.& per hoc patet,ꝙ procedens gloſ.
modicam continet rationem.

ADDITIO.

b ¶Dicas.Adde pro hac lectura gl.in c.fi.j̃.de do.& contu.& Spe.ti.de de-
leg.§.reſtat.verſi.item ꝙ inſtantia.& uer.ſed nunquid omnia.Et omnino
do.Ab.hic,qui recitat quinque lecturas,& quamlibet declarat.

*SVMMARIVM.*

1 *Proprietas cum poſſeſſione nil commune habet.*
2 *Spoliatus debet ante eius reſponſionem reſtitui.*
3 *Teſtator vindemiarum,& meſſium quis reſpondere non tenetur.*
4 *Ferijs in honorem Dei inductis renunciari non poteſt.*
5 *Qualitas facti accidentis nos docet.*
6 *Aliqua celeritate deſideratur in quibus mora periculoſa eſt.*
7 *Poteſtaria per annum finitur.*
8 *Procurator in perpetnum conſtitui poteſt.*
9 *Ciuitas eſt vniuerſitas approbata.*
10 *Statuta ciuitatis perpetuo ſunt ſeruanda.*
11 *Quilibet priuatus poteſt ſe ſubmittere iuriſdictioni alterius.*
12 *Exercitus imperatorem facit.*
13 *Leges de officijs loquentes ipſa temporalia eſſe volunt.*
14 *Honores,dignitates & munera temporalia eſſe debent,nec in eandem perſonā continuantur.*
15 *Spirans,& deſiderans promoueri incidit in l.Iul amb.*
16 *Mors omnia ſoluit.*

CAP. XXI.

SIgnificauerunt nobis.[Florenia poteſtas]
a poſſumus ergo dicere hæc poteſtas,[a] ſed & dicimus
hic poteſtas,j̃.de homicidijs,tua nos.§.ad vltimum.
[Vel quaſi]iſtud correctiue ponitur,incorporalia em̄ non poſſi-
dentur,ſed quaſi,vt ff.de acqui.rerum do.ſeruus qui.§.incorpo-
rales.& no.s̃.de elect.querelam,§.penul.& j̃.ti.i.conquæſtus.[Re
ctorem.]i.poteſtatem ſecularē.[Dicebāt] ſ.abbas & conuentus,
qui iā elegerant.vel forſan lata iſta ſn̄ia elegerūt,ſed cōitas nō ad
mittebat electū,& ſic videbat̄ turbari quaſi poſſeſſio monacho
rū.ſi.s̃.de elec.cū eccleſia vulterana.s̃.de reſt.in inte.c.ij.[Diffini-
tiuam ſn̄iam.]& hoc bene fieri potuit,cum non de ſpūali ſed de
temporali iuriſdictione ageretur,& abbas & conuentus acto-
res eſſent,quare tenebātur ſequi forum reorum,vt j̃.ti.i.cum ſit
generale.¶[Sed poſt modum] ij.pars.[Poteſtas ipſa.] ſi.s̃.de offi.
dele.c.j.s̃.de renū.ex trāſmiſſa.[Coegit] & ſic vel non valuit rn̄-
ſio,vel ſaltem monachi reſtituendi fuerunt,s̃.quod met⁹ cau.ab
bas.& ca.ad audientiam.vbi de hoc,& ideo ſuper hoc eis prouide
tur,j̃.eo.ver.vnde vobis.[Super proprietate.] ſed videbatur,ꝙ iſti
monachi tenentur reſpondere coram eodem iudice,qui de poſ-
ſeſſione cognouerat,arg.j̃.de cauſa poſ.& proprie.c.j.& C.de iud.
nulli.cuius em̄ in agendo obſeruant iudicium &c.C.de ſentent.
& interlocu.cum Papinianus.& auth.& conſequenter.iij.q.viij.
cuius in agendo,j̃.de mu.pe.c.j.& ij.Solu.illa iura locum habent,
qn̄ vtraque pars eſt eiuſdem fori,vel quādo vnus vult impetrare
vnum delegatum ſuper poſſeſſione,& alium ſuper proprietate,
vel quando ſunt diuerſi fori,& ſtatim facta cōuentione ſuper poſ
b ſeſſione fit reconuentio ſuper proprietate.[b]porro vbi diuerſi fori
ſunt expedita cauſa poſſeſſionis in foro rei,nō tenetur ibidem is
1 qui obtinuit,& alterius fori eſt reſpōdere,& ſic loquitur hic,†ni-
hil em̄ habent commune proprietas & poſſeſſio,ff.de acqui.poſ.
naturaliter.§.nihil.ſed & ſi monachi agebāt iudicio reſtitutorio,
non erat locus etiam ſtatim recōuentioni ſuper proprietate,vt le
gitur & no.de ord.cog.cum dilectus.& c.ſuper ſpoliatione.hic ta
men non videbantur agere monachi de ſpoliatione,vt patet s̃.
rn̄.j.ibi,quod ad ſe pertinere dicebant.No.nō dicunt ſe ſpoliatos,
ſed ꝙ ad ipſos pertinet.Adhuc tamen oppone,iſtud caſtrum de-
bet eſſe de feudo cōmunitatis Florentinæ.ergo in hoc & mona-
chi & communitas caſtri eiuſdem fori erāt,j̃.ti.i.ex tranſmiſſa.
& c.verum.Reſpō.licet ponamus,ꝙ caſtrum ſit feudale,electio
tamen non eſt feudalis.Vel dic,in ſequen.interlineali.[Reſpon-
dere.]ſubaudi,antequam electus per ipſos monachos eſſet admiſ
ſus per cōitatē caſtri,& in hoc grauabātur monachi,vn̄ ad ſedē
apl̄icā appellarūt,& papa ɔmiſit negociū,vt ī ſeq.ver.& ſic oīno
plana remanet decretalis.tamen verba hæc ꝑcedentia in ſeculari
iudicio omnino innuunt,ꝙ non eſſet huiuſmodi quæſtio feu-
dalis,nec enim ſequitur,ꝙ quicquid eſt infra iuriſdictionem ali
cuius,de feudo ſuo ſit,alias locum allodium non haberet,licet
hodie ex quadam violentia & vſurpatione alio modo vtantur
quaſi vbique communiter domini temporales.[Vnde vobis.]
ver.[Iniunximus.]delata ad nos quæſtione per ſimplicem quere
lam monachorum ſecundum vnum intellectum.vel per appel
lationem ſecundum alium.[Cogeretis.] Non obſtante reſpon-
ſione per coactionem facta.[Communitatem eandem].ſ.caſtri
de Signa.[Admittere.]& ſic reuocatur grauamē,quod poteſtas
intulerat,vt no.s̃.ſuper verbo,reſpondere.[Audituri.] Ex hoc vi-
detur,ꝙ per appellationem fuit cauſa delata.hæc enim forma
quando cauſa appellationis committitur,conſueuit apponi,vt
ſ.probato grauamine in alijs poſtea procedatur,vt patet s̃.eo.ex-
hibita,in fine.& j̃.de appella.vt debitus.§.fi.& c.ex parte M.in fi.
[Poſtea.]Nō ergo ante,& ex hoc patet,ꝙ poteſtas inique ꝓceſſe-
rat ɔ̄ monachos,vt s̃.no.vnum tamē no.ꝙ ſiue ab initio mona-
ſterium egit interdicto vnde vi,& adhuc ſpoliatum manet,ſiue
a principio egit interdicto vti poſſidetis,& poſt ſententiam ſpo-
liatum fuit de nouo,quia negauerunt electum ab eis admittere
in rectorem,ſemper in vtroque caſu legitima eſt hæc exceptio
2 † non reſpondebo de proprietate,niſi prius fuero reſtitutus,ar.j̃.
de ordi.cogni cum dilectus.Idem etiam eſſet,& ſi petitorio egiſ
ſet,argumen.j̃.de appellatio conſtitutis.ij.§.fina.ſecundum d.n.
¶[Verum.] iij.pars,[Pars altera.] ſcilicet communitatis de Si-
3 gna.[Propter vindemias]tempore† etiam vindemiarum & meſ
ſium non cogitur quis reſpondere,neque tenet proceſſus con-
tra abſentem habitus,niſi renunciatum eſſet a partibus,ff.de fe-
rijs l.j.& l.ſi feriatis.Sunt tamen caſus,qui celeritatem deſiderāt,
& ideo ferijs iſtis tractari poſſunt etiam inuitis partibus,vt ff.de fe
riis.l.ii.inter quos & iſte caſus inuenitur,ſcilicet quando cā talis
eſt,ꝙ tp̄e eſt peritura,vt ff.de ferijs.l.iii.reſpon.j.& talis eſt hæc,cū
enim rector annalis ſit,cū lapſu anni labitur,& ius electi,& hoc
4 eſt quod tangitur j̃.in ver.ſeq.Alijs† autem ferijs,quæ in honorē
Dei ſtatutæ ſunt,renunciari nō poteſt.quod dic,vt legitur & no.
j̃.de fer.c.fi.vr̄ tamen,ꝙ libellus omni die offerri poſſit,ff.de adul.
miles.§.ſexaginta.qđ dic,vt no.j̃.de dila.c.ij.[Reſpondente.] ver-
ſic.[Regiminis electi.] in quo caſu dicitur ius non obſtantibus
ferijs contradictis,vt ff.de fe.l.j.§.fi.& l.ij.& iij.reſpon.j.ff.de appel.
non recipi.l.fi.& idem intelligas,vbicunque cauſa,de qua agitur,
cum tempore labitur,ne iudicialis inſtantia fruſtratorie euane-
ſcat,ar.s̃.de offic.dele.conſuluit.§.ne vero.& arg.ff.de arbi.ſi feria
tis.ſuper quo cum multis & diuerſi caſus poſſint accidere,nō eſt
5 opus exemplo ſpāli,† quia facti accidentis qualitas te docebit.ad
hoc C.de tranſa.interpoſitas.j̃.de dona.apoſtolicæ.§.j.verſi.quod
6 quidem ſunt enim aliqua† quæ celeritatem deſiderāt,ff.de dam.
infec.l.j.& in quibus mora periculoſa eſt,vt no.s̃.c.proxi.in prin.
quid enim ſi magiſter conducit ſcholas,& alius poſtea conducit
alias iuxta ſuas,& voce ſonante adinuicem confunduntur,ita ꝙ
lectio impeditur.primus depellet vltimum.C.de ſtudijs liberali-
bus vrbis Romæ & Conſtantinopo.l.vnica.li.xj.& cauſa tractari
poterit his diebus,vt hic,& ex prędictis colligitur euidenter.&
idem in ſimilibus s̃.de reſcrip.inter cęteras.& adde quod no.j̃.c.
7 ſuper verbo hoc.[Elæbatur]†quia per annum finitur poteſtaria,
ſiue rectoria,ff.de fe.pridie.Hic autē quæro,an aliqua ciuitas poſ-
ſit ſibi aliquem eligere in perpetuum poteſtatem.i.quoad viuet.
Et videtur ꝙ ſic,quia poteſtas quaſi ꝓcurator ſiue adminiſtrator
8 vniuerſitatis vr̄,at†procurator in perpetuum poteſt conſtitui,vt
ff.de procura.l.iiij.ergo & poteſtas.& quia officia quandoque per
9 petua reperiuntur,C.de murilegulis.l.j.lib.xij.†& quia ciuitas eſt
vniuerſitas approbata,ff.ꝙ cuiuſque vniuerſi.l.i.& ius ſibi conſti-
10 tuit,vt Inſti.de iure na.§.ius ciuile.†ideo eius ſtatuta ꝑpetuo ſunt
ſeruanda,ff.de decre.ab.ord.fa.l.fi.& quia ſocietas perpetuo con-
11 trahitur,ff.pro ſocio.l.j.†& quia quilibet priuatus laycus,& liber
poteſt ſe ſubmittere iuriſdictioni alterius,ff.de iudi.l.j.& ij.& etiā
ſuperior inferioris,ff.de iuriſdi.om.iu.eſt receptum.multo fortius
& ciuitas poteſt ſibi perpetuum iudicem ſiue rectorem cōſtitue
re,vt & probatur ff.de orig.iur.l.ij.§.deinde,quia difficile.& §.eo
12 dem tempore & §.nouiſſime†licet exercitus imperatorem facit
xciij.di.legimus circa medium.& breuiter de iure communi eſt,
ꝙ quælibet cōgregatio ſibi perpetuum adminiſtratorem eligat
13 & rectorem,vt legitur & no.s̃.de elec.c.j.Sed contra † quia leges
loquentes de officijs ipſa temporalia eſſe volunt,C.de caſtren.&
miniſte.l.j.li.xij.C.de decanis.l.j.eo.lib,C.de menſoribus.l.vnica.
eo.lib.C.de domeſticis.l.lege pragmatica.C.de murilegulis.l.æter
nam.lib.xj.C.de conſul.l.penul.C.de fabricenſibus.l.ij.ff.de offic.
præfec.vr.l.vnica,ibi,ad tempus &c.& ff.de offi.proconſulis.me-
miniſſe.ff.de offi.præſi.ſi forte.ff.de orig.iur.l.ij.§.populo deinde
aucto.ff.de adul.ſi adulterium.§.fi.& l.ſi maritus.reſpo.j.ff.de iniu
rijs.nec magiſtratibus.§.pars literarum.& in ſupradicta l.ff.de fe-
rijs.pridie kalendas.& hic cum alijs multis ſimilibus.Solutio,ſe-
14 cūdum iura vetera digeſtorū,†honores dignitates,munera tem
poralia debent eſſe,ff.de mu.& ho.l.honor.§.de honoribus.adeo
ꝙ nec in eandem perſonam continuari debēt,vt ibi.fallit in ſub-
ſidium,vbi alij deſuut qui gerant,ff.de mu.& hono.vt gradatim
§.quotiens.Item in ſacerdotij dignitate,quę ſponte repeti poteſt,
ff.de mu.& hono.l.ſponte.& fuit regularis in huiuſmodi nego-
cijs,niſi lege aliud ſpecialiter caueretur,quinquennii vocatio ad
prædictos honores ad alios triennij,ad legationem biennij,C.de
mu.al.hon.non conti.l.ij.li.x.& quia per tantum tempus poterat
in officio detineri,C.de defen.ciui.l.in defenſoribus.ampliori
non,etiam ſi conſuetudo ciuitatis aut decurionū auctoritas,hoc
deſideraret,C.de ſuſcept.& archa.l.neminem.lib.x.Hodie vero ꝑ
biennium tantum in officio eſſe poteſt,& interpolato biēnio ite
rum poteſt aſſumi,ſi placet ciuitati,non aliter,in Auth.de defen.
15 ciui.§.fi.colla.iii.Aliter†ſpirans & deſideras promoueri incidit in
legem Iul.ambi.C.ad l.Iuli.ambi.l.vnica.Ratio eſt,ne ſi promo
ti rem publicam detinerent perpetuo occupatam,aſpere damna
rentur,& ne habeant occaſionem delinquendi,ff.de ori.iuriſ.l.ij.
§.deinde cum erarium.& in Auth.de defen.ciui.§.fi.Ideoq; vult
lex,ꝙ deponant officium,& rationem reddant.C.vt omnes tam
ciui.quam mili.iudi.l.vnica.vbi vero ciuitas ſiue locus eſt ſub do
minio alicuius,hoc ei minus licet ſine conſenſu illius,cui ſubeſt,
vt patet in eo quod legitur.& no.j̃.de exceſ.præ.dilecta.s̃.de offic.
archidia.ad hæc.§.fi.Hec in ſecularibus rectoribus & adminiſtra
toribus per electionem creādis locum habent,ſecus in aliis,qui
hæreditario iure ſuccedunt,vt s̃.eo.nouit,§.i.ver.vt illud dimitta
mus.& j̃.de voto.licet.Item ſecus ī imperatoribus,regibus,& du
cibus aliquibus,qui de antiqua & approbata conſuetudine perpe
tuo.i.quandiu vixerint eligūtur,quibus tn̄ nec in honoribus hæ
redes ſuccedunt.Exemplum in duce Venetorum,& ēt in impe-
ratore,vt s̃.de elec,venerabilem.§.fi.Item ſecus in rectoribus ec-
cleſiaſticis,qui perpetuo.i.quandiu viuunt conſtituuntur,etiam
ſi vicarij ſint plerunque,vt j̃.de fide inſtru.V.perpetuus vicarius,
s̃.de offic.vica.c.j.& fina.Vnde & tales quandiu bene viuunt re-
gunt eccleſias.nec de facili ceſſio admittitur,s̃.de renun.c.i.ſed ꝑ
16 mortem(quæ omnia ſoluit,in Auth.de nup.§.deinceps autem)
ſoluitur vinculum matrimonij carnalis,vt ibi,nec non & ſpiri-
tualis,vt s̃.de ele.ne pro defectu.[Mandamus]ver.[Hoc].ſ.exce-
ptione feriarū propoſita.Sed ɔ̄,C.de feri.omnes.ff.de fe.l.i.Solu
illa locum habent,qn̄ ſingulares perſonæ cōueniuntur,quæ gra
ue eſt ab ope ruſtico aduocare,hic vero loquitur,qn̄ vniuerſitas
ɔuenitur,q̄ ꝑ vnū ſyndicū litigat,ff.qđ cuiuſq; vniuer.l.i.vn̄ non
eſt tātū piculū,& iō feriæ locū n̄ hn̄t.vt hic dicit.Vel hoc iō eſt
a qa periculū eſt ī mora,[a]ſi terra ſit ſine regimine,ar.s̃.de ele.ne pro
defectu.Vel hoc iō eſt,qa de regiminis rei publicæ agitur,& in fe
rijs publicæ cāæ tractantur,C.de ferijs.publicas ſecundum d.n.
Vel dic,vt no.s̃.eo.§.ſuper verbo,vindemias.& ſuper verbo regi-
minis electi.[Procedatis]dilationibus omnibus quantum pote-
ritis amputatis,vt no.s̃.eo.qualiter.

ADDITIO.

a In mora.Propter periculum ergo morę proceditur dię feriata.Adde la
ta per Fel.hic in antepe.col.ver.propter periculum.

ADDITIONES.

a ¶Hac poteſtas Adde,quid in utroque genere ſignificet.Fel.hic in uer.no.
ex iſto tex.poſt Pau.de Ca.in l.eum qui.ff.de iuriſ.om.iu.
b ¶Proprietate.Adde Ro.ɔſ.330.& plene ꝑ d Ab.hic,i 4.co.uer.uenio ad gl.

¶De foro competenti. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Forum quid ſit & qualiter accipiatur.*
2 *Dięceſis territorium epiſcopi appellatur.*
3 *Forus dicitur locus in quo ius redditur.*
4 *Forum locus in quo nundinæ fiunt.*
5 *Forus locus in quo calcantur.vuæ.*
6 *Forus ſpacium in naui.*
7 *Foramen in naui per ꝙ remus emittitur.*
8 *Forulus burſa dicitur,ſiue ſcriptorium.*

1 FOrum [a]In neutro genere†ponitur ꝓ ter
a ritorio cuiuſlibet iudicis,infra
quod pt̄ ius reddere,& in facinoroſos aīaduer-
2 tere,ff.de ver.ſign.pupillus.§.territorium.†Vn-
de & tota dięceſis territorium epiſcopi appel
latur,xvi.q.vii.omnes baſilicæ.Extra quod im-
3 pune non paretur,ff.de iuriſd.om.iud.l.fi.†Di
cit ēt forus in maſculino locus,in quo ius redditur,j̃.de ver.ſigni.
4 forus.¶Scđo† dr̄ forū locus,in quo fiunt nundinæ.iude Ouidius.
*Ad fora conueniunt,quis vnquam credet amori.*
5 ¶Tertio dr̄ † forus locus,in quo calcātur vuæ,ſcilicet calcatoriū.
6 ¶Quarto† quædā ſpacia plana in nauibus,de quibus Virgilius.
*Laxtque foros.*
hoc eſt ſtabulatum in naui,& dr̄ a ferādo ex eo,ꝙ homines fert.
7 ¶Quinto foramen† in naui.per quod remus emittitur,a forādo
8 ſiue per forando,quia perforatur,vnde† & forulus dicitur burſa,ſi
ue ſcriptorium ex eo,ꝙ crebro fit perforatum ad pennas & cor-
nua imponenda,& iunge hæc in ſumma,eo.ti.§.i.

ADDITIO.

a Fori appellatione multa compræhenduntur Adde d.Abba.hic qui hæc
omnia reaſſumpſit poſt iſtum in rubri.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuſtum eſt vt Iudex communiter eligatur.*

CAP. PRIMVM.

SI quis clericus.Vel laycus.[Clericū]ſec⁹
ſi ɔ laicū,qa tūc ſeqtur fo
rū ipſius,s̃.ti.j.c.fi.& j̃.e.cū ſit.niſi ɔſuetudo ɔ̄riū opere
tur,j̃.e.ſi cleric⁹ laicū.vel priuilegiū,vt s̃.ti.i.nouit.rn̄.
j.ver.nō.n.[Negociū.].i.cām,ſiue q̄ſtionē aliq̄,j̃.de ver.ſig.forus.
a [Nō deſerat.]ſic j̃.c.j.alioqn pęnā patitur,[a]xi.q.i.inolita.& c.pla-
cuit.ꝙ dic,vt no.j̃.e.ſi diligēti.[Sed apud ipm̄.]ver.ſ.ꝓpriū epm̄.
[Prius.]Hoc ideo dicit,quia per appellationem poſſet deuolui ad
metropolitanum,& in aliis caſibus,vt le.& no.s̃.de offi.ordi.pa-
ſtoralis.aliter aūt metropolitanus etiam non debet ſe intormitte
re,extra,d.n.e.ti.Romana rn̄.j.li.vj.[Actio.].i.petitio.quod dic,vt
no.s̃.ti.j.dilecti,& c.examinata.[Vel cum conſilio]ver.i.conſen-
ſu.nec enim in hoc caſu ſufficit conſilium,vt patet j̃.c.j.& extra,
d.n.eo.tit.Romana.& ſic ponitur hic improprie hoc verbum,vt
patet in eo quod le.& no.s̃.de arb.cum olim.[Alios]ex delegatio
ne,ſm d.n.dum tamen de licentia ipſius epi in alios iudices con
ſentiant partes,non tamen laycos,alioquin contra,j̃.eo.ſi diligē
ti.& c.ſignificaſti.s̃.de off.dele.cum te conſulente.[Vtraq; parte]
1 honeſtum † & iuſtum eſt hoc,vt iudex communiter eligatur,vt
hic,& ij.q.vj.placuit.Sed contra,s̃.de off.del.cum R.Sol.illud ob-
tinet,quando vna pars tantum præſens eſt in curia,vel non con
tradicit,alioquin fieret conuenientia iudicum,ſicut ſeruat curia,
ff.de iudi.obſeruandum.Vel dic,vt no.in d.c.cum R.Item con-
tra,xvj.q.j.iudices.vbi dr̄,ꝙ iudicem eligit accuſatus.Sol.illud lo-
cum antiquitus habuit in criminibus,& hodie non ſeruatur.

ADDITIO.

a ¶Pœnam patitur.Adde,ꝙ d.Abba.dicit hoc uerum eſſe.ſ.ꝙ puniatur pœ
na illorum cap inolita.& placuit.quando traheret eum ad iudicium ſe-
culare,quo caſu loquuntur prædi iura.ſed ſi traheret eum coram iudice
eccleſiaſtico,licet tunc ſit puniendus,non tamen ita grauiter,ſicut corā
ſeculari.remittit ad gl.no.& ad per eum no.in c.ſignificaſti.j̃.eo.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericorum ſeruientes eodem priuilegio gaudent.*
2 *Clerici in quibus cauſis condemnandi ſunt.*
3 *Excommunicatio eſt pœna irrogantis iniuriam eccleſię.*
4 *Quis punitur.in eo quo deliquit.*

CAP. II.

Nullus. [Iudicum]. ſ.ſeculariū, vel ēt eccleſia-
ſticorū extraneorum, qui in ipſos iuriſ
dictionem non habent, ẜm d. n. [Aut clericū vllū.]
ēt ſi primam tonſuram habeat tantum, vt no. ſ. tit. j.
cum non ab homine. [Aut minores]. ſ. clerico, alias iuniores, id-
1 eſt ſcholares ſeu † clericorū ſeruientes, qui eodem priuilegio gau-
a dere debent, ar. xij. q. ij. eccleſiarum ſeruos. & ſ. de offi. archid. c. fi.
§. i. petijt, vbi de hoc, & j. c. cū cōtingat. vel minores vocat mona-
chos, & conuerſos, xciij. di. a ſubdyacono. j. de ſen. exc. parochia-
nos. & c. cū illorū. §. ſi vero clauſtralis. ver. ꝙ ſi clericū. [Sine ꝑmiſ
ſu.] maxime qa nec ꝑmiſſu epi dyoceſani hoc licet ſecularibns,
ſecundum. d. n, quod dic, vt leg. & no. j. de ſen. excom. vniuerſita-
tis. §. nobis. & in ſeq. gl. & j. eo. ſuper verbo, præſumar. [Pontificis]
.i. papæ, qui ſolus poteſt hoc concedere generaliter, vt no. ſ. de ar-
bi. contingit. vel. i. epi qui hoc poteſt concedere in caſibus, vt no.
j. de ſen. exc. vt famæ. §. laici. & ſ. titu. j. cum non ab homine. [Di-
ſtringere.]. ſ. clericos, nec etiam in vno loco inuitos detinere, j. de
ſen. exc. nup. [Condemnare.] ſcilicet iuniores. i. ſeruientes, nam
clericum ēt de permiſſu epi condemnare non poſſet, vt j. eod. ſi-
2 gnificaſti † Vel dic condemnare, ſcilicet clericos. i. ad condemnā-
dum coram epiſcopo inuitos ducere etiam depoſitos, ſ. ti. j. cum
non ab homine. [Præſumat]. q. d. niſi in caſibus a iure conceſſis,
tunc enim hoc non præſumunt, nec peccant, xxiij. q. iiij. qui pec-
cat. Primo in cauſa feudali, vt j. tit. j. verum & c. ex trāſmiſſa. Scđo
in reconuentione, iij. q. viij. cuius in agendo. & no. j. de mu. pe. c. j.
& ij. Tertio, quando eſt incorrigibilis, vel immiſcet ſe enormita-
tibus & crudelitatibus, ſecundum ea quæ no. j. de priuil. ex parte.
& de ſen. excom. perpēdimus. Quarto, quando inuocatur ab epiſ-
copo auxilium brachij ſecularis, vt hic, & ſ. de offi. ordi. c. j. Sed ca
ueat ep̄s, ꝙ non inuocet laicum ſecularem, quandiu poteſt per
clericos cōmode diſtringere ipſum, alioquin etiam idem ep̄s ex-
communicationis ſententiam non euadet, j. de ſen. exc. vniuerſi-
tatis. & c. vt famę. §. laici. Sūt & alij multi caſus notati in ſumma
de ſen. exc. §, quis poſſit excommunicare. ſub §. ſuper illo autem
canone. ¶ Qđ ſi fecerit]. ij. pars. [Cui iniuriam. [Fit ergo iniuria
illi eccleſiæ, cuius erat clericus, vt hic, & j. de penis. c. ij. vnde & ei
ſatisfieri oportet de īiuria, vt ibi, quamuis etiam clerico læſo fue-
rit ſatisfactum, j, de ſen. excom. cum deſideres. §. fi. [Dinoſcitur.]
vnde & communione eccleſiæ priuari debuit, vt ſequitur, quia
3 † hęc eſt pena iniuriam eccleſiæ irrogantis. xvij. q iij. ſicut antiqui
tus. nec ad ſupplicandum debet admitti, quæ ſacrilegium cōmit-
4 tere non expauit, vt e. q. frater & coepiſcopus xij. q. ij. de viro † vt &
ſic puniatur in eo, in quo deliquit. ſ. de offic. deleg. cum olim. ij. j.
de immu. eccl. c. fi. [Sequeſtratus.] ideſt a communione eccleſiæ
ſeparatus, ſiue diuiſus per ſenten̄tentiam ſi condemnauit etiam ſi
ne alia diſtrictione. ſic xxx. diſt. per totum. vel ipſo iure ſi diſtrin-
xerit, xvij. q. iiij. ſi quis ſuadente. [Emendet]. j. de verbo. ſignific. ex
parte. & c. cum olim.

ADDITIO.

a ¶ Debent. Quid autem de vxore clerici, an gaudeat priuilegio fori, vide
plene per domi. Abba. hic poſt Ioan. Anto. cui domi. Andre. Barba. addit
Pet. Ancha. conſil. cxcvij. Quid etiam iuris ſit de pœnitentibus & hære-
mitis, & rectoribus hoſpitalium, & iſtis fratribus iheſuatis, & de diſci-
plinatis, & ſimilibus, an gaudeant priuilegio fori, uide pulchre per eum
dem d. Abb. Pa. quando autem familia gaudeat priuilegio domini uide
per Bal. In l. j. C. de epiſ. & cler.

*SVMMARIVM.*

1 *Lis non eſt in nominibus.*
2 *Forum quis ratione rei ſortitur.*
3 *Agendum eſt ſemper in reali actione coram iudice ſub quo res ſita eſt*

CAP. III.

Sane. Pars, ſ. de arbit. c. j. [Cauſa.] realis, quando. ſ.
agitur de aliqua eccleſia inter ep̄os diuerſa-
rum prouinciarum, vt ſequentia innuunt. [Diuerſa-
rum] nam ſi eſſent eiuſdem prouinciæ, nulla eſſet du
1 bitatio. [Ille primas.]. i. archiepiſcopus, † non enim eſt vis in no-
minibus, vt patet ſ. de offic. ordi. duo ſimul. & no. ſ. de procur. pe-
titio. [Det.] ſi non poteſt, vel non vult cognoſcere per ſeipſum.
[In cuius ꝓuincia.] ſic patet, ꝙ ſub illo iudice debet agere actor,
2 ſub cuius iuriſdictione res litigioſa ſita eſt, & ſic ratione rei ſorti
tur quis forum, vt hic, & j. eo. c. fi. C. vbi in rem actio. exerci. debe.
actor. C. de prædi. mino. ſi prædium. C. de præſcri. lon. tem. l. fin. xj.
a q. j. experientiæ. ff. de cenſi. forma. §. ſi vices. Dixit Gof. [a] & ſupple-
uit ſic. Vel ille, in cuius prouincia reus domicilium habet, nam
coram vtroque conueniri poteſt, ſecundum Azo. C. vbi in rem
actio. l. fi. ſed certe facilie erat hoc iniungere, ſi ſic intellexiſſet, ar.
3 j. de decimis. ad audiētiam. Vnde videtur, ꝙ † in reali actione ſem
b per agendum eſt coram iudice, ſub quo res ſita eſt, [b] vt hic mani
feſte probatur, & ar. j. e. dilecti. rn̄. j. Dic tam̄en de hoc, vt no. ſ. de
reſcriptis. dilectus. ij. & j. e. dilecti. & c. fi. [Locus]. i. eccleſia, vel vn-
de perueniunt decimæ, de quibus forſan contentio eſt. verbi gr̄a,
Graſſeñ. & Foroiulieñ. epi contendunt de eccleſia Auinionenſi,
Aqueñ. archiepiſcopns dabit iudices & non ebreduneñ. & hoc
eſt verum, qū conſtat de limitibus, j. de decimis. qm̄. Quid ego ſi
non eſt certum de limitibus prouinciarum? Tunc vr̄, ꝙ vterque
archiep̄s debet iudices dare, ſiue ſimul hoc faciāt, ar. j. de ſent. exc.
cū illorū. §. ſi vero clauſtralis. & j. de deci. cū ſint hoīes. & c. ad apo
ſtolicæ. qa qđ oēs tangit, & c. vt no. ſ. de tē. or. ſi archiep̄s. Vel eſt re
curēdū ad papā, ar. ſ. de off. dele. c. ij. [Cōtenditur.] vel pn̄t eligi ar-
bitri de cōi conſenſu. ꝙ ſi hoc fiat, eligatur vnus aut tres, & ſic cō
tinuatur pars iſtius, ſ. de arbitris. c. j. Henri. Cardina. Hoſtien.

ADDITIONES.

a ¶ Dixit. Goffre. Adde, ꝙ eius opinio. ſequitur Inno. in c. dilectus filius. ſ. de
reſcrip. et Ioan. Calde. hic, et eſt communis opi. ſecundum d. Abb. de quo
per eum in c. fi. ſi eo.
b ¶ Sub quo res ſita eſt. An autem iudex ratione rei ſitę poſſit excommuni
care contumacem. dic, ut leg. et no. in c. Romana. §. contrahentes. eo. tit.
lib. 6. et in cle. paſtoralis. de re iudic. et plene examinat materiam do. Ab.
in ca. fi. j. eod.

*SVMMARIVM.*

1 *Delegatus ab ordinario, non poteſt ſententiam ſuam executioni mandare.*

CAP. IIII.

Si quis contra clericum. [Adeat.] vt & ſ. e.
c. j. [Qui.] ver. ſ. ep̄s clerici rei. [Vt ſuſpectus.] nec de
hoc refertur quęſtio, an ſit ſuſpectus, quia cā notoria
eſt. ſic j. vt lit. non conteſt. accedens. j. in quo caſu ep̄s dat executo
rem, i. delegatum, vt hic ſequitur. Alioquin ſi de hoc referretur
quæſtio, eſſet ad arbitros recurrendum, vt j. eod. licet. j. de appel.
c. tertio poſtulas. Sed contra, quia ex quo certum eſt, ꝙ ſuſpectus
eſt, omnino ſilet & ceſſat officium ſuum, j. de app. ſecundo requi
ris. Reſpon. Verum eſt quo ad hoc, vt in propria perſona cogno-
ſcat. Poteſt tn̄ hoc committere de recuſatoris aſſenſu, vel ad ſupe
riorem negociū referre, vt j. de ap. cū ſpeciali. ẜm Goffr. qđ dic, vt
ibi no. & j. e. licet. & de hoc no. j. e. ver. aut ſi actor. ſuper verbo, con
pellat, Aliud aūt eſt, qn̄ delegatus papæ eſt recuſatus, qa tunc co-
gnoſcunt arbitri, q̄ diffinierunt cām recuſationis, & de principa-
li, vt no. ſ. de off. dele. ſuſpicionis. [Recuſatus.] a reo, ẜm T. immo
ēt ab actore. [Executor]. i. delegatus, qui de tota cā cognoſcat, ẜm
d. n. neutri parti ſuſpectus. ſic ij. q. ij. placuit. xj. q. j. peruenit. Quid ſi
appelletur a tali? Non vr̄ appellandum ad ep̄m, cū ſit ſuſpectus,
nec ad metropolitanum omiſſo medio, j. de app. dilecti. appelle-
tur ergo ad papam. Vel dic, ꝙ appellari poteſt ad ep̄m, nō ꝙ ipſe
cognoſcat, ſed vt alij hoc cōmittat, ẜm B. Sed hoc eſt ꝯ Auth. vt
defunc. ſeu fune. eorum non iniuri. §. illud. col. v. Præterea ſi hoc
ſit verum, ſequitur alia abſurditas. Pone enim, ꝙ duobus hoc cō
miſit, & diuerſas ferant ſn̄ias, ſi ad ep̄m recurratur, poterit q̄ volue
rit comprobare, j. de re iudi. c. fi. & hoc abſurdiſſimum eſt, cū iu-
dex ſit ſuſpectus, iij. q. v. quia ſuſpecti. Poteſt tamen reſponſio da-
ri, ꝙ & tunc locus eſſet appellationi, ſed non ſufficit, quia & de er
rore poſſet iterum delegare, & ſic omnino remanet grauamen,
cum non liceat tertio appellare, j. de app. ſua. Sed & ſi dicamus, ꝙ
in hoc caſu ſit ad archiepiſcopum recurrēdum, nullus error eſt.
Nam ex quo ep̄s ſuſpectus eſt, deficit medium, quia nihil inter-
eſt, vtrum nullum medium ſit, vel tale, quod non poteſt vel poſ-
ſit negocium expedire, ar. ſ. de tranſla. ep. c. ij. §. ſed neque. tutius
tamen eſt, ꝙ ad papam appelletur, ij. q. vj. ad Romanam. & cap.
omnis oppreſſus. & j. eod. licet. & in eo quod leg. & no. extra, d. n.
de ſup. ne. præ. Romana. §. j. [Deputetur] Vel ſi ep̄s hoc maluerit,
partes ad ſuperiorem remittat, j. eo. licet, j. de appel. cum ſpeciali.
vel dic, vt ibi no. [Aut ſi actor.] ver. ſ. cui ep̄s totam cauſam dele-
gauit, ſecundum. d. n. vel dic, ſi actor. q. d. Non ſolum reus poteſt
recuſare iudicem, vt ſ. ſed etiam & actor. vt hic, quod & verū eſt.
Vel dic actor, ſ. idem, qui primo recuſauerat epiſcopum, poteſt re
cuſare & ab ipſo deputatum. [Refugerit.] ex cā legitima. Vel hoc
ideo dicit, quia ordinarius non poteſt hanc cauſam delegare, ni-
ſi de partium aſſenſu, & ſi nullo modo volunt conſentire. [Ab
ep̄o &c.] ſed & ipſe ep̄s hanc compulſionem non debet facere,
quia forſan prouocatus obeſſet, ſ. de offic. deleg. ſuſpicionis. [Cō-
pellat.] hoc videtur correctum per hoc quod legi. j. de app. cū ſpe
ciali. & j. eod. licet. vbi dicitur, ꝙ ſi iudex de recuſatoris conſenſu
non poteſt cauſam delegare, ipsam ad ſuperiorem remittat. Sol,
dic ꝙ illa l. cum ſpāli loquitur in delegato, hæc aūt in ordinario,
ẜm ll. aūt etiam delegatus iudicem debet dare, q de toto negocio
cognoſcat, C. de iud. cum ſpālis. ſecundum d. N. Tu dic, vt no. j. e,
licet. & de ap. ſcđo requiris. & c. cum ſpeciali. & ſ. de of. dele. ſuſpi
cionis. [Eligere] quibus & ep̄s debet vices ſuas committere, alias
contra, j. eo. ſignificaſti. Vel ſi maluerit, poteſt partes ad ſuperio-
rem remittere, j. de appella. cum ſpeciali. [A quibus.] verſi. ſ. iudi-
cibus electis a partibus. [Ipſius] ſcilicet proprij epiſcopi, vel ab eo
deputati.] Seruata lege]. i. more, vel lege, C. de executio. rei iudi-
ca. l. fina. ff. de re iudica. l. ij. & iiij. §. ſi quis, quæ dicunt, quòd infra
quatuor menſes eſt ſententia mandanda executioni in per-
ſonali actione. quod dic, vt no. ſ. de offic. delega. quærenti. [Com-
plea-
1 tur] Delegatus † enim ab ordinario non poteſt ſententiam
a ſuam executioni mandare, ff. de re iudi. a diuo Pio. ff. de iuriſdic.
om. iudi. iubere cauere.

ADDITIO.

a ¶ Executioni mandare. Adde, vtrum iudex delegatus poſſit ſuam ſenten-
tiam executioni demandare, per Henric. bo. in. cap. ſignificaſti ſupra. de off.
delega.

*SVMMARIVM.*

1 *Res dubia fit per negationem.*

CAP V.

Si clericus. ]&c. [Suis]. i. quas dicit eſſe ſuas ꝓ
prias patrimoniales, ſiue peculia-
res, j. de pecul. cleri. per totum. hoc aūt ẜm d. n. ideo
dicit, quia ſi conſtat res eſſe eccleſiæ, quas laycus poſ-
ſidet, vel nō agitur ex legato, vel conſimilibus actionibus corā iu
dice eccleſiaſtico, agi debet ẜm d. n. quod non placet, quia omni-
no ꝯdicit hic textus, niſi ratione cōſuetudinis vel priuilegij aliud
hic dicatur. [Vel ēt eccleſiæ] ſibi commiſſæ, cuius noīe actionem
habet, & exercet, vt hic, & ſ. ti. i. cū deputati. vbi de hoc. [Laycus]
1 cōueniendus. [Non eccleſiæ aut clerici] & ſic † per negationem
a fit res dubia, [a] j. de reſtit. ſpolia. piſanis. reſpon. i. ver. & ſuper ea. vbi
de hoc. [Aſſerebat] coram iudice eccleſiaſtico, coram quo con-
ueniebatur aucte decre. j eo. cum ſit. vnde ad fori excluſionem,
& non ad iudicij ordinationem, ſiue non aīo ꝯteſtandi litem ſic
laycus reſpondebat. primo ergo vr̄ examinandum, vtrum res ſit
eccleſiaſtica, ar. j. de teſti. veniens. ij. & fieri debet ſummarie ſine
præiudicio quæſtionis principalis, ar. ff. de libe. agno. ſi quis a libe
ris. §. ſi vel parens, & ſi reperiatur eccleſiaſtica, corā iudice eccleſia
ſtico agitabatur, alioquin ad ſecularē iudicem remitteretur, ẜm
Gof. ar. ff. dē iudi. ſi quis ex aliena. ſed non placet omnino hæc gl.
[De rigore]. i. de ſtricto iure, q nou ſemper ſeruatur in foro eccle
ſiaſtico, vt j. de dolo & contu. c. i. ſ. tit. j. dilecti. [Trahi] niſi agatur
de ſpoliatione, vel quacunque oppræſſione, xvj. q. j. in canonibus.
xx. q. ii. ſi quis de potentibus. & de hoc no. j. eo. cum ſit gn̄ale. ẜm
d. n. [Actor ſemper forum rei] Hæc ragula gn̄alis eſt, vt hic patet,
& j. e. cum ſit gn̄ale. xj. q. j. experientię, & c. ſeq. 3. q. vj. c. ij. & c. nemi
nem. C. de iuriſdi. om. iu. iuris ordinem, & l. in criminali. C. vbi in
rem actio. l. fi. ff. de al. iu. mu. cā facta. l. iij. reſpon. j. in Auth. vt cle-
ri. ap. proprlos epiſ. conue. §. j. col. vj. fallit hæc r̄la in caſibus no. j.
e. cum ſit. & c. licet. & c. ex tenore. [De conſuetudine] Quæ iuriſdi
ctionem dat, j. c. cum contingat. & eſt ſpecialis in quibuſdā locis
quantū ad ciuilia, vt hic dicit. Papa aut hoc vbiq; & in oībus ob-
tinet de conſuetudine generali, vt legitur & no. ſ. titu. j. nouit. rn̄. j.
ver. non enim. Vnde & clerico cōcedit literas ꝯ laycum tota dic,
vt patet ſ. de ali iu. mu. cā facta. c. fi. ſ. de reſti. in integ. conſtitutus.
ſ. ti. j. c. fi. Et nunquid layco? Ita vr̄ ſ. de arb. innotuit. dic, vt ibi no.
ſed & malefactores eccleſiæ vbique de gn̄ali ꝯſuetudine corā dię
ceſanis ep̄s trahi poſſunt. Et eſt rō, vt legitur & nō. j. e. cū ſit gn̄ale

ADDITIO.

Negatione fit res dubia. Adde multas ampliationes & fallentias ad hanc
regulam poſitas hic per Fel.

*SVMMARIVM.*

1 *Dominus non poteſt eſſe Iudex inter homines ſuos.*
2 *Quelibet cauſa ad forum eccleſiaſticum tradi poteſt ſecundum conſuetudinē gallicanam.*
3 *Epiſcopus poteſt percipere clerico in virtute obedientiæ, ſi dominus vaſallo ſub debito fidelitatis.*
4 *Iuriſdictio transfertur ad eccleſiam per negligentiam domini fęudi.*
5 *Ordinarius eccleſiaſticus ſupplet negligentia de legati eccleſiaſtici, & econtra.*
6 *Secularis nunquam poteſt ſupplere negligentia iudicis eccleſiaſtici.*

CAP. VI.

1 Ex tranſmiſſa. ]&c. [Eccleſiæ tuæ] Ex
hac decre. apparet, ꝙ † dn̄s
pōt eſſe iudex delegatus inter homines ſuos. Sed ar. ꝯ,
j. vt lit. non conteſt. accedens. ii. Sol. licet papa ex cer-
ta ſcientia ꝯmiſerit cām iſtam militū dn̄o ipſorū, nihilominus
tn̄ recuſari poteſt, quia non vr̄ ꝙ velit auferre legitimam exce-
ptionem, niſi hoc ſpāliter exprimat, ſecundum d. n. ꝙ dic, vt legi-
tur & no. ſ. de offi. deleg. ex parte. ij. & expreſſum eſt ius ſine alio,
ar. ꝙ hæc eſt legitima exceptio, ſ. de offi. deleg. cauſam quæ. Vel
dic ẜm d. n. ꝙ ad hūc, cui ſcribitur, pertinebat cognoſcere de hac
cā tanq̄ ad ſuperiorē dn̄m, a quo feudum tenebatur, & ideo vel
in defectum medij dn̄i, vel quia appellatum erat ad eum, ad ip̄m,
& non ad ordinarium cognitio pertinebat, vt no. ſ. de iudi. cæte-
rum. alias eccleſię Treceñ. vr̄ melior eſſe littera. [R, de Caſſauille]
alias Caſeuilla proprium nomē eſt, forte clericus erat iſte R. alio
quin papa ei literas non dediſſet, ẜm B. tu dic vt in ſeq. gl. [Poſſeſ-
ſione] quæ a dn̄o de cāpis in feudū tenebatur, vnde quis milites
eſſent homines eccleſiæ, tn̄ hanc poſſeſſionem ab alio tenebant,
& ideo non corā ep̄o, ſed corā dn̄o feudi debuerunt conueniri, &
quia ep̄s hāc exceptionē non admiſit, fuit ad ſedem ap̄licam ap-
pellatum, & papa cōmiſit cauſam ad inſtantiam militum, & ita
non fuit conceſſa hæc litera R. ſecundum quod B. intellexit, vt in
præced. gl. Vel etiam ſi nō fuit appellatum, ſed forſan ep̄us excōi-
cauit milites, quia reſpōdere noluerunt coram eo, potuerunt cō-
queri de iniuſta excōicatione, ſ. de offic. delega. cum contingat.
& adde quod no. in ſequen. glo. [Trecenſi epiſcopo] non auctori
tate apoſtolica, ſicut & intelligi poteſt glo. B. no. ſuper verbo, R. de
Caſſauille. immo tanquam coram ordinario militum genercli.
2 Sed † & ſecunpum generalem conſuetudinem gallicanam quaſi
quælibet cauſa ad forum eccleſiaſticum trahi poieſt, ipſi vero ex
ceperunt, ꝙ quæſtio feudalis erat, vt j. §. j. ¶ Nobilis vir.] ij. pars.
[Eorum dominus.] quo ad dictam poſſeſſionem, licet alias habe
rent domicilium ſub eccleſia, vt no. ſ. reſpon. j. ſuper verbo, poſ-
3 ſeſſione. [Sub debito fidelitatis]. Nota, ꝙ ſicut † epiſcopus poteſt
præcipere clerico in virtute obedientiæ, ſic dominus vaſſallo ſub
debito fidelitatis, quo ad ea, quæ ad feudum ſpectant, & ſi j. eod.
ex tenore. reſpon. j. ver. ipſe comes. iuratur enim fidelitas, vt legi-
tur & nota. j. de iureiuran. veritatis. & cap. ego. quod tamen non
ſemper fit de obedientia, vt legitur & no. j. de ma. & obed. legeba
tur. [Eis]. ſ. militibus, qui recognoſcebant ſe poſſeſſionem, de qua
agebant, tenere in feudum ab eodem, alioquin contra, ſ. cap. pro
xi. quod dic, vt no. j. cap. j. in fi. [Inhibuit.] quod facere potuit, vt
patet ex ſeq. [De ſeculari,] ſecus de eccleſiaſtico, vt j. ca. proximo.
[Et j.] Sub hac deciſione continetur, quòd milites de hoc excepe
runt, ſed epiſcopus exceptionem homini non admiſit, vt no. ſ.
eod. ſuper verbo, poſſeſſione. Et ideo ad papam recurſum habue-
runt, qui eis prouidet, & cauſam commiſit, ſicut in hac deciſio-
ne continetur, & ſtatim ſequitur. ¶ Per dominum.] iij. pars. [Feu
di] coram quo quæſtio feudi debet agitari? dic vt nota. ſ. titu. j. cæ-
terum. [Iubemus terminandam.] alias iubeas terminari: ergo iu
ſtum eſt, ex quo præceptum vt, cui & parendum eſt alioquin pę-
nam habet, xiiij. q. j, quod præcipitur, [Malicioſe diſtulerit.] & ſic
4 per negligentiam domini feudi transfertur iuriſdictio ad eccle-
ſiam. ſi. j. eo. licitum. & c. ex tenore. quod & ſecundum ll. regulari
ter locum haber, vt in Auth. vt diff. iudi. §. ſi tamen contigerit. &
5 §. in ciuitatibus. col. ix. † Sic & ordinarius eccleſiaſticus ſupplet ne
gligentiam delegati eccleſiaſtici, & econtra. quod dic, vt le. & no.
5 ſ. de offic. ordi. ſignificauit † Secularis autem nunquam poteſt ſup
plere negligentiam eccleſiaſtici iudicis, vt legitur & nota. ſ. titu. j.
qualiter. quod verum eſt in ſpiritualibus, ſiue perſonalibus, ſecus
in feudalibus, vt no. j. eo. c. j.

*SVMMARIVM.*

1 *Quilibet Dominus, quantumcunque vilis etiam ruſticus ſuper rebus quæ ab ipſo tenentur in feudum ſurdem habet.*
2 *Iuriſdictio. Baronie in feudum, vel ſimpliciter conceſſa eccleſiæ, quomodo intelligatur.*
3 *Eccleſia non eſt priuanda fęudo quòad delictum perſonę.*
4 *Laicus de crimine clericorum, cognoſcere non poteſt.*
5 *Teſtis ſi iu teſtimonio reddendo aures iudicis offenderit, ab eo punietur.*
6 *Qui aufert poſſem, quandoque aufert proprietatem.*

CAP. VII.

1 Verum. [Feudis.] Quilibet † dn̄s quantūcunq;
vilis etiam ruſticus ſuper rebus, quæ
ab ipſo tenentur in feudum, iuriſdictionem habet [a]
a lege Federici in li. feudo. de feudo nō ali. imperialē.
§. pen. & ideo cum ordinarius ſit, poteſt ſn̄iam ſuā mandare exe-
cutioni, vaſſallos ſuos rebelles, ēt ſi clerici ſint, ſine metu excōica-
tionis repellendo, ar. j. de reſti. ſpo. olim j. Et idem eſt dicendum,
ſiue de principatu, ſiue de comitatu, vel caſtellania, vel alia terra,
ſeu iuriſdictione tpali tanq̄ de feudo contendatur, ſcilicet ꝙ co-
rā dn̄o feudi eſt agendū, vt patet ex hoc c. & ſ. e. c. proxi. §. fi. Et ſi
a ſn̄ia inferioris vaſſalli comitatus appelletur, ēt ſi clericus ſit vaſ
ſalus, a quo appellatur, comes appellandus erit & nō papa, arg. ſ.
de ma. & obe. ſolitæ. § j. ver. quod aūt ſequitur. ẜm d. n. Tu. dic, vt
le. & no. extra, d. n. de ap. romana. §. debet. Et idē vr̄ aliquibus, ſ. ꝙ
dn̄s feudi cognoſcere debet non ſolū ſi inter laicos agatur ad feu
dū, ſed ēt ſi agatur inter eccleſiā & laycū, vel etiam quod plus eſt
inter eccleſiam & eccleſiam. Et ſi ad alium iudicem recurſus ha
beatur, poteſt dominus quamuis laycus cauſam feudalem ad ſe
ēt inuitis litigatoribus reuocare. Alij contra. Sin autem dictæ Ba-
roniæ conferantur eccleſiis non in feudum ſed ſimpliciter, tūc
libere tranſeunt ad eccleſiā quantū ad concedentē, ita ꝙ ēt hære
dibus ſuis de illis muneribus, quæ prius ſubibat baronia, eccleſię
non tenētur, vt j. de dona. cum dilectus. ꝙ ſi donator ſibi in ea ali
qua munera retinuerit, illa præſtabuntur, vt ibi, dummodo ſint
2 honeſta, vt no. j. de immu. eccl. non nimis. † Quid ſi dictæ Baro
nię, vel quæcunq; alia bona dētur alicui eccleſiæ ſub ea ꝯdōne ꝙ
ſi eccleſia nō ſubierit onera impoſita, liceat ei donatori, vel hære
dibus ſuis ipſa bona auctoritate propria occupare? Dicunt qui-
dam, ꝙ hoc poteſt facere, argu. j. de condit. appo. verum. C. de pi-
gno.

ADDITIO.

b ¶ Iuriſdictionem habet. Adde, quam iuriſdictionem habeat dominus feu
di, plene per dominum Abb. hic in 4. col. ver. ſed quæro.

gno.ac.l.pe.C.de pigno.l.iij.ff.de pig.act.quæ ratiario.D.n.ↄ, quia
cū rerū iſtarū dñiū eccleſiæ ſit acqſitū,ſanctū ſanctorū eſt dño.
Et iō quicunq; ſiue auctoritate iudicis eccleſiaſtici hoc occupa-
uerit,crimē ſacrilegij cōmittit xij.q.ij.nulli liceat.& c.ſe. & leg. &
no.ĵ.c.j.& ↄquæſtus.ſic aūt nō eſt in rebus feudalibus, qa earum
dñium non eſt ſanctū ſanctorum dño,cū remaneat penes dñm
ↄcedentē:licet fructus & alia vtilitas ſit vaſalli.ad hoc facit.x.q.ij.
c.ij.& ſe.Et vř ex pmiſſis,ꝙ ex quo fruct⁹ rei feudalis pcepti ſunt,
dñs ī eis nihil pt,cū iā ſint ſanctū ſanctorū dño facti,ſm d.n.Sed
vř,ꝙ in hac qſtione primi melius ſentiant. & eſt expſſus caſus p
ipſis,ĵ.de do.cum dilectus.licet aūt ↄ clericū poſſit agi ciuiliter &
corā dño,& corā paribus ad amiſſionē feudi,nō tñ pt agi ad hoc
idē criminaliter,nec ēt ciuiliter pp crimē,ſed remittēda eſt ī hoc
caſu cognitio ad plātū ſuum,ēt ſi feudū ſit paternum.Si.n. nō eſ
3 ſet paternū,ſed eccleſiæ tūc ↄſtat † ꝙ nō eſt eccleſia priuāda, feu-
do pro delicto pſonæ,arg.xvj.q.vj.ſi epm.ſm.d.n.quis eo viuente
ipſum amittat,ſed eo mortuo ad eccleſiā reuertitur.vt in li.feud.
de capi.Corra.regis.ſi clericus veluti eps. Si vero clericus p plātū
ſuū de proditione vel alio crimine, pp qđ feudū pñū amittere
debeat,fuerit ↄdēnatus , tunc dñs auferet feudū pro velle ſuo. Et
ſi fuerit abſolutus,tunc dñs nō poterit ei pp crimen, qđ impone-
batur feudū auferre,arg.in eo qđ legitur & no.ĵ.e.poſtulaſti. De
4 † crimine enim clericorū nec directe nec indirecte pōt laicus
cognoſcere,ſ.ti.j.at ſi clerici.ſicut nec de legitimitate , vt patet in
eo qđ legitur & no.ĵ.de ord.cogn.tuā.ſed inſtabis & dices: Nōne
ↄ clericum corā laico in teſtē productum pōt crimen obijci &
pbari,ad hoc vt à teſtimonio repellatur,ita vř.ĵ.de teſti. teſtimo-
niū.ff.de teſti.teſtium.Sol.In hoc caſu veritate ↄſiderata nō ↄ cle
ricum,ſed potius ↄ laicum crimen obijcitur,qui ex eius repulſio
ne pęnā patitur,quia ipſius teſtimonio non creditur,ſm d.n. cu-
ius eſt mēs totius huius glo. ſaluis correctionibus ſupra ſignatis.
Sed ↄ,quia ſi teſtis in teſtimonio reddēdo aures iudicis offende-
rit,ab eodem iudice punietur,C.de teſti.nullum.Sol. Dicendum
eſt,ꝙ lex illa clericos teſtificantes corā laico non aſtringit.& etiā
in hac materia dicendum vř,ꝙ ſi corā laico opponatur crimen
clerico, ēt vt a teſtimonio repellatur , dyoceſano eſt huiuſmodi
cognitio remittenda,ar.in eo quod legi.& no.ſ.eo.nullus.& ĵ.de
or.cog.tuā.& ĵ.de ſol.c,fi.[Præpoſitum.]eccleſiæ cathedralis,ſ.de
5 æta.& quali.c.j.Sed ſm Goff.† iſte ppoſitus erat officialis eccleſiæ
& vaſallus,nō tñ clericus [Mota fuit.]eccleſia vacante.Ideoque
ſi feuda,de quibus agebatur, ab eccleſia tenebantur (ſubaudi &
erant de menſa epiſcopali)non erat qui cognoſceret, vnde man
datur differri cāæ cognitio,vt ſequitur,quia ſic fieri oportet , ĵ.ne
ſede va.c.j.& c.fi.nā p dñm feudi eſt hmōi lis terminãda , vt hic,
& ſ.c.proxi.& ſ.ti.j.cæterum.Porro ſi feuda tenerentur a capitu-
lo ab epali menſa diuiſo,poſſet hoc per ipſum capitulum termi
nari,vt ſ.de off.ord.irrefragabili.§.exceſſus.& ſ.de reſcri. edoceri.
niſi forſan epiſcopus haberet vocem in capitulo tanq̃ platus , qđ
dic,vt legitur & no.ĵ.de conceſ.preb.poſtulaſtis.[Eps.] Sed ↄ,ſ.de
ma. & obed.cum olim.Solu.Licet capitulum ſuccedat in iuriſ-
dictione generaliter,vt ibi no.tamen non ſuccedit in hac iuriſdi
ctione feudali,ne eps habeat vaſallum quē habere nollet , ſicut
nec in beneficiorum collatione,ĵ.ne ſe. vac. illa. [Conſecratus.]
maxime,idem enim eſſet ſi confirmatus eſſet,vt patet ſ. de elec.
tranſmiſſa.ſ.de tranſla.epi.c.j.§.pen.& c.ij.§.j. quinimo & ēt ſi cō
firmatus non eſſet,dū in remotis ageret , & concors eſſet electo.
qđ dic,vt legi.& no.ſ.de elec.nihil eſt. §. pe. [Ad eccleſiaſticā co-
gnitionem[quia forte dicebatur ab aduerſarijs, ꝙ nō erat feudū
eccleſiæ,ſed potius Imperatoris. Vnde dicit hoc ſub conditione :
quid ſi eps negligens ſit in cā feudi?poterit & debebit hoc ſecula
ris iudex ſupplere,ſicut fit ecōuerſo,ſ.c.proxi.in fi.ſm B. Nec ob
ſtat decre.ſ.ti.j.qualiter.quia intelligenda eſt in actionibus perſo
nalibus,non in feudalibus,Sic & quāuis de re ſpirituali in laicū
ↄpromitti non poſſit,de tpali tñ pōt,ſ.de arb.contingit.& c.expo
ſita.[Pertineant.]ideſt ſi præpoſitus hoc cognoſcat [Alioquin.]
ſcilicet ſi non ab epo ſed ab Imperatore hoc aſſerit ſe tenere[Im-
periali.]&c.[Sicut iuſtum].q.d.Licet præpoſitus recognoſcat feu
da ab eo,qui dñs non eſt,& ſic poſſit parare præiudicium quo ad
poſſeſſionem,arg.ff.de lib.agnoſ.j.§.Iulianus.alias idem Iulianus.
& de proba.ēt.ff.de car.edic.quod Labeo.& ſ.duobus c.proxi.nō
tñ quo ad proprietatem,ar.ↄ,ff.de Car.edic.l.j.§.ſi quis.C. de pro-
ba.non nudis.Sol.hic puto eſſe conſiderandum & inquirendum
famam loci:ſi forſan dicatur,ꝙ malicioſe fit hęc recognitio,arg.
ĵ.de teſti.præterea. Alioquin in poteſtate vaſalli eſſet ſubtrahere
ſe dño qñ vellet,& eſt quæſtio huiuſmodi forſan coram ordina-
rio primitus ventilanda,ar.ff.de libe.cauſa.liberis.§.ſi quis ex ſer-
uitute.& C.de libe.cauſa.non ideo.& l.nec ſi volens,& l. nō mu-
tant.& l.nec omiſſa.& l.principaliter.& l. eam q̃ in poſſeſſione.
& l.non idcirco.j.& ij.& ff.de libe.agnoſ.ſi quis a liberis per totā.
l.ipſam . In aliquibus tñ regionibus ſtatur ſoli confeſſioni q̃tum
ad poſſeſſionem,vt ſ.ī pricio gl.Sed qđ ↄtinet.So.nō minus ęquū
6 eſt q̃ iuſtū,† nā & q aufert poſſeſſionem qñq; aufert proprietatē ,
vt patet C.de rei vē.l.fi.ff.de rei vē.q̃ deſtinauerit.ĵ.de reſ.ſpo.ſæpe.

*SVMMARIVM.*

1 *Raptores eccleſiarum & rerum ſuarum ſacrilegi reputantur.*
2 *Cognitio ad eccleſiam ſpectat , quocunque modo de re eccleſiaſtica quæratur.*

## CAP. VIII.

CVm ſit generale.]&c.[Forū rei.] hoc
enim ē regulare , vt ſ.
eod. ſi clericus. cum ſuis concor. fallit tñ in caſibus
notat.ĵ.e.c.& c.ex tenore.[Verum]ver.[Sūt remiſſi.]
vnde faciunt litē ſuā,xxiij.q.ij.dñs noſter.iij.q.ij.qui ſine.eſt enim
hæc magna iniquitas,C.de app.ſi appellationem.Et ſi per dolum
vel ſordes hoc omittat,iudex eccleſiaſticus pœnam magnam pa
titur.hodie extra,d.n.de re iudi.cum æterni.li.vj.ſecularis vero ad
veram litis æſtimationem tenetur, ff.de iudi.ſi filiusfam. ſed per
cēſuram eccleſiaſticam ad faciēdam iuſtitiam cogi poteſt , xxiij.
q.v.adminiſtratores.& c.ſeq.& c.principes.& ca.regum.xi.q.iij. ſi
autem vobis.ſ.de offic.ordi.c.j.vbi de hoc.ſ de maio.& obe. oms.
a & in hoc concordat d.n.Sed poteſt ſuppleri defectus ipſius per
iudicem eccleſiaſticum,vt legitur & no.ſ.eo. ex tranſmiſſa. in fi.
ſed & tertio requiſitus iuriſdictionem amittit,vt no.ſ. titu.proxi.
clerici.[Introductum.]de conſue.generaliter & vbique.[Vt male
factores ]non ergo alios, niſi & in aliquibus locis cōſuetudo ſit
ſpecialis.quod dic,vt legitur & no.ſ.eo.ſi clericus.in fi. Vel niſi in
1 alijs caſibus.vt no.ĵ.in fi.[Sacrilegi. † Raptores ergo eccleſiarum
& rerum ſuarum,ac inuaſores ſacrilegi reputātur , ideoque ſunt
p cenſuram eccleſiaſticam cohercendi,vt hic, & expreſſius ĵ. e.
conqueſtus.§.j. cum ſuis concor. & xij.q.ij. de viro. quia crimen
ponendi ſunt,vt not.ĩ.§.j. ideo ſubaudiendum eſt hic, maxime
[Oſtenderetur]ſaltem digito,ff.ſi cer. peta.certum. quid dic,vt ĩ.
no.

ADDITIO.

† Alias non eſt ad hæc.ſed incipit,præſentium. & attribuitur Grego.ix.



no.[Poſtularunt]& bene.¶ Quod cum ipſi]ij.pars.[Denegarẽt]
ſ.iudices & male,ſi.n.agatur reali actione & ſingulari,neceſſe eſt
vt ipſam rẽ actor exprimat, & declaret, vt hic,& ff.de rei vẽ.is q.
& qualitatẽ rei quã.ſ.terrã petit, vtrũ,ſ. ſit pratoria vel vinatoria,
ar.C.de bo.proſcri.ſi quis. Apponat ergo nomen & locũ,in quo
ſita eſt,& vtrũ petat totũ vel partem,ff.de rei ven.ſi in rẽ,in prin.
& in fi.& ad minus duos proximos cõfines,ff.de cenſi. forma.ff.
de act. emp. & ven.Titius. §.fi.& ſi neceſſe ſit rem oculis iudicis,
vel aduerſarijs ſubijcere debet,ff. finium reg.ſi irruptione, §. fi.&
ar.ff.de ſer.l.ij. & patet in eo quod legitur & no.ĩ. de pręben.c.pe-
nul.ſi tñ ex aliqua iuſta cauſa neſcit exprimere quotam partẽ pe
tat,& admittitur incertæ partis petitio,vt no.ĩ.e.§.fi.& idem dicẽ
dum de alijs ſignis,ſi ipſa neſcit exprimere,ff.de fur.in actione.&
habent locum hæc etiã ſiue perſonali, ſiue reali actione agatur,
ff. de rei ven. ſi in rem. ſemper tñ oportet eum ſic exprimere, ꝙ
aduerſarius & ſi nõ plene,tñ aliquo mõ ſciat qd petatur,alioquin
ſi hoc penitus ignoraret, rñdere non cogeretur, ff.de edendo. l.j.
Nec mirum, ſi libellus ſic generalis ex cauſa recipiendus ſit, nã
& ſententia qũq; ſic gñaliter lata tenet, vt patet in eo quod legi-
2 tur & no.ĩ.de ſepul.in noſtra. §.talem.quæ tñ † debet eſſe clarior
quam libellus.Inſti.de act.§ curare.ſufficit enĩ petere fructus de
tali fundo ſine alia expreſſione, & ſi non extant,põt peti æſtima-
tio, ſed in ſnĩa exprimi oportet certã quantitatem, alioqñ non
valet ſententia,ſi dicatur, Condẽno te ad expenſas factas in lite,
vel ad res,quę tibi obuenerunt a tali, niſi forſan in actis ꝯtinere-
tur de certa q̃titate,ff.de re iudi.ait p̃tor.§.j.& ſic intelligitur C.de
ſen.qui ſine certa quanti.profe.l. ij.& iij.ſecus autem dicitur in li-
bello ſm d.N. cuius eſt mens totius huius gl. Quicquid tñ dicat,
diſtĩguẽdũ eſt inter gñales & vniuerſales actiones, anteq̃ petitio
nes naturam ipſarum habentes ex parte vna,& ſingulares ex par
te altera,in quibus & ſi hoc quid dixit locum habeat in generali-
bus & vniuerſalibus,& naturam ipſarum ſequentibus, admitti-
tur petitio generalis,ff.de peti. hære.l.iiij.& l.ſi quo tempore. C.de
pe.hæ.l.j.ff.de rei vẽ.l.j. & maxime ſm canones,vt patet in eo qđ
no.ĩ. c. j. verſi.fi.ſuper verbo, in irritum,ante fi. ipſius glo.& in eo
quid legitur & no.ĩ.de fide inſtru interdictos.rñ.j.ĩ.de pręben.di-
3 lecto.in fi. Et ſm conſuetudinem curiæ valet hæc ſententia.† Cõ
demno te ad expenſas factas in lite,quarum taxationem mihi re
tineo.De quo dic,vt legitur & no.ſ.de procu.auditis.§.j.ver. cõdẽ
4 nãdum .ĩ.de do.& ꝯtu.finem.vbi & d.n.ꝯtrarium notauit.† Illud
etiam expeditum eſt,ꝙ ſm formam petitionis ſnĩa dicatur,ĩ.de
ordi.cogni.cum dilectus.§.fi.ĩ.de ſymo.licet Hely.§.j.ver.fi.& de
hoc no.ĩ.de deci.dudum.rñ.j.& §.fi.ſed & ſi petẽs dicat rẽ ſuã,nõ
eſt neceſſe ꝙ aliã cãm ſiue actionẽ exprimat, qa ex nulla alia cã
põt eſſe ſua,niſi qa dñs eſt,ff.de rei vẽ.in rẽ.Poteſt aũt ipam cãm
exprimere ſi vult,& vtrũq; poteſt ꝓdeſſe actori & reo, ſi enĩ nul-
lã aliã cãm exprimat,quãcũq; cãm ꝓbet,per quã dñium transfe
ratur,obtinebit,& ſic ꝓdeſt actori,ſi vero nihil probat in perpetu
um obſtabit ſibi exceptio, niſi dicat de nouo ad ipm. dñium ꝑ-
ueniſſe,& ſic prodeſt reo. Rõ eſt in vtroq;, quia totum ius ſuũ vi
detur in iudicium deduxiſſe, ff.de iud.ſolemus.ĩ.de cã poſ. cum
eccleſia ſutrina.§.fi.in prin.C.de anna.exce.l.fi.Quia ſi cãm appo
nat, & illam non probat, abſoluitur reus, & ſic ꝓdeſt reo in hoc
iudicio, poteſt autem petere ipſam ex alia cauſa, & ſic prodeſt
actori in alio iudicio.probantur hæc ff.de excep. rei iudicatæ. &
an eadem.§.actiones.& l.ſi mater.§.j.& ij.& §.eandem. C.de pe-
ti.hæred. hæreditas. ff.ad exhiben.de eo.§.ſæpius.ſ.de iudi.exami-
nata.ĩ.de dona.inter dilectos.Sed contra ff.de iureiurã.duobus.§.
colonus.Sol.ibi non ꝓponitur alia cauſa,ſed alia inſurgens actio
ex prima cauſa inſurgens,quod fieri non põt,vt ibi.Quid autem
iuris ſit,qñ reus abſoluitur,propterea quia nõ poſſident rem quæ
5 ab eo petebatur?Dic vt legitur & no.ĩ.de excep.c.penul. † Quia ſi
petatur materia infecta, puta maſſa, dẽt exprimi qualitas mate-
riæ,vtrum ſit aurum,vel argentum,vel auricalcum.dicat ergo ta
lem maſſam argenti, ſed & debet exprimi põdus. Si vero ſignata
ſit materia,quę petitur,vt pecunia,exprimi debet numerus, ſi fi-
cta,nomen vaſis,vtrum.ſ.ſit cyphus,vel ſcutella,& põdus, ſed nõ
cogitur exprimere vtrum vas ſit rotũdum,vel celatũ,vel ĩciſum.
Si autem veſtem petat,debet exprimere nomen & colorem,nõ
tñ vtrum noua vel trita ſit.Si hoĩem,dicat nomen, & an ſit ſenex
vel iuuenis.ꝙ ſi nomen ignorat,certa circũlocutione vtatur, vt q̃
ex tali ancilla natus eſt,probatur hæc omnia.ff.de rei vẽ.ſi in rẽ.
ff.depoſi.l.j.§.ſi quis argentum ff.de ꝯhen.emp.in venditionbus.
& duobus ll.ſeqn.C.de epiſ.& cler aut.generaliter. ff.de hær.ĩſti.
quotiens.§.ſi quis nomen.ĩ.de teſti.licet.§.fi.ver.perſonas [ Pro
uocarunt]& bene.¶ Quo circa] iij.pars.[Si eſt ita]ſ.pp hoc,ꝙ iu
dices denegarũt facere fieri declarationẽ terræ quæ petebatur, ab
eiſdem fuit appellatum.[Reuocato &c.poſt appellationem]Ec
ce quare hæc decre.eſt ſub titulo,ĩ. de appella.collocata. [Huiuſ-
modi] quæ omnino iuſta apparet,non enim poterãt deliberare
fratres in tanta generalitate & confuſione, vt patet in eo quod
no.ſ.§ j.& c.j.ſuper verbo,declarare,nec certa dari potuit ſenten-
tia,xxxiij.di.habuiſſe.xi.q.iij.graue.Vnde & hic debuit curare iu-
dex, ꝙ iſtud exprimeretur, niſi forſan vendicaretur vniuerſitas,
tunc enim non eſt neceſſe ſingulas res exprimere, ſed ſufficit ꝙ
dicatur, peto tale caſtrum,vel talem eccleſiam,vel tale hoſpitale
cum pertinentiis.ſic ĩ.de reſti.ſpo.cum ad ſedem.ĩ.de proba.licet
ĩ.de don.inter dilectos.ſic, & petitur præbenda cum plenitudine
iuris canonici,ĩ.de conceſſ.præben.propoſuit. Sic & vendicatur
grex.nulla alia ſpecificatione facta, etiam ſi vnum caput tantũ
ſuperſit,ff.de rei vend.l.j.§.fin.& l.ij. & iii.Signatur tamen contra,
6 quia † incertæ partis vr̃ vendicatio admittenda. ff. de rei ven.q̃ de
tota,§.incertæ.ff. cõi di.& ſi non oẽs. §.ſi incertũ.ſ. de reſt. ĩ inte.
ꝯſtitutus.§.j.& § fi.vbi de hoc.So.illa ſpãlia ſunt circa defalcatio
nes legatorum.Quinimo & hoc generale vr̃, quotieſcunq; petẽs
incertus eſt,nec poteſt ſibi aliquid imputari, ſed potius aduerſa-
rio,qui ipſum nõ vult certificare cum poſſet. nam hoc traditur
pro rlã,quotiens quis incertus eſt quam partẽ vendicet,ff. ſi pars
hæ.pe.l.j.§.fi.& ff.quo.leg.l.j.§.quia aũt nõnunq̃. nõ tñ intelligas
hoc nimis large,nec.n.cogitur reus per iudicem fundare intẽtio
nem actoris,ĩ.de proba.j.§.fin.Sed hoc intelligitur, qñ non vult
clare rñdere ad ĩterrogationes actoris,quas facit. vt ſibi certa via
agendi paretur,ff.de interro.actio.vbicunq;,extra.d n.de confeſſ.
ſtatuimus.lib.vi. Et adde quod no.ſ.c.j.reſpon.j.ſuper verbo, vel
poſtulationis.De perſonali vero actione & generali, & vniuerſa-
li,dic vt ĩ.c.j.

SVMMARIVM.

1 *Actor cauſam debet exprimere in perſonali actione.*
2 *Plures actiones an poßint proponi in eodem libello.*
3 *Malitijs hominum eſt obuiandum.*
4 *Libellus fundatus ſuper actione ex teſtamento vtrum procedat.*
5 *Veritas conſideratur & via ſimplici ambulatur.*
6 *Actionum genera diuerſa.*

CAP. III.

DIlecti filij. Ipſos]ſ.fratres ſanctæ Marię de Hi
ſpida, ꝯ quos prior & conuentus
ſanctæ Marię ad carceres literas impetrarant, vt ſeq-
tur.[Ex parte]ver.[Ipſorum]ſ. fratrũ ſanctæ Mariæ
de Hiſpida,qui conueniebantur. [Excipiendo propoſitum]non
ad litis peremptionem,nec fori declinationem, ſed ad dubij ob-
ſcuri declarationem,& iuris deliberandi conſeruationẽ,vt ſ.c. ꝓ-
xi.[Prior & conuentus]ſanctæ Mariæ ad carceres, qui agebant.
[Nollent exprimere]quaſi quantum ad periculum aĩæ nihil re-
fert,ex qua cauſa debeatur,dummodo debeatur, ſed nimis poſſe
mus in iudicijs hanc conſiderationem ꝓſequi,nam diuerſæ cau
ſæ diuerſas defenſiones habent. & ſi cã exprimatur ſtatim forſan
rei facient fidem de ſatisfactione habita, & ſic vitabunt expẽſas
& labores in poſterum,quod eis expedit,ff.de mino.l.minoribus
xxv.an.ſi vero non exprimatur,admittitur eis ſua defenſio, nec
de ſatisfactione poterunt fidem facere, quouſq; teſtimonia fue-
rint publicata.Quinimo ſequitur & maior abſurditas, quia ſi re-
cipiendus ſit libellus ſine cauſa,eodem errore admittetur & poſi
tio & probatio,ſiue teſtimonium ſine cauſa,ar.ff.de rei ven.ex di
uerſo.§.i.ff.ſi ſeruitus ven.ſicuti.§.diſtant.& ſequen. ĩ. de cõſang
tua nos.& ſic etiam nullo modo poterunt fratres probare ſolu-
tionem,& ſubuerterẽtur multa iura,ĩ.de teſt. cum cauſam quę.
cum ſuis concor.quod non eſt ſentiendum,ſ.de elec. eccleſia. ij.
§ deniq;.Ideo debet iudex ſubuenire,ne capiatur reus,vt le.& no
ſ.de iudi.dilecti.[Libello conuentionali]in quo continetur, ſ.ſu
per quo,& a quibus fratres conueniuntur.ſed non dr̃,quare,quia
non exprimitur ibi cã, & ideo ſufficiens eſt ibi libellus, vt patet
in eo quod no.ſ.e.c.j.[Et quia dictus]ver. [Appellarunt]& bene
[Ideoq;]ver.[Si eſt ita]ſcilicet ꝙ ideo appellatum fuerit, quia iu-
dex dictam exceptionem admittere denegauit.[Reuocato &c.]
hanc clam habes integram ſ.de iud.exhibita. in fi. [In irritum]
1 certũ eſt,† igitur,ꝙ in perſonali actione neceſſe habet actor cãm
exprimere,C.de adop.l.iiij.vt dicat peto,a te decem quia vendidi
tibi talem rem pro decem,quę adhuc non ſoluiſti, vel quæ tibi
mutuaui,vel quæ promiſiſti per ſtipłonem mihi dare.alioquin
ſufficeret ſi proponeretur certi condictio,dummodo certũ quid
peteretur,ff.ſi cer.pe.certi condictio. Ideo neceſſe eſt,ꝙ cã expri
matur,ff.de exce.rei iud.& an eadem.§.actiones.& l.ſi mater, re-
ſpon.j.& §.j.& ij.& l.cum quæritur.ff.de tranſac.cum hi.§. vult.
igitur or̃o.ver.cauſa.ĩ.de act.cum dilecti.§.j.ver.P. cũ ſuis cõcor.
C.de edic.diui Adri.tol.l.fi.Sed & ſecundum d.n.cã dẽt eſſe talis,
quæ in ſui natura inferat iuſtũ eſſe qđ petitur,vt ſi creditor agens
ꝯ prelatum dicat, peto a te mille marchas, quia ipſas mutuaui
tibi,& ſi reus dicat,exprimas,ꝙ ſint conuerſꝯ in vtilitatem eccle-
ſiæ,vel ꝙ contractus legitime factus ſit, ſ.cõſentientibus his quo-
rum conſenſus fuerit requirendus. Vel exprime, ꝙ non eſt tibi
facta ſolutio,vel alia ſimilia, quę ideo tollerent intentionẽ acto-
ris,ſi vera eſſent,non cogitur actor hæc exprimere in libello, qa
hæc non ſunt de natura actionis,& ideo poſt litem conteſtatam
ſunt hmõdi exceptiones reſeruandæ, & qui tunc melius proba-
bit,ille obtinebit.C.de prob.exceptionem. ĩ.de proba.ex literis.&
c.licet.§.fi.In hoc caſu ſufficit ꝙ creditor exprimat & petat,quia

mutauit,intelligitur enim,ꝙ legitime & in caſu conceſſo hoc fe
cerit,& ideo ei competit ius petendi. Quid ſi epiſcopus petat ali-
quod ius epiſcopale ab eccleſia,quam confitetur exemptam? Re
ſpondeo,nõ eſt admittẽdus libellus homini,niſi exprimat cām
talem quę ſufficit ad hoc ꝙ eccleſia exempta iſtud pſtare debet,
puta quia illud ius epiſcopale,quod petit, ꝯ exemptionem pſcri-
pſit,ĩ.de pſcrip.auditis.Vel quia in exemptione illud excepit & ſi
bi retinuit,ĩ.de relig.domi.cum venerabilis. Vel aliud ſimile qđ
2 ſufficiat.† Quid ſi dicat eps peto tale ius epale,quia eccleſia ſita eſt
in mea diœceſi,& is,ꝯ quem agitur,dicat non eſſe admittendum
libellum,quia ſtatim paratus eſt probare,ꝙ eccleſia eſt exempta?
Rñdeo,non obſtante tali exceptione & libellus admittendus eſt,
& litis conteſtatio facienda,& probatio exemptionis ſiue excep-
tionis in principali eſt differenda,'vt patet in eo quod le. & no.ſ.
ti.j.ex parte.& extra d.n.de li.conte.exceptionis.li. vj. niſi malitia
3 actoris eſſet notoria,quia non eſt malitijs hoĩm † indulgendum,
ſed potius obuiandum,& ſm d.n.cuius eſt hæc tota gl.ab illo ſu
periori ver.& ſm d.n.citra ad hoc ff.de rei ven. in fundo.ĩ.q ma.
ac.poſ.ſignificante.ff.ad exhi.l.ij.vel iij.§.ibidẽ. Sed nunquid plu-
a res actiones pñt proponi in eodem libello?[a] Dic,vt no.ſ.de elec.q̃
relam.In gñali aũt actione ſufficit in libello actionem comple-
cti vel gñaľr rem exprimi,ſiue cauſam , vt ſic dicatur. Conuenio
te actione neg.ge.vel tutelæ,vel pro ſocio, ſiue quia geſſiſti nego-
cia mea,vel tutelam,vel talem ſocietatem iniſti mecũ,& peto,vt
exinde rationem reddas,'& reliqua præſtes,& ſi ſucceſſit,dicat pe
to vt rationẽ reddas negociorũ Titij, cui ſucceſſi, & ſufficit hoc
ab initio,ff.de tute.& rõ.diſtra.l.j.nam in proceſſu iudicij neceſſe
eſt,ꝙ ſingula capitula,& res in iudicio exprimantur, & compro
bentur.C.de iud.l.ij.de hac mã no.ſ.de obli.ad rõ.diſtra.c. vnico.
ſ.de offi.ordi.conquerente.In vľi etiam non eſt neceſſe rem ſpe-
cificare,ſed ſufficit ꝙ dicatur in genere,peto hæreditatẽ Titij. Ne-
ceſſe eſt tñ,vt dicat,vtrum totam vel quotam partem petat.ff.de
pe.hę.l.iij.& l ſi quo tpe.C.de pe.hæ.l.j.niſi habeat iuſtam cām in
certitudinis.tunc enim admittitur petitio incertæ partis, qđ dic,
4 vt no.ſ.c.prox.§.fi. ſed cogitur dicere, † vtrum agat ex teſtamen-
b to,[b] vel ab inte.ff.de pe.hæ.legitimam.C.de codicillis.l.fin.Si dicit
ex teſtõ, dicat vtrum ſolenne vel nuncupatiuũ fuit , quia aliter
probatur vnum q̃ reliquum,& multa veniũt ex vno quæ non ex
alio,C.de teſt.hac conſultiſſima . Inſti. de teſta.ſed & hoc.ſm ius
canonicum non vř verum,vt patet in eo quod le.& no.ĩ.de teſt.
cum eſſes.& c.relatum.Item dicat quis fecit teſtamentum, quia
nec omnes teſtari poſſunt,vt patet ĩ.de ſuc.ab inteſta.c.fin.C.qui
teſta.fa.poſ.furioſum.& l.diſcretis.Quid ſi dicat,ab inteſtato,nun
quid cogitur dicere vtrum de iure ciuili,vel prætorio,vel munici
pali,vel conſuetudinario? Vř ꝙ ſic,ar.ff.de pe.hæ.l.j.ij.iij.& iiij.vn-
de & mater fecit mentionem Tertuliani , ff.de excep.rei iudic.ſi
mater.rñ.j.ſed forſan hoc fecit ex abundanti,nec eſt hoc aſſigna
re cauſam principalem,ſed potius cauſam cauſæ , & ſm hoc res
poſſet procedere in infinitum,ſed infinitas eſt vitanda,extra,d.n.
de reſcrip.cum in multis.li.vj.cum ſuis concor. Item licet ſm le
5 ges huiuſmodi ſubtilitates admittantur, † nos tamen reſpuimus
qui veritatem conſideramus,& via ſimplici ambulamus.ſ.de iu
di.cum dilecti.ĩ.de teſti.cum eſſes. & c. relatum.& c. cum tibi.&
plures cauſas quandoque admittimus in libello,ĩ. de fide inſtru.
inter dilectos.ĩ.de præſcrip.cum olim.Solu.quia cito poſſet quis
in talibus male eligere , & capi de facili , hæc omnia maxime in
foro canonico omittimus arbitrio boni viri, nam & hæc diuer-
ſa ſunt, & diuerſas defenſiones pariũt, poſſet enim eſſe ſtatuarius
excommunicatus vel præſcriptio conſuetudinis interrupta , &
alia occurrere multa , quæ offenderent reum , ad quod pertinet,
quod no.ſ.e.c.ſuper verbo,nollent exprimere. ver.ſed nimis poſ-
ſemus.& ſequentib.argumen.ff.de interroga.actio. ſi ſine.§.illud
quæritur.alias eſt lex & incipit,ſi defenſor.& ſ.de tranſac.c. fi. Sic
6 tactum eſt de actionibus quaſi omnibus in genere , † quia actio-
num aliæ vniuerſales,vt petitio hæreditatis , vt ff. de rei vendi.l.i.
Aliæ generales,vt tutelæ,pro ſocio. Aliæ ſingulares, vt mandati,
commodati,depoſiti,ff.pro ſocio.l.pro ſocio arbiter. Et adde , qđ
no.ſ.eodem.c.j.reſpon.j.ſuper verbo,vel poſtulationis.cętera,quę
deficiunt circa hãc materiam,vide in ſumma,e.ti.§.quid debeat
continere libellus.

ADDITIO.

a ¶Plures actiones an poſſint proponi in eodem libello. Adde Dy. in regu. nullus pluribus.de regu.iuris.lib.6.& in l.j. C. de furt. & Bart.in l.edita. C.de edendo.

b ¶Ex teſtamento. Adde vtrum procedat libellus fundatus ſuper actione ex teſtamento.quæ competit pro legato.Old.conſi.ccv.in.fi.

¶De mutuis petitionibus. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Ordo Romanus rationabilis debet eſſe.*
2 *Reconuentio debet fieri coram iudice delegato.*
3 *Actori neganti iudex ſuam audientiam denegat.*
4 *Lite conteſtata non eſt locus reconuentioni.*
5 *Ea quæ in continenti fiunt ineſſe videntur.*
6 *Iuriſdictio reconuentionis an ſit delegata.*
7 *Caſus in quibus non habet locum reconuentio.*
8 *Infamis alium accuſare non poteſt.*
9 *Agens criminaliter,non poteſt ciuiliter reconueniri.*
10 *Reconuentio an ſit locus coram iudice appellationis.*
11 *Fruſtra petit debitum,quod habet non impendit.*
12 *Quis putat æquum in alium,& in ſeipſum.*
13 *Quæ de nouo emergunt,nouo indigunt auxilio.*
14 *Conuentio,& reconuentio ſub eodem iudice fieri debet.*
15 *Ei qui vigilauit ſubueniendum eſt.*
16 *Quis aliquando priuatur iure ſuo,ſine culpa ſua.*
17 *Iudex firmatur per litis conteſtationem.*
18 *Dictio mox,multas ſignificationes recipit.*
19 *Iudex debet partes inducere ad concordiam.*

CAP. PRIMVM.

EX literis, De eo.ĩ.de teſt. cām q̃. [Qm̃
rõnis] in quo multę qſtõnes
ꝯtinentur,de hoc ſ.de off.arch.c.j.& c.ad hęc.
§.ſm vero Romani ordinis qſtõnem. aľs rõ-
1 nis.quod idẽ eſt,nã & † ordo Romanus,i.Ro-
manæ eccleſię rõnabilis dẽt eſſe,cũ in exem-
plar ſit,ĩ.de re iu.in cauſis.[Plebanus.& cleri-
ci Marturẽſes] qui impetrauerant ꝯ abbatẽ & fratres monaſterij
Marturen.vt ſequitur,qđ exẽplificari põt per c.ſ. de trãſa. veniẽs.
[Aduerſus eos.] ſ.plebanũ & clericos.[Proponũt.] ſ. abbas & fra
tres reconueniendo,& non excipiendo,tunc.n.pcederetur , put
legitur,& no.C.de pb.exceptionẽ.C.de exce.ſi quidẽ. & l. non ex
ceptionibus.& l.fi.ĩ.de ord.cog.c.i.ĩ.de re iu.inter monaſterium.
2 [In nřa pſentia. ] No.† qualiter debeat fieri reconuentio corã iu
a dice delegato,[a] propoſita.n.petitione actoris , ſi reus recõuenire
voluerit,dẽt porrigere libellũ recõuentionis ante li.ꝯte.& ita de-
liberatione ſuper vtraq; petitione habita , prĩo ꝯteſtabitur lis ſup
petitione actoris, ſcđo ſtatim ſup reconuentione rei,& poſtmo-
dũ iudex vtranq; cām viciſſim audiet hinc & inde , ita ꝙ vna &
eadẽ die quaſi vna ſñĩa vtraq; valeat terminari, vt colligitur hic,
& ĩ.§.j.& fi.& ĩ.de ordi.cog.cũ dilectus.§ nos aũt.C.de ſen .& in-
3 ter.om.iu.auth.& ꝯñr.† Et ſi actor reo negauerit rñdere,dẽt ei iu
dex ſuã audientiã denegare.ſi.ĩ.de iur.ca.c.fi.§.pęna.cũ ſuis ꝯcor.
ad qđ accedit C.de ꝯpenſ.neq; ſcripturas.ff. de varijs & extraordi.
cog.l.j.§.fin.Quod ſi iudex hoc non admitteret vel hunc ordinẽ
4 peruerteret,appellari poſſet,ff.quæ ſen.ſine ap.reſcin.l.j.§.fi.† Lite
b ergo conteſtata non eſt locus reconuentioni,[b] licet Azo dixerit,
ꝙ in continenti poſt lit.conte.nullo actu ꝯrio interueniente fie-
ri poteſt,ar.C.de lib.cauſa.l.fi.C.de procu.nihil intereſt.& ĩ.§.j.nã
5 & ea † quæ incontinenti fiunt ineſſe videntur,ff.ſi cer. pet.lecta.ſ.
de ele.officij.§.nos aũt.& in eodem vř hic concordaſſe d.n. vt pa
tet in eo quod no.ĩ.e.§.mandamus.ſuper verbo in continenti.ꝙ
dic,vt ibi no. Verius.n.eſt,ꝙ ante lit. conte.fieri debet & non poſt,
vt hic,& in d.auth.& ꝯñr.& ar.C.vbi in rẽ act.l.ij.ĩ. vt li.non cõt.
qm̃.§.pe.& hoc no.ordo iſtorum titulorum.primo.n.poſuit cõ
pilator titulum de libelli oblatione.ſecundo iſtum in quo agitur
de reconuentione,antequã poneret titulum de litis ꝯte.qui & ſta
tim ſequitur immediate.q.d.ſi reus vult actorem recõuenire ob
lato libello,anteq̃ litẽ conteſtetur , porrigat ſibi libellum recon-
6 uentionis.† Sed qualis eſt iuriſdõ quantum ad reconuentionem
nunquid eſt delegata.Non vř,quia hæc cã reſcripto non contine
tur,ergo ad ipſum non extenditur,ſ.de reſcrip.c.fi.ſ. de offi. dele.
ſuper eo.in fin.& c.P.& G.vnde vř ordinaria,quia a lege datur,ff.
de iu.om.iu.& quia.Tu dicas,ꝙ delegata eſt prorogata cũ aucto
ritate iuris,vt hic ſatis probatur.& ĩ.c.j. ad fi.ſic. ſ. de alie.iu.mu.
cã fa.c.j.ſ.de of.deleg.c.j.in fi.& c.prudentiam.§.pe.& fi.[Cũ ſibi]
ver.[Ex ipſis.] ſ.abbate,& fratribus.[Delegatis. ] Sic patet ꝙ corã
delegato locus eſt reconuentioni ante li.conte.vt ſ.no. Sed nun-
quid coram ordinario locus eſt reconuentioni etiam poſt litem
conteſt.? Dicunt quidam ꝙ ſic,tu dicas quod in modum recon-
uentionis non eſt admittendus reus ne fiat piudiciũ primę pro-
poſitę qõni.& ipſam differri contingat pp nãm reconuentionis
niſi

ADDITIONES.

a ¶No.de reconuentione facienda coram delegato. Et adde Bart.in auth. & conſequenter.C. de ſen.& interlo.om.iu.in 2.col.ver.3.eſt videndum.

b ¶Lite conteſtata non eſt locus reconuentioni. Adde gl. magnã hic, quæ videtur concludere per tex.in c.diſpendia litium.§.reus.de reſcri.lib.6.ꝙ reconuentio poſſit fieri vſque ad concluſionem in cauſa,vide gl. & eius rationes.Sed alia Goffre.Tan.& Hoſti.hic,& Ioan.And. dicunt quod ante li.conte.vel ſtatim poſt eſt faciẽda quod videtur verius per tex.in cle. ſæpe.§.verum.de.ver.ſig.vbi idem tenet.Io. An.ſuper verbo,exordio.vide Bar.in auth.& quod ꝯñr.C.de ſen.& inter.om.iu. in iiij.col.ver.ſed iuxta.



niſi obſtet alia exceptio cum iuriſditio ordinarij perpetua ſit,ſem
per eſt admittendus.Ideo procurator li.conteſt.vice mutua con-
uenitur, & non dicit reconuenitur. ff. de compeſa.in rem. Et eſt
hoc verum quando tam actor,quàm reus eiuſdem fori ſunt.alio
quin lite conteſt.non eſt locus reconuentioni,ſed nec conuentio
ni.vt legitur & no.ſ.de iudi. c. fi. Quid ergo ſi clericus conueniat
laycum coram ſeculari iudice.vt ſ.de fo.compe.ſi clericus? patet
ꝙ ante litem conteſt. poterit ibidem ab eodem layco conueniri,
& ſic intellige.ff.de iuriſditio.om.iudi.ſi idem, reſpon.j.& §.j. Sed
nunquid in hoc caſu laycus poteſt reconuenire clericum crimi-
naliter. Diſtinguendum videtur,vtrum ſit tale crimen,quod ſit
non ſolum canonicum: ſed ciuile, & quòd non infligat pęnam
corporalem,neque perſonalem , nec priuationem beneficij. ſed
ciuilem & pecuniariam tantum, vel etiam de quocunque crimi
ne,ad ipſam tãtum pęnam pecuniariam agatur ciuiliter. in quo
caſu locus eſt reconuentioni & diffinitioni,& epiſcopus ad requi
ſitionem ipſius iudicis ſecularis ipſam ſententiam, ſi neceſſe fue-
rit exequetur.argu.ſ.de fo. compe. poſtulaſti. ff. de re iudi. a diuo
pio.§.j.xcvj.diſt. cum ad verum. Vel ſit crimen canonicum, ſiue
tale,quod corporalem,vel perſonalem pęnã infligat, & ad ipſam
agatur,& tunc ceſſat reconuentio,quia talia non poteſt iudex ſe-
cularis examinare,multominus de ipſis pronũciare. in Auth.de
man.prin.§. ſi vero canonicum.colla.iij.in Auth.vt clerici apud
propri.eo.§.ſi vero eccleſiaſticum colla.vj.ĩ.de ordi. cog. tuam.ĩ.
de iura.calum.c.j.extra d.n.de reſcript.diſpendia.ſ. de iud.decerni
mus, & c.at ſi clerici, & patet in eo,quod no.ſ.de arbit.cum dile-
6 ctus,vbi inuenies caſus,in quibus non eſt locus reconuentioni,&
ſm hoc intellige,quod no.ſ.de iudi. at ſi clerici,& adde quod no.
in ſe.glo.[Iuſticiam.] Reconuentio non habet locum in crimi-
nalibus,quoniam non relatione criminis ſed purgatione deſinit
eſſe innocens acuſatus.ff.de pup.iudi.is cui.iij.q.xj.negãda,quam-
uis & ibi ſit.argu.ꝙ locum habet reconuentio:quia dicit, ꝙ accu
ſati inſcriptionem contra eos.ſ.accuſatores,etiam pendente accu
ſatione deponere poſſunt,ad idem.ff.de adul.ſi maritus.§.proſcri
ptiones. ſed illud poteſt intelligi de maiori crimine , vel ſi ſuam
iniuriam proſequãtur. hoc tamen ſatis verum eſt,ꝙ ambe accu-
ſationes ſimul non procedent. vt ibi no. Item non habet locum
reconuentio vbicunque iudex ſub quo fit conuentio de recõuen
tione iudicare non poteſt , vt ſi coram layco fiat reconuentio de
ſpiritualibus,vel ſub inferiori iudice de libertate.ſ. de iudi.quãto.
ĩ.de ordi. cogni. tuam. C. de ordi.iu.l.j.& patet in eo,quod no.in
præceden.glo.Cum autem generaliter dicat lex ꝙ cuius in agen-
do quis obſeruat arbitrium eum habere & contra ſe iudicem nõ
dedignetur.C.de ſen.& interlo.om.iudi.cum Papinianus.in fi.iij.
q.viij.cuius in agendo.non videtur iniquũ ſi conuentus ciuiliter
accuſet criminaliter,vel ecõuerſo.dummõ cõpetens iudex adſit.
ſm d.n.Cõtrariũ tñ no.ĩ.ea.gl.ver.quid ſi quis agat criminaliter:
nec mirũ ſi hoc poſſet, nã & idem ciuiliter poteſt cõueniri & ni-
hilominus põt ꝯ alium criminaliter agere cum non inueniatur
phibitum hoc fieri poſſe ſup diuerſis rebus,ſup eo.vero non poſ
ſet ſimul & ciuiliter & criminaliter agi. C. de vi pub. ſi quis ad ſe
fundum.finita tñ vna quæſtione ſ.vel ciuili,vel criminali,bñ põt
ad aliã fieri tranſitus,vt in ea.l.& C.de inoffi. teſta. eum qui.inſti.
8 de excu.tu.§.qui autem. Qui † vero primo de vno crimine agens
ꝯdẽnatus eſt de calumnia,vlterius accuſare nõ põt.non ſolũ prio
rem accuſatum,ſed nec aliũ:quia talis,infamis eſt iij.q.iiij. nulli.
iij.q.ix.c.j.lex vero dicit,ꝙ talis facile non admittitur ad alium ac
cuſandum.ff.de accu.ſi cui.§.j.verſi.ſi tamen alio crimine.ad idẽ.
ff.de ſuſpec.tu.l.j.§.ſi autem ipſe tutor. Sed nunquid talis accuſa-
cionem iam ceptam proſequi põt. Aliqui dicunt,ꝙ non.ſed me-
lius,ꝙ ipſam poſſit pſequi.arg.ff.de iudi.de qua re.ĩ.de calumniat.
c.ij.& quia etiam cõdemnatus inſcriptionẽ,quam prius depoſuit
proſequi poteſt,iij.q.xj.c. j. Quid ſi quis agat poſſeſſorio,nunquid
poteſt reconueniri petitorio. Dicas ꝙ ſic. ſed poteſt repelli p ſpo-
liationis exceptionem,& ſic intellige.ĩ.de ordi.cog.c.fi.Quid ſi qs
9 agat † criminaliter,nunquid talis poteſt ciuiliter reconueniri? Di
cas ꝙ nõ.nam & ſi quis prius mouiſſet actionem ciuilem,& reus
eundem criminaliter accuſaret,ſuperſedendum eſſet,ciuili. C.de
or.iu.l.fi. ſed ſi iam propoſitam ciuilem quæſtionem,non poteſt
durante accuſatione proſequi accuſatus,bene ſequitur ꝙ multo-
minus poteſt ipſam de nouo proponere , quia ſi id,de quo magis
videtur ineſſe non ineſt,nec illud qđ minus.Quidã tamen dicunt
ꝙ lex prædicta.C.de ordi.cog.l.fi.loquitur,quando criminalis ac
cuſatio ſequens contingit prius propoſitã actionem, vt ſi quis pe-
tat. c. & reus accuſet petentem de violentia facta in promiſſione
illorum centum. Sed d.n.no.contra ſ.ea.gl.ver.cum autem gene
raliter & ſequenti.Hanc autem recuſationem non vř ꝙ poſſit p-
ponere niſi ante litis cõteſtationẽ in ciuili actione factã.nẽpe lite
iam conteſtata,non eſt impediendus iudex.ar.ff.de iudi.de quare.
10 † Sed nunquid coram iudice appellationis locus eſt reconuen-
tioni. dicas ꝙ nõ.ff. de iudi.l.ij.§.legatis. ver.ei quoque qui ipſum
prouocauit.ff.eũ qui appel.in prouinci. defen.ĩ rubro,& in nigro,
& ſm hoc determina. & intellige qđ de hac qõne.no.ĩ ſumma.
a eo.ti.§.& qñ ver.fi.[a] Sed & qñ intentatur iudicis officium locũ ha
bet reconuentio.vbi tamen pro actione proponitur. nam ſi inci
denter intentetur,non habet locum reconuentio.ar.ſ.de offi.iud.
c.ij. Illud autem notandum,ꝙ vbicunq; locum habet ſummaria
cognitio,non hẽt locum reconuentio,niſi conſimilis ſummarie
cognitionis qđ ex eo probatur,quia de iure vtraque lis.ſ.conuen-
tionis & reconuentionis ſimul tractanda eſt, vt patet in eo qđ le-
gitur & no.ĩ.de ord.cog.cum dilectus. §. vos autem. verſi. q̃q̃ & ſ.
eo.c.ſup verbo.in noſtra præſentia.cum igitur in vna lite ſit ſum-
maria cognitio habenda, in alia vero plena diſcuſſio faciẽda: re-
ſtat ꝙ ſimul tractari non poſſunt ꝯmode, hoc eſt,quin iſti vel illi
præiudiciũ generetur.cum vna accelerationẽ exigat,alia vero lõ-
giores dilationes expoſcat.ſm d.n.cuius eſt quaſi hęc tota gl.[Po
11 ſtulãt.] ſ.plebani & clerici,& eſt arg. † ꝙ fruſtra petit debitum,qui
12 qđ dẽt impendere non impendit ſic.ſ.de ele.ſignificaſti.† Et qđ qs
putat ęquũ in alium,& in ſeipſum.ſ. de conſti.cum oẽs,ad qđ ac
cedit.iij.q.viij.cuius in agendo.xxxij.q. vj.nihil iniquius. xcv. diſt.
eſto ſubiectus.ĩ.de iureiur.peruenit.ĩ.de vſur.quia fruſtra. & C.de
reſcin.ven.ratas.ĩ.de app.an ſit deferendum. Ar. contra.xxiij.q.v.
non vos.xvij.q.iiij.ſi quis deinceps.xxiii.di.in nomine domini.cir
ca fi.C.de compenſati.l.fi.Sed hoc vltimum eſt in depoſito ſpãle.
ſm.B. ¶ Mandamus.] ij.pars.[ Actione.] i.petitione, quod dic,vt
no.ſ.de iudi.dilecti.[Propoſita.] & ſub reconuentione ſecuta.pri-
mo petitioni plebani & clericorum propoſitę ſubſequenter.[ Re
ſponſione facta,] & ſic lite conteſtata.ĩ.titu.i.c.vnico.(Eoſdem.) ſ.
plebanum & clericos.(Incontinenti.) i. antequam ad alia proce-
datur, & debet proteſtari de reconuentione ante litem conteſta-
tam,vt quidam dicunt. Alij vero idem ſentiunt,& ſi non fuerit p
teſtatus.ſ.ꝙ reus pt reconuenire actorẽ poſt litẽ ꝯteſtatã, inconti-
nenti.i.anteq̃ terminus ad alia aſſignetur. Alij dicũt,ꝙ ſemp vſq;
ad ſñĩam,etiã ſine proteſtatione locus eſt reconuentioni.ſed tunc
non ſimul pcedet vtraq; lis , ꝙ ſi negetur reconuentio hinc inde
ſequitur abſurditas.ſ.ꝙ actor lite quam mouit conteſtata, & pẽdẽ
te,de aliqua alia re ſub nullo iudice poterit cõueniri, qđ admodũ
abſurdũ eſſet.Quid.n.ſi de iniuria,quã lite pendẽte actor reo intu
lit: vel alia actione de nouo orta idem reus ipſum actorẽ velit re
13 conuenire? Vtique † quæ de nouo emergunt de nouo auxilio indi
gẽt,vt patet in eo qđ legitur,& no.ĩ. de iur. calum. cæterum.ſ.de
offi.dele.inſinuante.Itẽ quæ, cã immo verius, inſania foret,aufer
re iudices huic reo ordiarios actoris corã qbus reus actorẽ ꝯueni
re poterat niſi prius corã ordinario vel delegato fuiſſet conuẽtus,
ſed & ĩ antiquo iure.C.de ſen.& interlo.cum Papinianus.in fi.dř
cuius in agendo obſeruat arbitrium eum hẽre ꝯ ſe iudicem non
dedignetur.nec diſtinguitur vtrum lis ſit conteſt.vel non.ergo in
diſtincte accipiendum eſt art.ij.quæſt.v.cõſuluiſti.ff.de offi.pręſi.
l.iij.ff.de publicia.de precio.Hoc autẽ verum eſt ꝙ lite ꝯte.coram
delegato,corã alio iudice non poteſt actor reconueniri.vtiq; nec
ab eodem reo conueniri,vt in Auth.de exe.tut.§.ſancimus. colla.
vij.ſed dices opponendo.ſm hoc leue eſt cuilibet pcurare,qđ nõ
poſſit, niſi ſub iudice quo maluerit ꝯueniri, eſt eñ facile ĩpetrare
literas,ad quẽ voluerit delegatũ, & facta citatione vlteri⁹ ſub alio
iudice conueniri non poterit.cum ſub eodem iudice debeat fieri
14 † conuentio & reconuentio, vt patet ex d.n. de reſcrip. diſpendia.
§.fi.li.vj.Rñdeo ſub alio iudice reconueniri non poteſt actor,niſi
lata fuerit ſñĩa,vel niſi fuerit appellatum,vel niſi ab inſtãtia iudi-
cij reus faciat ſe abſolui,vt no.ſ.de offi.dele.conſuluit,& ſic ꝯ hãc
fraudem poteſt p pdictos mõs vel eorum alterum prouideri ſm
d.n.cuius eſt hæc tota gl.ſed cum non ſit in ptãte rei ſolius qñ,fer-
tur ſñĩa,vel qñ ab inſtantia iudicij abſoluatur,vel qñ poſſit ratio-
nabiliter appellare cum non poſſit niſi a iuſto grauamine appel-
lari,vt ĩ.de ap.vt debitus.reſtat, ꝙ dummodo iudex vel actor non
ſit in culpa,hæc remedia parum proſint . Vnde dicas,ꝙ alia ſunt
remedia vt reus. ſ. teneat procuratorẽ ſuum in curia, vel ſi habet
cãm recuſandi recuſet vel componat , vel ad eundem iudicẽ im-
petret.extra do.n.de reſcrip.diſpendia.§.fi.li.vj. alias autem neceſ-
ſe eſt,ꝙ ſñĩam expectet. C.de ſen.& interlo.om.iudi.autem,& cõ
ſequenter.Dicas etiam,ꝙ lite conteſt.non eſt locus reconuentio-
ni niſi proteſtatio ſit præmiſſa.Nec mouent me rationes,per d.n.
ſuperius allegatę.hoc.n.fateor, ꝙ lite cont.coram vno iudice, nõ
poteſt actor coram illo,vel coram alio reconueniri . nec reputo
hoc abſurdum .quia imputãdum eſt reo qui ante litẽ conte.recõ-
uentionẽ offerre,vel de ipſa proteſtari potuit & hoc non fecit. ar.
ff.loca.& ꝯduc.l.ſi quis domum.§.huic ſubiungi.ſ.de ſer.nõ ordi.
c.j.cum ſuis concor.Sed nec abſurdum reputo,ſi de actione de no
uo orta non agatur, ſed ad tẽpus ex cã ſuſpendatur, vt maior ab-
ſurditas euitetur , quę contingeret,ſi corã diuerſis iudicibus codẽ
tpe ageretur.vt patet in eo,qđ legitur.& no.ſ.de reſcrip.qa nõnul-
li. Sed nec inſaniã reputo huic reo iudices ordinarios actoris ad
tempus ſubtrahere. imputandũ eſt enim ei quia nõ ꝯuenit eum
antequam

ADDITIO.

a Adde Bart. in d.Auth.& ꝯñr. C.de ſenten. & interlo.om.iud.in pen. col. ver.quæro nunquid & ibi per Ale.& do.de 10.conſ.lxi hoc ti.in antiquis

15 antequam conueniretur ab eo &† ſubueniendum illi, qui vigila-
uit & ſibi prouidit.argu. j̃. de appel. vt debitus. & ff. de his quæ in
frau.cre.pupillus.ad fi.;cū ergo nā iudicij nō patiatur,ꝙ talis recō
uentio fiat,ſed ex cā ſuſpenditur petitio:non reputo hoc abſurdū:
16 nā & aliàs ex cā non ſolum ſuſpenditur,ſed & priuatur quis† iure
ſuo ſine culpa ſua,vt patet in eo,qđ legitur,& no.j̃.vt lite. nō ꝯteſ.
qm̃.§.ſi vero aliter.ver.fi. Nec dicas ꝙ in l. allegata,cuius in agen-
do,non fiat mētio de lite.ꝯteſt.fit.n.ibi de hoc mētio,qñ dr̃ in eo-
dē negocio.qđ expone.i.iudicio ſiue inſtantia iudicij.ar.j̃.de verb.
ſigni.forus.§.negociū.vocatur aūt idē negociū,ſiue iudicium,exa
minatio ꝯuentionis & recōuentionis ſuo tp̃e oblatę. ꝑ eo ꝙ eo.
die vel q̃ſi in vtroq; ꝯteſtāda eſt lis,& ſnīa ferenda, vñ & dr̃ vtraq;
eadē ſnīa terminari,vt patet in eo qđ legit̃,& no.j̃.de ordi.cog.cū
dilectos.§.nos autem ver.q̃q̃ & is ſenſus elucidatur clarius in cor-
pore Auth.de execu.tu.§.ſancimus igitur.colla.vij.vbi ſic dicit.Sā
cimus igitur ſi quis obnoxium arbitratur habere eum,qui ꝯ ſe cō
uentionem expoſuit, non apud alium iudicem,ſed apud eū mox
a principio conuenire, & eundem eſſe iudicem in vtroque iudi-
cio. q. d. bene caueat ſibi reus, qui ab initio vocatur, & deliberet
apud ſe,vtrum actor in aliquo ſibi teneatur,quod ſi putauerit pe-
tet libellum reconuentionis,ita ꝙ libello conuentionis ſibi obla-
to mox & ipſe a principio.i.ante principium litis.ſ.litis conteſta-
tionem.s̃.de offi.deleg.ſuper quæſtionum.§.intētionis.C. de iudi.
rem non nouam.reſponſo.j.verſi. & generaliter omnes omnino
iudices.C.de iu.calum.l.ij.reſpon.j.vel etiam ſtatim poſt litis con
teſta. proteſtatione præmiſſa, antea libellum reconuentionis reo
offerat,& ſic viciſſim cōteſtetur lis& idē ſit iudex, & ſic in vtroq;
17 iudicio idē negocium cenſeatur.†Firmatur.n.per litis cōt.quaſi ſi
mul factā idem iudex,& idē iudiciū in utroque, arg.ff.de iud. nō
poteſt uideri. & l.2.& l.de qua re. & eadē inſtantia. vt patet, C.de
iudi.properādū.Nec eſt perfunctoriæ tranſeūdū,immo ualde no
a tandū,ꝙ prædicta auct.non fuit cōtenta dicere, mox [a],ſed iunxit
a principio. nec fuit cōtenta ponere a principio, ſed p̄miſit mox,
innuens ꝙ hæc reconuentio ad tp̄s litis cōteſtationis, & nō ultra
ſit omnimode reſtringēda.ſi.no.in f.de ſen.excō.de his. Dic ergo
ꝙ lite conteſt.& nulla proteſtatione facta nō eſt locus recōuētio
ni.ut no.s̃.eo.rñ.j. ſup uerbo.in nr̃a p̄ſentia. Si uero iudex coram
quo facta eſt lit.conte.vtriuſque partis ſit ordinarius,corā eodem
eſt locus,nō dico recōuentioni,ſed cōuentioni. quod dic ut not.
in ſum.eo.tit.§.& qñ.uer.ſed nunqd corā ordinario.& extra.d.n.
de reſcrip.diſpendia.§. fin.lib.6. Et qđ hic dicit ſic expone in con-
tinēti,ſ.anteq̃ iuretur de calūnia ſuper prima, præmiſſa tñ prote-
ſtatione. vt ſup,no. licèt hæc ab alijs hic diuerſimode exponatur.
18 †Hoc.n.uerbū & ęquipollens multas ſignificationes recipit.vt pa
tet in eo qđ no.s̃. de elect. quia pp.ſuper illo uerbo. mox. [Super
ſuis.] ſcilicet abbatis & fratrū ante dictā reſpōſionem porrectis.
[Rñdere.] niſi forſan obſtet ſpoliatio,qđ dic ut no.j̃.de ordi.cog.
c.fi. ¶ Et uiciſſim.] 3.pars.[Poſtmodū.] q,d.facta lit.conteſt.ſu-
per utraque, ut dictū eſt.Primo iurabitur ſuper conuentione.Se-
cūdo incontinenti ſuper reconuentione.Primo ponet̃ ſuper cō-
uentione,Secundo incontinenti ſuper recōuētione. Primo pro-
babitur ſuper conuentione,ſecūdo incōtinenti ſup reconuentio
ne. & ſic de ſingulis quouſq. eadē die quaſi una ſnīa terminet̃. ut
s̃.no.& hic probat̃. & j̃.de ordi.cog.cū dilectus.§.nos aūt.uer.q̃q̃.
19 [Concordia uel iudicio.].q.d.† Primo debet iudex partes induce-
re ad cōcordiam & componere inter ipſas ſi poteſt, alioquin in-
iuſte pronunciabit.ſi.s̃. de tranſac, c.fi.ubi de hoc.

ADDITIO.

a ¶Dicere mox. Adde ad idem pro hac opi.Hoſt.bonum text.iuncta glo.in cle.ſæpe,§.verum in verbo.in ipſo litis exordio.de verb. ſig. per quē text. Ioan.ibi ſequitur opi.hoſti.eum allegando.Mox dictio. multas ſignificationes recipit.Adde quod tempus ſignificat. Bart.in l.j. ff.ſi cer. pet. & in l.ſi fructus.ff.ſol.matri.& in l.momentaneæ.C.vnde vi.Et de hac dictione mox, ſtatim, incontinenti,& ſimilibus. vide per glo.in c.quia propter.s̃. de elec.& per do.Abba. hic poſt glo. in verbo incontinenti.

*SVMMARIVM.*

1 *Ecceptio perſonarum non debet eſſe in iudicijs.*
2 *Actori non licet, quod non reo.*
3 *Reo potius prouidendum, quam actori.*
4 *Actor non poſſit Reum reconuenire.*
5 *Remotio appellationis non eſt omnino iniqua.*
6 *Duo oppoſita quandoque reperiuntur, & æqua.*

CAP. II.

PRudentiam. Et j̃.]Pars,s̃.de offi.dele.pru
dētiā. [Appellatione remo-
ta.] Hæc clauſula nihil operatur ꝫm cōmunē lectu-
ram,quia aut grauatur quis,& ſic appellare poteſt,aut
nō grauat̃ & ſic appellare nō pōt,j̃. de ap.ut debitus, Vt quid ergo
hæc decre.mēbranas occupat.19.di.ſi romanorū.nā tota fundat̃
ſup uirtute iſtius clauſulæ. ſed & auctor huius libri,ſup hāc clau-
ſulā ſpeciale ius cōpilauit.j̃.de app.inquiſitioni.de hoc dic,ut no.
s̃.de of.del.ſup qōnū.§,porro.& c.paſto.§.præterea.[Sub eodē iu-
dice.] qui contra eū impetratus eſt, qđ pōt.ut leg.& not.s̃.c.j.inf.
de appell.ut debitus, [Et actor.] uerſi.[Deferendum.] uidebatur
ꝙ ſic.quia non eſt remota appellatio,niſi in conuentione,cū nec
reconuentio in reſcripto contineatur, tamen ꝯrium rñdetur, vt
ſequitur.¶ Nos vero.]ii.pars.[Ita ſentimus.] quicquid alij dicāt,
& nos eodem modo ſentire oportet.j̃. de re iudic. in cauſis.(Ea-
1 dem condictio.] †quia in iudiciis non debet eſſe ecceptio perſo-
narum.s̃.de iudic.nouit.§.j.ver.ſerenum.iiij.q.iii.c.ij. Nec debet li
2 cere † actori,quod reo non licet.ff.de regul.iu.non debet,& quod
quiſque iuris,&.s̃.de conſti.cum omnes.§.fi.in prin.ff.quod quiſ-
que,iuris.l.i.ij.& iij. Hodie vero,hoc non vr̃ locum habere ꝫm.B.
quod dic,vt no.s̃.ſuper verbo. appellatione remota. [Eodemque
iure.] Cum enim iudex authoritate eiuſdem reſcripti, de vtroq;
& inter eaſdem perſonas cognoſcat,quod de vno dr̃ &c.s̃.de con
ſti.translato. Debet ergo eſſe æqua cōditio vtriuſque.quinimmo
3 † potius videretur prouidendum eſſe reo,q̃ actori.ar.ff.de fer.l. fi.
vj.q.vlt. actor.j̃.de fi.inſtru.inter dilectos,in fi.ff.de doli excep. pu
re.§.fi.C.de temp.reſti.in integ.petendæ.[Vterque.] Quid ſi actor
impetrauit ſuper vna re tm̃,nunquid reus poterit ipſum reconue
nire ſuper pluribus.vr̃,ꝙ non.art.s̃.de reſcriptis. ſedes. Dicas ꝯ,vt
ff.de iuriſ.om.iud.ſi idem rñ.j.& §.j. licet lex illa fuerit in ꝯriū hic
4 inducta,& ar.hic.& s̃.c.j.Sed † nunquid actor poterit ipſum recō
a uenire[a] vt ſic loquar.vr̃ ꝙ ſic,ſicut poſſum triplicare. ar.ff.de exce.
l.ij.j̃.de cond.appo.per tuas.s̃.de fo. compe.ex parte.§. idem quo-
que.j̃.de teſti.licet.iij.Dicas ꝯrium. actor enim habuit in poteſta-
te ſuper pluribus impetrare.extra.d.n.de reſcrip.diſpendia. lib. vj.
imputet ergo ſibi ſi hoc non fecit.ar.in iuribus inductis.s̃. ti.j. c.j.
rñ.j.ſuper verbo.præ manib. Præterea ſi hoc admitteretur hæc ſe
queretur abſurdjtas,quia eadem ratione vellet reus ipſum actorē
iterum reconuenire,& actor reum, & ſic procederet in infinitū
hæc reconuentio,quod non eſt ſentiendum.ar. in eo,quod le. &
no.j̃.de conſan.& affi.tua.extra.d. n. de reſcrip. cum in multis. li.
vj.[Sicut deſiderat.]ver.[Iuxta reſcriptum.]i.formam reſcripti.&
ſic pꝫ,ꝙ de reconuentione cognoſcit delegatus authoritate reſcri
b pti ſibi directi.[b] Et ſic eſt hæc iuriſdictio delegata, quia iure proro
gata,quod dic vt no.s̃.e.c.j.Signatur ꝯ.C.de legibus. quod fauore.
Sol.Illud locum habet qñ princeps non ad inſtantiam impetran
tis, ſed proprio motu facit aliquam gratiam ſpecialem. Hic autē
loquitur,qñ ad inſtantiam partis concedit hoc, quod ꝫm ſtilum
curiæ communiter impetratur.ff.quod quiſque iur. l. j.& iij.s̃.de
conſti.cum oēs.[Rñdere.]Videt̃ tñ,ꝙ iſte imperator nedū in cā
recōuētionis,ſed nec in aliqua alia valeat appellare: cum iniquū
ius impetrauerit.vnde eodē iure vti debet & in alia qualibet cauſa
vt ff,quod quiſque iur.l.j.§.fi.& l.iij.§.hæc pęna,& §.penult. vbi dr̃
ꝙ hæc pęna extenditur ad futura. Nec enim lex ęquior nulla eſt
quā Necis artifices arte perire ſua.Sol. colligi pōt in præce.glo.ſed
remotio appellationis ad alias perſonas non extenditur, vel cās q̃
in reſcripto continentur.s̃.de offi.deleg.ſuper eo.in fi.niſi iure pro
5 rogationis,vt hic.Item no.ꝙ remotio† appellationis non eſt oīno
iniqua:immo quadā nititur ęquitate,vt.ſ.lites valeant citius expe
diri.ſed & eius oppoſitum ęquum eſt, libertas.ſ.appellandi. vt vi-
delicet poteſtas grauandi partes iudici ſubtrahatur,& ſic eſt qñq;
reperire duo oppoſita, quorum vtrunque ęquum eſt ſic. xxviij.q.
lxj.ſic enim neque.de cond.di. ij. quotidie. Quandoque autē eꝯ-
rio reperiuntur duo oppoſita, quorum utrunque malum eſt &
iniquum ut auaritia & prodigalitas.medium autem ipſorum ſci
licet largitas,uirtus eſt xlj.di. parſimoniam.Nam uirtus eſt mediū
vitiorum vtrinque redactum. ſecundum Goff. & de hoc no.s̃.de
cōſue.ex parte.reſpon.j.Sic eſt & in duobus primis oppoſitis. Nō
poſſe enim appellare rationabiliter iniquum eſt. Poſſe autem ap
pellare indifferenter iniquum eſt. Poſſe ergo appellare rationabi-
liter ęquum eſt, quod medium eſt inter primum & ſecundum.
Cętera quæ deficiunt collige in ſumma. eo.tit.

ADDITIONES.

a ¶Reconuenire.]Adde Bar.in authen. & ꝯñr.C.de ſenten.& interlo.om.iu.
b ¶Auctoritate reſcripti ſibi directi. Adde ꝙ iſtud videretur multum limitare do.de ro.deci.dxcviij.in ſanti.vbi dicunt quod reus virtute primę cōmiſſionis reconuenire non poteſt,ſed aliam commiſſionem de ſuper impetrare debet.

## ¶ De Litis conteſtatione. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Litis conteſtatio quid.*
2 *Ruina eminent fundamento emiſſo.*
3 *Sententia debet conuenire petitioni.*
4 *Lis non conteſtatur per poſitiones.*
5 *Poſitiones, & reſponſiones fiunt ante litis conteſtationem.*
6 *Actio quid.*
7 *Obligatio ex cauſa oritur.*
8 *Cauſa eſt mater obligationis, & obligatio actionis.*
9 *Filius cum patre cenſetur vna perſona.*
10 *Sententia ſine petitione dari non poteſt.*
11 *Iudex reprehenditur cum iudicat excommunicata petita.*
12 *Vna lis, vnam habet litis conteſtationem.*

13 Litis



13 *Litis conteſtatio quomodo fit.*
14 *Mirabilis litis conteſtatio.*

CAP. I.

CVm inter epiſcopum. Als olī,
inter epiſcopum.[Iniurijs.] quas capitulum ir
rogauit.[Sententijs.] Ab ep̄o latis in capitulū
pp iniurias ſupradictas. Hodie vero talis ſen-
tentia ferenda non eſt,ſed in illos tm̃ de capi-
tulo,qui culpabiles iudicātur.extra.d.n.de ſen.
ex.Roman.§.fi.lib.vj.quod dic,vt ibi no.[Et.j̃.] continet iniurias,
& ſententias,& articulos ſpecificatos. Et ꝙ cā fuit delegata iudi-
cibus,qui proceſſerunt in ea, ſicut ſequitur: & demum ipſam ad
ſedem apoſtolicam remiſerunt.¶ Iudices.]ij.pars.ſ. delegati. qui-
bus cauſa ꝯmiſſa fuerat qui vere ignari fuerūt.nā ſi ignari nō fuiſ-
ſent antequam poſitiones fierent iuſſiſſent libellum offerri. ut s̃.
s̃.de lib.ob.c.j.& poſtea ad ipſum ſufficienter reſponderi, ut s̃. tit.
j.c.j.§.j.ſed ipſi hoc omiſſo.[Factis quibuſdam,&c.]Et ideo pro-
ceſſus eorum reprobatur.j̃.§.j.[Ad eaſdem.]ſ.poſitiones.[Volue
runt.]ſed non quæ debuerunt.[Coram eis.]ſ.iudicibus. [Remiſe
runt.]quia forſan ſic receperunt in mandatis,uel pro ſententia fe
renda de voluntate partium, uel ut declaretur, quid iuris eſſēt de
proceſſu,minus tñ ſufficienter inſtructam remiſerunt, quod dic
ut legi.& no.s̃.de elec.dudum.j.§.fi.& de offi.leg.licet.¶ Procura-
toribus igitur.)iij.pars.(Facte fuerunt.)vt patet.s̃.§.j.(Quia tamē.)
1 ver.(Litis† conteſtationem.) Litis enim conteſtatio eſt principa-
lis negocij hincinde apud iudicē facta narratio.ſm Azo. & qua-
ſi omnes.ſed hanc deſcriptionem deſtruit hoc ius:nam per poſi
tiones apud iudicē narratur principale negotium hinc & inde,
& tñ per ipſas non fit litis conteſtatio vt ſequitur. Dicas ergo ꝙ li
tis conteſtatio eſt fundamentum iudicii per petitionem in iure
propoſitam & congruam reſponſionem ſecutam animo conte
ſtandi litem factam,quo omiſſo ſi in figuram iudicij procedatur
vexantur inanibus laboribus & ſumptibus litigantes. Bene dico
fundamentum,dicitur enim initium litis,vt leg.& no.s̃.de off.de
leg. ſuper quæſtionum.§. intentionis.. ante quod non dr̃ proprie
lis mota.j̃. de verbo.ſig.ex parte.ij.in fi.Nec dr̃ quis petere, ſed pe-
tere velle.ff.rem ra.ha.amplius.ſed per ipſum firmatur iudicium,
& perficitur petitionis iniuria.ff.de in ius vocan.quamuis, & per-
petuat̃ actio vſque ad xl.annos.C.de an.ex.l.j.C.de præſctipt.xxx.
anno.l.fi.& dicitur iſtud initium ideo fundamentum, quia hoc
omiſſo ædificium iudicii erigi non poteſt,vt patet.j̃.e. c. in fi.Et
bene dico per petitionem,intelligas in ſcriptis porrectam. alio-
quin ꝯ.vt no.s̃.de libel.ob.c.j.& j̃.eo.glo. verſ.& benedixi animo.
Sequitur in iure, nam extra iudicium non conteſtatur lis, vt pa-
tet.iij.q.iij.offeratur.& s̃.tit.j.c.j.ff.de interrog.act.voluit.Alioquin
quandocunque aliquis ruſticus peteret ab illo aliquid extra.iudi-
cium diceremus cōteſtationē,fieri ruſtico a quo petitur hoc ne-
gante.ſequitur.Et congruam reſponſionem vt.ſ.ipſam petitionē
confiteatur vel neget,vt j̃.ſequitur,quod dic,vt plene no.s̃.de ele.
dudum.ij.§.tandem.Et bene dixi animo cōteſtandi &c.Si enim
a proteſtor,ꝙ non animo conteſtandi litem [a] propono vel reſpon
deo,non dr̃ lis conteſtari.ar.j̃.de ordi.cog.cum dilectus.j̃. de teſti
bus,dilecto.ff.de condi.& demon.l.ij.in fi.ff.quib.mo. pig. vel hy-
po.ſol.ſi debitor.§. ſi in uenditione. alioquin ſi ſine proteſtatione
verba apta exprimam,dicetur lis conteſtata, ar.ff.de condi. inde.
ꝙ ſi quis.ff.de uerb.obli.quicquid aſtringendę.ſuper quo vide, qđ
no.j̃.eo.verſi.cum non per poſitiones.in prin.s̃.de conſtitu.cum.
M.Ferrarien.§.j.quod intelligas libello oblato, & die ad deliberā
dum dato elapſo. alioquin reſponſio quantuncunque apta,pro
nihilo eſt,vt in authen.de exhiben.reis.§.ſancimus igitur.ver. ſu-
ſcepto vero libello,& ver.ſi uero hæc non ſeruentur.coll.v.Sequi
tur. Quo omiſſo,ſi in fignram iudicii,&c.i.ordinis iudiciarii. hoc
ideo ſic expono, q̃a hoc omiſſo poteſt dari poteſtas iudici, ꝙ in-
quirat,& quòd ſibi videbitur arbitretur,quod dic,vt nota.s̃. de li-
bel.obla.c.j.§.j.ſuper verb.eam quæ.verſi.j.Et bene ſequitur, vexā
2 tur inanibus,&c.ſicut enim materiali ędificio† ruina eminet fun
damento emiſſo,ſic & ſpirituali, vt j.q.j.cum paulus.xlviij.diſt.c.
fi.j̃.de presby.non bapt.veniens,ſic & ædificio iudiciorum, vnde
hoc fundamento omiſſo,irritus eſt proceſſus,vt ſequitur, & pro-
batur.s̃.de elec.dudum.ij.§.tādem.(Cum nec per poſitiones.)ver-
ſi.ſic.s̃.de elec.dudum.ij.§.licet.ad hoc enim, ꝙ teneat litis conte
ſtatio,oportet, ꝙ animo conteſtandi litem fiat. ſi tamen verba
apta ſint litis conteſtationi, præſumitur animus, niſi cōtrarium
appareat per probationem,vel proteſtationem præmiſſam,vt no.
s̃.de conſti.cum M.Ferra.ꝫm.d.n.Tu dic vt in præce. glo. uerſi.&
bene dixi.Sed & ꝫm.d.n.non ſufficit animus,niſi verba ſint apta.
b vnde non conteſtatur per poſitiones,& reſponſiones [b]. vt hic. &
eſt ratio, quia in poſitionibus non fit aliqua petitio, quæ ad hoc,
vt lis conteſtetur neceſſaria eſt.Quomodo enim poſſet aliter fer
ri ſententia,etenim non poſſet reus abſolui a petione, vel condē-
nari ad petita ſi nihil eſſet petitum.ar.s̃.de c[illegible]ſti.cum acceſſiſſent.
§.j.verſi.fi. cum ſuis concor. cum nec iſtud poſſit fieri,etiam vbi
eſſet aliquid petitum, ſed inepte. s̃. de iudi.exa minata. Et certum
3 eſt † ꝙ ſententia debet reſpondere ſiue conuenire non poſitioni,
ſed petitioni.j̃.de ſymo.licet hely.§.j.ver.fi. Et eſt hoc verum niſi
agatur coram Papa, tūc enim ſine petitione in ſcriptis porrecta
narratio actoris,& reſponſio rei,litis conteſtationem facit, arg.j̃.
de inſti.cum ueniſſent.Et eſt ratio,quia præſentia Papę talibus ſo
lennitatibus præponderat & ipſas ſupplet.C.de teſt. omnium, &
ar.s̃.de tranſact.c.j.ꝫm.d.n.Et hoc hodie tenet curia,maxime quā
do agitur de electione,ſeu prouiſionibus eccleſiarum, & vtinam
magis abbreuiaret, quia quando de talibus agitur periculum eſt
in mora,vt patet in eo,quod leg.& no.j̃.de app.oblatę.§. penul.&
4 s̃.de elec.ne pro defectu. Eſt & ſecunda ratio ſm.d.n.† quare per
poſitiones non conteſtatur lis.Hæc.ſ.quia licet ponas aliquod fa-
ctum vel dictum, pp hoc tñ non teſtaris, vel non conteſtaris te
velle litigare, ergo non pōt dici lis conteſtata,verbi ſignificatio-
ne attenta, a quæ niſi aliud appareat recedære non oportet. ff. de
5 leg.iij.non aliter. eſt & tertia ratio, †quia certum eſt, ꝙ quædam
poſitiones,& reſponſiones conſueuerunt fieri antequam lis con
teſtetur,vt patet.ff.de interro.act.per totum,ꝫm.d. n. ſed non vo-
cantur proprie poſitiones, ſed interrogationes,de quibus no.j̃.de
iura.calum.c.penul.§.fi.Hoc autē notandū ꝫm.d.n.ꝙ ad hoc, vt
lis conteſtetur ſufficit, ꝙ libello ſiue petioni de iure reſpōdeatur.
ver.g.dicit actor,peto a te fundum,quem promiſiſti mihi,vel vē-
didiſti: reſpondet reus. non competit hæc petitio,uel non debet
tibi tradi fundus,quem petis, vel nō eſt tua petitio ſuper hoc ad-
6 mittenda.Hoc enim ideo dicam litem conteſtari,quia† cū actio
ſit ius petendi in iudicio quod actori debetur.ſ.de iure. inſtitu. de
de act.in prin.Relinquitur per ꝯñs eadem ratione cōuerſa,ꝙ hęc
eſt ex parte rei reſponſio ſufficiens & lagitima, quod petis,tibi de
iure non debetur: per hanc enim reſponſionē patet,ꝙ actoris pe
titio ſiue actio eſt negata.per petitionem autem & reſponſionem
ſubſecutam conteſtabitur lis.vt ſtatim ſequitur. Quid ſi negetur
cauſa tantum, & directe,ac expreſſe non reſpondeatur petitioni,
verbi gratia, dicit actor peto a te centum,quia ipſa tibi mutuaui.
reſpondet reus, non mutuaſti, vel nego mutuum,nunquid per
hæc verba cenſetur lis conteſtata.Dñt quidam ꝙ non, tum quia
7 aliud eſt cauſa,aliud actio,ſiue petitio.Vnde & ex cauſa † obliga-
tio oritur.vt inſtit.de obli.reſpon.j.& ex obligatione naſcitur peti
8 tio,ſiue actio.ff.de procur.licet.§.ea obligatio.& ſic † cauſa eſt ma
ter obligationis,& obligatio actionis,ergo alia eſt cā, alia actio. ſi
cut & aliud eſt merx, & aliud grex, aliud uendere, aliud emere.
aliud emptor,aliud venditor.ff.de rerum permu.l.j.Tum quia ex
præmiſſis ſequitur,ꝙ aliud eſt reſpondere cauſæ,aliud petitioni,&
ideo qui cauſæ tantum reſpondet, petitioni non intelligitur re-
ſpondiſſe,vnde nec lis conteſtatur, vt patet in eo quod ſtatim ſe-
quitur. Tu dicas per prædicta verba litem eſſe conteſtatam, quia
cum ex cauſa propoſita & non ex alia,ius petendi inferatur.vt pa
tet in eo,quod no.s̃. de of. ordi. conquerente, qui reſpondet uerā
non eſſe cauſam. ſ.mutuum interueniſſe, neceſſario intelligitur
dicere ſe ex mutuo non teneri, & ita etiam per conſequens peti-
tioni reſpōdet ſcđm.d.n.Nec obſtat ꝙ alia eſt cauſa & alia actio,
quia & ſi alia ſit non tñ eſt aliud quantum ad ſubſtātiam effectus
admittũtur,vt in eadem lege comprobatur.Sed d.n.dixit, ꝙ hoc
accidit propter defectum domini,qui iurare non poteſt, puta qa
pupillus eſt, hæc tamen ſolutio non ſufficiens quantum ad virũ
& vxorem,& adoleſcentes,de quibus eędem leges loquuntur,de
quibus dubium non eſt quin iurare poſſint,C.ſi aduer.ven.auth.
ſacramenta puberum. ff. de in litem iuran.videamus.circa me-
3 dium.ibi,†adoleſcens vero ſi velit iurare poteſt, vt legitur & no.
xxij.q.v. paruuli.& c.pueri.Dicas ergo,ꝙ hæc ratio,quare admit-
tuntur voluntarij,quia non eſt veriſimile, quod hoc onus in ſe
reciperent,niſi de veritate certificati eſſent,arg.j.q.vij.ſancimus.s̃.
de procur.in noſtra.§.fi.ver.quia tamen epiſcopus.Et idem dicẽ-
dum eſt de procuratore,ſcilicet ꝙ non cogatur iurare, ne iudice
cogente incurrat anceps periurium,ar.in eo quod legitur & no.
j̃.de cohabi.cleri.& mulie.clericos.§.verum. Voluntarius tamen
a eſt admittendus,dummodo mandatum habeat ſpeciale,[a] vt pa-
tet in iuribus allega.s̃.c.prox.§.fi.& probatur c.di.optatũ.& xvij.
q.iiii.metuentes.& in eo quod no.j̃.e.gl.ver. ſed & ſatis. & ver.in-
telligas.& ver.de iuramento.ſed & ſecundum d.n.ſecũdum anti
qua tempora,quamuis procurator dę calum.iurauerit,nihilomi
nus tamen dominus de veritate iurat,C.de procu.l.fi.ff.de procu.
ſi actor, quamuis & illud de iuramento calumniæ intelligatur.
ad idem xi.q.j.teſtimonium.& c.ſequen.xvj.qõ.iij.dilectio. Bene
poſſunt tamen veri domini & quaſi domini committere alicui
ꝙ in eorum animam iuret, & ille nõ reſpondebit aliquid per ſe,
ſed ſecundum ꝙ ab illis, in quorum iurauit animas, inſtruetur,
† extra d.n.de teſti.ad hæc præſentium. †rñ.j.lib.vj. Sed & ſatis vi-
4 detur,ꝙ†ſindici & actores & procuratores poſſunt iurare de veri
tate dicenda,ar.C.de iudi.properandum.§.j.C.de rebus cred.l.j. §.
pe.& C.e.ti.§.quod obſeruari.ff.de noxa.quotiens.§.eos.& §. præ
tor ait.& patet in eo quod no.s̃.e.gl.ver.& idem dicendum eſt,li-
cet ſit ar.contra,quantum ad procuratorem,in e.l.§.ſi tutor. ver.
ſi autem procurator.intelligas tamen, ꝙ prædicti poſſunt præſta
re iuramentum,quod reſpicit ſolam credulitatem,vel quod con
tinet veritatem vel ſacramentum de quantitate expenſarum, &
quod defertur pro lite decidenda & huiuſmodi,de iuramento ve
ro deciſiuo,vel de veritate intelligas, ꝙ procurator ipſum præſta-
re poteſt ,dummodo hoc ipſum ſit ei mãdatum,vel liberam ha-
beat adminiſtrationem,vel conſtitutus ſit in rem ſuam,ff.de iure
iur.iuſiurandum quod ad pecunias.ff. de procu.procurator, cui
generaliter.libera.& l.ſequen. quamuis leges illæ loquantur tan-
tum in deferente iuſiurandum,& non iurante.Si autem ſit iura-
mentum,quod ſolam voluntatem alias affectionem reſpiciat.vt
eſt iuramentũ in litem,illud a prædictis non pręſtatur,niſi in ca-
ſu ff.de in litem iurã.videamus.in prin.vſque ad §. deferre.prædi-
ctum autem iuramentum licet dicatur de veritate dicenda, non
tamen eſt tantum de his,quæ quis vidit, ſed eſt etiam de his,quæ
indubitanter nouit,q.d.ita poſſum cum bona conſcientia confi-
teri ea quæ dubitanter noui, vel quę firmiter credo,ſicut ea quæ
vidi,non enim vidi Chriſtum naſci de Virgine, nec crucifigi,
nec deſcendere ad inferos, nec reſurgere a mortuis, nec aſcen-
dere in cœlum, tamen quia hoc indubitanter noui & firmiter
credo hoc,ideo hoc ſimpliciter confiteor. & idem eſt de multis
aliis s̃.de ſumma.tri.& fide chato.c.j.& ij.Item non vidi Conſtã-
tinum vel Iulianum imperatores,tamen per ea quæ inuenio in
ſcripturis,& quæ audiui ab alijs,& noui,& confiteor ipſos fuiſſe.
ad hoc xcvj.di.Conſtantinus.xj.q.ii.Iulianus.Idem eſt de creatio
ne cœli,& terræ,& priorum parentum,& ex eis deſcendentium,
& pœnis & præmijs eorundem.Geneſ.c.j.ij.& iij.& per totum.&
5 ad hoc facit,quod dicit Auguſtinus, ꝙ ſpes † eſt certa ſpectatio
æternæ beatitudinis, quia de futura beatitudine non poteſt eſſe
certitudo ſcientiæ,ſed firmæ credulitatis tantum. Sic & dicendũ
eſt in iuramento de veritate dicenda,ꝙ iurans poteſt aſſerere ve-
ra eſſe illa,de quibus nõ dubitat, vel de quibus ɔſciẽtiam habet,
ꝙ vera ſunt,licet ea non viderit.vnde & dicit lex,ꝙ ſufficit,ſi quis
ſciat opus factum eſſe, hoc eſt ſi factum eſſe non ambigitur,
ſufficit enim, ſi quis hoc aduertit ab his qui memoriam tenue-
runt, ff.de aqua plu. arcen. in ſumma. §. idem Labeo ait cum
quæritur.Sic & procurator iurat in animam conſtituentis de ve
ritate dicenda,& etiam de conſuetudine Romanæ curiæ in ani-
mam ſuam,& cum bona conſcientia reſpondere poteſt vera ea
eſſe,quæ ſcit,vel ab alijs,in quorum animas iurauit, intelligit ve-
ra eſſe,vt extra,d.n.de teſti.præſentium.reſpon.j.ver.fi.lib.vj.ſecũ-
dum eo.d.n. qui & in aliquibus de prædictis videtur contrarius
ſibiipſi,vt poteſt colligi.s̃.ea.glo. ver.intelligas tamen.& ſequent.
ver.ſi autem ſit iuramentum.& cuius eſt mens quaſi totius hu-
ius gl.ſecundum ꝙ iuramentum de veritate eſt ſecundum con-
ſcientiam veritatis, ergo periurus non eſt, qui quod falſum eſt
verum affirmat, dummodo credat illud quod aſſerit verum eſ-
ſe,vt patet in eo quod no.s̃.e.literas.licet d.n.ibidem contrarium
6 innuat.†Sic & iudex ſecundum iura pronunciare debet,vt patet
in eo quod legitur & no.j̃. de re iud.c.j. & extra d.n.eo.titu.cum
æterni.rñ.j.lib.vj.Si tamen in veritate quod iſtum eſt pronũciat,
dummodo ſecundum conſcientiam,quam de iure habet, pro-
nunciet,non peccat,vnde nec præciſe iurat quod iuſtum erit p-
nunciare,ſed quod vbi viſum fuerit eſſe iuſtum,vt in auth.iuſiu
ran.quod præſtatur ab his.§.& equus. col.j. & patet in eo quod
legitur & no.extra,d.n.de re iud.cum æterni.§.j.ver. contra con-
ſcientiam.lib.vj.[Vel actorem]correctiue ponitur,vt patet in eo
quod no.s̃.de procur.petitio.ſed non eſt vis in nomine,vt ibi no.
vnde ſubaudias,vel procuratorem,vt s̃.c.proxi.[Elegeris] hoc in
foro eccleſiaſtico locum habet,in ſeculari vero non habet hanc
electionem,immo habet neceſſe per alium agere,ar.C. de proc.
l.penul.C.de iniu.l.fi.& ſic non corrigitur,v.q.iij. quia epiſcopus.
ix.q.iij.cum ſimus.Alij dicunt, ꝙ iura illa corriguntur.[Per illũ
quidem]dummodo ſufficiens ſit mandatum, in quo caſu & ip-
ſe epiſcopus poterit eſſe teſtis,ar.j̃.de teſti.inſuper.& c.cum nun-
tius.quod dic,vt ibi no.Quod nedum in epiſcopo,quinimo & in
alijs poteſt locum habere, vt patet in eo quod no.s̃.c. proxi.ad fi.
& c.j.§.præterea.& ſequenti.¶[Quod ſi per te]ij.pars. [Ipſum]ex
quo enim aſſumit officium, debet iurare cum ſit acceſſorium,
& ſine hoc cauſa expediri non poteſt,ar.s̃.de offi.deleg præterea.
7 & c.prudentiam.[Non tacitis]†præſentia debent eſſe euangelia
ad terrorem,& ſuffragium veritatis,C.de iudi.rem non nouam.
b ſed non cogitur tangere,[b] etiam ſi teſtificetur ob reuerentiam di
gnitatis,in Auth.de ſanc.epi.§.nulli vero.coll.ix. C. de epiſ.& cle.
authen.ſi iudex.xj.q.j.c.vij.xiiij.q.ii.quamquam.ij.q.v.quia de cã.
in Auth.vt defun.ſeu fu.eorum.§.oportet.coll.v.Quandoque ta
men cogitur tangere hæreſim,ſ.abiurãdo,j.q.vii. quotiẽs cordis
oculus.Sed contra,s̃.eo.c.j.§.præterea.& ſequen.Sol. Dicunt qui
dam, ꝙ corrigitur.tu dic,vt ibi no.¶[Pœna vero.]iij.pars.[Recu
ſantis.[Forſan epiſcopus iſte intendebat vitare iuramentum, &
ideo per procuratorem agebat,vnde hoc inſolubile agebat.pro-
curator ſecundum legem nõ iurat,nec ego cogor iurare,ex quo
per procuratorem ago,vt s̃.c.j.Et ſic nec ego, nec procurator iu-
rabimus in hoc caſu,ſed hoc contrarium diffinitur.[ Cum præ-
ſtandum fuerit]de neceſſitate,s̃.eo.imperatorum.§.j.ad fin.hoc
eſt in qualibet cauſa non ſpirituali,& immediate poſt litem con
teſtatam,vt C.e.l.ii.& s̃.c.proxi.in fi. antequam poſitiones fiant,
8 †cum per iuramentum ſit ipſis poſitionibus reſpondendum,ar.
C.de iudc.rem non nouam.§. patroni.s̃.de iudic.paſtoralis.& de
hoc no.s̃.de lit.conteſt.c.vnico.& in ſumma,de lit.conteſta.§.&
quando.[Cadat]per ſententiam iudicis ſecundum quoſdam,vt
C.eo.ti.auth.principales.in fi.& in Auth.vt lit.iurent.§.j.in fi.col.
ix.ar.C.de iudi.properandum.§.& ſi quidem. Alij dicunt,ꝙ ipſo
iure.Tu dicas,ꝙ ipſo iure,& per ſentẽtiam punitur.nam ipſo iu-
re cadit ab actione,quod per iudicem declaratur, ideo & per iu-
dicem reus abſoluitur. Reus etiam ipſo iure & per ſententiam
punitur,vnde confeſſus intelligitur,vt ſequitur, & ideo in eo qđ
petitum eſt ſine probatione alia per iudicem condemnatur, vt
C.eo.ti.l.ij.§.quod ſi actor.& §.ſin autem reus.ex quibus iſte §.ſu-
mitur.& arg.in Authẽ. de lit.§.eccleſia.in fi.coll.viij.x.q.ii.§.qui
vero res iam dictas,ver.emphiteuſis acceptor.& ſecundum hoc
intellige quod no.in ſumma,eo.tit.§.fi.& iura ſuperius allega.Et
adde quod no.in ſe.[Actione]per ſententiam,vt no.in præce.gl.
Sed quid ſi iudex nolit ferre ſententiam contra recuſantem,&
ita pereat inſtantia iudicij, nunquid actor ſuper hoc habebit ali-
quam actionem? Inſuper ſi is,qui recuſauit iuramentum pręſta-
re,incipit,iterum agere, nunquid poteſt alius contra eum exci-
pere & dicere,tu debes cadere a lite, quia noluiſti in prima inſtã
tia iurare,ergo nec es in hac ſecunda inſtantia audiendus? Arg.
quod ſic,ff.de inoffi.teſt.Papinianus. alias incipit,l.contra vetera
ni.§.ſi quis impuberes.Tu vero dicas,ꝙ non poteſt agere vel exci
9 pere de recuſatione iuramenti,†quia ea, quæ veniunt poſt litem
conteſtatam,valde pertinent ad officium iudicis,ff. de ædil. edic.
10 ædiles.§.item ſciendum.& †nephas eſt ex materia litis litem ori
ri,C.de fruct.& lit expen. l.iij.in fi.iudex tamen ex hoc remanet
obligatus,C.de iudi.ſancimus.ff.de iudi.ſi filius.C. de pœna iudi.
qui ma.iudi.l.fi.Inſtitu.de obli. ex quaſi malc. rñ.j. Quod autem
ſupra dixi non debere litem ex lite oriri, intelligas quando nego
tium principale determinatum eſt vel tranſactum. alioquin ſi
non eſt terminatũ per iuſtitiam,ſed forte periit principale nego
tium

A D D I T I O N E S.

a ¶Mandatum ſpeciale.Adde bo.tex.in c.fi.j̃.eo.lib.6.
† Alias non eſt ad hęc.
b ¶Tangere.Adde,an in iuramento requiratur,quod ſcriptura ſacra tan-
gatur,an vero ſufficiat quamlibet ſcripturam tangere. gl.in c. ut circa.
in uerbo,corporalia.de elect.lib.6.& in clemen.j.ver.porro. ſuper uer-
bo,tacta.de hæret.

tium propter interitum rei,vel aliam cauſam ſimilem,tunc be-
ne datur propter acceſſorium, ff.de rei ven.item ſi verberatum.
& l.vtique. Item quod ſupra dixi, non habet locum in his,quæ
fiunt extra iudicium, nam & ſi qui elegerunt contra formam
concilii generalis, poteſtate eligendi priuandi ſunt, & ad iſtam
pœnam ſemper agi poteſt, vt patet in eo quod legitur & nota-
tur.s̄.de ele.quia propter.§.qui vero. Alij tamen dicunt,ꝙ etiam
a in iudicio ſemper agi poteſt contra recuſantem,vt a lite cadat,[a]
ſecundum d.n.cuius eſt hæc tota gl.

ADDITIO.

b ¶A lite cadat.Adde,quæ ſit pœna nolentis iurare de calumn. Spec.hoc ti.parte ij.§.ult.

¶De dilationibus. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Sola aſſignatio peremptorij, prima vice facta,non ſufficit ad appellandum.*
2 *Iudex poteſt moderare peremptorium.*
3 *Breuitas nimia reprobatur.*
4 *Ordo iudiciorum ſemper ſeruandus.*
5 *Tribus edictis quis citandus.*
6 *Quodlibet edictum debet continere xxx.dies.*
7 *Edictum vnum pro tribus debet continere dies 90.*
8 *Exactio fit expreſſa cauſa.*
9 *Edicta tria mittuntur,quandoque ſine diſiunctione.*

CAP. PRIMVM.

Dilecti filij. Inter ipſos] Scilicet abba-
tem & monachos conuē-
toſa monialibus,& defendentes ſe. [Et mo-
niales] agentes ɔtra monachos ſupradictos.
[Commiſimus]impetrantibus monialibus
ſupradictis.¶[Ipſi]ij.pars.& ſubaudi abbas, &
monachi ſentiētes iam,ſed amplius. [Timē-
tes,&c.]alioquin ſequeretur, ꝙ poſſet a futuro grauamine appel
lari,& ſic corrigeretur per id quod legitur.j̄. de appel. vt debitus.
& c.cum cauſam.& c.dilecto.[Grauari]in futuro cum ſentirēt
in præteritos ſe grauatos,ar.j̄. de præſum.mandata. in fi. & eſt ſi-
mile quod no.j̄.de appell.conſuluit. [Nimis breuem] hoc fecit
iuſtam appellationem. Vtrum autem nimis breuis ſit,vel non,
eſt ſuperioris arbitrio relinquendum,ff.de ver.oblig.continuus.
1 † Sola ergo aſſignatio peremptorij prima vice facta non ſufficit
ad appellandum,ar.ff.de iud.nonnunquam.xxiiij.q.iii. de illici-
2 ta †iudex etiam poteſt moderare peremptorium, vt s̄. de offici.
deleg.conſuluit.ff.de iudi.ad peremptorium. ſed ſi male mode-
retur,aut arbitretur,ab epiſcopo licite appellatur, vt hic ſecundū
d.n.cuius eſt hæc tota gl.Vel dic,vt no.j̄.co.§.j.ſuper verbo,perē-
ptorium.& ſuper verbo neceſſitate.& ſe.gl. [Et peremptorium]
3 ſine cauſa expreſſa.†ſed nimia breuitas reprobatur, vt patet s̄.de
procu.dilectus.& hic ſequitur,& no.j̄.§.i. ſuper verbo neceſſita-
4 te.¶[Quia vero]iij.pars.[Iuris ordinem]ſcilicet iudiciorum†qui
ſemper eſt ſeruandus,vt legitur & no.j̄. vt lite non conteſta.c.j j̄.
de ordi.cogni.tuam.j̄.qui fil.ſint legi.per venerabilem.§.j. verſic.
præterea.[Diem peremptorium]ſine cauſa,vt no. s̄. reſpon.j.in
5 fi.quod eſſe non debet,† imo tribus edictis citādus eſt quis, ff.de
re iud.contumacia.xxiiij.qō.iij.de illicita. Vel vno peremptorio
in ſe tria edicta legitime continente,vt ibi, & ff. de iudi. ad perē
6 ptorium.& l.ſequen.† Debet autem quodlibet edictum contine
7 re in ſe xxx.dies,in Authen de litig.§.omnem vero.coll.viij.†Si
ergo mittatur vnum pro omnibus, debet continere ad minus
8 xc.dies,vt in dictis iuribus,& lxiij.di.Adrianus. niſi †ex cauſa ex-
preſſa fiat exactione ff.de iud.nonnunquam.& no.s̄. de procur.
dilectus.& s̄.de reſti.in integ.tum ex literis.§.fi.& hic ſequitur,&
no.j̄.de re iud.quod ad conſultationem.& j̄.de appella. cum ſit
9 Romana. † ſed & quandoque mittuntur tria ſub diſiunctione
quod dic,vt no.j̄.de teſti.cogen.c.ij.[Eccleſiaſticis]arg. j̄. de dolo
& contu.c.j.Et bene dicit maxime,nam idem & in aliis, vt in iu
ribus ſupradictis, ff. de re iudi.l.ij.& l.iiii.§.ſi quis condemnatus.
[Neceſſitate.]Ex iuſta ergo cauſa poterit maturari. Si vero falſa
ſit,vel irrationabilis,vel non exprimatur in peremptorio, pote-
rit appellari,vt hic patet,& s̄.de reſti.in integr. tum ex literis.§.fi.
s̄.de offi.deleg.conſuluit.& in eo quod no.s̄.e.§.j.in fi.& j̄.e.c.j.§.
fi.ſuper verbo,non ſunt vlterius.in fi.ipſius gl.[Mature.]i. abbre-
uiare,ſiue feſtinare.Virgil.

*Maturate fugam regique hæc dicite veſtro.*

Gof.[Reuocato in irritum &c.]ergo appellatio iuſta fuit.ſi.s̄.de
iudi.exhibita.in fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Libellus in iudicio offerendus eſt.*
2 *Dilatio nulla datur a iudice procedente.*
3 *Omnis libellus datur cum dilatione.*
4 *Dilatio libelli poteſt arctari cauſa cognita.*
5 *Reus debet in libello ſubſcribere, vel tabellio, vt appareat de die dilationis.*
6 *Libellus offertur in criminalibus diebus feriatis.*
7 *Induciæ citatoriȩ an requirant cauſæ cognitionem.*
8 *Induciæ præpratoriæ ſeu inſtitoriæ non datur ſine cauſæ cognitione.*
9 *Libellus an poſſit offerri qualibet die.*
10 *In literis continetur,quis,quo,quod & quare petat.*
11 *Actio ſi ex reſcripto oritur, dat iudicis officium.*
12 *Induciæ de liberatione quæ ſint.*
13 *Dilationes dantur cauſa inſtrumentorum vel teſtium quærendorum.*
14 *Dilatio vna datur in pecuniarijs cauſis.*
15 *Duȩ dilationes dantur accuſatori in criminalibus,& tres reo.*
16 *Dilatio datur,quandoque ad malitiam conuincendam.*
17 *Citatus comparere non tenetur per citatorium in quo iudex delegatus teno rem reſcripti non inſeruit.*
18 *Citantis eſt cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio.*
19 *Contumax appellans non auditur.*
12 *Delegata iuriſdictio certos,arcte limitatos fines habet.*
21 *Delegata iuriſdictio odioſa,ordinaria fauorabilis eſt.*
22 *Citatus quando venire non teneatur.*
23 *Contumacia loco præſtantis habetur.*
24 *Abſens per contumaciam non minus præſente reputatur.*
25 *Lis non conteſtatur ſine petitione expreſſa.*
26 *Libellus iterum in iudicio offerendus,licet citatio ſit libellata.*

CAP. II.

Præterea. Delegantur.]Per hoc patet, ꝙ non
loquitur de literis gratioſis, ſed con
tentioſis,& de communi iuſtitia impetratis.[Reſcri-
ptum] in quo tenor quæſtionis plenius continetur,
ſecundum d.n.Quod dic vt no j̄.e.§.mulier.ſuper verbo,inſtrui.
a [Inſeritur]hoc enim quaſi ſemper fieri debet[a] duabus rationib⁹.
Prima,vt appareat de iuriſdictione,alias enim citatus venire nō
tenetur.ar.s̄.de offi.dele.prudentiam.reſpon.j. Sed nec iſtud ſuf-
ficit quantum ad procedendum vlterius,niſi & de ipſo authen-
tico fides fiat,C.de man.princi.l.vnica.s̄.de offi.deleg.cum in iu-
re.Secunda,vt reus liberet, & inſtructus veniat,prout hic ſequi-
tur. Et ſi interſeratur libellus, poſtea ſine queſtione erit, etiam ſi
vocatus criminaliter accuſetur.ſic v.q. ij.ſi primates.lxxxj. diſtin.
Maximinianus.vij.q.j.præſentium.[ Deliberare valeat ]ſubaudi
& citatus veniens petit libellum ſibi offerri, & diem ad liberan-
dum cōcedi,iij.q.iij.offeratur.¶[Quia igitur] ij.ps.[In hoc caſu]
vtrum.ſ.eius,qui conuenitur, petitio ſit admittenda?& videtur ꝙ
1 ſic,† quia libellus in iudicio offerendus eſt,vt innuitur C.de litis
conteſtatione.l. vnica.& authē.offeratur item præſente aduerſa
2 rio,iij.q.ix.cartæ.item † nulla dilatio datur a iudice procedente.C.
3 e.a iudice.ſed†omnis libellus datur cum dilatione,vt auth. offe
4 ratur.ergo nullus libellus datur a iudice procedente.†Item dila-
tio libelli poteſt artari vel prorogari cauſa cognita,vt no.s̄.de pro
cur.dilectus. ergo vtraque parte præſente,& iudice pro tribunali
ſedente hoc expediri debet,ar.iij.q.iij.§.ſpacium.verſi.a iudice.ff.
5 de offi.procōſul.nec quicquam.§.vbi.Item quia † reus debet in li
bello ſubſcribere,vel tabellio,vt appareat de die oblationis,in au.
de exhi.reis.§.ſancimus igitur.coll. v. etiam de conſenſu partiū
datur dies,j̄. de appel. ſignificante. & in ſcriptis ſunt hæc omnia
redigenda, qui non niſi in figura iudicij poſſunt expediri, ar.j̄.
6 de proba.qm̄ contra falſam. †Sed contra,quia & diebus feriatis
in quibus ius non redditur, etiam in criminalibus offertur libel-
lus,ff.de adult.miles.§.ſexaginta.So.verum eſt iudici,ſed reo obla
tus extra iudicium ipſum non aſtringit ad reſpondendum, niſi
iterū offeratur,vt in præmiſſis iuribus,& ar. C.de adult. iure ma-
riti.ibi,quibus in publico eius facultas fuerit &c. & ff.quis or. in
bo.po.ſer.vtile.§.dies.Nec obſtat hæc decre.reſpondet enim,vt j̄.
not.Alij dicunt,ꝙ ſecundum ius canonicum non eſt locus huic
ſubtilitati,ar.s̄.de iudi.dilecti. ¶ Taliter reſpondemus] iii. pars.
[Legitime cōuocato]i.per ſuum iudicem competenti termino
aſſignato,vt s̄.c.j.& libello in iudicio oblato,vt in præced.glo.ſed
7 ex reſcripto &c. [ Tranſmiſſo] † Patet hic,ꝙ induciæ citatoriæ
non requirunt cauſæ cognitionem, cum parte abſente dan-
tur,ff.de offic.proconſ.necquicquam.§.vbi decretum.& idem vi
detur de deliberatorijs,ſicut & hic apparet,quæ & augeri poſſunt
8 & diminui,vt patet in eo quod no.s̄.de procur dilectus.† Præpa-
ratoriæ vero ſeu inſtitoriæ non dantur ſine cauſæ cognitione,iij.
q.iij.§.ſpacium.ver.a iudice. ſecundum d.n. cuius eſt mens toti-
us huius glo.Et adde,quod no.j̄.e.§.ſuper verbo,induciæ prȩpara
9 toriæ.† Sed nunquid quolibet die poteſt offerri libellus? De hoc
dic,vt no.in ſumma,de libel. obla. §. vtrum libellus.ver.libellus
autem.& ſequen.vſque ad §.vtrum poſſit.& s̄.§.proxi. ſuper ver
bo,in hoc caſu.[Plene potuit]imputatur ergo, ſi hoc non fecit,
10 vt no.j̄.e.c.fi.§.ſi pars.ver.temporis. [Inſtrui] quia †in literis con-
tinetur

ADDITIO.

a ¶Fieri debet Adde d.Abba.hic in primo no.cui Andre.ſic addit Angel. conſi.cxxxix.



tinetur quis,quo, quid, & quare petat clare ſpecificatum,ſecun-
dum ea quȩ not.s̄.de libel.obla.c.j.ij.& iij.quod vix poteſt eſſe,ni-
ſi tenor libelli iunctus ſit in citatorio reo miſſo, pōt tamen ex
multis reſcriptis hoc elici,ſicut patet exemplum in eo quod legi
11 tur & no.s̄.de æta.& quali.accepimus.§.fi.Et † notandum, ꝙ qn-
cunque actio ex reſcripto oritur, dabitur iudicis officium,s̄.de of-
ficio iudic. cap.ij.vt expreſſe probatur ff.de religio.& ſump.fun.
ſi quis ſepulchrum. nec eſt ſemper in tali caſu neceſſarium libel
lum offerri, licet qn̄q; neceſſarium ſit. vnde & ſi libellus miſſus
non fuerit,in tali caſu nō ſufficit ꝙ miſſa fuerit mens libelli,ar.j̄.
de ver.ſig.nihil obſtat.& c. præterea. & c.in his maxime. quia &
ſi tenor libelli miſſus fuerit,iterum tamen eſt in iudicio offeren-
dus,vt no.s̄.§.j.& ſequen.Vbi vero in reſcripto cōtinetur in clau
ſula generalis,& in libello autem poſt oblato continetur rerum
expreſſio,omnino dilatio deliberatoria danda erit.ad hoc s̄.de re
ſcript.paſtoralis.§. quoniam.& ſequen.& iij.q.iij.offeratur.& ad-
de quod no.j̄.e.ſuper verbo,non ſunt vlterius. ſed hoc intelligas
ſufficere quantum ad dilationem deliberatoriam denegandam
quantum ad ſententiam non ſufficit,vt j̄.e.c.in fi.[Induciȩ deli-
12 beratoriȩ] † ſubaudi xx.dierum, ſed & pauciores dies ſufficient.
Vel ſtatim(libello tamen ſibi in iudicio oblato) reſpondere co-
getur,ex quo plene certus eſt & inſtructus,vt hic innuit,& arg.s̄.
de elect.cum inter vniuerſas.ff.de ver.ob.l.continuus. ff. de acti.
empt.& vend. l.j.in fi.niſi forſan gratia quærendi aduocatum &
conſilia amicorum,iij.q.iij.de inducijs.ff.ex qui cau.ma ab hoſti
ſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.ſi tamē malitioſe,ſed bona fide ex
pectatur,quod eſt arbitrio iudicis dirimendum, ſecundum ea,
quæ no.s̄.de iud.paſtoralis.s̄.vt li.non conte.c.j. nam & imputa-
tur ei,qui potuit venire inſtructus & non venit,iii.q.iii.§.ſpaciū.
13 ver.ei autem.Sed†& dantur dilationes gratia inſtrumentorum.
vel teſtium quærendorum, vt in dicto §. ſpacium.& C.eo.l.j.&
ſunt arbitrariæ,quia debent dari conſiderata locorum diſtantia,
& temporis qualitate,vt in præce.concor.& ar. j̄. de app.cum ſit
14 Romana.†In pecuniariis autem cauſis vna datur dilatio ſecun-
dum cauſȩ cognitionem.Secunda vero vel tertia non,niſi cauſa
15 cognita.†In criminalibus vero dātur duæ accuſatori,& tres reo.
ff.de fer.oratione.& l.fi.Et expeditur hoc iudice pro tribunali ſe-
a dente,[a]& vtraque parte præſente, & cauſa cognita de plano ple-
16 ne & ſemiplene,iii.q.iii.§.ſpaciū.ver.a iudice.Sed & † quandoq;
datur dilatio ad malitiā conuincendā,j̄.de dolo. prout. & c. cū
olim.quandoque de gratia,s̄.de offi.dele.conſuluit.Ipſa vero di-
latione data pendente iudicis officium conquieſcit, C. eo.ti.ſiue
pars.j̄.de app.ſignificante.[Non ſunt vlterius.] Hic habes arg.ex
preſſum, ꝙ licet iudex delegatus non mittat reſcriptum apoſto-
licum bullatum citato,tamen ex quo mittit tenorem ēt nō bul-
latum, comparere tenetur citatus. Cum enim miſſo tenore ſe
deliberare potuit reſpondere tenetur ſine alijs deliberatoriis in-
duciis,vt hic probatur quod plus eſt, multo fortius ex quo ipſo
tenore miſſo citatus tenetur comparere,quod minus eſt. Et ſi ci-
tatus non comparet,& citans in veritate iudex eſt delegatus,iu-
ſta eſt ſentētia excommunicationis, vel miſſio in poſſeſſionem,
vel quæuis alia mulcta propter contumaciam ab eodem iudice
ſibi inflicta,vt s̄.vt lit. non conteſt.tuæ.& c.quoniam.§.in alijs.&
§.fi.Si vero citans nō erat delegatus,& ſine cauſa citaſſet,vel fal-
ſum tenorem reſcripti miſiſſet, tunc nihil valeret quod faceret
contra non comparentem,ſed & ſaluum remanet ius ſuum, ſi
competat,quia poſtquam venerit,non cogetur procedere, niſi
poſtquam facta fuerit ſibi copia reſcripti apoſtolici, poterit de
nouo petere & priuilegium fori,ſi quod habeat allegare, vt patet
in eo quod le.& no.s̄.de offi.dele.cum in iure.s̄.de reſcript.cum
contingat.s̄.de iudi.c.j.de libelli obla.c.j.& ff.de iud.ſi quis ex alie
17 na.& l.non videtur.† Sinautem citans in citatorio nullam cau-
ſam aſſignet,quare ſuper citatum iuriſdictionem habeat,nec te-
norem reſcripti inſerat, nec alias eſt iudex ordinarius, licet in
veritate ex aliqua iuſta cauſa iuriſdictionem habeat in citatum,
non tamen tenetur citatus ſe iudici præſentare,ar.ff. ſi quis cau.
ſi ſeruus.& l.quotiens ſeruus.& l.fi.C.ne de ſta.de func.l. penul.ff.
de in ius vocan.l.ij. Si vero iudex ordinarius citatorium mittat
alicui,qui nō ſit de iuriſdictione ſua,in quo tamen exprimit cau
ſam,quæ ſi vera eſſet,coram eo reſpondere deberet,puta quia ibi
contraxit,vel deliquit,vel quia agitur de re, quam ſub eo tenet,
s̄.de foro compe.c.fina.ſi tamen cauſa falſa eſt,tunc ſi comparet
coram eo idem eſt, ac ſi non citatus ibidem reperiatur.Poteſt
enim eum tunc tenere ſecundum quoſdam, quouſque litem
conteſtetur,vel cautionem præſtet de ſtando iuri,ff.de iudic.l. ij.
§.penul.Sed male dicunt,quia illa lex loquitur tantum, quando
quis comparet coram iudice, de quo conſtat ꝙ iuriſdictionem
habet ſuper eum,ſed tamen comparens,quia priuilegium habet
reuocandi domum, non cogitur venire citatus, immo ſiue ve-
niat,ſiue non,nulla pœna poteſt ſibi imponi, nec in cauſa pro-
cedi,& ſic poteſt intelligi ff.de iudic.non videtur. niſi vbi agitur
actione in rem,nam tunc proceditur in poſſeſſionem bonorū,
quæ habet in iuriſdictione citantis.Secus forte ſi agatur perſona
li actione, niſi forſan latitet,& de maleficio ibi commiſſo con
ſtet.Nam tunc & ſi iudex,ſub quo deliquit,contra eum, nō pro
cedat iudex tamen,ſub quo latitat,cum fida cuſtodia debet ipſū
mittere ad citantem,in Auth.vt nulli iudic.§. ſi vero quis com-
prȩhenſorum.coll.ix.& vt omnes obe.iu.§.ii.col.v. Sed & ſi hoc
non fecerit,iudex ſuperior puniet ipſum,vt ibi. Quod ſi vocatus
venerit,& litem conteſtatus fuerit,non errans in facto neque in
iure poterit ferri diffinitiua ſententia contra ipſum. Et iudex
ſub quo domicilium habet propoſita actione in factum ex re iu
dicata ipſam exequetur,ff.de re iud.miles.§.fin.C.de rebus credi.
actori.& patet in eo quod legitur & no.s̄.de foro compe.poſtula
ſti.Verum ſi citatus comparuerit, & contumaciter. i. ſine licen-
tia receſſit,vel ſub iuriſdictione citantis inuentus comparere no
luerit,tunc poteſt propter contumaciam excommunicari, vel
alias mulctari.Et ſi talis erat cauſa,quȩ lite non conteſt. poterat
expediri,procedi poteſt contra eum,& tenebit proceſſus,s̄. vt lit.
non conteſt.tuæ.& c.quoniam.Nec obſtat,ſi dicat, ꝙ licet dice-
retur,& crederetur,ꝙ ibi contraxerat.hoc tamen verum nō eſt,
quia debet veritas opinioni præferri,quia hoc eſſet verum,ſi cita
tus comparuiſſet, & veritatem cauſæ ſuæ proſecutus fuiſſet,ſed
& ex quo ex hac cauſa quamuis falſa citatur,eoipſo, ꝙ nō venit
18 contumax reputatur. †Nam citantis eſt cognoſcere,an ſua ſit iu
riſdictio,s̄.de reſcriptis.ſuper literis.§.ſi vero per huius. ff. de iud.
ſi quis ex aliena.ergo propter hanc contumaciam puniri poteſt
ff.ſi quis iuſdi.non obtem. l.illicita. De principali tamen cauſa,
& ſi talis ſit, in qualitate non conteſt.procedi poſſit, non poteſt
cognoſcere niſi primo diffiniat, an ſua ſit iuriſdictio,& ſi aliter
ſuper principali procedat,non tenet proceſſus,niſi in veritate cō
ſtet eum iuriſdictionē habere.Sed pronunciato,ꝙ ſua ſit iuriſdō
procedet & in principali,nec poterit poſtea obiici ſententiam la
tam fuiſſe a non ſuo iudice,quia certum eſt,ꝙ in hoc fuit iudex
vt cognoſceret an iuriſdictio ſua eſſet, & cognouit & ſententia-
uit,nec appellatum fuit,& ſi appellatum fuerit, non prodeſſet,
19 quia †contumax non auditur appellans,ij.q.v. ſunt quorum. Et
hæc omnia intelligas quando conſtat ꝙ citans habet ordinariā
iuriſdictionem.Sed dices,quare non eodem modo tenet quod
facit iudex delegatus,qui dicit ſe delegatum cum non ſit?Reſpō-
20 deo,quia†delegata iuriſdictio certos & arcte limitatos fines ha-
bet,qui ex forma reſcripti pendent,nec tranſgrediēdi ſunt, vt pa
tet in eo quod legitur & no.s̄.de reſcrip.cum dilecta.§.fina. & c.
ſignificante.& c.Rodulphus.& c. ſignificauit.& s̄. de offi.delega.
P.& G.Ordinarius vero in territorio ſuo & in oculis eius & poſ-
ſeſſionibus generalem & liberam habet iuriſdictionem & fines
latos,ff.de verb.ſig.pupillus.§. territorium.& ideo quicquid facit
contra eos,quos in territorio ſuo ſiue ſint ibi incolȩ ſiue nō, pri-
21 ma facie totum tenet.Eſt & alia diuerſitatis ratio, † quia delega-
ta iuriſdictio eſt odioſa,& ideo reſtringitur, ordinaria vero fauo
rabilis,& ideo dilatatur ſecundum regulam traditam ff.de liber.
& poſthu.cum quidam.ad fi.j̄.de conceſ.præben. conſtitutis. in
fi.& patet in eo quod no.j̄.de app.vt debitus.Hoc tamen fatetur,
ꝙ ſi literæ etiam falſæ impetrentur ad aliquem iudicem, ſuum
eſt cognoſcere,an ſua ſit iuriſdictio. Et eodem modo ſi ille, qui
conuenitur priuilegium habet, ꝙ ibi conueniri non poſſit, ſiue
ſpeciale,ſiue propter legationem,& de hoc ipſo cognoſcet dele-
gatus.s̄.de reſcripti.ſuper literis.§.ſi vero ſuper huiuſmodi.Sed &
ſi quis etiam ordinarius citat aliquem ſuper cauſa, quæ iuriſdi-
ctionis ſuæ eſſe non poteſt,vt ſi iudex ſecularis citet ſuper rebus
ſpiritualibus cauſa expreſſa,nulla eſt citatio,arg.in eo quod legi-
tur & no.j̄.de ord.cogni.tuam.s̄.de iudi.decernimus.s̄. de arbit.
contingit. Vel ſi exprimat,ꝙ veniat reſponſurus ſeruo excōmu-
nicato,vel ſpoliatori ſuo notorio,vel cuilibet alij pſonæ, de qua
conſtat ꝙ agere non poteſt,ff.ſi quis cau.quotiens ſeruus.ff.de pcu.
fœminas.s̄.de iudi.intelleximus.vel ſi citat ad diem feriatum,
j̄.de fer.c.fi.vel de quo nō poteſt eſſe iudicium,vt de Sole,vel Lu
na,vt ff.de iudi.non quemadmodum.C. de ſtudijs liberā.vr.l.vni
ca.li.xi.& melius.Inſti.de inuti.ſtip.§.j.& ij. Vel ſi exprimat locū
inhoneſtum,ad quem citat,ff.de arbi.ſi cum dies.§.ſi arbiter. Et
22 generalis regula tradi poteſt, † ꝙ vbicunque in citatione aliquid
iniuſtum ponitur vel inhoneſtum, vel certum eſt, ꝙ contra eū
qui agit,competit exceptio declinatorij iudicij, vt ſi citetur ſpo-
liatus,ꝙ veniat reſponſurus ſpoliatori ſuo in ſua cauſa ciuili, vel
alij in criminali,vel vt reſpondeat militi alterius negotia procu-
ranti,non tenetur venire citatus,cum in citatione error euidens
ſit expreſſus.ar.j̄.de ſenten.excommu.per tuas.ad hoc iij.q.ij.c. fi.
j̄.de ord.co.cum dilectus. extra d.n.de reſti.ſpo.frequens.§.j.& ij.
lib.vj.& de reſcriptis.præſenti.hodie incipit, ſtatutum.§.fi.vbi de
hoc,lib.vj.Sed & ſi hoc non exprimatur in citatorio, eſt tamen
alias notorium & iudici citanti & aduerſario, ꝙ citatio iniuſtū
quid continet,puta,quia citatur quis ad locum, quem notoriū
eſt eſſe non tutum.Dicunt quidam, ꝙ comparere non tenetur,
& ſic

ADDITIO.

a ¶Sedente.Adde de hoc d.Henri.Bo. hic in j.diſt.

& ſic intelligunt ff.de iud.non videtur.tamen tunc prudenter fa
ceret,ſi miſerit excuſatorem, v.q.iij.ſi epiſcopus ægrotans.j̃.de ac
cu.veniens. Sed etiam ſi non miſerit,nihilominus tutus eſt exce
ptione doli contra aduerſarium,ſi doloſe obtinuerit ipſum cita-
ri,ar.ff.de eo per quem fact.eſt.l.j.§.ſi reus.Sed ſi iudex vel aduer-
ſarius hoc neſcuit,& procedatur contra ipſum,tunc dabitur ei re
ſtitutio in integrum , vt ff.ſi quis cauti.l.ij.& per totum,ſecundũ
do.n.Idem videtur,& ſi aduerſarius in dolo fuerit , vt patet in eo
quod legitur & no.s̃.de reſti.in integ.ex literis . quod ſi nihil tur-
pe vel graue expreſſum eſt in citatione,nec apparet de fraude ad
uerſarij,nec ſubeſt cauſa,quare iudicem adire non poſſit, tunc ſe
cundum d.n. ire debet ſaltem allegaturus priuilegium ſuum.Et
ſi non iuerit,mulctari poteſt,quamuis ſi iuiſſet, exceptione legi-
tima defenderetur,ff.de iudi.ſi quis ex aliena.ff. ſi quis ius di.non
obtem.l.vnica.poteſt & excommunicari,j̃. de ap. ſi duobus.Po-
teſt & actor in poſſeſſionem bonorum ſuorum mitti cauſa cu-
ſtodiæ,etiam ſi pupillus ſit,qui citatus eſt,ff.ex qui.cau.in poſ.ea.l.
ii.& iij. §.fi.& l.ſe.niſi is,qui obtinuit ſe mitti in poſ.in dolo fue-
rit,ſciens aduerſario exceptionem competere.& ſic loquitur ff.
de pecu.eo tempore.rñ.j.Quo caſu abſens poteſt petere reuocari
poſſeſſionem in abſentia ſui daram. Et ſi miſſus excipiat de con
tumacia dicens,tu contumaciter abſuiſti,alius replicabit de do-
lo circa eandem rem commiſſo dicens.Et tu cum ſcires me tu-
tum exceptione, hanc poſſeſſionem dolo obtinuiſti . Vel dic &
melius,ꝙ vbicunque aliquis tutus eſt exceptione, non valet miſ
ſio in poſſeſ. contra ipſum facta,adeo ꝙ ſi expellatur miſſus non
datur ei actio ex illo edicto,ne vis fiat ei qui in poſ.miſ.quia non
intereſt ſua,ex quo aduerſarius exceptione tutus eſt , ff. ne vis fi.
ei.l.ij.§.hæc verba.& ſic loquitur ff.de pecu.l.eo tempore.Nec ob
ſtat ff.ex qui.cau.in poſ.ea.l.in poſſeſſionem.Quia quod dicit cre
ditores mittendos eſſe in poſſeſſionem pro debito conditionali
intelligendum eſt,quouſque caueatur de ſoluendo debito exiſtē
te conditione.Verum eſt ſi ſit cauſa appellationis,vel alia,in qua
procedi poteſt lite non conteſt.& reus,cui competit exceptio de
clinatoria iudicij,abſens ſit per contumaciam , per quod in ne-
gotio procedat.De cœtero quantumcunque veniat,hanc exce-
ptionem declinatoriam proponere non poterit.Nam ſi præſens
fuiſſet,& tacuiſſet,ipſam vlterius proponere nõ poſſet. Sequitur
23 ergo,ꝙ ſi contumaciter abſens ſit,hoc non poteſt,†cum contu-
macia loco præſentis habeatur,j̃.de dolo & contu.veritatis.C.de
24 iud.properandum.† Et abſens per contumaciam non minor p̄-
ſente reputetur in Auth.vt om.obe.iudi.§.ſi autem ille quidem.
coll.v.Præterea iudex iſte bene & iuſte proceſſit, ergo vlterius re-
uocari non debet,j̃.de reſtit.ſpol.audita.§.j.ſed reuocaretur ſi de-
clinatoria admitteretur . Quod autem dictum eſt de declinato-
ria & peremptoria,vt.ſ.is,qui contumaciter abſuit, tamdiu gau-
deat exceptione ſua,quandiu ea gaudere potuiſſet , ſi contumax
non fuiſſet , vlterius vero non.Et hoc rationibus ſupradictis.Et
quia non debet eſſe melioris conditionis contumax quam obe-
diens.s̃.de poſtu.præla.c.j.§.nos igitur.Nec quæretur vlterius , an
actor ſciuerit exceptionem reo competere, quia ſi peremptoria
erat,de hoc quærendum fuit ante ſententiam , ſi vero dilatoria
ante lit.conteſt.poſtea vero non,quia renunciaſſe videtur vt pa-
tet in eo quod legitur & no.j̃.de re iudic. inter monaſterium.Et
adde quod no. circa hanc materiam extra d.n.de ele. ſtatuimus.
§.ſed ſi pars.lib.vj.Si tamen procedatur contra aliquem tanquã
contra contumacem , & poſtea appareat ipſum contumacem
non fuiſſe,debet proceſſus contra eum habitus retractari ex illa
clauſula generali,ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur.ff.ex qui.cau.
maio.l.j.§ fi.& de hoc legitur & no.j̃.de re iud.cum Bertoldus.§.
poſtmodum.Vltimo notandum eſt , quod quotienſcunque ali-
quid euidenter illicitum vel iniuſtum in citatorio ponitur, niſi
citans cauſam & executionem illius illiciti vel iniuſti adiicien-
do exprimat,prima facie citatus ire non cogitur , vnde & ſi nõ
comparuerit,excuſatur,ſecundum d.n.cuius eſt mens quaſi to-
tius huius gl.& ꝙ talis cauſa exprimenda ſit,no.s̃.eo.ti.c.j. §.j.ſu
per verbo,& peremptorium,& §.quia vero.ſuper verbo, neceſſi
tatem.[Indulgendæ.]Non negatur,quin libellus ſit offerendus,
quantumcunque inſtructus ſit.Vnde & expone quod ſequitur.
[Sed.]ſubaudi in libello in iudicio oblato,& lite legitime conte
ſtata,ac pręſtito iuramento. [Procedendum &c.] alioquin niſi
ſic ſubaudires,contradiceret euidenter s̃.ti.j.c.pe.§.fin. & s̃.de lit.
conteſt.c.vnico.s̃.de libel.obl.c.j. Quid ſi reſcriptum , in quo ni-
hil petitur,ex eo tamen ſatis elici poteſt,quis,a quo quid,& qua-
re petitur,loco libelli tradatur? Reſpon.Non ſufficit, quãtum ad
diffinitiuam ſententiam proferendam,quæ non niſi lite conte-
25 ſtata proferri poteſt,& † ſine petitione expreſſa lis non conteſte-
tur,vt ſupra de electio.dudum.ij.§.tandem . & s̃. de lit. conteſta-
tione.c.vnico.Sed & quantumcunque tenor libelli in citatorio
26 inſertus fuerit,iterum †tamen eſt in iudicio offerendus,vt nota-
tur.s̃.eodem.§.j.licet quandoque inducię deliberatorię denegen
tur,vt hic dicit,& argu.j̃.c.j. & in eo quod no.s̃.eo.§. ſuper ver-
bo,inſtrui.

*SVMMARIVM.*

1 *Libellus nomine eccleſiæ formari debet.*
2 *Sententia fertur contra eccleſiã in perſonam procuratoris eſt concipienda.*
3 *Ceſſans in ſolutione debiti cenſus canonis vel tributi an cadat a iure ſuo.*
4 *Quæ cauſa dubitationis contractibus inſeruntur, ius commune non ledunt.*
5 *Quantitati poſitæ in libello addi,& detrahi poteſt,& idem manet libellus.*

## CAP. III.

1 Literæ ſuæ. Eccleſiæ ſuæ nomine]† Libellus
ergo nomine eccleſię formari de
2 bet,vt hic,& j̃.de fide inſtru.inter dilectos.† Senten-
tia tamen,quæ fertur contra eccleſiam in perſonã
procuratoris,vel yconomi,eſt concipienda, vt j̃. de reli. do.dile-
ctus.s̃.de elec.querelam.ſecundum Gof.quod dic,vt ibi no.[Ob
tulit.]Nota,ꝙ libellus eſt offerendus.quod dic, vt no.s̃. de li.obl.
c.penſio. [De poſſeſſionibus.]i. quæ eccleſiæ ſuæ debebantur rõ-
ne quarundam poſſeſſionum,quas nobiles detinebant.[Tribus
annis]quare petebat poſſeſſiones tanquam commiſſas ſibi adiu
dicari.ad hoc j̃.de cauſa poſ.c.fi.Vnde & ſecundum d.n.in libel-
lo dicebatur,ꝙ iſti nobiles viri ceciderant a iure emphyteutica-
rio.Secus eſſet ſi ageretur ad ſolutionem penſionis ſubtractæ, vt
no.j̃.§.j.ſuper verbo,denegaſti.& probatur ff.de exceptio.rei iud.
cum quæritur.& l.ſequē.Vel dic, ꝙ nec tunc eſſet danda dilatio,
quia ſuper poſſeſſionibus cõueniebantur , & ſuper toto negotio
inducias habuerunt.& ideo ſuper eo debuerunt deliberare,ſecũ-
dum d.n.[Et vltra.]Hæc adiectio ad modicum tempus refertur,
niſi aliud exprimatur,ff.de ver.ſig.hęc adiectio.¶[Nobilibus.] ij.
pars.[Significari ] quaſi dubia eſſet , argumen. infra de deſpon.
impub.c.fi.ſed hoc non erat verum in materia iſta, quia & bien
nium ſufficeret,vt j̃.notatur.[Et ipſo archipresbytero. ]verſ.[Ex
primente.]quia ſic placuit,nec enim ad hoc iuſſus fuit , nec co-
gendus erat.ſi.j̃.de reſtitu.ſpolia.c.j.[Idem.]verſi.ſcilicet nobiles.
[ Dicentes.] non tamen euangelium exprimentes, quia nedum
tres anni , qui expreſſi erant, immo & duo ſufficerent quantum
ad poſſeſſionum commiſſionem , x.q.iij.§. hoc ius.ver. qui rem
hmõdi.& leg.& no.j̃. de locato. c. pen. Licet in re priuata trien-
nium requiratur,C.de iure emph.l.ij. Sed & in colono ſufficit,ꝙ
3 † per bienium [a] ceſſet ſoluere penſionem,cum ad longum tem-
a pus locatio facta fuerit,ff.locati.quæro.§.inter locatorem. Simili
ter & in re fiſci cadit a iure ſuo eoipſo, ꝙ penſionem non ſoluit,
ff.de pub. vectigali.§. nondum.Licet a curatore fiſci ſine auctori
tate principali agri locati perpetuo nequeant reuocari,ff.de publi
canis.cotem ferro.§.agri . Alij vero dicunt, ꝙ in fiſco idem quod
& in eccleſia obſeruatur.ſecundum d.n.[Quas.]ſ.dilationes.[De
negaſti.]& bene,quia p̱ id quod expreſſum erat in libello de triē
nio ſine alia adiectione poterat dari ſentētia,& nobiles plene in
ſtrui,cum poſſeſſiones peterentur tanquam commiſſæ , vt patet
in his quæ no.s̃.& ſic fuit dilatio deneganda,vt s̃.c.prox.Secus ſi
peteretur penſio ſubtractata,tunc enim in iſto caſu fuiſſet dan-
da dilatio,ar.j̃.de plus pet.c.vnico.& s̃.de libel.obla.c.pen.& fi.&
no.j̃.§.fi.Vel dic,vt s̃.e.c.rñ.j.ſuper verbo tribus annis.Debet er-
go conſiderare iudex,quando aliquid declaratur in libello, vtrũ
gloſſa ſit multum remota a textu, & tunc dabit dilationem , vel
non multum ſit remota,& tunc denegabit,ar.hic & s̃.c.prox. &
ff.de hære.inſti hæredes.[Appellarunt.]ſubaudi, & male. ¶[Nos
igitur.]iij.pars.[Friuolam.]& merito,nam adiectio illa, ſuperior
& vltra.ſuperflua fuit,vt s̃.no.& ſic non fuit vis facienda,quia ſu-
4 perflua non vitiant,& quæ † cauſa dubitationis contractibus in-
ſeruntur,ius commnne non lædunt, ff.mand. qui mutuam.Et
5 †addi & detrahi poteſt quantitati poſitæ in libello. & nihilomi-
nus idem manet libellus,Inſtit. de acti.§. ſi minus.ff.de noxa.in
delictis.§.fi.licet vbi quantitas petitur ratione adiectionis,ſit dan
da dilatio,vt no.s̃.§.proxi.ver.dicentes.ad hoc ff.de excep. rei iu.
cum quæritur.& l.ſe.[Procedas.]& ita quãdo appellatio fruſtra
toria eſt,debet cauſa ad eum,a quo appllatum eſt, remitti,& ap-
pellans condemnandus eſt in expenſis,vt hic,& j̃.de ap. cum in
eccleſia.& c. vt debitus.

ADDITIO.

a ¶Per biennium.Adde vtrum ceſſans in ſolutione debiti cenſus cano-
nis,vel tributi,ſeu debitæ penſionis cadat a iure,ſeu priuari debeat iu-
re ſuo,d.Hen.Bo.in c.conſtitutus.j̃.de reli.do.

*SVMMARIVM.*

1 *Principis intereſt habere locupletes ſub ſe.*
2 *Exceptio quæ reo competit,competit & fideiuſſori.*
3 *Procurator ad omnia,quæ ad cauſam ſpectant conſtitutus videtur.*
4 *Incongruum eſt , vt qui vix poteſt vnum perficere ad duo idoneus videatur.*
5 *Tempus belli, & tempus pacis contraria ſunt.*
6 *Secundum mandatum,quando derogat primo .*
7 *Periculum in quo maius imminet,magis eſt prouidendum.*
8 *Minori per negotium maius derogatur.*
9 *Maiori domino obediendum eſt.*
10 *Contra quærentes diffugia.*
11 *Illud poſſumus, ꝙ commode poſſumus.*

12 Deiisi



12 *Dies feriata videtur poſſe pro termino aſſignari.*
13 *Citatio eſt de proceſſu.*

## CAP. IIII.

Expoſuit. De eodem.s̃.de maio. & obe. c.fi.j̃.
de dolo & cont.c.fi.[In eo.]ſcilicet
Burdegalenſi.[ Ex prouincia ſua.] licet alia ſint iura
epãlia quam primatis, tamen archiepiſcopus poteſt
defendere prouinciam contra alium petentem in prouincia ſua
iura primaciæ,vt hic patet.Et eſt ratio ſecundum quoſdam,quia
ceſſante primate omnia iura principis in archiepiſcopũ cadunt,
ſed hoc conſtat fore falſum, nam vbi primas eſt,ſi appelletur ab
archiepõ,appellari debet ad primatem,& tñ ceſſante primate ap
pellabitur papa,& non archieps̃ a ſeipſo . Sed nec procurationes
primatis recipit archiepiſcopus, ſed archiepiſcopales tantum.Iõ
dic,ꝙ hæc eſt ratio,quia ipſius archiepiſcopi intereſt, ne ſua pro-
1 uincia a pluribus aggrauetur,ſecundum d.n. Intereſt† enim pri-
cipis habere ſub ſe locupletes, in Auth. vt iud.ſine quoquo ſuffra.
x.collatio. colla. ix. Sed hęc eſt ratio nimis remota & generalis.
Vnde dic, ꝙ hæc eſt ratio,quare archiepiſcopus auditur pro tota
prouincia , vt iugum ſubiectionis a ſe eripiat , nec ſuper ſe exce-
pto papa ſuperiorem ſentiat, quem neceſſe habeat reuereri,vel q̃
ipſum vexare poſſit vel grauare.Ft ne quis alius excepto papa,ſed
ipſe ſolus videatur eidem prouinciæ præeminere,arg.in eo quod
legitur & no.s̃.de vſu pal. ex tuarum,ad fi. Sed & quanuis videa-
tur archiepiſcopus pro tota prouincia hic admitti, & j̃. de dolo.
& contu. c.j. nihilominus tamen requirit aſſenſus prælatorum,
& capitulorum cathedraliũ ad factam prouiſionem ſuper hoc
audiendam, vt patet in eo quod leg.& no.s̃.de maio.& obe.c. fi.
[Quod].ſ.initium. [Peremptoriũ.] ſic enim iudex ex cauſa pp
diſtãtiam viarum prima vice poteſt terminum peremptorium
aſſignare,vt hic.& s̃. de reſti.in integ.tum ex literis. §.fi. alias con
tra.s̃.e.c.j.quod dic,vt ibi no.[Per ſe aut per procuratorem.] quã
uis ergo quæ ad perſonam propriam impedimentum habuit,
eo,quod ad maius negotiũ vocatus fuerit,& ſic ius habuit reuo-
candi domum,ff.de re iudi.contra pupillum.§.his,qui.s̃. de for.
competen.c.fi.ff.de iudi.l.ij.& arg.xviij.di.ſi eps̃.Metropolitanus.
tamen procuratorem conſtituere potuit. Vnde quantum ad p̱-
curatorem conſtituendum nulla exceptio competebat, argu.ff.
de do.& contu.cum dilectus.ff.de arbi.Celſus.Nam ſi quis alter-
natiue obligatus ſit,& pars vna impoſſibile recidat, tenetur præci
ſe ad alteram partem ff.de contrahen.empt. ſi in emptione.§. ſi
emptio.ff.de condictio. indebiti. cum is.ff. de ſolutio. Stichum.
ff. de legatis.j. cum res.§. ſed ſi Stichum. ff. de legatis.iii. ſtatuli-
beri. §. Stichum . ff. de eo quod certo loco.l.ij. §. qui Stichum
Nec obſtat cauſę arduitas propter formam citationis , vt no-
tatur ſupra . de procuratoribus . querelam . Quare ergo excu-
ſatur Burdegalēſis? Rñ. eo ꝙ propter vocationē maioris negotij
fuit adeo occupatus,ꝙ non potuit intendere conſtitutioni procu
ratoris idonei,qui talis debet eſſe,ꝙ cauſam omnino nõ neſciat,
s̃.de iuramento cal.in pertractandis.vel non potuit deliberare cũ
ſuffraganeis aliis,quos res tangit,s̃.de ma.& obe.c.fi.& innuit j̃.e.
§.petendæ. ver.nondum. vel de gratia fuit ſibi data dilatio,ſecũ-
dum Gof.Tu dic,ꝙ a conſtitutione procuratoris excuſatus non
fuit,immo ipm̃ conſtituit,vt j̃.ſequitur. Quare autem dilationē
obtinuit? Dic,vt no.j̃.e. §.fi. idoneum, & ſufficientem,s̃.de pro-
cur. conſtitutis.& c.accendens. ¶[Cumq; poſtmodum] ij. pars.
[Perſonaliter] in hoc caſu non ſufficit procuratorem mittere,j̃.
de do.& cõtu.cum dilecti.s̃.de ma.& obe.c.fi.& no.plene de hoc
extra,d.n.de iudi.iuris. lib.vj. nec eſt locus commiſioni,s̃.de offi.
deleg. quoniam apoſtolica, quia perſonalia non extenduntur,s̃.
de vſu pa.c.ij.[Vocatus] hæc cauſa fuit probabilis, & neceſſaria,
ideo ei competit ius reuocandi domum.quod dic,vt leg.& no.s̃.
de foro compe.c.fi.§.fi.[Subſidio] tempore diſcordiæ ortæ inter
dominum Gregorium,cuius eſt hæc decre.& quõdam imperato
rem M.Federicum.[Bituricen.]qui dicebat Burdegalenſem im-
mediate, & eius ſuffraganeos medietate ſibi ſubeſſe iure prima-
ciæ,ix.q.iij.conquæſtus.lxx.di.c.j.& ij. quanuis enim primates, &
patriarchæ in nomine differant,idem tñ ſunt in dignitate. quod
dic,vt legitur,& no.s̃.de offi.ordi.duo ſimul.[ Poſtulauit] & ma-
le,d.n.vt patet ex ſequentib. [Idem vero.] ver.[Saluis exceptioni-
bus[ & ita proteſtatio valet . quod dic,vt no.s̃.de conſtit.cum M.
Ferra.Hæc autem proteſtatio ad cautelã facta fuit,nam & ſi hoc
non fuit dictum , nihilominus poſſet procurator opponere ex-
ceptionem domino competentem,immo & ad hoc tenetur,nã
2 & †exceptio,quæ reo competit & fideiuſſori, ff.man.qui mutuã.
§.generaliter.Et ſi ſcienter illam omittat,imputatur ei,ff.de exce.
3 exceptionis.ff.de fideiuſſ.ex perſona.ſed & † procurator ad omnia,
quæ ad cauſam ſpectant conſtitutus videtur, arg. s̃.de offi.deleg.
præterea.& c.cum olim.j.ff.de procu. ad legatum.& l.ad rem mo
bilem.ſecundum R.Vnde & ei ſi non appellauerit,imputatur.s̃.
de procu.non iniuſte.§.potuit.[ Et de defendẽdo] & ſi hoc non
fuiſſet appoſitum, procuratorium inſufficiens videretur , s̃. de p̱-
cur.accedens. [Omnia faceret] declinando iudicium & reuocã
do domũ,& ſic exceptiones ſaluæ erant,quæ in rñdẽdo,& defen
dẽdo principali dño competebantur.Sed nunquid tale procura-
torium ſufficiens eſt? Reſpon.non, quo ad cauſam principalem,
vt j̃.de app.ſignificauit.ſecundum Gof.Non probat hoc.Quid ſi
dicat, inſtituo talem procura . &c. ratum habiturus . & firmum
quicquid in cauſa legitimæ duxerit faciendum ? Reſpon . Non
eſt plenum,hec ſufficiẽs mandatum,nam & ſi illegitime, immo
& ſi doloſe aliquid fecerit procurator domino nocere debet , ff.
de doli excep.ſi procurator.& procurator tenetur ei actione mã
dati , quod ſi ſoluendo non ſit,datur ei de dolo actio contra ad-
uerſarium in ſubſidium , ff. de dolo. eleganter.§. ſi dolo.ff.de eo
per quem fac.eſt.l.fi.ſecundum Gof.quod dic,vt no.s̃.vt lite non
conteſt.c.j.§.fi.Quicquid tamen Goff.no.mandatum iſtud Bur-
degalenſis ſufficiens videtur fuiſſe.¶ Petente ergo.]iij.pars. [Su-
pradicto]Bituricenſi.[Reſponderet]ſuper principali.[Ille.]ſ.pro
curator.[Non teneri.]Sed ex quo erat in curia, uidetur,ꝙ cogen
dus fuiſſet reſpondere , & ſi forſitan non veniendo excuſationē
haberet,ar.ff.de fer.l.ij.§.ſed & ſi prætor contra.So. ibi conſentie
bat litigare,hic autem contradicebat.Sed ex quo dimiſit procu-
ratorem ad illa negotia,videtur ei imputãdum,quare ei & iſtud
negotium non commiſit,arg.j̃.de dolo, & contuma. cum dile-
cti.§.j.ver.ſed contra hoc faciebat.So.non poteſt hoc ei imputa
ri,cum ei competeret ius reuocandi domum, vt patet in ſequē.
gl.Item quia ardua erat cauſa, & ideo cogi non poterat,vt com-
mitteret eam procuratori.s̃. de procur.querelam . Sed & ſi non
haberet ius reuocandi domum.& ad hanc cauſam procurato-
rem conſtituiſſet , tamen deberet habere inducias procurator
ad dominum conſulendum,s̃.de procurat. dilectus . ſecundum
d.n.cuius eſt hæc tota gl. quod dic,vt ibi no.& s̃. vt lit. non con-
teſt.quoniam.§.penul.Præterea,quia totam prouinciam tange-
bat.ſecundum d.n.non poterat plene deliberare,an contenderet
vel cederet,niſi conſilio habito cum prælatis , arg.ff. de eden.l.j.
& j̃.eo.ver.nondum etiam.nõ tamen dicit d.n. ꝙ neceſſe ſit eos
vocare,ff.de lib.cauſa.ſi pariter.ſecundum d.n. & adde quod,no.
s̃.e.c.rñ.j.ſuper verbo,& prouincia ſua.& ſuper verbo, per ſe, aut
per procuratorem.[Pro publica.]ſ. vtilitate.ideo competebat ei
ius reuocandi domum,in Auth.de ſan.epiſ.§.ſi vero epi.colla.ix.
Idem eſſet ſi vocatus eſſet ad conci. v.qõ.ij. vocatio. idem eſſet,ſi
cauſa ſit probabilis & neceſſaria , puta cauſa teſtimonij ferendi,
vel iudicãdi vocatus eſt,vel a domino vel cõmuni miſſus eſt,vel
ex quacũque alia cauſa a iudice vocatus ſit. vel cauſa appellatio-
nis exercẽdæ,ſeu rationis reddendæ venit,vt ff.de iudi.l.ii.§ lega-
tis.& leg.& no.s̃.de foro cõp.c.fi.& adde,qđ no.in ſeq.gl.[Burde-
galen.vocatus]Non eſt hęc cauſa vera & ſufficiens, quare archi-
epiſcopus Burdegalen.non teneatur proſequi cauſam ceptam in
termino aſſignato,nam & ille,qui ex neceſſaria cauſa & probabi
li abeſt , vbicunque in foro competenti mouetur ſibi lis,tenetur
per alium reſpondere.C.de reſti.mili.ignorare. ff.eum, qui app.l.
j.& ij.multofortius ſibi tenetur ſaltem per alium proſequi ceptã
litem.Nam & deterior dolus eius agnoſcitur qui interruptã litē
iterum deſerit,quã q̃ ſemel ceptam dereliquit. in Aut.de litig. §.
ſi vero inter prędictum anni ſpacium, in fi.coll.viij.Sed hæc fuit
vera cauſa & ſufficiens, quare tunc non fuit coactus reſpondere,
quia negocium ſubſidij adeo graue fuit , quod deliberare non
potuit ſuper cauſa iam cœpta , vt infra. verſicu . primo . Licet
autem dixerimus , quod abſens ex cauſa neceſſaria nihilo-
minus teneatur ſe defendere in foro competenti . ſcilicet or-
dinario , curia Romana commune forum cenſeatur, quan-
tum ad hoc , quod nullus valeat ipſum declinare , tamen is,
qui cauſa legationis venit , vel cui competit ius reuocandi do-
mum ibidem de nouo non cogitur reſpondere , ſecundum
domi.n. cuius eſt mens totius huius gloſſæ . & hoc vltimum
comprobatur in eo , quod notatur in præcedenti gloſ. & ad-
de , quod notatur , infra eodem.§.j. verſicu . temporis quoque.
[Pro abſente]quantum ad hoc , de quo hic queritur. [Et reuo-
candi domum . ] ſic patet , quod ipſe non tenetur reſpondere
ſi præſens eſſet,ergo nec procurator. [Nondum etiam . ]verſicu.
[ Deliberauerat. ] ſcilicet Burdegalenſis . [Et aliis. ] ſcilicet ca-
pitulis cathedralibus . ſupra de maiorita.& obed.cap. fina.& ar-
gumento iij.quæſt. iij. de iudicijs . [ Ad vtrunque negotium]
ſcilicet belli , & iudicij . ad hoc in prooemio Inſtitu. in princip.
Neque enim facile credendum eſt duabus rebus neceſſariis,
& maxime diuerſis vnum ſufficere , C. de aſſeſſori . nemo . &
4 ſatis videtur † incongruum , vt qui vix poteſt vnum perfice-
re ad duo idoneus videatur , xvj. queſt.j. presbyteros . infra.de
clericis coniuga . diuerſis . [ Sicut expediret . ] Vnde perinde
eſt ac ſi nullo modo valuerit , argumen. s̃. de tranſlat.epiſcop.
7 *Quæſtio natalis & hæreditatis per iudicem ſecularem terminantur.*

CAP. III.

1 QVam. [Forum eccleſiaſticum.]& † ita cauſa na
talium ad eccleſiam pertinet, vt hic. & ĵ.
q fil.ſunt le.cauſam.& c.lator.Et reddit hic d.n.mul
2 tas rationes.Prima eſt,quia hæc†quæſtio vr̃ præiudi-
cialis,& ideo præmitus eſt tractanda quam quæſtio hæreditatis,
ar.Inſti.de acti.§.præiudiciales. Secunda eſt, quia cum ſcriptum
ſit,quod Deus coniunxit,homo non ſeparet.& per conſequens
pronunciare non fuiſſe matrimonium inter coniunctos nõ ſit
hominis,ſed ſolius Dei vicarij.ipſe ſolus vicarius,& cui hoc cõ-
mittit,& nõ alius talem quæſtionem examinare, & diffinire po
teſt,ar.ŝ.de tranſla.epi.inter corporalia. Tertia eſt, quia generale
eſt,ꝙ laycus iudex de nullo ſpirituali,ſiue principaliter propona
tur in modum conuentionis,& reconuentionis,ſiue incidenter
cognoſcere poteſt,vt hic patet & ŝ.de iudi.decernimus.& c.quan
to.& no.ĵ.eo.§.fi. ſuper verbo,apoſtolico iudicio.certus autẽ ter-
minus præfigetur a Papa,vel alio ſuperiore,infra quem iudex ec
cleſiaſticus natalium quæſtionem decidat.quæſtionem autẽ hæ
reditatis regi,ſiue alij iudici ſæculari dimittat, nec de ipſa aliqua
tenus ſe intromittat,ĵ.qui fil.ſunt leg.cauſam quæ.j.& ii.& ca.la-
3 tor.Et forte ſic poteſt formari libellus. †Cum pater meus nõ fue
rit maritus talis dominæ,de qua genuit talem filiam,peto,ꝙ ad-
iudicetis eã non fuiſſe legitimam natam eius, ar.in eiſdem legi-
bus.& C.ne de ſta.defun.l.pe.Et de hoc cognoſcit eccleſia, nõ ſo
lum in vita parentum,ſed etiam poſt mortem,vt patet in eo, qđ
legi. & not.ĵ.qui fil.ſunt leg.c.j.ij.& iij.& c.peruenit.& c.per tuas.
Eſt & ratio,quare in hoc caſu quæſtio hæreditatis differtur, quia
cauſa

cauſa matrimonialis non poteſt eſſe, niſi coram iudice eccleſiaſtico, & forſan iudex ſæcularis non patitur, ꝙ quæſtio hæreditatis coram alio, quam coram ſe examinetur. neceſſe eſt igitur ꝙ hæc hæreditatis quæſtio differatur, alioquin cum iſtæ duæ quæſtiones adinuicem ſe contingant, ſi ſimul & eodē tempore ageretur coram diuerſis iudicibus, & partes grauarentur, vt patet in eo quod le. & no. s̃. de reſcri. quia nonnulli. Et hæc exinde abſurditas ſequi poſſet, ꝙ diuerſi iudices circa eandem perſonam & hæreditatem diuerſas, ſeu contrarias darent ſentētias. eccleſiaſticus. ſ. ipſam illegitimam pronunciando, & ſæcularis eidem tanquam legitime hæreditatem adiudicando. & ſic pro varietate iudicum cauſarum fines contingeret impediri, quod vitādum eſt, vt patet in eo, quod leg. & no. s̃. de offi. dele. c. ij. ad fi. Si ergo corā eodem iudice idoneo, puta coram papa vtraque quæſtio proponeretur, poſſet forte coram eodem agi vtraque cauſa ſimul. nec proprie dicenda eſt cauſa natiuitatis præiudicialis ſecundum d. n. cuius eſt mens totius gl. huius. ſic patet, ꝙ cauſa natiuitatis eſt eccleſiaſtici fori tantum. etiam ſi incidat, vt hic. ſuper quo vide, quod no. ĩ. eo. c. §. fi. ſuper verbo, apoſtolico iudicio. Sunt & aliæ multæ cauſæ, vt no. s̃. de for. compe. cum ſit. & c. licet. & c. ex tenore. [Delatam.] eo ipſo, ꝙ coram te propoſita fuit. vt patet in eo, quod no. ĩ. §. fi. ¶ [Quia vero.] ij. pars. [Ex illa.] ſcilicet cauſa nata-
4 lium, † nā ſi filia legitima eſt, & heres. alias contra. ĩ. q. fil. ſunt legi-
5 ti. quod nobis. [Intricare.] ſic † iudiciorum intricatio, & circuitus eſt vitandus. ff. de cond. ind. dominus. ff. qui po. in pi. ha. Claudius. [Iudicij ordinem] qui ſemper ſeruandus eſt s̃. de dilat. cap. j. [Perturbare.] Ex hoc loco ſatis patet, ꝙ ſi quæſtio præiudicialis ĩcidat in cauſa aliqua, ipſa præiudicialis primo eſt terminā da, qa ipſa probata principalis quæſtio eſt perempta, vt hic innuitur, ſiue ciuilis in ciuili incidat, vt quando petenti hæreditatem obijcitur, ꝙ non eſt legitime natus, vt hic, & ĩ. qui fil. ſunt legi. lator. Vel quia ſeruus eſt. C. de ordi. cog. l. ij. ſiue ciuilis incidat in criminali, vt ſi ei, qui gerit ſe ꝓ libero de aliquo crimine accuſato, moueatur quæſtio ſtatus, vt iij. q. xj. §. aliquando, & no. s̃. eod. c. j. D. tñ n.
6 ſcripſit, ꝙ quæſtio † natiuitatis præiudicialis nō eſt, vt patet in eo quod no. s̃. eodem ca. reſponſo. j. Si vero duæ quæſtiones ciuiles moueantur, quarum neutra ſit præiudicialis ſimul tractari poſſunt, quod dic, vt leg. & no. s̃. c. proxi. §. nos autem. quandoque ēt obijcitur exceptio, quæ ſimul cum principali tractari nō poteſt, s̃. de iudi. exhibita. s̃. de offic. deleg. prudentiam. §. ſexta. ¶ [Sed forte.] iij. pars. [Requiſitus.] vt ſ. ſuper cauſa ſucceſſionis ipſam audias, & procedas cum coram te, ꝙ non ſit legitima ei obiectum fuerit, & per conſequens ad nos cauſa natalium delata ſit, s̃. eod. reſpon. j. [Donec &c.] Sed quid ſi petēti hæreditatem nihil obijciatur de legitimatione, ſed dicatur, ꝙ non eſt audiendus pro eo,
7 ꝙ non eſt filius eius cuius hæreditatem petit? Hæc † quæſtio per ſæcularem iudicem poterit terminari, C. de ordi. iudic. l. ij. ſecundum Goffre. ff. de lib. ag. ſi quis ali. a liberis. [Apoſtolico iudicio.] & ita patet, ꝙ iudex ſæcularis de cauſa ſpirituali, ſiue eccleſiaſtica cognoſcere non poteſt. etiam ſi coram ipſo incidat, vt hic. & ĩ. q. fil. ſunt le. cauſam. & c. lator, & ar. s̃. de iud. at ſi clerici. vbi de hoc. & hoc eſt verum non ſolum ſecundū cano. ſed etiā ſecundum leges, vt no. s̃. de arbi. contingit. & eſt ratio, vt no. ĩ. qui fil. ſunt le. per venerabilem. §. rationibus. verſicu. Paulus etiam. ſuper verbo, plenitudinem poteſtatis. verſi. iij. Et adde, quod no. s̃. eo. c. reſpon. j. Quid ergo ſi obijcitur alicui ĩ foro ſæculari excommunicatio. Vel ꝙ non poteſt agere prælatus nomine eccleſiæ, quia ſymoniacæ ꝓmotus fuit, vel alias minus canonice electus vel inſtitutus, vel etiam periuriū? In omnibus his videtur, ꝙ hæc quæſtio ſit ad eccleſiaſticum iudicem remittenda, quia omnia prędicta eccleſiaſtici fori ſunt ſicut patet. ĩ. de ſymo. & s̃. de ele. per totum. & de periurio, de quo minus videtur, eſt expreſſum, s̃. de elec. venerabilem. §. eos igitur. ver. idem eſt contra proprium iuramentū. Nec obſtant iura contraria. C. de iudi. quotiens. C. de ord iud. adire. ff. de iuriſd. om. iudi. ſi idem. ff. de iudi. qui non cogitur, quia ſecundum quod s̃. no. etiam ſecundum l. illa iura in ciuilibus ſolummodo locum habent, nec ad eccleſiaſtica ſe extendunt.

*SVMMARIVM.*

1 *Conuentus ſuper ſpoliatione non auditur aduerſus petentem reſtitutionem.*
2 *Plus eſt agere, quam excipere.*
3 *Ex ſpoliatione plures oriuntur obligationes.*
4 *Exceptio compenſationis omiſſa ante ſententiam, an obijci poſſit poſt.*
5 *Ex ſuperuenienti cauſa ſemper agi poteſt.*
6 *Qui petit aliquam rem ſibi reſtitui reconueniri non poteſt.*
7 *Qui propoſuit primitus audiatur.*
8 *Spoliato petenti reſtitutionem, non poteſt obijci recompenſatio.*
9 *Caſus in quibus ceſſat reconuentio.*
10 *Exceptio ſicut elidit intentionem ſic & replicatio exceptionem.*

CAP. IIII.

1 SVper ſpoliatione. Sic conſtrue. † [Conuentus ſuper ſpoliatione non eſt audiendus aduerſus petentem reſtitutionem, ſi eum recōueniat, niſi ſuper quæſtione ſpoliationis.] Et dicas ſpoliatione. ſ. interdictio vn. vi. ſecundum d. n. [Reſtitutionem.] per interdictum vnde vi. ſecundum d. n. [Spoliationis] alterius rei ita, ꝙ quilibet agat poſſeſſorio. [Si eū]. ſ. petentem. [Reconueniat]. ſ. conuentus. hoc eſt ſi Petrus agat cōtra Ioannem interdicto vnde vi. Ioannes non poteſt conuenire, vel reconuenire Petrum rei vendicatione, vel mandati, vel conſimili alia actione, ſed ſi vult eum reconuenire interdicto vnde vi. ſuper alia re, bene poteſt. hoc verum eſt, quando iudex, qui cognoſcit, non eſt iudex ordinarius Petri actoris, ſed delegatus, qui non poteſt cognoſcere de re ſibi non commiſſa, niſi ſciēter prorogaretur iuriſdictio de re ad rem, & ideo non teneret ſententia tanquam a non ſuo iudice lata. s̃. de iu. at ſi clerici. reſponſo. j. niſi dicatur iuriſditionem tacite poſſe prorogari. idem etiam ſi ſit ordinarius vtriuſque, vbi tamen Petrus de ſpoliatione excipit contra Ioannem volentem eum reconuenire, s̃. eod. cum dilectus. §. penul. Sed dices etiam ab interdicto remouetur recōueniens, ſi ei obijciatur exceptio ſpoliationis, vt ĩ. eo. c. §. quamquam. Reſpon. vere remouetur. ſed & ipſe per exceptionem ſuæ ſpoliationis remouet reconuenientem ſe eadem ratione. Nec credat aliquis huiuſmodi exceptiones debilis eſſe virtutis cū repellat agentem & recōuenientem quouſque reſtituerit ſpoliatum excipiētem, ſed & vterq; poſtquam rem, de cuius ſpoliatione excipitur, reſtituerit ſpoliato agere pōt coram ordinario. Alioquin ſi dicas, ꝙ non ſit locus conuentioni coram ordinario, ex quo corā eo proponitur interdictum. hæc exinde ſequeretur abſurditas, ꝙ is, qui timet ſibi moueri quæſtionem ſemper præueniendo, contra volentem agere proponeret interdictum, vt eum a petitione ſua maxime pecuniaria perpetuo remoueret, & hac ratione cōſiderata non videtur abſonum ſi diceremus, ꝙ etiam coram delegato proponens interdictum poſſet reconueniri, & ꝙ teneret ſententia ab eo lata etiam ſuper quæſtione pecuniaria. niſi contra ipſum exciperetur de ſpoliatione. Alij dicūt & melius, ꝙ proponens interdictum coram delegato, ſiue etiam ordinario non poteſt cōueniri, vel reconueniri de re pecuniaria, nec eſt neceſſe, ꝙ exceptionem ſpoliationis obijciat, ſed ſufficit, ꝙ dicat non eſt audiendus in hac reconuentione, ſiue cōuentione. quia in hoc priuilegiatus ſum ego, qui primo propoſui interdictum contra te, vt hæc litera dicit. Contra abſurditatem vero prædictam pōt ſic prouideri, ꝙ proponenti interdictum terminus peremptorius præfigatur, infra quem niſi de ſpoliatione fidem fecerit, ex tunc in quæſtione alterius procedatur, ĩ. qui fil. ſunt legi. lator. extra d. n. de reſti. ſpol. frequens. §. ſolet. & ſequenti. li. vj. Sed nunquid agēti vti poſſideris, obſtat exceptio ſpoliationis? vtique. vel ſi maluerit ſpoliatus de vtroque ſimul agi poteſt. ſecūdum d. n. quod dic, vt no. ĩ. de cauſa poſ. paſtoralis. Quid ſi alanus conueniat B. interdicto vnde vi. ſuper fundo Semproniano. & per B. fertur abſolutionis diffinitiua ſententia. poſtea idem B. agit contra eundem alanum petens ab eo x. & ipſe alanus excipit de ſpoliatione fundi ſemproniani, ſub qua B. fuit abſolutus, nunquid eſt ala. de hoc excipiēs audiendus? Poteſt dici, ꝙ ſic. Nec obſtat ſententia ſupradicta, quia alius eſt modus agendi, ſuper quo fuit B. abſolutus, & alius modus excipiendi, de quo nunc quæritur, argu. ĩ. de teſti. veniens. ij. ſed contrarium verum eſt, quia ex quo agens interdicto ſuccumbit, & reus abſoluitur a ſpoliatione, de qua agitur, perpetuo debet obſtare actori agenti, vel excipienti de eadem ſpoliatione exceptio rei iudi. in quocunque iudicio, ſiue modo agēdi, quia eædem ſunt perſonę, & eadem res & eadem cauſa agendi, & excipiendi. ſ. ſpoliato. Nec obſtat ſi dicas excipiens nihil petit, quia hoc verum eſt directe, & libellum porrigēdo. in hoc tamē caſu ſi admitteretur exceptio indirecte & effectualiter eandem rem petere videretur, quia probata hac exceptione ſpoliationis non audiretur B. qui nūc agit niſi primo reſtitueret rem, de qua fuerat abſolutus, vt patet in eo, quod leg. & no. s̃. e. cum dilectus. §.
2 penult. ad fi. † Preterea plus eſt agere, quam excipere. & ideo, qui ſuccumbit in actione, debet bene dici ſuccubuiſſe, & in exceptione ex eadem cauſa deſcendente tanquam in minori ſecundum d. n. vel potius tanquam incluſa in actione & ei adherente, ff. de excep. rei iudi. egi tecum. & l. cum queritur. & l. ſe. & l. & an eadē. reſpon. j. & §. j. & ij. & l. ſi quis cum totum. & l. Iulianus. & ſequentibus, & patet in eo, quod le. & no. s̃. de reſcrip. ſi autem. ſecus eſt ſi prius ſuccubuiſſet aliquis in exceptione ſpoliationis, & qa tūc nihilominus poſſet agere interdicto, nam ſicut dictum eſt excipiēdo nihil petitur, & ideo abſolutio facta in exceptione nō parit exceptionem rei iudicatę, nec obſtat directo proponenti poſt modum interdictum. Item ſi ala. egit contra B. ad centum. & B. excipit de ſpoliatione, & pro ipſo lata fuit ſententia, quia fuit abſolutus ab obſeruatione iudicij, vt nō teneretur ſoluere centum niſi primo reſtitueretur. ſi idē B. petat poſtea rem, qua fuerat ſpoliatus. hoc poteſt facere, & idem eſt, ſi in exceptione ſuccumbat propter defectum probationis, quia modo aliud, & aliter petitur, quam primo. ſed ſi A. de nouo agat contra eundem B. ſup alia re, quam prima, de eadem ſpoliatione poteſt B. in hoc ſecundo iudicio excipere quamuis eandem exceptionem in primo iudicio propoſuit, & ſuccubuerit, quia ex quo in ſecundo iudicio de alia re agitur aliud eſt iudicium, ar. ff. de excep. rei iudi. ſi quis ad exhibendum, & l. ſi ex teſtamēto. & l. ſi cum argentum. reſpō. j.
3 † Ex prædictis patet, ꝙ ex ſpoliatione plures oriuntur obligationes ciuiles. Prima eſt, quia poſſeſſio reddenda eſt violentiam paſſo, etiam ſi proprietas non ſit ſua, ĩ. de reſt. ſpo. in literis. Secunda eſt, quia ſpoliatus poteſt ſpoliatorem, & agentē repellere in quocunque iudicio quouſque fuerit reſtitutus, s̃. eo. cum dilectus. §. penu. & ĩ. e. c. §. quamquam. huiuſmodi autem ciuiles obligationes, & aliæ conſimiles, quæ ex eadem cauſa oriūtur, & per quas eadem quæſtio in iudicio repetitur, tolluntur per ſententiam ēt ſuper poſſeſſorio latam, ff. de condi. inde. Iulianus. Inſti. de excep. §. itē ſi in iudicio. Sed naturales obligationes, ſicut eſt illa, vt ſpoliator ſatisfaciat, læſo per ſententiam huiuſmodi non tolluntur vt in eiſdem iuribus, ff. rem ra. ha. procurator. §. j. Si vero interdicto, ſiue petitorio actum ſit, & reus fuerit abſolutus, tunc etiam quantum ad effectum tollitur obligatio naturalis, vt in eiſdem ll. & idem eſt quandoque ſi ſuper exceptione feratur ſententia, verbi grā. tutori ex geſtione ſua certa competit exceptio cōpenſationis, ſi qua expendit, quæ etiam contraria tutelæ petere poteſt, ſi tamen conueniatur actione tutelæ, & idem hanc exceptionem obijciat, & hac compenſatione poſthabita vel reiecta feratur ſententia contra eum, poſtea de his rebus, quas compenſare voluit, non poterit proponere contrariam tutelæ, ff. de contraria tu. l. j. §. finito. ver. quid ergo ſi iudex. ad idem eſt. ff. de neg. geſt. ſi autem. §. fi. & s̃. de elec. cum dilectus. reſpon. j. & §. fi. ff. de compen. quod in diem. Quid ergo ſi quis petat ab alio centum ex cauſa venditionis, reus vero obijcit compenſationem de quinquaginta, quæ ſibi mutuauit. iudex tamen non obſtante hac exceptione condemnauit eum in centum petitis. nūquid in hoc caſu poſt prædictam ſententiam poterit eadem quinquaginta petere prædicta ſententia nō obſtante? Videtur, ꝙ ſic, quia ad aliud videtur modo agi, quam primo cum modo agatur directa actione ex mutuo, primo vero excipiendo propoſita fuit compenſatio, ar. ĩ. de teſti. veniens. ij, & s̃. eo. cum dilectus. §. pe. & fi. ſed contrarium tamen verum eſt, vt probatur. ff. de compen. ꝙ in diem. §. j. cum ſuis cōcor. Nec eſt verum, ꝙ aliud agatur modo, quam primo, immo vtrobique ad idem agitur, & eadem quantitas, & ex eadem cauſa, & quæſtio inter eaſdem perſonas, licet alio modo agendi repetatur, quod non licet, & ideo non auditur ff. de excep. rei iudi. Iulianus. & l. de eadem re. & l. ſi quis cum totum, & l.
4 duobus. † Sed nūquid exceptio compenſationis omiſſa ante ſententiam obijci poteſt poſt ſententiam? Videtur, ꝙ non, quia hæc exceptio eſt peremptoria, & peremptoriæ ſunt ante ſententiam proponendæ. C. de excep. exceptionem. poſt ſentētiam vero proponi non poſſunt. C. ſenten. re. non poſ. peremptorias. ſed contrarium verum eſt, nec obſtant leges prædictæ, quia loquuntur de exceptionibus peremptorijs, quarum ius per ſentētiam tollitur, exceptio vero compenſationis alterius eſt naturæ, hoc eſt p ſententiam non tollitur, vt d. l. ff. de compenſa. ꝙ in diem. §. j. idē eſt in exceptionibus criminum, quæ opponuntur contra electum, vt no. ĩ. de dolo & contu. cum olim. Idem in hypothecaria quo ad ius prelationis. i. vt ipſam proponens alijs creditoribus præferatur, ff. de excep. rei iudi. duobus. idem in exceptionibus rei iudicatæ, ĩ. de re iud. inter monaſteriū. in prædictis non tollitur actio per ſententiam, licet omittatur exceptio ante ſententiam, vt ex prædictis iuribus colligi poteſt, & arg. ad hoc. ff. de excep. rei iudi. l. penul. §. Latinus. ſecus eſt, ſi feratur ſententia contra excipientē de re iudicata, vel de iureiurando. tunc enim omne ius tollitur, & idem poteſt dici in omnibus peremptorijs, quæ habent alias actiones, vel exceptiones ex eodem facto procedentes, & vbi idē quæritur, ff. de iureiuran. ſi duo. §. idem Iulianus. & l. duobus. §. exceptio. & §. ſequen. Aliud autem eſt in exceptionibus declinatorijs fori, & dilatorijs ſolutionis, & alijs extraordinarijs, quæ contra agentes proponuntur, vt ab agendo repellantur. ius enim iſtarum per ſentētiam contra excipientem latam non tollitur, quin adhuc ex eiſdem cauſis directe agatur, s̃. e. cum dilectus. §. fi. ĩ. de teſti. veniens. ij. Et eſt diuerſitatis ratio, quia in his non ita plene probationes ſicut in primis peremptorijs requiruntur, ſed ſummarie proceditur, & ideo in his per ſententiam minus præiudicium generatur, ff. de re iud. a diuo Pio. §. ſi rerum. Sed ne in prædictis te errare contingat, notandum eſt, ꝙ vbi in libello pono originem. i. cauſam petitionis, ſed indiſtincte generaliter decem, quæ mihi debes peto mihi adiudicari, nec in proſecutione aliquam cauſam exprimo, in hoc caſu ſi reus abſoluatur obſtabit mihi exceptio in omnibus, vbi eadem eſt quæſtio, quia non inuenio rationem, quare magis de vna cauſa, quam de alia egiſſe videar, quinimmo in totum ius meum videor in iudiciū deduxiſſe. C. de anna. exce. l. fin. Si vero aliquam certam cauſam in libello expreſſi, vel licet nō expreſſerim, tamē poſtea in proceſſu ipſam ſpecificaui, vel proſecutus fui, & poſtea idem ex alia cā petam, non obſtabit mihi exceptio cum effectu. ff. de inſti. act. habebat. ff. de exce. rei iudi. ſi mater. reſpon. j. & §. eandem. & l. cum
5 quæritur. & duabus. ll. ſequentibus. & l. ſi ex teſtamento. † Ex ſuperuenienti tamen cauſa ſemper agi poteſt niſi illa ſingatur a principio eſſe, ff. de excep. rei iud. ſi a re. & l. ſi mater. §. eandem. & l. ſi rem meam. & l. ſequen. Et hæc locum habent non ſolum in perſonali, ſed & in reali actione, licet in aliquibus ſit diuerſitas quo ad ſubtilitates. ſecundum d. n. cuius eſt mens totius huius glo. q̃ non per omnia approbamus. De hac tamen materia no. s̃. de libel. obla. c. ij. & iij. & ĩ. de re iudi. inter monaſterium. extra d. n. de lit. conteſt. exceptionis. ¶ [Cum reſtitutionis.] ij. pars. [Vt ipſam] ſcilicet petitioni reſtitutionis. [Reſpondere] ſuper alijs, niſi ſuper quæſtione &c. quod eſt. ſ. ſubaudi. ſed ſi quæſtio ſpoliationis mouetur in modum reconuentionis non repellit primo agentem. quamquam &c. vt in ſequenti §. ¶ [Quamquam.] iij. pars ſi quis agat contra aliquos. [Repellatur ab agendo] etiam interdicto. in hoc enim caſu hæc loquitur decre. ſcilicet quando lis eſt conteſtata ſuper interdicto vnde vi. ſi autem ante litis conteſtationem ſuper interdicto lis eſſet conteſtata ſuper ꝓprietate, vel alia actione, bene procedet vtrumque ſimul, s̃. e. cum dilectus. agēs enim interdicto vnde vi, nec ante litem conteſtatam, nec poſt, nec exceptione criminis, nec exceptione proprietatis repelletur agendo, ĩ. de reſti. ſpol. in literis. & extra d. n. eo. tit. frequens. ff. de iudi. ſi de vi. ſecundum d. n. Tu dic, vt in ſequenti glo. [Spoliatione propoſita ab eis] ſcilicet ſpoliatoribus dictis conuentis. [In modū ex-
6 ceptionis] † qui ergo petit aliquā rem ſibi reſtitui, recōueniri nō poteſt ab aduerſario niſi de alia ſpoliatione, nec poteſt ei referri quæſtio proprietatis, niſi primo fuerit reſtitutus, vt hic innuitur, & probatur. ĩ. de reſti. ſpo. ſolicite. & c. in literis. & c. item cū quis. & c. ex conquæſtione. ff. de iud. ſi de vi. C. de rei ven. ordinarij. Vbi vero a diuerſis duæ quæſtiones poſſeſſoriæ proponuntur, quandoque ſunt mutuæ petitiones, & tunc prior appellat &c quādoque conuentio, & reconuentio, & tunc viciſſim ſunt tractandæ,
7 ita tamen, † vt qui propoſuit primitus audiatur, quod dic, vt legitur, & notatur s̃. eod. cum dilectus. §. nos autem. reſpon. j. & verſi. j. & ij. Si vero vnus agit petitorio primo, & reus poſſeſſorio ſecūdo de ſpoliatione conquerēs, aut hęc vertuntur cum eadem re. De quo dic, vt no. ĩ. titu. iij. ex conquęſtione, aut circa diuerſas, & tunc aut reus obijcit ſpoliationem in modum petitionis, & tūc ſimul tractantur, vt dictum eſt, & ſimul terminantur. Exceptis quibuſdam caſibus, in quibus ex quo de poſſeſſorio liquet, ſtatim ſuper ea pronūciatur, & poſtea petitorium examinatur, quod dic, vt no. s̃. eo. cum dilectus. §. nos autem. verſi. quamquam. Aut in modum exceptionis, & tunc queſtio ſpoliationis primitus expeditur, vt hic dicitur. Caueat ergo reꝰ qd magis ſibi expediat, vtrū ſ. excipere, & rem aduerſarij poſſidere, & tunc excipiat, aut rē ſuā recuperare, & tunc petat, ſecundum B. Cautius tamen eſt occaſione eiuſdem, & ſic probata ſpoliatione agērem repellere, & poſtea reſtitutionem petere, & rem ſuam recuperare. ſecūdum ea, quę no. s̃. eo. cum dilectus. §. ſed quoniam. & ĩ. ead. glo. verſ. quid
8 ſi ago. † Item petenti reſtitutionem non poteſt obijci recompenſatio, ar. C. de compen. l. fi. alias indirecte admitteretur reconuentio, quod non eſt dicendum, arg. ĩ. de excep. cum inter priorem.
9 in fi. † Sunt & alij caſus, in quibus ceſſat reconuentio, vt no. s̃. de arbi. cum dilectus. Quid ſi ago poſſeſſorio contra te, & tu reconuenis me de alia ſpoliatione, ego excipio de prima quod poſſum ar. ff. de inoffi. teſt. contra veterani. §. ſed nec impuberis. R. per exceptionem meam repellere, vt hic dicit, & s̃. e. cum dilectus. niſi tu replices de ſecunda ſpoliatione, tunc enim ſunt mutuę peti-
10 tiones exceptione, & replicatione ſublatis, quia ſicut † exceptio mea elidit tuam intentionem, ſic & replicatio tua meam exceptionem, ff. de excep. l. ij. [Repellatur.] ſ. intentans interdictū vnde vi. dicimus etiam eidē obſtare exceptionem pacti, ff. de pact. ſi vnus. §. pacta. d. n. & §. ait pretor. & C. de pactis. eo. l. iij.

¶ De plus petitionibus. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Qui plus petit, totum amittit.*
2 *Victus victori in expenſis condemnandus.*
3 *Precia rerum ſunt maria.*
4 *Lex exigit triplum ſportularium.*
5 *Sportulæ in foro eccleſiaſtico non præſtantur.*
6 *Induciæ an debeant in pœnam duplicari.*
7 *Creditor qui ante diem agit, male agit.*
8 *Plus petitur, quatuor modis.*

CAP. PRIMVM.

COnſilium. [Prouidentię.] niſi in cā cōceſſa a iure, vt in marito ad inopiam vergente, vt C. de iure do. vbi. Secundo in debitore fugiente, ff. de his, quę in frau. cre. ait pretor. §. ſi debitorem. Tertio, vt interponatur cautio a ſuſpecto. ff. qui ſatiſ. co. ſi fideiuſſor. §. fin. ff. de iudi. in omnibus. ff. de pig.

de pig.grege.§.pe.ff.de priuil.cre.ſi creditores. Et in quibuſdā aliis
caſibus,qui ex diuerſis iuribus colligi poſſunt. ¶ Punitur enim.]
ij.pars.[Perſiſtendum] conteſtando litem, antea enim penitere
poteſt,ita tamen ꝙ aduerſario ſatisfaciat de intereſſe aduerſarij ſi
quod ſit,& ſumitur hoc ex l.C.e.l.vnica.& Inſti.de act.§.in triplū.
& §.ſi quis agens.& ſeq.& de exce.§.hoc hodie. Quicquid autem
de antiquo tempore fuerit de hac materia,quia pena plus peten
tis erat,vt a tota cauſa caderet.Hodie tamen tenendum eſt,quod
j̃.ſequitur,& no.[Ita ꝙ.]ver.[Re]Vbi autem ſuper maiori quan-
titate,quam ſibi debeatur creditor a debitore facit ſibi caueri ſciē
1 ter,& doloſe,ſi poſtea † illud plus petat, & in petitione vſq; ad li.
conte.perſeueret,totum debitum amittit.ſm d.n. prout not. j̃.e.
§.j.ſuper verbo,expenſæ.ver.ſed & ſi quis [Petūt amplius]In hoc
caſu non procedit petitio,& condemnatur actor in triplum eius,
quod reus expendit.Inſti.de act.§.tripli.alias incipit,in triplum ſi-
ne cauſa.& hoc idem eſt,quod in præced.Sed ad omne damnū,
quod reus ex hoc pertulit,condemnatur.Inſti.de act.§.ſi hoc qui
2 dem.Et eſt hic expreſſum, † ꝙ victus victori condemnandus eſt
in expenſis,quod dic,vt no.j̃.de do.& contu.finem.[Qui autem]
ver.[Plus loco.]In hoc caſu procedit iudex competens,veniet ta
men in actione arbitraria quanti intereſt rei plus ſoluere,vbi pro
3 miſit quàm vbi conuenitur. † Varia enim ſunt precia rerū per
diuerſas ciuitates,& regiones,ff.de eo,quod certo loco.l.j. & ideo
dic,quod not.s̃.de offi.dele.p.& g.& s̃.de fo.compe.dilecti.& nihi
lominus condemnandus eſt actor in triplum eius, quod expen-
dit nomine ſportularum ſecundum quoſdam, quod intellexit
Azo,quando aliquid ex tribus his modis.ſ.loco,cauſa,vel re,plus
petitur,& nihilominus actor ad alias expenſas tenetur.Hæc ſecū-
dum leges poſſunt locum habere,ſecundum cano.vero ſtādum
eſt huic c.ſine aliqua pena tripli.arg.j̃.de dolo & contu. c.j. Nam
ſi de triplo hoc intellexiſſet lator canonis,bene iſtud poſuiſſet, j̃.
4 de deci.ad audientiam. † Nam & lex exigit triplum ſportularum.
5 Inſti.de act.§.tripli.alias in triplum. † tamen quia in foro eccle-
ſiaſtico hæ ſportulæ non præſtantur,vt j̃.de vita & hon.cle. cum
ab omni. non damnatur ſecundum cano. ad hoc triplum cum
non poſſit id,quod non eſt, vel quod non accipitur triplicari,ar.
s̃.de conſti.cum acceſſiſſent.ver.per cōſequens, cum ſuis cōcor.
Et in hoc concordat d. n.& hoc iunge in ſumma.[Ei vero.]ver,
[Plus tempore.] Hæc litera duplicem habet intellectum. Primus
eſt,ꝙ debitor non cogetur incipere litem ſuper principali debito
a niſi poſt duplicatas [a] & finitas inducias & expenſas ſolutas, & ha-
bet hoc locum, quando debitor a principio ante litem cōteſt.op-
poſuit,& probauit declinatoriam fori, pactum.ſ.ſibi factū, ꝙ nō
poſſet ante certum tempus in iudicio conueniri, & ſic loquitur.
Inſti.de excep.§.temporales. Vel quando debitor ante litem con
teſt.oppoſuit, & probauit parte conſentiente dilatoriam ſolutio-
6 nis.ſ.ꝙ non tenebatur ſoluere ante certum tempus.† Et etiam iu-
dex ex officio ſuo expenſas ei adiudicauit, & inducias duplicauit.
Nam in his duobus caſibus non cogetur debitor litem inchoare,
niſi ſolutis expenſis,& induciis lapſis.Inſt.de excep.§. hodie. Secū
dus intellectus eſt,ꝙ debitor non cogitur ſuſcipere litem de re iu.
vel officio iud.ſuper exceptione ſententiæ iam latæ ſuper debito
principali niſi prædictis impletis. Aliqui etiam intellexerunt,ꝙ ſi
lis iam cæpta ſit per lit.conſt.tamen debitor non tenetur eam p-
ſequi,nec ad ſententiam procedetur, niſi prædictis perfectis. Im-
mo & plus dixerunt alij, ꝙ ſtatim poſtquā apparuerit debitū an-
te tempus petitum, abſoluet iudex debitorem ab inſtantia iu-
dicij,ar.ff.de peti.hære.ꝙ ſi in diem.Sed hoc non videtur verum,
imo ex quo conſtat de debito in diem condemnare debet iudex
debitorem,prędictis tamen pœnis creditori,& petitori pro ſua te
meritate impoſitis,ar.ff.de iud.de qua re.& ff.ad l. Aqui.l.in l. Aq-
lia.ff.de fur.quidam.Nec obſt.ff.de peti.hære.ꝙ ſi in diem.quia ibi
non agebatur ad debitum ſoluendum,ſed ad cautionem præſtā-
dam,in qua bene fit condemnatio,ff.de iudi.in omnib. Vel illud
ideo eſt,quia petitio hæreditatis nō competit contra debitorem
in diem, cum nec pro hærede,nec pro poſſeſſore poſſideat. Sed
actio ex mutuo & ſimiles bene competunt contra debitorem in
7 diem, † licet creditor,qui ante diem agit,male agit,ff.qn̄ dies leg.
vſufr.te.l.vnica.ad fi.Sed & hoc notandum,ꝙ pena iſta aſtringi-
tur non ſolum qui contra pactum factum ab homine petit an
tempus,ſed etiam is,qui petit an tempus a lege præfixum, Inſtit.
de excep.§.hodie. Quid poteſt exemplificari in petitione dotis?
C.de rei vx.act.l.vnica.§.cum autem.& pecuniæ conſtitutæ.ff.de
conſtit.pec.promiſſor Stichi. §.ſi ſine die.& pecuniæ,in qua quis
eſt condemnatus,ff.de iudi.ſi debitori.ff.de iud.l.iiii. §.ſi quis con
demnatus,& in multis aliis caſibus,ſm d.n.cuius eſt mens totius
huius glo.[Petitur]exceptione oppoſita ante li.conte, C.de prob.
exceptionem.Excipiet.i.recipiet,ſic C.de iura.calum. imperato-
rum,§.j. j̃.de rebus eccle.non alie.vt ſuper.reſpon.j.[Expenſæ.]In
ſti.de act.§.in triplum.alias tripli.& §.ſed hæc quidem.& de exce.
§.temporales.in fi,& §.hodie,& eſt ſi.s̃.vt li.non conte.quoniam
frequenter.§.in aliis,Supra plenius leguntur in quadam conſtitu
tione Græca,quæ incipit, Leonis diuæ memoriæ.Sed & ſi quis in

ducat me fraudulenter,vt viginti caueam cum x.tantum debeā,
& poſtea conteſtetur litem a toto,tamen cadit debito ſaluis tran
ſactionibus,& ſecundis cautionibus,ſeu confeſſionibus, C.eo.ti.
l.vnica.¶ Te quoque.]iii.pars.[Quod cauſa]propter electionem,
quam aufert.[In ſpecie]quando debetur in genere.[Præciſe.]qn̄
debetur ſub alternatione.Ideo peti debet eo modo, quo debetur
generaliter,vel alternatiue. Vnde & ſi debes mihi equum vel ca-
pram,& ego petam capram, præciſe habet locum hęc litera,quā
uis enim capra ſit vilior,tamen tibi forſan facilius eſt dare equū,
ideoque plus peto,quia electionem tibi aufero,Inſti.de act.§.præ
terea.[Re autem] ver.[Viginti.]vel ſi habeam partem in fundo,
& peto totum,Inſti.de act.§.plus autem.[Loco vero]ver.[Sed ali
bi]puta clericus Pariſien.ſtudēs Bononiæ promiſit ibi ſoluere x.
corbes frumenti, qui poſſunt ibi haberi communiter pro xxx.
ſol.Turon.conuenitur modo coram officiali Pariſien.vbi cōſta-
bant xl.ſol.vel amplius,erunt ergo deducendi x. ſolidi per iudicē
in arbitraria actione,vt not.s̃. §.j. Quod ſic dicatur quis plus loco
petere legitur,Inſti.de act.§.plus loco. [Tempore quoque.] ver.
[Ante diem]puta petis in paſchate præcedente, quod tibi debeo
in pentechoſte ſubſequente.[Vel conditionem.] puta promiſi ti
bi x.ſi Teberga duceret in virum Lotharium, petis ipſa antequā
8 Teberga ſit maritata.Inſti.de act.§.tempore. † His quatuor mo-
dis intelligitur quis plus petere,vnde verſus.

*Plus petitur cauſa,tempore,reque,loco,*

vt Inſti.de act.§.plus autem quatuor modis petitur,& hic.

ADDITIO.

a ¶Poſt duplicatas. Adde an habeat hoc locum,ſcilicet ꝙ in pœnam dēant induciæ duplicari,ſiue ſint induciæ iuris, ſiue hominis. Item an ſolum duplicetur,quod ſupereſt de termino,an vero integer terminus. d.Abb. Panor.hic in iiij.col.verſi.quæro.& verſi.ſed quęro.Et de primo dubio vide per iſtum j̃.eo.c.ver.ſed & hoc notandum.

---

De cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Cauſa poſſeſſionis quare dicatur momentanea.*
2 *Lex ſemper pœnalis non eſt.*
3 *Appellatur in cauſa modica.*
4 *Agendum ſub vno iudice virtute reconuentionis.*
5 *Iudicii continentia diuidi non debet.*
6 *Poſſeſſorium intentatur ſuſpenſo petitorio.*
7 *Nihil commune habet proprietas cum poſſeſſione.*

CAP. PRIMVM.

SVſceptis,& infra. In hac deci-
ſione primo
petebatur,ꝙ petitorium & poſſeſſorium eiuſ-
a dem cauſæ committeretur diuerſis.[a] Secūdo,
ꝙ reciperentur teſtes, ſeu damnaretur aduer-
ſarius abſens,licet nō contumax,nec citatus,
ſed vtrunque denegatur.[Legali prouiſione.]
ſic j̃.eo.c.j.in fi.& c.ij.§.verum.ver.cum iure ciuili.& c.paſtoralis.
§.j.ver.cum legali.[Decretum eſt.]C.de iud.nulli. j̃.de ſequeſtra.
1 poſ.c.j.§.j.[Tam momenti]i.poſſeſſionis. † & dicitur cauſa poſ-
ſeſſionis momentanea,ſeu momentaria,quia parum durat apud
poſſeſſorem,ex quo actor probauit de proprietate,j̃.eo. cum dile
ctus.ſm B.Immo,quia apta eſt durare per momentum,licet ple-
runque plus duret,& ſic aptitudine,& non actu,hac eadem rōne
2 lex pœnalis dicitur,quia ſcilicet apta eſt ad pœnam,† non tamē
ſemper pœnalis eſt,Inſti.ad leg. Aqui.§.his autem.ff.pe peti.hær.
item veniunt.§.cum prędiximus.Et maxime ſecundum l.poteſt
dici cauſa momentanea,a qua non appellatur.C.quæ legi.perſo.
3 momentaneæ.ſecus ſm cano. ſecundum quos † in cauſa modi-
ca appellatur,j̃.de appel.c.de appellationibus,& c.ſuper eo.etiam
ſi de poſſeſſione agatur,j̃.tit.j.ex conquæſtione.j̃.de teſti.ſignifica
uerunt.[Proprietatis]rei alicuius corporalis,quæ poſſideri poteſt.
Hoc ideo dico,quia iura incorporalia proprie loquendo non poſ
ſidentur,niſi ab his,qui ea in veritate habent,ſicut epiſcopus qua
ſi poſſidet iura epiſcopalia,& canonici ius eligendi,& dominus,ſi
ue rector patrię ius iudicandi.& idem in ſimilibus, quod ſic pro-
batur,quia ſi non ſunt,nec quaſi poſſideri poſſunt ab his, qui ea
non habent.Item poſſeſſio,vel quaſi non cadit in iure,niſi ratio-
ne exercitij, ſed proprie dicitur quaſi poſſideri ratione actus tan-
tum.ver.gr.Dicamus talis eſt in poſſeſſione exercendi iura epiſco
palia,vel eligendi,vel iudicandi,vel eundi, vel aquam ducēdi per
talem fundum.Vel potes dicere,talis eſt in poſſeſſione vtendi iu-
re eligendi,vel iudicandi,vel vtendi iure talis ſeruitutis,vel huiuſ-
modi

ADDITIO.

a ¶Diuerſis. Adde vtrum cauſa poſſeſſionis,& proprietatis debeant coram eodem iudice tractari.d.Henri.Bo.in c.fi.ſupra de iudic.

modi conſimilibus.Poſſeſſio enim aliquem actum,vel exercitiū
requirit.Vnde & ſi aliquando inuenies,ꝙ aliquis ſit in poſſeſſio-
ne iuris alicuius,expone,i.exercendi ius, vel ea, quæ pertinent ad
illud ius.Alij dicunt & forte melius,ꝙ magis proprie dicitur ſic,
talis eſt in poſſeſſione eligendi,vel iudicandi,vel eundi, q̃ ſi dica-
tur,talis eſt in poſſeſſione exercendi hæc iura. Bene enim poteſt
quis habere poſſeſſionem alicuius, quamuis nō habeat illud ius,
quia & ſi ipſum non habet,alius tamen poteſt habere,vel etiam
ſi nullus habet,eſt cauſa in re habitu ſine actu ſecundum d.n.cu-
ius eſt hæc tota glo.[Sub vno]non habet locum hæc decre.quā-
do a diuerſis partibus poſſeſſorium,& petitorium intētatur, quia
4 tunc non ratione connexitatis, † ſed virtute reconuentionis ſub
vno iudice eſt agendum.C.de ſen.& interlo.om.iud. auth.conſe
quenter.extra d.n.de reſcrip.diſpendia.§.fi.lib.vj. Habet ergo locū
vbi vna, & eadem pars ad aliquos iudices ſuper poſſeſſorio alicu-
ius rei literas impetrat,& ad alios iudices alias literas ſuper petito-
rio eiuſdem rei,quod non licet,nec valent literæ, s̃.de reſcript.ex
tenore.§.fi.habet etiam locum decre.durante eo, de quo primo
actum eſt in iudicio,alias ſecus,vt no.s̃.de iud.c.fi.ſecundum d.n.
cuius eſt hæc tota glo.[Eodemque iudice.] Hæc litera plana eſt,
5 & vera, nam & ſecundum l. † continentia iudicij diuidi non de
bet,vt d.l.nulli. Alia litera habet in vno,eodemq; iudicio,ſed hęc
litera ſecundum ll.calumniam recipit,niſi ſubaudias,non ſimul
ſed prius de poſſeſſione,& ſecundo de proprietate. C.de rei vend.
ordinarij.C.de interdi.incerti.C.quor.bono.l.fi.ff.de iudic.ſi de vi.
6 vel ſuſpenſo petitorio poteſt intentari poſſeſſorium. ff.de vi & vi
7 ar.l.cum fundum. §. ei, qui. † quia nihil commune habent.ff.de
acq.poſſ.naturaliter.§ nihil.& l.permiſceri.ff.de excep.rei iudi. &
an eadem.§.fi.quod dic,vt no.j̃.eo.paſtoralis.[Debere cognoſci]
hoc fallit ratione diuerſi fori.quod dic,vt legitur,& nota.s̃.de iud.
ſignificauerunt.¶ Nec nos.]ij.pars.[Inauditam.] non contuma
cem,non citatam,s̃.de conſt.eccleſia ſanctæ Mariæ.in fi.s̃.de ma
io.& obe.inter quatuor.vbi de hoc.ſed nec ante lit.conteſt.etiam
ſi contumax ſit,alias tamen punitur contumacia.s̃.vt li.non con
teſt.tuæ.& c.quoniam.§.in alijs.& ſeq.quod dic,vt ibi no.nec etiā
lite conteſt.ſi de cauſa non liquet.C.quo.& quando iud. conſen-
taneum.xj.q.iij.graue.& de hoc no.j̃.de dolo & cont.prout. & c.
veritatis.s̃.vt lite non conte.quoniam.§ pe.iij. q.ix. decernimus.
[Diffinire]regulariter.fallit enim in caſibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Ordo iuris peruerti non debet.*
2 *Ordo iuris quid.*

CAP. II.

AD vltimum. Fuimus.]vtrum licite agatur
hoc, quod eſt.j̃.§.j.in fi.[De-
putati.]quia vtrumque eiſdem commiti poteſt,& de-
bet,s̃. e.c. j. ſicut proprietatis,& vſusfructus, ff. de lib.
cauſa.ſi pariter.& in aliis. ff.de quibus reb.ad eundem iudi.l.j.s̃.de
reſcript.c.fi.[Agnoſcant.] qui primo de poſſeſſione pronunciēt,
vt innuunt ſequentia. ¶ Et grauibus. ]ij.pars.[Partiū.] hoc ſem
per debet facere iudex,vt s̃.de offi.deleg.ſuper quæſtionum.§.por
ro.in fi.j̃.de app.vt debitus.[Commixtim.] Hæc commixtio ad-
1 mittitur, quia † per eam non peruertitur ordo iuris, ſecus ſi per-
uerteretur,& ſic non obſtat,s̃.de iudi.examinata.[Audiant.] ni-
hilominus tamen incontinenti poſtea audient atteſtationes ſu-
per petitorio,s̃.de ordi. cog.cum dilectus.§. penul. Vel dic,prius
audiunt, & approbant atteſtationes, & ſecūdum eas procedent,
& erat hoc dubium decretalis,an poſt apertionem teſtiū, & alle-
gationes factas liceret procedere in poſſeſſorio pendente petito-
rio.& reſpondetur,ꝙ ſic & bene, vt patet in eo,quod leg.& no. j̃.
e.paſtoralis. §.fi.& intelligo hoc verum.ſ.ꝙ ſuſpēſo petitorio pōt
proponi poſſeſſorium,& in eo procedi,ꝙ eſt recuperādæ,vel adi-
piſcendæ poſſeſſionis,ſecus ſi ſit retinendæ. Alij aūt dicunt idem
de interdicto retinendæ poſſeſſionis,& bene ſecundum d. n. cui⁹
eſt hæc tota gl.quod dic,vt le. & no.j̃.e. paſtoralis.§.j.Vel dic,au-
diunt.i.licet teſtes cōmixti ſint recepti, tamen prius publicant at
teſtationes poſſeſſionis.[De poſſeſſione.]ſubau.[Et pronunciēt]
ſubau. prius ſuper poſſeſſione.[Secundum tenorem illarum.] ſ.
atteſtationum.hoc eſt ſecūdum ꝙ per illas probatum eſt,vel nō
condemnando,vel abſoluendo. ¶ Nos autem. ] iij.pars.[Cum
hoc].ſ.ꝙ primo pronuncietur ſuper poſſeſſione. C. de rei vē.ordi
narij.vel etiam ꝙ commixtim examinentur ſecundum opinio-
nem M.ff.de vi & vi ar.cum fundum. §.fi.Sed Io.contradixit per
l.ff.de iudi.ſi de vi. ff.de vi pu.qui cætu.§.ſi de vi.Vnde ſecundū ip-
ſum hæc decr. non poteſt ſtare,tamen intelligi poſſunt & illa iu-
ra ciuilia,& alia hoc modo,poſſeſſoriū & petitorium alias com-
mittantur, & de vtroque & ab eadem parte ſimul agatur, ita tn̄
ꝙ poſſeſſoriū primus, quā petitorium examinetur, & decidatur,
& hoc voluerunt expreſſe iura canonica,j̃.e.c.j.& c.cū ſuper.& c.
cū dilectus.nec ciuilia ꝯtradicunt, & de hoc plenius no.j̃.e.paſto-
ralis. Et no. ꝙ cum vtroque ſimul actum eſt facta pronunciatio
ne ſuper poſſeſſorio ſtatim pronunciandum eſt ſuper petitorio
ſi de ipſo liqueat.vt hic,& in aliis decre.ſupra dictis.ſi vero non li-
quet eſt proprietatis quæſtio differenda,j̃.de teſti. ſignificauerūt.
& adde,quod no.in ſeq.gl.[Licite]hoc eſt verum, vbi vna pars in
tentat petitorium & poſſeſſorium recuperandæ poſſeſſionis, vel
adipiſcendæ,vt hic.& s̃.c.j.& j̃.ti.j.cum ad ſedem.ſecus ſi retinen
dæ.s̃.de iudi.examinata.Inſtit.de interdic.§.retinendæ. ar.tamen
contra.ff.de acqui.poſ.naturaliter.§. j.Idem eſt ſi vna pars propo
nat interdictum retinendæ poſſeſſionis, & altera reconueniat eā
ſuper petitorio. Nam & hic vtrumque ſimul procedit. ſ.poſſeſſo-
2 rium,& petitoriū,aliàs † ordinarij iuris eſt,vt prius de poſſeſſione,
quam de proprietate agatur. C.de rei ven.ordinarij. C. de edicto
di.Adri.tol.l.ij.C.de interdictis. incerti. C.quorum bo.l.fi.Si autē
actor intentet interdictum recuperandæ poſſeſſionis, & aduerſa
rius velit agere de proprietate eiuſdem rei,vel etiam de crimine,
non poteſt,j̃.tit.j. in literis.& c. ſe. Et idem ſcripſit hic d.n. in in-
terdicto adipiſcendæ poſſeſſionis, quod non admitto, quia non
inuenio ipſum in hac parte priuilegiatum.Sed & ſecundū quoſ-
dam proponenti interdictum recuperandæ poſſeſſionis poteſt
reus de proprietate quæſtionem referre, dūmodo paratus ſit in-
continenti intentionem ſuam probare,arg.ff.ad exhib.l.ij.vel iii.
§.ibidem.quod non eſt ſentiendum,vt s̃.de ord.cog.c.fi. ſecundū
d.n. cuius eſt mens totius huius glo. niſi forte ius rei notorium
eſſet per ſententiam,vel alio modo,j̃.eo.cum dilectus.ff.depo.bo
na fides.Sed quomodo poteſt eſſe notorium ſi ius ſibi dixit con-
tra.C.vnde vi.ſi quis in tantam?& adde,quod no.j̃.tit.j. in literis.
ver.fi.in prin.Sed & ſecūdum d.n.ſi ſpoliator in cauſa matrimo-
niali non intentauerit petitorium,& litem ſit conteſtatus, ſpolia
tus tamen nihilominus poteſt intentare de nouo poſſeſſorium
ſuper quo procedetur,& petitorium differretur,j̃.tit.j. ex conque
ſtione.& idem eſt in aliis,j̃.eo.paſtoralis.ſecundum d.n.

*SVMMARIVM.*

1 *Spirituſſancti gratia ſuper quibus veniat.*
2 *Verbum pertinet, late patet.*
3 *Conſuetudo ius eſt.*
4 *Conſuetudo ſine præſcriptione non procedit.*
5 *Præſcriptio non procedit ſine poſſeſſione.*
6 *Sententia lata ſuper non petito,nulla eſt.*
7 *Petitio confirmationis officio iudicis imploratur.*
8 *Articuli uariis modis vocantur.*
9 *Aſſertio quandoque intentio vocatur.*
10 *Vltima tempora in præſcriptione ſunt expectanda.*
11 *Continuatio temporis requiritur in præſcriptione.*
12 *Prædo ſpoliatus reſtituendus eſt.*
13 *Differentia inter interdicta.*
14 *Diuturna præſtatio vtrum & quando ius tribuat.*
15 *Quædam potius de gratia,quam ex debito fiunt.*
16 *Precaria, nec conditionalis poſſeſſio ius inducit.*
17 *Teſtes vacillantes vel varij repelli poſſunt.*
18 *Verborum diuerſitas quando noceat.*
19 *Varietas quandoque admittitur.*
20 *Negatiua,uix per teſtes probari poteſt.*
21 *Qui de alieno facto iurat anceps incurrit periurium.*
22 *Vtens aliquo iure ter,per hoc eſt in quaſi poſſeßione.*
23 *Poſſeßio per vnicum actum perditur.*
24 *Vnicus actus ſufficit ad poſſeßionem acquirendam.*
25 *Iura incorporalia adhærent oſſibus hominum.*
26 *Incorporalia non poſſidentur,ſed quaſi.*
27 *Regulas duas iuris notandas.*
28 *Quæ veniant in petitione hæreditatis.*
29 *Titulus iuſtus in præſcriptione requiritur.*
30 *Seruitutes,quæ non habent cauſam continuam duplicatum tempus requirunt.*
31 *Bona fides & iuſtus titulus requiritur in præſcriptione rerum eccleſiarum.*
32 *Cauſa allegari debet de conſuetudine.*
33 *Sola patientia in incorporalibus habetur pro titulo.*
34 *Homo ſine cauſa alicui non obligatur.*
35 *Actore non probante reus abſoluitur.*
36 *Pronunciandum eſt tantum ſuper petitis.*
37 *Aliud eſt petere fructum formale,aliud proprietatem rei.*
38 *Diffinitiua nulla inter pecuniam recipere, vel ipſam compenſare.*
39 *Vbicunque eadem quęſtio repetitur in iudicio,obſtat exceptio rei iudicatæ.*

CAP. III.

CVm eccleſia Sutrina. [In vnum.]
1 † quia ſpiri-
tus ſancti gratia non venit,niſi ſuper congregatos in
vnum,xxiiij.q.j.§.ſin autem. ſm Lauren. Vbicunq;
autem duo,vel tres congregati ſunt in nomine meo, in medio
eorum ſum,dicit dominus Mat.xviij.c.& j.q.j.cū ſcriptura.[Cō
firmari.]ſubaudi,& clerici interdici, ne de cætero vos canoni-
cos volentes eligere impedirent,& ſic canonici erant actores &
clerici rei,vnde videtur contradicere.j̃.eo.§.fi.ver.fi.vbi innuit,ꝙ
clerici erant actores & canonici rei.Sol.j̃.e.§.j.in fine. ¶ Verum
clerici].ij.pars[Querelam.]in modum recōuentionis,& ſic erāt
actores,vt & j̃.eodem.§.in fine.Et no.ꝙ libellus iſtorum clerico
rum continebat ius,& factum poſſeſſorium, & petitorium. ius
& pe-

& petitorium in eo,quod ſequitur,conſueuerunt intereſſe, factũ
& poſſeſſorium, j̃.vbi dicit.& excluſis,& ideo primo pronun-
ciatur ſuper poſſeſſorio j̃.eo.§.nos igitur,ver. per teſtes.& ſeq.Se
cundo ſuper petitorio, j̃. e.§.fi.& adde,quod not.in ſeq.glo.[Cõ-
ſueuerunt.]per talem libellum. Cum conſueuerimus intereſſe
electionibus epiſcoporum,petimus talem electionem factam
bonis abſentibus & contẽptis caſſari, intentatur nedum poſſeſ-
ſorium,ſed & petitoriũ. Vel quod melius dicitur omne ius par-
tium.ſ.tam poſſeſſionis,quam proprietatis in iudiciũ deducitur,
vt nõ ſolum de iure poſſeſſionis, ſed & proprietatis ſe iuuent, qa
non ſolum dicitur quis proſequi poſſeſſorium,quando petit re-
ſtitutionem poſſeſſionis,ſed etiam quando ſe iuuat de iure poſ-
ſeſſionis,vt hic. & poteſt hoc eſſe propter vim verborum poſi-
torum in prædicto libello ibi. conſueuerimus intereſſe,vbi in-
cluditur poſſeſſio propter factum intereſſendi,& ius propter cõ.
ſuetudinem vocandi.Idem etiam videtur dicendum, ſi petatur
tantum electio caſſari,vel confirmari propter regulam traditã,
2 j̃.e.c.§.verum.ver.cum iure ciuili.† Idem ſi dicatur,ꝙ ad me per
tinet,quia late patet hoc verbum,ff.de ver.ſigni.verbum illud p
tinere; ſecus autem eſſet, ſi dicetur, petimus talem electionem
caſſari,quia ad nos pertinet de iure communi.tunc enim inter-
tur petitorium tantum,& ratione iuris proprietatis & nõ poſſeſ-
ſionis petitur caſſari electio.Idem videtur ſi dicatur peto electio
3 nem caſſari, quia de cõſuetudine pertinet ad me eligere,†nam
& conſuetudo ius eſt.l.di.conſuetudo.Inſti.de iure na.§. ex non
ſcripto.ſm d.n.ſed potius videtur hic non ſolum petitorium,q.
4 nimo & poſſeſſorium intentari,nam† conſuetudo ſine præſcri
5 ptione non procedit,s̃.de conſuetudi.cap. fin. Nec † præſcriptio
ſine poſſeſſione, j̃.de præſcript. cauſam quæ. ſed conſuetudo ius
eſt,vt dictum eſt Siue ius facit,vel dat. ergo dicẽdo,ꝙ electio ad
me pertinet de conſuetudine, videor dicere de iure acquiſito p
continuam poſſeſſionem vſus iuris eligendi præſcripti.vnde pa-
tet,ꝙ nedum petitorium,ſed & poſſeſſorium videor in hoc iudi
cium deduxiſſe.Item no. ſm d.n.ꝙ hic fertur ſententia non ſo-
lum ſuper eo,ꝙ petitum fuit electionem confirmari, ſed etiam
ſuper cauſis.ſ.quia electioni cõſueuerunt intereſſe, & eſt hoc ip
ſum propter regulam traditam j̃.e.§.fi.ver.j.Idem etiam dicunt
aliqui,ſi electio petatur tantum ſimpliciter confirmari.Alij tñ
hoc negant,& bene dñt, quia hi.ſ.clerici Sutrini expreſſe petie-
runt ſibi adiudicari ius eligendi,& etiam in poſſeſſionem redu
ci.Et ſi quis diligenter attendat ſatis poteſt conuincere, ꝙ p hæc
verba ſola,peto electionem de tali factam confirmari.Nec peti
torium,nec poſſeſſorium intentatur.quia per hęc verba nec ius
eligendi,nec poſſeſſio tangitur.Aliud eſt, quando iungitur in li-
bello cũ electioni conſueuerimus intereſſe, & nobis excluſis &
contẽptis fuerit talis electio celebrata,eam petimus infirmari,
vt hic fuit.ſic enim videtur petitorium & poſſeſſorium intẽtari,
vt patet in his,quę no.s̃.ea.gl.Vel dic,ꝙ hoc ipſo, ꝙ electio peti-
tur confirmari,vel infirmari, videtur hoc peti omni iure, quo
melius põt.ar.j̃.e.c.§.fi.& C.de an.exc.l.fi.& ſi cõtendatur de iure
petitorij vel poſſeſſorii in proceſſu poterit ferri ſñia de illo iure,
ſi vero non contendatur licet propter formam non ſeruatam,
vel propter defectum ſeu vitium electi ſeu eligentium contin-
gat electionem caſſari,vel quia nullus defectus inuentus eſt con
firmari.hæc tamen ſententia nec petitorio nec poſſeſſorio prę-
iudicabit cum de eo non fuerit actum expreſſe in petitione, qa
non continebat, nec etiam poſtea tacite in proceſſu. ſm d.n.
cuius eſt mens totius huius gl.Et accedit ad hunc articulũ,quod
no.s̃.de ordi.cog.cum dilectus.rñ.j. ſuper verbo,animalia. & de
libel.ob.c.ij.& iij.& j̃.eo.c.fi.[Intereſſe] de conſuetudine, ſed nõ
erat præſcripta,& ideo nõ profuit,vt patet.j̃.e.§.fi. ver.nec ex eo.
[Excluſis] quod bene probauerũt.& ſe eſſe ĩ quaſi poſſeſſione eli
gendi.quare in poſſeſſorio obtinuerunt,vt j̃.e.§.nos igit.[Sed in
firmari] ſubaudi & canonicis præcipi,vt ipſos clericos admitte-
rent ad electiones in poſterum faciendas,& hoc ſuppletur per fi
6 nem huius c.vbi ſuper hoc pronũciatur,†& niſi ſic ſubaudires,il
la pronunciatio nulla eſſet,cũ pronunciaretur ſuper non petito.
s̃.de ordi.cog.cum dilectus.§.fi.ſic no.j̃.de decimis.dudum.& ad
de,quod no.in ſequenti.[Potius]poſſeſſorum,& petitoriũ inten
tantes,in quo caſu cum clerici intentarent interdictum recupe
randę poſſeſſionis,non erant canonici contra ipſos clericos ſup
petitorio audiendi,s̃.de ord co.c.fi.Quomodo ergo hic fuerunt
admiſſi canonici ad confirmationem petendam? Rñ.quia pla-
cuit clericis non excipere,ſed eos admittere, ſicut no. ſi.j̃.tit.j.c.j.
Vel ideo fuerunt admiſſi ipſi canonici, quia primo propoſuerãt
petitorium confirmationem petendo,s̃.eo.c.reſpon.j.& ratione
huius principalis petitionis admiſſi fuerunt poſtea clerici ad re-
conueniendum eos ſuper poſſeſſorio. alias enim non poſſet hęc
locum reconuentio,niſi conuentio præceſſiſſet.In hoc ergo caſu
quando ſcilicet primo agitur petitorio, admittitur reconuentio
ſuper poſſeſſorio,& petitorio, & ſunt mutuæ petitiones. Secus ſi
clerici primo propoſuiſſent poſſeſſorium, quia poſtea non poſ-
ſent ſuper petitorio reconueniri,vt patet in eo,quod legi. & not.
s̃.de ord.cog.cum dilectus.§.pe.& c.fi. Vel dic,ꝙ coram iudice or
dinario,vel etiam delegato,cui tamen vtrunque principaliter eſt
commiſſum,& ſi poſſeſſorium ab vna partium primitus propo-
natur,nihilominus tamen poſtea poteſt, & ab altera petitorium
intentari,non in modum reconuentionis,ſed principalis conuẽ
tionis,vt no, s̃.de ordi.cogn.c.fi.cum bene ſe inuicem compatiã-
tur petitiones iſtæ. petimus talem electionem infirmari, quia at-
tentata eſt nobis contemptis,qui eramus in poſſeſſione iuris eli-
gendi, & petimus electionem noſtram confirmari, quia ad nos
ſpectat de iure eligere.Secus autem ſi primi peterent ius eligendi,
cum eſſent in poſſeſſione,nam tunc non audirentur ſecundi. ar.
ff.ſi vſuſfr.pet.l.vti frui. s̃.de iudi.examinata. Melius placet,ꝙ hic
non habet locum exceptio ſpoliationis contra hos petentes cõ
firmationem,qui nec impediuntur ipſam petere,licet etiam pri-
7 mo fuerint conuenti interdicto.& eſt ratio, † quia petitio confir
mationis non dirigitur ſpecialiter contra aliquem,ſed officio iu-
dicis imploratur,vt no.s̃.de ord.cogn.cum dilectus.§.ſed quoniã.
ſuper verbo,exceptiones.ſecundum d.n.cuius eſt mens totius hu
ius glo.Tu tamen dicas,ꝙ vbi etiam poſſeſſorium ſimul cum pe-
titorio proponitur,ſicut hic fuit, bene poteſt taliter agenti de peti
torio referri quæſtio,& ſuper eo libellus reconuentionis offerri,
ſecundum quod no.s̃.de ordi.cog.c.fi. §.fi.ſuper verbo, exceptio-
nis.mirum enim eſſet,ꝙ tibi liceret impugnare me ſuper petito-
rio,& mihi non liceret ſuper eodem defendere me, vel etiam de
eodem tibi quæſtionem mouere,arg.in eo,quod leg.& nota.s̃.de
mu.pe.prudentiam.ver.fi.[Poſtulabant] & ſic erãt actores in hac
reconuentione,vt no.s̃. eo.§.ſuper verbo,querelam. & per conſe-
quens canonici rei. & reſpectu huius reconuentionis fit pronun
ciatio in petitorio, j̃.e.§.fi. In conuentione vero iſti clerici erant
rei,& canonici actores,vt no.s̃.eo.reſpõ.j.in fi. ¶ Partibus igitur]
8 iij.pars.[Intentionem ſuam.]Nota hic arg. † de articulis traden-
dis in ſcriptis,ſuper quibus teſtes ſunt producendi, ad idem. s̃.de
ordi.cogn.c.j.j̃.de teſt.veniens.ij.& c.de teſtibus.vocantur autem
in quibuſdam regionibus tituli,in aliquibus intentio, vt hic, vel
aſſertio,j̃.eo.verſi.i.C.de temp.appe. per hanc.in aliquibus articu
li.& de his.extra d.n.de teſtibus.ad hæc præſentium.lib.vj. §. præ-
terea.& §.teſtes.ver.de hoc.alias non eſt,ad hæc. [Quod ad eos tã
tum.]Sed qualiter fuerunt admiſſi iſti canonici ad hoc proban-
dum?nam clerici dicebant ſe ſpoliatos, ergo non poterat eis re-
ferri quæſtio de proprietate,vt j̃.tit.j.in literis.& c.item cum quis.
Sol.illud verum eſt,quando quæſtio ſpoliationis primo proponi
tur.ſecus quando in modum recõuentionis,quia tunc ſunt mu-
tuæ petitiones,& viciſſim expediuntur,vt legitur & nota.s̃.de or-
di.cogn.c.fin.& c.cum dilectus.§.nos autem. & ita fuit hic. Vel
ſic,contraria locum habent quando ſolum poſſeſſorium inten-
tatur,iſtud vero,quod hic dicitur, quando petitorium cum poſ-
ſeſſorio ſimul proponitur,ſicut hic fuit,vt not.s̃.eo. §. proximo.
ſuper verbo,querelam.in quo caſu vtrũque ſimul auditur, & ab
vtraque parte teſtes recipiuntur,vt legitur & nota.s̃.eod. c. proxi.
[Probatam]Hoc tamen neceſſe non fuit, cum de iure cõmuni
hoc conſtet,vt patet j̃.eod.§.fi.ver. & ſecundum ſtatuta.ſed mos
eis gerendus erat,ex quo obtulerunt ſe ad probandum,ff.de pro-
ba.circa.ſicut not.ſi.j̃.tit.j.c.j.[Parte clericorum.]verſi.[Produxe-
9 rant.]ſcilicet clerici. † [Aſſertionem ſuam] alias vocatur inten-
tio,quod dic,vt no.s̃.eo.§.reſpon.i.ſuper verbo,intentionem ſuã.
[Vltimo.]bene dicit, quia licet quandoque fuiſſent in poſſeſſio-
ne hoc non prodeſſet, ſi in vltima electione non fuiſſent quan-
10 tum ad poſſeſſorium, † nam & in præſcriptione vltima tempo-
ra ſunt ſpectanda.C.ne de ſta.defun.ſi mater. C.de apochis publ.
quicunque.lib.x.& ar.xxxv.diſt. ab exordio. xxviij. diſt. quia ſunt
culpæ,j̃.titu.j.ex parte.§.quia igitur.licet ſecus ſit in dominio. C.
de probatio.ſiue poſſidetis. [Et immediate.] & hoc caute ponit,
11 † quia in præſcriptione requiritur continuatio temporis.ff.de di-
uer.& tempo.præſcrip.in vſucapione.[Præfuerant.]vnde ius cõ-
ſuetudinis ad probandam quaſi proprietatem allegare videban-
tur.[Affuiſſe] Petens reſtitui ad ius incorporale debet probare ſe
poſſediſſe tunc,quando fuit de poſſeſſione deiectus, ff.de vi, & vi
arma.l.j.§.interdictum autem hoc nulli competit. probatur au-
tem poſſeſſio,ſi probat ſibi cautum fuiſſe de non impediẽdo vti
iure,de quo agitur.vel ſi probat ſe vſum fuiſſe ſaltem vna vice do
mino,ad quem pertinet ſciente,& tanquam iure ſuo vti patien-
te. Nec eſt vis ſi dominus coactus ſit,vt caueat,vel vt patiatur eũ
vti dummodo de hoc non conſtet in iudicio,de quo etiam non
12 poteſt ei referri quæſtio,donec fuerit reſtitutus. † vnde & prædo
reſtituendus eſt,j̃ titu.j.c.ij.& c.in literis.& c.item cum quis. Sed
contra.ff.de itinere,actuque priua.l.fi.ff.de aqua quoti. & æſtiua.l.
j.§.Ariſto vbi dicitur,ꝙ niſi vtens intendat vti iure ſuo non agit
ex illis interdictis,ſed qui per violentiam vtitur, non ſolum non
credit vti,ſed bene ſcit, ꝙ non vtitur iure ſuo, ergo talis non ha-
13 bet interdictum.Sol. † in interdictis, quæ competunt poſſeſſori-
bus ad poſſeſſionem tuendam,vt ſunt prędicta interdicta,ſcilicet
de itinere,actuque priua.& de aqua quo.& æſti. & etiam vti poſ-
ſidetis.locum habet,ꝙ vtẽs ſeruitute debet credere ſe vti iure ſuo,
ad



ad hoc,vt illa ei cõpetant interdicta,vt in prædictis.ll. & ff. vti poſ.
l.j.§.fi.& l.ſeq. Sed vbi agitur interdicto recuperandæ poſſeſ.ſicut
eſt interdictum,vnde vi.obtinet etiam,ſi non credat vti iure ſuo
vt patet in eo,quod leg.& no.s̃.e.glo.verſi.nec eſt vis. & ſequenti.
& idem dicendum eſt,vbi agitur vti poſ.contra alium,quã eum,
qui male habuit poſſeſſionem.l.vi.clã.vel precario. tũc enim nõ
oportet,ꝙ credat iure ſuo vti.vt in præalleg.l.vti poſ.l.j.§.fin. & l.
ſeq.Sed nunquid eo ipſo, ꝙ capitulum permiſit aliquem ſemel
intereſſe electioni vr̃ ei conceſſiſſe,ꝙ de cætero interſit? Reſpon.
non.Sed tantum poſſeſſionem intereſſendi electioni.& dicimus
hoc eſſe in electione,vt patiendo aliquos intereſſe electioni poſ-
ſidere videantur,vt hic.& eſt ratio, quia nulli conſueuerunt ad-
mitti ad electionem tanquam habentes neceſſe,niſi hi, ad quos
de conſuetudine pertinet,vel de iure,ar.ad hoc.ff.de aqua quoti.
& æſti.l.j.§.quæſitum. vbi dicitur, ꝙ ſufficit,ſi vna die duxi aquã
per fundum tuum,quia non præſumitur, ꝙ permitteres me ſic
14 ducere,niſi crederes me habere ius.†In itinere autem, vel actu,
vel via debet ad hoc,vt competat alicui interdictum,vel vt intel-
ligatur poſſeſſionem adeptus,ꝙ triginta vicibus iuerit domino
ſciente & credente,ꝙ iure ſuo vtatur & patiente,ff. de iti. actuq;
pri.l.j.§.j.& §.viuianus.Vnde crederẽ,ꝙ ſi vnus epiſcopus in do-
mo alterius epiſcopi,vel miles in domo alterius militis mille vi-
cibus hoſpitaretur non præſumeretur ei quæſita poſſeſſio pran-
dendi,vel hoſpitandi,quia non præſumitur,ꝙ ille, qui hoſpitem
recipit patiatur eum prandere vel hoſpitari tanquam vtentem
iure ſuo,ar.in eo quod legi.& no.j̃.de contrahen.em.c.j.niſi pro
15 baretur,ꝙ ex debito hoc petebat,& ſic fuit admiſſus. † Et eſt ra-
tio,quia potius communiter conſueuerunt talia fieri de gratia,
quam ex debito,ar.ff.de ſiu.l.j.reſpon.j.ff.de fundo inſtruc.cũ de-
lanionis.§. aſinam. ſecundum d. n. Aliud ſi is,qui de iure com-
muni talia conſueuit exigere ex cauſa dominij, ſiue prælationis
in domo ſubditi fuerit hoſpitatus, vel etiam in domo exempti
ſuæ diœceſis,vt patet in eo,quod no.j̃.eo.cum olim.§.j. verſic.j.
vnde ſi epiſcopus viſitans in tali domo reciperetur,& ea,quę per
tinent ad viſitationem exerceret patientibus illis, qui hoc prohi
bere poſſent,& deberent,bene præſumeretur poſſeſſionem acqſi
uiſſe,arg.j̃.de præſcrip.cum ex officij j̃.de cenſi.ſopite. & ca.cum
nuper.Si vero de gratia, & cum proteſtatione admitteretur etiã
ad electionem,nec ipſe in contrarium proteſtaretur,talis ei poſ-
ſeſſio non prodeſſet,argu.ff.de iti.actuque.priua. l.j. §. ſi tibi fun-
dum.ff.de neg.geſt.nenſennius.& patet in eo,quod legi.& no. s̃.
de poſtu.præ.bonæ.ij.§.j.& de hoc no.j̃.eod.cum olim.§. j. Ergo.
ſecundum d.n.diſcretus iudex in diuerſis caſibus, de quibus agi-
tur ex varijs circũſtantijs & maxime a iure approbatis præſume
ret agentem poſſidere ius incorporale domino ſciente eum vti
tanquam iure ſuo,& patiente.Vel coget eum probare, ꝙ domi-
nus ſciens ipſum vti iure vel tanquam iure ſuo hoc patiebatur.
ſecundum.d.no.cuius eſt mens quaſi totius huius glo. & adde,
quod no.in ſequen.gl.verſic.per teſtes.ſuper verbo,in trium epiſ
coporum.[Vocemque habuiſſe.]Caute proponũt, poſſet enim
eſſe,ꝙ interfuiſſent cauſa conſilij.lxxiij.di.obeuntibus.ſed nec ele
giſſent,nec ſcrutatores voluntatum dediſſent vnde nec prodeſſet
eiſdem,s̃.de electio.cumana. Vel potuiſſent, ſi fuiſſent inuitati,
lxiij.di.adrianus.ſed per inuitationem acquiritur ius,s̃.de offi.or.
c.j.ix.q.iij.ſi vero.alias nunc vero,& c.ſeq.xxiiii.diſt.præsbiteri.vii.
q.j.pontifices.s̃.de poſtul.præ.bonæ.ii.reſpon.j.j̃.de verb.ſig.abba
te.x.q.iii.quia cognouimus.non enim ex eo,quod fit ius acqui-
ritur,niſi eo animo fiat,vt ius acquiratur,ff.de iti.actuque.pri.l.fi.
16 †nec præcaria nec cõditionalis poſſeſſio ius inducit.C.de ſerui.l.
j.j̃.tit.j.olim cauſam.nec ſequitur,eiecti ſunt,ergo poſſidebant,ff.
de acquiren.poſ.ſi quis ante.ff.de vi,& vi ar.l.j.§.vim vi. & adde,
quod no.in præceden.gl.¶ Nos igitur.]iiii.pars.[Varios]. i. con-
trarios & eſt primum,quod inducitur contra canonicos. [Atq;
aduerſus]verſi.& hoc eſt ſecundum, quod inducitur contra ca-
17 nonicos.[Vacillaſſe.]†Hoc ſolum ſufficit ad repellendos teſtes.
& quod pręcedit ipſos varios extitiſſe.iiii.q.iii. ver.item qui falſo.
iii.q.ix.pura.j̃.de pe.ſuper his,& j̃.vt benefi.ecc.vt noſtrum.xxxv.
q.vj.de parentela.ff.de quæſtio.de minore in fi.& l.ex libero.in fi.
Hoc verum eſt,quando ſibi contrarius eſt,vel falſitatem propo-
18 nit,†alias nõ nocet verborum diuerſitas,dummodo veniens cõ
cordet,j̃.de verbo.ſigni.nihil.Nec obſtat.j̃.de teſti.cum tu fili. ff.
de re iud.actor.viii.q.j.in ſcripturis.de pe.diſt.j.perículoſe. immo
& ſi omnes dicerent eundem meditatum ſermonem maxime
curſorie,ſuſpectos ſe redderent.hæc enim conſideranda ſunt a iu
dice diligenter.ideo dicitur tu magis ſcire potes, &c.ff.de teſtib.l.
iii.§.j.& ij.& l.ob carmen.§.ſi teſtes.j̃. de fideiuſ. conſtitutus in fi.
19 †Quandoque etiam varietas admittitur,ff.de coll.bo. nonnunq̃.
ff.de excep.nemo.C.de inoffi.teſt.eum qui.& l. contra maiores.
ff.de inoffi.teſtamen.contra veterani.§.ſed nec impuberis.[Et ꝙ
20 negatiuam].ſ. puram, & ſimplicem,& indeterminatam † quæ
vix per teſtes probari poteſt.quod dic,vt no.s̃.de renun.ſuper hoc
§.fi.& de elec.bone.§.contra legati.Et eſt hoc tertium, quod in-
ducitur contra canonicos.& adde,quod no.in ſeq.gl.[Quodam-
modo]directe nõ probatur negatiua,ſed indirecte bene poteſt
probari,j̃.de proba.tertio.Et no.teſtes reprobari non ſolum illos,
qui expreſſe negatiuam probant,ſiue probare conantur, ſed etiã
eos,qui implicitam, ſicut hic patet,hic enim nitebatur probare,
ꝙ electio tamen ad canonicos pertinebat.ſecundum. d.n. quod
dic,vt no.in ſeq.gl.[Satagebant]& ſic deierare cum hæc negati-
ua non ſit pregnãs.Forte dicebat,ꝙ clerici nunquam interuene
runt electioni,nec vocẽ habuerunt in ipſa, s̃.de elec.cum dilecti.
ſecundum.B.Tu intelligas,vt dicit litera.ſ.ꝙ ipſi aſſerebant, ꝙ ad
21 canonicos,& nullos alios electio pertinebat,in quo ſ videbantur
incurrere anceps periurium,cum de alieno facto iurarent,argu.
ff.de in lit.in.videamus.ff.rerũ amo.marcellus. quomodo enim
poterant ſcire vtrum aliquis haberet ſuper hoc priuilegium ſpe-
ciale?Sed ſalua reuerentia tanti patris, bene poſſunt a per iurio
excuſari,vt dicamus ipſos teſtes hoc intellexiſſe de iure commu
ni,vt patet.j.eo.§.verſi. & ſecundum ſtatuta. ſimili enim modo,
vel quaſi excuſat idem papa teſtes eburdeñ.eccle.j̃. de teſti. cum
tu fil.& cõfeſſionem epiſcopi Agatheñ.ſicut no.j̃.de accu. cum
dilecti.§.j.verſic. & ſi ſecundum reſponſionem & ſequenti.[Per
teſtes vero,]ver.[Aduerſe].ſ.clericorum. [In trium epiſcoporũ]
22 Ex hoc †videtur,ꝙ ſi aliquis aliquo iure ter vtitur, per hoc eſt in
quaſi poſſeſſione ipſius argu.C.de fideicommiſ.l.j.ff.de vſur.cum
de in rem verſo.ff.de ſerui.quotiens.ij. Idem videtur ſi bis,quia bi
nus actus &c.j̃.eo.cum olim.s̃.de ele.venerabilem §. fin. Quid ſi
ſemel elegit tantum,& epiſcopus vixit per.xl.annos?ad hoc idem
23 dicas †ſicut enim per vnicum actum perditur poſſeſſio,s̃.de con
ſti.cum acceſſiſſent.j̃.de preben.pro illorum.ſic & acquiritur.C.
de ſeruitu.cum talis.ſic & aqua quotidiana dicitur,quæ ſemel in
anno ducitur.& ſi non ſemper fiuat.ff.de aqua quoti.& eſti.l. j §.
quòd autem. Et ſi immiſit tignum in parietem tuum ſtatim
quaſi poſſideo ſeruitutem, ff.de ſeruitu. vrbano. prædio. ſeruitu-
tes,quæ in ſuperficie.vnde tuendus ſum in illa quaſi poſſeſſione.
j̃.vt lite.penden.cap.j.& ii.niſi conſtet,quòd ſit violenta, & clan-
deſtina,vel precaria.j̃. de exceſſio. prælato. cum ad quorundam.
quando enim precaria eſt tunc concedens, poteſt quando pla-
cuerit reuocare,vt ibi.& x.q.iii.quia cognouimus. Sed contra,
quia ad hoc, quòd aliquis habeat interdictum de itinere, actu-
que priua.neceſſe eſt,quòd probet ſe vſum fuiſſe in anno iure il-
lo ad minus.xxx.diebus.Sol.illud intelligitur de interdicto,quod
habet mixtam cauſam, quia duo debet probare & hoc anno
vſum fuiſſe,& ſeruitutem ſibi competere,& hoc eſt, quod legi.
& nota.ff.de itine.actuque priua.l.j.§.hoc interdicto & l.iii.§.ait
24 prætor.& ſeq.† Porro ſi de poſſeſſione tantum ageretur vnicus,
& vltimus actus ſufficeret,vt patet.j̃.de iure patrona.ex literis. &
capi.conſultationibus.& de hoc nota ſecundum.dom.n. s̃. eod.
cap.§.partibus.verſicu.fina.ſuper verbo.affuiſſe. [Præſentes.] hic
notabis,quòd talis libellus non eſt admittendus.peto talem ele-
ctionem caſſari, quia apud me eſt ius eligendi. cauſa enim pro-
prietatis non eſt ſufficiens ad caſſandam,vel confirmandam ele
ctionem,ſed talis cauſa eſt adijcienda,quia apud me eſt poſſeſ-
ſio eligendi,vt hic.& j̃.eodem cum olim.& j̃.de iure patrona.ex
literis.& capi.conſultationibus.ſecundum domi.no. Argumen.
tamen contra,s̃.de reſtitutio.in integrum cap.ii. ad finem. & de
electio.cum Vinton.[Duximus]vnde eſt,quod iſta caſſatur ele-
ctio cum facta fuerit ab omnibus illis, qui ius eligendi habe-
bant.Reſpon.hoc ideo fit,quia contempti fuerunt illi,qui erant
in poſſeſſione eligendi.hoc enim ſolum ſufficit ad hoc, vt caſſe-
tur electio,vt hic patet,& in eo,quod nota in præceden. gloſſa &
ſupra de electionib.Cumana. Nec licet canonicis, quamuis in
veritate ad eos tantum ius eligendi pertineat, alios priuare poſſeſ
ſione ſua,in qua tuendi ſunt,j̃.de inſtitu.cum veniſſent,xvj.q.iiij.
volumus.viii. quæſtio. iiii. nonne. nec licet eis ſibi ius dicere. C.
ne quis in ſua cauſa.ius ſibi dicat. in rubro & in nigro, ſupra de
electionib. bonæ. ij. Sed pone, quòd canonici, ad quos de iure
communi ſpecta electio.ſupra de electionib capi. j. non ſunt in
poſſeſſione eligendi,nec per ſe,nec cum alijs.clerici vero ſoli ſunt
in poſſeſſione eligendi,ſed ius non habent,& in hoc caſu cano-
nici aliquem eligunt, nunquid valet eorum electio in hoc ca-
ſu? Videtur, quòd ſic, non enim poteſt dici, quòd contempſe-
rint illos, qui ius eligendi non habebant, nec cum eiſdem ca-
nonicis poſſidebant, ſed potius canonici eligendo vſi ſunt iu-
re ſuo, vnde nec alicui videntur iniuriam irrogaſſe, ſupra de
electionibus cum eccleſia vulterana. §. primo ante fine eſt igi-
tur eorum electio confirmanda tanquam facta ab his, qui ve-
re poteſtatem habent eligendi. iudex enim, ad quem con-
firmatio ſpectat, non debet poſſeſſionem attendere, ex quo con-
ſtat ei de veritate iuris, argumento, ff. depoſiti. bona fides. j̃.
eodem cum dilectus. nec eſt vis, vtrum clerici alium elege-
rint, vel non. vel vtrum elegerint ante electionem canonico
rum, ſiue poſt. & hoc verum eſt ſi clerici ſolam poſſeſſionem
habebant, ſecus ſi acquiſiuiſſent ius per conſuetudinem iam
præſcriptam, tunc enim caſſandam eſſet canonicorum ele-
ctio,cum poteſtas eligendi legitimo modo in clericos ſit tranſla

tã,vt patet in eo,quod legitur,& no.ĩ.eo.§.ver. & ſecundum ſta-
tuta,& hoc quidã ꝯcedunt.Alij vero dicunt ꝯ̃,& melius,vt nobis
videtur,ſcilicet, ꝙ etiam in hoc caſu caſſanda eſt canonicorum
a electio,[a] & clericorum electio,ſi ipſam fecerint confirmanda,qa
ex quo clerici poſſeſſionem electionis habent in ſolidum, cano
b nici,qui non poſſident,[b] non poſſunt ipſam aſſumere auctorita
te propria ſine pęna,ar.C.vnde vi.ſi quis in tantam.cum ſuis ſi-
milibus.Sed primi reſpondent hoc obtinere in iuribus incorpo
25 ralibus,quę † inſeparabiliter adhærent oſſibus hominum,ar.ſ̃.de
elec.dudum.ij.reſpon.j.ex quo elicitur, ꝙ abſolutiones factæ ab
his,qui non iure poſſident, non valent.Secundi vero dicunt, ꝙ
ibi loquitur de illis,de quibus cõſtat,ꝙ in mala poſſeſſione ſunt,.
ſed hic loquimur de bonæ fidei,& legitimo poſſeſſore. Et quod
dictum eſt in electione facta ab his,qui ius habent,ſed non poſſeſ
ſionem.idem intelligas,& in ſententia ab eiſdem lata , & idẽ in
alijs ſimilibus,ar.ſ̃.de reſcrip.inter cęteras, & de hac materia no.
ĩ.de reſti.ſpo.olim.iij.& ſ̃.de reſti.in integ.c.ij.ſm do. n. cuius eſt
mens totius huius gl.[Irritandam]ſic obtinent clerici in poſſeſ
ſorio,quia iniuſte ſpoliati reperiuntur.ad quod accedit, quod le-
gitur,& no.ſ̃.de ele.in Geneſi.ver.nec primum.[Clericos vero]
26 verſ.[Quaſi poſſeſſionem]hoc ideo dicit,† quia incorporalia nõ
poſſidentur,ſed quaſi.ff.de vſuca.ſequitur.§.ſi viam.ff.de ſer.vrb.
præd.ſi ædes.§.libertas.ſ̃.de foro ꝯpe.conqueſtus.vbi de hoc. Ar.
ꝯ̃.iij.q.j.reintegranda.[Reducentes]verbo tantũ, & non re,cũ tã
conſtet de proprietate,in qua ſuccũbunt,ĩ.e.§.fi.ſimile.ĩ.c.j.& c.
cũ dilectus.ſm omnes.immo & re quantum ad electionẽ, quæ
caſſata eſt,vt præcedit.hoc aũt ſolũ ꝯmoditatis reportant. ¶ Ve-
rum]v.pars.[Quicquid iuris vtraque pars.]ſic.ff.de exce. rei iudi.
& an eadem.§.actiones.C.de anna.excep.l.fi.Sed contra,qa pars
canonicorum rei erant,& de iure cõi habebant, & quaſi poſſide-
bant ius eligendi,vt patet ex ſequentibus. ſed poſſidenti non eſt
prodita actio,ſ̃.de iud.examinata.Sol.illud verum eſt de actione
in rem,quæ ꝯpetit pro rebus corporalibꝰ. ſecus in negatoria,quę
cõpetit dño,& poſſidenti neganti aliam ſeruitutem in re ſua , &
hanc videntur canonici in iudiciũ deduxiſſe,dum negabant cle
ricos in electione ius habere. clerici vero deduxerunt in iudiciũ
confeſſoriam,quæ datur illi,qui ſeruitutem ſibi deberi contẽdit,
& probantur hæc.ff.ſi ſeruitus ven.l.ij.reſpon.j.& l.ſi forte. §. j. &
l.ſicut.§.ſed ſi quæritur.Inſti.de act.§.ij.& de hoc no.plenius.ſ̃.de
iud.examinata.ſed & canonici in ꝯuentione erant actores,vt no.
ſ̃.e reſpon.j.& §.j.[Cum iure ciuili]ver.ſimile.ĩ.de teſti.c.ij. in fi.
27 & ſ̃.e.c.j.in prin.[Cautum ſit.]ff.de iud.ſolemus.† Et no. duas eſ
ſe regulas.Vna eſt,ꝙ id tm̃ venit ĩ iudicium,de quo actum & co
gitatũ eſt inter partes & hæc reprobatur.nam ſi ei ſtaretur, ſemꝑ
diceret reus non intellexi de hoc,& ideo reprobatur,ff. de verbo.
obli.inter ſtipulantem.§.ſi Stichum,& d.l.ſolemus.in princ.ſm
Gof.Tu dicas,ꝙ nõ ſimpliciter reprobatur,immo locum habet
in iudicijs ſtricti iuris,quãtum ad pacta habita inter partes.ff. de
dolo.eleganter.§.non ſolum.ff.de ver.obli.quicquid aſtringẽdę ,
& in arbitrijs,ſ̃.de ar.cũ dilectus.vbi de hoc.Et eſt alia regula,qua
dr̃,ꝙ omnia veniunt in iudiciũ præter illa,de quibus actũ eſt, ne
veniant,qđ ſic intelligas,vt oĩa veniant,q̃ ſub natura actionis , q̃
proponitur includuntur.& habet locum in bonæ fidei iudicijs ,
& generalibus,& vniuerſalibus actionibus,ſicut eſt tutela. pro ſo
28 cio. petitio hæreditatis . familię erciſcundæ . cõi diuidundo. † In
petitione hæreditatis de natura ſui veniunt fructus, & partus an-
cillarum,ex quibus augetur hæreditas,ff.de peti. hær.itẽ veniunt.
§.fructus.& l.ancillarum.& l.illud.§.ꝑdo.Quinimmo & in actio
nibus ſtricti iuris poſt litem conteſtatã veniunt fructus,& alia ac
ceſſoria.ſed hoc magis officio iudicis, q̃ iuris actionis, ff.de aqua
plu.ar.Atheius.in fi.ff.de ędil.edi.ędiles.§.itẽ faciendũ. in fi. Nec
obſtat.C.de iud.licet.ibi enim expreſſe fuit actum de vſuris certo
rum annorum tm̃.& ideo aliæ non venerunt,ſed nec illa veniũt
in ſtricti iuris iudicijs,q̃ litem ꝯteſtatam ꝑcedunt,ff.de iu.non po
teſt.ſed & in interdicto vnde vi.non tantum venit reſtitutio rei,
immo & fructus,& intereſſe,& omnis vtilitas.ff.de vi,& vi ar.l. j.
§.non ſolum.& l.in interdicto.Idẽ eſt,cum agitur ex illo cano-
ne,iij.q.j.reintegranda.Item cum ago de adulterio,venit ibi quã-
doque dos,ĩ.de dona.inter vir.& vxo.de prudentia.Item ſi dicam
te mihi obnoxium,quamuis fatuus reputeris,ſi libellum tam ge
neralem recipias, tamen videor totum ius meum in iudicium
deduxiſſe.C.de an.excep.l.fi.vbi vero certi articuli ſpecificati ſunt
in libello non obſtat exceptio in non ſpecificatis.C.de iudi. licet.
ff.de excep.rei iudi.l.ſi ex teſtamento.ff.de inſt.act.habebat.ff.cõi
diui.in iudicium.ff.famil.erciſc.hæredes.§.pen.ff.de peti. hær.hæ
reditatem.& l.ſi quo tempore.[Vt veniret]Arg.hic,ꝙ illud locũ
venit in condemnatione,quod in libello ꝯtinetur, & ſuper quo
lis conteſtata eſt,ad idem.ſ̃.de ord.cogni.cum dilectus.§.fi.ff. de
iud.nõ poteſt.& l.de qua re.Sed contra,quia plus venit in condẽ
natione,quam in petitione.C.de app.l.fi.ad fi.Inſti.de act.§.ſi mi
nus.ff.de petitio.hæredi.l.iiij.ff.de re iudi.ſi autem.§.fi. Item con-
tra,quia minus venit in condemnatione,quam in petitione, ff.
de cond.fur.ſi ſeruus furtiuus.ff.de rei ven.ſi autem cum a Titio.

§.poſſidere.ff.de peti.hæred.ſi quo tempore.§.ex diuerſo . Sed ſe-
cũdum diuerſas naturas actionum,& proceſſus iudiciorum hęc
contrarietas eſt ſoluenda.[Sed id]dummodo ſub petitione por
recta concludi poſſit.do.n.[Et ſecundum ſtatuta.]lxiij.diſtin.ca.
ij.& §.ex his.& ſ̃.de elec.cum terra.& c.j.[Ad cathedralium.]Et
ideo fundant canonici intentionem ſuam de iure communi,
quare quantum ad proprietatem obtinent,vt ſequitur, quæ ſen-
tentia præualet in executione,ĩ.eod.cum dilectus.Sed contra , ĩ.
de reſtitu.ſpol.cum ad ſedem.vbi epiſcopus videtur fundare intẽ
tionem ſuam de iure communi.Sed dic ꝙ ibi non fuit fundata
intentio,vel illud ibi non allegabatur,ſed ꝙ interdictum vnde vi
locum non habebat,& ſuper eo pronunciatur ibi in fine. [Cleri
cos]id eſt canonicos.[De conſuetudine]introducta de volunta-
te eius,cui præiudicat,ff.cõia præd.venditor.§.j.Et præſcripta alio
quin non prodeſſet,vt ſequitur.ſubaudi tu vel priuilegio , ar.ſ̃.de
iudi.nouit.§.i.ſ̃.de cõſue.cum dilectus.[Nec ex eo]ver. [Tertio]
Idem eſt ſi bis.ĩ.eo.cum olim.idem ſi ſemel dummodo eligens
credẽs vti iure ſuo hoc fecerit,ff.de aqua quo.& æſti.l.j.§. Ariſto.
& §.æquiſſimum.ff.de iti.actuque priua.l.fi.Sed vnus actus ſuffi-
ceret quo ad proprietatem acquirendam,dummodo pręſcriptũ
eſſet,& de hoc no.plenius.ſ̃.eod.c.§.j.ver.parte clericorum.ſuper
verbo,affuiſſe.† In præſcriptione autem requiritur iuſtus titulus,
ĩ.de præſcript.ſi diligenti.ſed in conſuetudine binus actus. C. de
epiſ.audi.l.iij.ſecundum d.n.Tu vero dic,vt no.ſ̃.de conſuetu. c.
penul.& ĩ.eod.in ſequen.glo.ꝙ præſcriptione completa non ſic
acquiritur proprietas etiam per plures actus quamuis per hos ac
quiratur poſſeſſio,vt no.ſ̃.e.§.nos igitur.ver.per teſtes.[Ius]quan-
tũ ad proprietatẽ[Propter breuitatem tpis]& ita patet, ꝙ ſi pſcri
ptio completa eſſet per conſuetudinem,acquiſiuiſſent ius eligẽ
c di cum trino actu.idem ſi elegiſſent ſemel [c] ſm quoſdam,ar.C.
30 de ſeru.l.fi.licet videatur contrarium, † quia ſeruitutes, quæ non
habent cãm continuam duplicatum tp̃s requirunt,ff.quemad-
modum ſer.amit.ſi conſtituta.Tu dicas, ꝙ licet per vnum actũ
acquirat poſſeſſionem,vel ius ſeruitutis, non tñ conſuetudo fir-
matur,ex qua hoc ius oritur,nec iſtud inuenio in iure cautũ,ſed
de bino actu tm̃,& de hoc no.ĩ.e.cum olim.& hoc iũge in ſum-
31 ma de conſuetudine.† Sed contra,quia in præſcriptione rerum
eccleſiaſticarũ requiritur bona fides , & iuſtus titulus . alioquin
non prodeſſet præſcriptio,ĩ.de pręſcript.ſi diligenti.ĩ.de deci.du-
32 dum. † Item in cõſuetudine cauſa allegari debet,ar.ĩ.de cenſi.ꝑ-
ueniꝰ.ſed hic nulla cauſa fuit allegata,vel titulus,& tamẽ ſi tem-
33 pus completum eſſet,obtinuiſſent.Ad hoc dicunt† quidam , ꝙ
incorporalibus ſola patientia habetur pro titulo . nam & habe-
tur loco traditionis,ff.de publiciana.ſi ego.§.j.ff.de ſerui.quotiẽs.
Alij dicũt,ꝙ ſpeciale eſt circa iſta incorporalia , vt nõ ſit neceſſe
titulum allegare,ſed ſufficit,ꝙ nec clam,nec precario vſus ſit tali
iure.ff.ſi ſeruitus vend.ſi quis diuturno. Qui ergo opponet preca
riam fuiſſe poſſeſſionem hoc probet,argu.vij.q.j. pontifices. ſ̃.de
elec.in Geneſi.Tu dicas,ꝙ refert vtrum conſuetudo allegetur ad
hoc,vt videatur acquiſitum ius ſeruitutis,& non exigit cauſa,ſed
habetur vſus loco tituli,ſiue cauſæ,vt hic,& ff.ſi ſerui. ven. ſi quis
diuturno. Vel ad hoc,ꝙ videatur acquiſitus cenſus, & tunc cau-
34 ſa requiritur,ĩ.de cen.peruenit.& eſt ratio,† quia homo ſine cau
ſa non obligatur alicui.Inſti.de obli.ſed res plerumque concedi-
tur occupanti,& cum ad ſeruitium hominis factum ſit,facilius
acquiritur ius in ea,quam in homine,ar.ff.de ędi.edic.iuſtiſſime.
& ideo ſi nihil teneo a te, non debeo tibi cenſum,niſi aliud pro-
bes,quod dic,vt legitur,& no.ĩ.de cenſi.quanto.& c.peruenit.ſed
& qui circa ſeruitutem allegat cauſam ineptam ſuccumbit,ſ̃.de
35 elec.conſtitutis.Vel dic,vt no.ſ̃.de conſue.ca.fin.† Et actore non
probante]verſic.vj.q.vlti. actor. C.de edendo.qui accuſare.quod
dic,vt no.plene.ĩ.vt benefi.eccle.c.vnico. reſpon. j. [Eorum]ſci-
licet clericorum conuentualium eccleſiarum.[Faciendis] ergo
hoc petitum fuerat a canonicis , vt ſuppleui.ſ̃.eod.§.j. in fi.D.ta-
men.n.ſic dixit.[Faciendis]Hic apparet,quòd nominatim peti-
tum fuit a clericis,ꝙ canonici de cętero non eligerent ſine ipſis,
alioquin nec canonici ſic abſoluerentur,nec ipſis clericis ſilentiũ
36 imponeretur,vt ſequitur,† quia tm̃ ſup petitis pronunciãdũ eſt ,
ĩ.de ſimo. licet Hely.§.j.& legitur,& no.ſ̃.de ord.cog.cũ dilectus.
§.fi.Et quantũcunq; papa expſſa cã iudicaſſet de confirmatione,
vel infirmatione electionis illa ratione,ꝙ clerici in electione ius
haberent , vel non haberent propter hoc tamen non intelligi-
tur pro-

ADDITIO.

a ¶Canonicorum electio.Adde do.Abba.hic in pen.col.verſic.quæro hic
cui And.ſic.addit.Cal.conſil.xx.de iure patro.

b ¶Qui non poſſident . Quid autem ſi nullus eſt in poſſeſſione ante va-
leat electio facta a proprietario vide per dominum Abbatem hic in pe
nulti.colum.verſicu.quid autem.poſt Innocen.in cap.Cumana.ſupra de
electio.

c ¶Elegiſſent ſemel.Quid ſi aliquo tantum poſtulaſſent , an ex hoc videa-
tur acquiſita poſſeſſio eligendi.Vide hic per domi.Abba.circa fi.verſicu.
vltimo quęro.



tur pronunciaſſe de iure eligendi . vnde & ſi clerici poſt talẽ ſen-
tentiam libellum porrigerent ſuper iure eligendi non obſtaret
eis exceptio rei iudicatæ,quia aliud eſt ius eligendi,de quo modo
agitur,& aliud confirmatio,vel infirmatio electionis vnius per-
ſonæ,de qua primitus actum fuit,quamuis etiam ex eadem cau
ſa vtrobiq; agatur.ff.de exce.rei iu.cum quæritur.& l.ſe.& ad hoc
facit optime,quod leg.& no.ĩ.eo.c.fi. & ſ̃.eo.c.§.j. ſuper verbo ,
conſueuerunt.Secus ſi primo pronunciatum eſſet de iure eligen
di,& poſtea fieret electio,quam is,qui in præterito iudicio ſuccu
buit,nũc in ſecundo iudicio ea ratione,quia in electione ius ha-
bet,& contemptus eſt,peteret infirmari: tali.n.obſtaret exceptio
rei iudi.ar.ff.de excep.rei iudic.l.ſi cum teſtõ argentum. §.ſi fun-
dum.& ſm hoc intelligitur,ſ̃.de elec.querelam.ſ̃.de conſuet.di-
lectus.ĩ.de ver.ſig.abbate.in quibus oĩbus petitum fuit, ꝙ de iure
eligendi pronunciaretur,ſicut apparet ex lectione iurium eorũ-
dem . Quod ſi quis huic intellectui contradicere vellet hæc ab-
ſurditas ſequeretur,ꝙ ſi aliquis peteret fructus alicuius fundi ſui,
vel partum ancillæ ſuæ,& reus negaret dñium, & abſolueretur a
petitione fructus,vel partus,non poſſet is,qui ſuccubuiſſet poſtea
petere fundũ,vel ancillã,qđ falſum eſt, vt colligr.ff. de exce.rei iud.
ſi quis cũ totũ.§.idem ſi quis fundũ petierit.& ſeq.& l.& an eadẽ.
§.qui cum partem.& §.fi.ſic & dicendum eſt in præmiſſo caſu.ſi
cut enim poma ſunt fructus agri , ſic eligere eſt fructus iuris eli
37 gendi,vt no.ĩ.de iure patro. conſultationibus.Et † aliud eſt petere
vſumfructum formalem, & aliud proprietatem rei. ff.de excep.
† rei iudi.ſi cum argentum.† §.ſi fundum.ver.ſed ſi vſufructu. Nec
obſtat,ff.de compen.ꝙ in diem.cum ſuis concor.quia reus oppo
nendo compenſationem actoris , ita petit debitum ſicut ſi dire-
38 ctã actionem intentaret.† Nulla enim differentia eſt inter pecu-
niã recipere,vel ipſam compenſare, ar.ff.de cal.l.ij.Hic autẽ cleri
ci conuentualium eccleſiarum nil petebãt ſibi adiudicari,ſed ſo-
lam electionẽ factam a canonicis infirmari , licet cauſam qua-
re eſſet infirmanda electio aſſignarent. Immo & ſi petiiſſent ius
eligendi ſibi adiudicari,niſi lis ſuper hoc eſſet conteſtata, nõ pro-
hiberentur de nouo agere confeſſoria pro iure eligendi , nec ob-
ſtat eis exceptio rei iudicatæ, ex quo ſuper ipſo lis conteſtata , vel
de ipſo actum non fuit. Eſt & alia ratio, quare non obſtat, ff.de
compen.ꝙ in diem.Ibi enim excipiendo de compenſatione poſ
ſum debitum meum conſequi compenſando , ſed iſti clerici
quantumcunque exciperent de iure eligẽdi & ipſum ad ſe perti-
nere probarẽt,ex vi tamen exceptionis ſolius nunquam poſſent
conſequi ius eligendi . ſed hoc tantum ꝙ electio caſſaretur,ſ̃.de
ord.cogn. cum dilectus.§.fi. Immo plus videtur,ꝙ ſi in anno prę
terito canonici Alanum in epm̃ elegiſſent,cuius electionem clẽ
rici petiiſſent caſſari,dicẽtes ſe contemptos, & canonici fuiſſent
abſoluti,etiam ea cauſa expreſſa , quia non deberent clerici con-
uentuales intereſſe electioni , & nunc de nouo iidem canonici
mortuo Alano alium eligũt.ponamus B. cuius electionem iidẽ
clerici etiam ex eadem cauſa caſſari petant,non obſtabit eis exce
ptio rei iudicatæ;quia de alia re prius actum fuit, ſ.de electione
Alani,& de alia re nunc agitur,ſ.de electione B.ar.ff.de excep.rei
iud.cum quæritur.& duabus ll.ſequen. Nec obſtat.ff. de excep. rei
iudi.ſi quis cum totum.§.cum ancillam.immo potius concor-
39 dat.ibi enim dicit,ꝙ † vbicunque eadem quæſtio repetitur in iu-
dicio,obſtat exceptio rei iudicatę,ſed in caſu præmiſſo nũquam
eadem quęſtio repetitur,immo vt ex præmiſſis patet alia fuit pri
ma, & alia eſt ſecunda . ſm d.n. cuius eſt mens totius huius glo.
quæ tñ in aliquibus videtur contradicere his quæ not. ſecundũ
d.n.ſ̃.de ordi.cogni.c. fi. Huic etiam opinioni ſuæ quam hic no.
videtur contradicere expoſitio,quam idem fecit, ĩ.c. j.§.fi. ſuper
verbo tã poſſeſſorium.vt & ibi no.& ff.de excep.rei iudi.ſi cum te
ſtamento argẽtum.§.ſi fundum.vbi euidenter probatur,ꝙ ſi fun
dum petij tanquam meum , & ſuccubuero , deinde vſumfructũ
caſualem eiuſdem fundi.i.qui ad me ratione proprietatis perti-
net,petam ex illa cauſa, quia fundus meus eſt. Exceptio mihi ob
ſtat , & tamen alia res eſt proprietas , & alia vſusfructus licet ei
eadem cauſa debeatur,Si vero quęras quare fuit hic data talis ſen
tentia,Dic,vt not.in ſequen.glo.[ Abſoluendos ] a cauſa recon-
uentionis, in qua iſti clerici erant actores . nam in conuentione
rei erant,vt no.ſ̃.e.c.rñ.j. in fi.Sed quare pronunciauit papa ĩ cau
ſa reconuentionis,& non in cauſa conuentionis . nam ſuper il-
la primo pronũciandum fuit ſecundum iuris ordinem , qui pri-
mo fuit propoſita. & ideo contra. ſ̃.de ordin. cognit. cum dile-
ctus.§.nos autem.Sol.in caſu iſto conuentio, & reconuentio cir-
ca idem verſatur.nam canonici petierunt confirmari ſuam ele-
ctionem,& clerici infirmari.infirmata electione canonici ſuccu
buerunt in petitione conuentionis,& clerici obtinuerunt in cau
ſa reconuentionis,Item petierunt canonici,ꝙ præciperetur cleri
cis ne volentes ipſos eligere de cætero impedirent , clerici vero
petierunt præcipi canonicis, vt admitterent eos ad electiones in
poſterum faciendas. per hanc ergo pronunciationem , q̃ hic fit
obtinent canonici in petitione conuentionis, & clerici ſuccum-
bunt in cauſa recõuentionis, & ſic facta pronunciatione in cau

ſa reconuentionis facta eſt ꝑ ꝯſequens, & in primo oblata con-
uentione . Ideo aũt papa ſuper libello reconuentionis tm̃ pronũ
ciare voluit,qa in proprietate, quæ magis conſideranda eſt, quã
poſſeſſio,fundabant canonici intentionẽ ſuam de iure cõi. & vt
competentius induceret hoc ius actore non probante &c.& qa
ſibi expeditius viſum fuerit,& vt ſuperflua reſecarentur,& intri-
catio,& confuſio vitarentur.ar.ſ̃.de ordi.cogni.tuam.§. j. Simile
no.ĩ.de proba.in præſentia.§.fi.verſi.penul.

ADDITIO.

† Alias,ſi cum teſtamento argentum.

*SVMMARIVM.*

1 *Ius adminiſtrandi an acquiratur ex ſola confirmatione.*
2 *Qui eſt in poſſeſſione,an poſſit vti fructibus beneficij.*
3 *Reſtitutio poſſeſſionis non poteſt peti per ſolam confirmationem.*
4 *Homines quotieſcunque offerunt eccleſiæ, Deo offerunt.*
5 *Congregatio fidelium eſt corpus Chriſti capitis.*
6 *Bona eccleſiæ dicuntur,eſſe pauperum,quo ad ſuſtentationem.*
7 *Diſtributio æqua eſſe debet.*
8 *Eccleſia vniuerſalis nunquam eſt nulla,& ſemper eſt vna.*
9 *Eccleſia nunquam deſinit eſſe hæres.*
10 *Clericus pro ſuo beneficio,quo nomine agere debeat.*
11 *Iudicis officium quando competat.*

CAP. III.

CVm ſuper. Pars.ĩ.de ꝯſeſ. cum ſuper.[A Pa
triarcha] a quo fuit appellatũ,vt
in deciſione.arg.ꝯ̃,ſ̃.de elec.cũ dilecti.[Hieroſolymi
tano]qui habet dare pallium ſuffraganeis, hoc priui-
legio decoratis,ĩ.de priui.antiqua.reſpon.j.ver.ita ꝙ poſtq̃. hẽtq;
1 eoſdẽ,& alios ꝯfirmare,vt hic.† Sed nunquid [a] ex ſola ꝯfirmatio-
a ne acqritur ius adminiſtrãdi?ita vr̃,qa hoc expreſſum eſt,ſ̃.de ele.
noſti.& c.ex trãſmiſſa.& c.qualiter.ſ̃.de tranſ.eo.c.j.Sed ꝯ̃,quia ſi
hoc verum ſit,fruſtratoria vr̃ inſtallatio,quę tñ facienda eſt ſ̃.de
off.archidi.vt noſtrum. Fruſtra ẽt vr̃ eſſe conceſſum,ꝙ vbi papa
non poteſt intronizari adminiſtrare poſſit,xxiij.diſtin. in nomi
ne domini.quinimmo & expreſſum eſt,ꝙ etiam conſecrati ne-
dum confirmati tantum,nõ debent ſe intromittere de rebus ec-
cleſiæ,xcij.diſt.ſi quis ordinatus.& c.ſequen.Sol.aut eſt conſuetũ
do in eccleſia,ꝙ ꝓlatus quãuis confirmatus ante inſtallationem
non adminiſtret , aut non . Si talis ſit conſuetudo tunc propter
virtutem conſuetudinis non intelligitur ius habere adminiſtrã
di ſiue iura confirmationis quouſque fuerit inſtallatus , ſicut ꝑ
contrarium per virtutem conſuetudinis aliquis fingitur poſſeſ
ſionem nactus,qui non eſt,ſ̃.de conſue.c.ij.& ſic intelliguntur
contraria.Inde eſt , quod non a tempore confirmationis,ſed a
tempore adeptę adminiſtrationis currit tempus de epiſcopis cõ
ſecrandis, ſ̃.de elec.cum in cunctis.§. cum vero. Vbi vero talis
conſuetudo non obtinet,ſola confirmatio dat ius adminiſtran-
di,vt in primis concor. & huic diſtinctioni aliqui adhæſerunt.
Vel dic,quod per ſolam confirmationem plenum ius admini-
ſtrandi quæritur,inſtallatio vero requiritur non de neceſſitate,
ſed de ſolennitate.d.c.vt noſtrum . Poteſt & illud dici,ꝙ & ſi in-
ſtallatio ſeruanda ſit,vbi talis eſt conſuetudo nihilominus & an
te inſtallationem poteſt prelatus adminiſtrare , niſi cõſuetudo
contraria contrarium operetur , quam etiam dicerem præuale-
re. Nec obſtat.xxiij.diſt.in nomine domini. quia vt ibi a contra-
rio ſenſu poteſt colligi adminiſtrare poteſt papa ſine inſtallatio-
ne facta in vrbe,& vidimus iam multos ſummos pontifices ad
miniſtrare,antequam vrbem ingrederentur,quamuis ipſam in
gredi libere potuiſſent.Et adde quod no.ĩ. de reſti.ſpolia. in lite-
ris.ſuper verbo,prius.ver.quid ſi non poteſt inſtallari. & ſequenti
bus, Nec obſtant,xcij.diſt.ſi quis ordinatus.& ſequenti, quia ibi
contendebatur eos non eſſe epiſcopos,& per obreptionem obti
nuiſſe conſecrationem.quare eis prodeſſe non debebat, arg.ĩ.de
dolo & contu.cum olim Daniel. Vel non negatur ibi quin ha-
beant adminiſtrationem bonorum eccleſiarum , in quibus ſũt
conſecrati,ſed dicitur ibi,quod non debent adminiſtrationem
bonorum eccleſiarum illarum tantum,ad quas diuertunt, etiã
occupare nituntur.prout legitur in illo ca.ſi qui epiſcopi ordina
ti ſunt ſm,d.n.cuius eſt mens totius huius glo. Et adde quod no.
ĩ.de accu.accedens.§.fi.Confirmatio etiam non rite facta nullũ
ius tribuit,quod dic ,vt in ſequenti gl. & ĩ.ti.j.in literis. ſuper ver
bo,prius.

ADDITIO.

a ¶Sed nunquid.Adde de hac quæſtione Inno.hic,& do. Abba. in quarta
col.ver.ad primam q. Andr. Siculus addit hic Oldr.conſil.cxcj. ſed cum
bona venia dixerim.ibi non tractat hãc quæſt.qua quæritur , vtrum per
ſolam confirmationem acquiratur ius adminiſtrandi,ſed quęrit,vtrum
liceat alicui ſine confirmatione adminiſtrare , quæ quæſtio minus du-
bij habet quam iſta.Refert tamen ipſe domi. And. Ro. conſi.ccccclxxxij.
Sequendo Do. de Ro. tenuiſſe, ꝙ per traditionem anuli factam ab ha-
bente poteſtatem,acquiritur quaſi poſſeſſio beneficij.

bo,prius.añ fi.ipſius gl.ver.dicas ergo,quod ſm ſimplicitatem,&
ſequen.[Confirmatus]Ex hoc,& ex fine ca.colligitur, quod cō
firmatio ,nihil videtur conferre, vbi electio canonica non fuit,
quia non tollit actionem, nec exceptionem contra electum cō
† petentem,vt hic,& ſ̃.de elec.cum inter R. iuniorem.† & c.cum
dilecti. grauatur tamen excipiens poſt confirmationem , quia
neceſſe habet aſtringere ſe ad extraordinariam pœnam,j̃. de ac-
cu.ſuper his.Et adde, quod no.in ſequen.gl.¶ Eum] ij.pars.ſ.ſub
diaconum electum & confirmatum.[Reſtituendum.] ſolo ver
bo,nam ſtatim eum deſtituit,& in executione debet proprietas
præualere,j̃.eo.cum dilectus.Sic papa conuerſo caſſat electionē
ſolo verbo & ſtatim prouidet de caſſato,j̃. de accu.ad petitionē.
Sed quid prodeſt in hoc caſu talis reſtitutio? Parum niſi quod
ſatisfit iure & petitioni actoris , vt ſequitur.ff.de iudic.de qua re.
Sed poſſet prodeſſe quo ad fructus,ad quos tenetur deiector nō
ſolum de perceptis,ſed & de his,qui percipi potuerunt, ſecundū
B.j̃.ti.j.grauis.Non tamen intelligas,ꝙ fructus cedant petenti in
2 caſu iſto,cum† & idem ex quo ius non habet in prælatura fru-
a ctus,reſtituere teneatur,[a] j̃.de præben.dilecto. in fi.j̃.de iure patr.
cum dilectus. in fi.Et adde,quod no.in ſequenti gl.[Iuſtitia me
diante.] iuſtitia ſuaderet , quod reſtitueretur cum effectu , cum
iam poſſeſſiones habuiſſet,niſi cōſtitiſſet,quod electio nulla fuit
vel iuſtitia ſuaſit,vt ipſum reſtitueremus ſolo verbo , vt patet in
eo,quod legitur & no.in præced.glo.& in ſeq.§.& ſ̃.c. proxi.& j̃.
3 e.cum dilectus.†Per ſolam autem confirmationem non poſſet
petere reſtitutionem poſſeſſionis,ar.ff.de acquiren.poſ.cum hæ
redes.vbi dicitur,ꝙ adita hæreditate iura tranſeunt,ſed non poſ-
ſeſſio,niſi corpore fuerit apprehenſa . Hic autem notandum, ꝙ
non prælatus, ſed Chriſtus proprie loquendo habet dominium
4 & poſſeſſionem rerum eccleſiæ. Vnde†quicunque homines ec-
cleſiæ offerunt,dicuntur eſſe oblata Deo,xij.q.ij.nulli liceat. & c.
prædia.& c. qui abſtulerit.& q.j.res.& c. videntes. vel poſſeſſionē
& proprietatem iſtorum habet eccleſia,vt colligitur.xij.q.iij.pō-
5 tifices.& j̃.de teſta.requiſiſti.§.nec eſt contrarium.i.†congrega-
tio fidelium,quæ eſt corpus Chriſti capitis,ſ̃.de ſacra vncti.c.vni
co.§.hoc vnguēto.ver.caput inūgitur,vt oſtendatur.& §.qa vero
Chriſtus.ver.ante baptiſmum.Et ſi aliquando inueniatur in iu-
re,quod hæc bona ſint epiſcoporum,vel prælatorum,vel capitu
lorum,intelligas , ꝙ eorum ſunt quo ad gubernationem & ad-
miniſtrationem,inde eſt,quod tales proprie loquendo procura-
6 tores & non domini dicuntur,j̃.de dona.c.ij.†Sed & hæc eadem
bona dicuntur eſſe pauperum , intelligas quo ad ſuſtētationem.
vnde & ſic exponendum eſt,quod legitur xvj.q.j. quoniam quic
quid habent clerici.ſubaudi quo ad adminiſtrationem paupe-
rum eſt . ſubaudi quo ad ſuſtentationem. Et ideo nullus dicat
proprium eccleſiæ patrimonium, quod eccleſiæ eſt.i. pro com-
muni vtilitate datum,vt patet in eo,quod legitur & no.j̃.de prę
bend.c.iij.Vnde & propter vtilitatem communem diuiſa ſunt
hæc bona per eccleſias diuerſorum locorum auctoritate ſum-
morum pontificum,& eccleſiæ limitata,vt patet in eo, quod le.
& no.j̃.de his,quæ fi.a præla.paſtoralis.Et epiſcopis,& alijs præla-
tis conceſſa eſt adminiſtratione eorundem ad hoc , vt nullus in
clero penuriam patiatur,ſed vniuſcuiuſque neceſſitas releuetur,
xij.q.j.videntes.& c.ex his.& c.epiſcopus.& c.præcipimus.& ſunt
hæc in argu.quod diſpenſationes conceſſæ ſuper beneficiorum
multitudinem ſunt reſtringendę tanquam odioſæ. Valde enim
iniquum & iniuſtum eſt,quod multi eſuriant,qui forte melio-
res ſunt,& vnus ebrius ſit & ſuperabūdet , qui forte nullus eſt in
uerbo,& in opere peſſimus,vt patet. j.Corin.xj. & patet in eo qđ
no.ſ̃.de reſcriptis.dilectus.j.ad fi.& j̃. de præben. quia intantum.
Ideoque proni debemus eſſe ad interpretandum contra tales,
7 quod dic,vt plene no.ſ̃. de elec.dudum.ij.§.pe. quia† & ęqua de-
bet eſſe diſtributio,vt no.ſ̃.de conſt.cum omnes.quamuis & epi
ſcopi maxime noſtri temporis hęc omnia ſibi appropriare ni-
tantur,xciij.diſt.diaconi. circa medium ibi.nunc autem ex quo
in eccleſijs ſicut in Romano Impio creuit auaritia &c. Et ꝑ hoc
b patet,quod prælatus[b] adminiſtrator tātum eſt bonorum eccle-
8 ſiæ,ſed Chriſtus eſt dominus,qui viuit in æternum. Vel† vniuer
ſalis eccleſia , quę nunquam moritur,nec vnquam eſt nulla,xij.
q.ij.liberi. Et ſemper eſt vna,quamuis plerunque procellas patia-
tur, xxiiij.q.j.non turbatur.& c.recta.& c.hæc eſt fides.& c. roga-
mus.& c.loquitur. Et propter hoc dicendum eſt, quantumcun-
que moriatur prælatus & omnes clerici alicuius eccleſiæ. Domi
nium tamen bonorum ipſius nunquam vacat , quia Chriſtus
ſemper viuit,qui dominus eſt. Et eccleſia nunquam moritur,q̄
domina eſt,vt patet ex præmiſſis. Ideoque & dicitur ꝙ eccleſia,
9 †nunquam deſinit eſſe hæres,vt in lib.feudo.de alie.feu.c. ſi cliē-
tulus. Prælati vero, ſiue diſpenſatores eccleſiæ habita confirma-
tione ſtatim adminiſtrare poſſunt , & nomine ipſius actiones
mouere,vt legitur & no.ſ̃.de reſcriptis.edoceri. Sicut tutor nomi
ne pupilli,& curator nomine adulti,ex quo dati ſunt. Et ſi præla
tus reperiat eccleſiam ſpoliatam fuiſſe , etiam ante tempus ad-
miniſtrationis ſuę nihilominus poteſt proponere interdictum
nomine ipſius eccleſiæ, etiam antequam idem prælatus poſſeſ-
ſionem corporalem eiuſdem eccleſiæ ſit adeptus, non nomine
proprio, & ſic non obſtat.ff.de acqui.poſ.cum hæredes. Et idem
videtur de bonis datis eccleſiæ , quamuis non corporaliter tradi
tis,ſi ab aliis fuerint occupata, arg.in eo,quod legitur & no. ſ̃.de
10 conſue. c. ij. †Quandoque tamen poteſt prælatus nomine ſuo[c]
c proprio agere , puta quando ſpoliatus eſt epātu, quem adeptus
fuerat. Hic enim proprio nomine agēs reſtituetur ad ſtatum pri
ſtinum, & liberam adminiſtrationem ipſius epātus , vt hic patet,
& j̃.ti.j.cum olim.ij.& c.Piſanis.j̃. de app.bonæ memoriæ. Et cū
oīs cauſa reſtituenda ſit cum epiſcopatu ſimul & res,quæ ablatę
ſunt,reſtituentur,ff.de vi & vi ar.l.j.§. qui vi.& §.ſi fundus. Nā li-
cet hoc interdictū non cōpetat niſi poſſeſſori, & ipſe confirma-
tus ꝑdictas res non poſſideat,ſed eccleſia tm̄,tñ ex quo ſemel poſ
ſedit noīe ſuo,vel ſi nō poſſedit noīe eccleſiæ in interdictum ve-
niunt oīa,& ſi eccleſia proprietatem nō haberet, ſed cuſtodiam
tm̄. Nam & res depoſitæ,& pignoratę,& commodatæ in hoc ve
niunt interdicto,ff.de vi,& vi ar.l.j.rñ.j.& §. ꝙ aūt ait. Licet.n.de
talib.non daretur interdictū ſi per ſe eſſent occupata , & de ipſis
principaliter ageretur,cū eccleſia talia nec ciuiliter,nec naturalr
poſſideret,ff.de vi,& vi ar.l.j.§.deijcitur.& §.interdictum aūt hoc
nulli cōpetit. Qñ tñ occupantur,cum eccleſia tūc ratione acceſ-
ſorij veniunt in interdicto. Sed & prælato competit vtile interdi
ctū,vel iudicis officiū pro recuperando ſtatu ſuo & tales res pōt
repetere ratione acceſſorij.ſ.quia accedunt epātui,ad quē eſt reſti
tutus,ſiue reſtituendus,ff.de vi,& vi ar.l.marito . Sed dices cū in-
terdictū,vnde vi,ad intereſſe tm̄ competat,ff.de vi,& vi ar. l.inter
dicto. Hic aūt non interſit prælati noīe ſuo,ſed noīe eccleſiæ tm̄;
11 fruſtratoria vr̄ eius petitio & inanis. Rñ. Interdictum,†vel officiū
iudicis ſemper competit ad rem oblatā, & eius ęſtimationē etiā
ſi nō interſit eius,qui ſpoliatus eſt, vt probatur ff. de vi,& vi ar.l.j.
§.quod aūt. cum ad ea,quæ ibi dñr ad intereſſe non agatur. Ete-
nim quantum ad rem locatam,ſi vis fiat ei non intereſt locātis
ff.loc.ſi merces.§.vis maior.& l.ſe.nihilominus tñ æſtimatio rei
locatæ venit in interdicto,vt colľr in d.§.quod aūt. Et inſuper vl
tra æſtimationē rei tenetur violentus ad intereſſe.& ſic loquitur
lex præallegata interdicto. Pōt & illud dici, ꝙ prælati intereſt rō-
ne diſpenſationis,quā habet,xij.q.j.eps.& quia de fructibus ſuſtē
tatur,vt patet in eo,quod leg.& not.j̃.de pecu. cle.c.fi.vnde cōpe-
tit ei interdictū,ſicut vſufructuario,ff.de vi,& vi ar.l.iij. §.vnde vi
interdictū.& l.ſi plures.§.deiectū.& l.ſeq. Sed & rōne acceſſorij te
netur violentus ad oēs fructus,dāna,& expenſas,j̃. ti.j. grauis.j̃.de
app.bonæ me. Reſtitutionē aūt rerū nō petet prælatus ſuo noīe,
cū nec poſſeſſionē earū habuit ſuo noīe,ſed eccleſiæ. Plus tñ pla
cet quod no.j̃.de reſti.ſpo.in literis. Siue aūt dicas Chriſtū,ſiue ec
cleſiam gñalem,ſiue ſpālem,ſiue papam vicarium Chriſti , ſiue
epm̄, vel alium prælatum poſſidere,ſemper tenendum eſt pręla
tum poſſe interdictum,& actiones alias noīe eccleſiæ intentare.
Hæres aūt ſecularis quāuis hæreditatē adierit,ſi caſtrum,vel fun-
dus,vel alia res hæreditatis occupetur ab alio violenter , non tñ
pōt agere interdicto,vnde vi, ad rem occupatam recuperādam,
niſi priuſquam occuparetur per ſe,vel per alium eiuſdem rei poſ
ſeſſionem adeptus eſſet,vt patet ff.de acq.poſ.cū hr̄des. Et eſt rō ,
quia is,qui hoc interdictū intentat,neceſſe habet probare duo,ſ.
poſſeſſionē,& ſpoliationē. Quę prædictus hæres,ex quo ponis,ꝙ
nunq̄ poſſedit,ꝓbare non pōt,vt patet ff.de vi,& vi ar.l.j.§.inter-
dictum aūt hoc nulli competit.& in eo quod leg.& not.ſ̃.tit.j.ex
trāſmiſſa.rñ.j.& c.ex parte.§.j.ver.j.ſm d.n.cuius eſt mens totius
huius gl.¶ Verum.]iij.pars.[Tam poſſeſſoriū.] Petierat.n.ſe reſti
tui ad epatum,quo erat ſpoliatus,& ſic poſſeſſoriū,& ad quē fue-
rat canonice electus,& ſic petitoriū intentabat, ſm d. n. Hæc aūt
expoſitio eſt ꝯ id,quod no.ſm d.n.ſ̃.c.prox.§.fi.ver.& actore. ſup
ver.faciens.[Quam petitorium.]& ſic duæ petitiones expediunt
in eodem libello,ar.C.de off.rec.prouin.l.j. Et ex eodem proceſſu
duplex cōmodum reportatur,ar.ff.pro ſoc.l.inter fratres.§.ſi plu
res.alias non eſt l.immo.§.qui incipit,idem Papinianus. ff.fa.er.
hæredes.§.de plurib.ff.de ac.emp.& ven.non eſt nouū.ff.quor.le.
l.j.§.ꝙ aūt.j̃.eo. cū dilectus.j̃.de cap.mo.dilectus.ſ̃.e.c.ij. Qualiter
aūt hoc accidat,ꝙ hęc duo ſimul deducantur in iudicium,patet
hic,vbi ſpoliatus vtrūq; intendit,& reus ſuper vtroq; ſe defendit,
& ſic vtraq; pars vtrūq; iudiciū deducit,quia non dēt licere acto
ri,quod reo non liceat,ff.de reg.iur.non debet. Accidit autē hoc
potiſſi-

ADDITIONES.

† Alias ſeniorem.

a ¶Teneatur.Adde,an ille,qui eſt in poſſeſſionem,poſſit vti fructibus beneficij.d.Ab.hic poſt gl.in ij.col.ver. ſecundo gl.quærit.

b ¶Prælatus eſt tantum adminiſtrator bonorum eccleſiæ, & Chriſtus dominus eſt. Adde pleniſſime quis habeat dominium bonorum eccleſiæ, & quis poſſeſſionem,per do.Abba.hic in iiij.colum.verſic.ad ſecundum poſt Innocen.

c ¶Nomine ſuo. Adde , quo nomine debeat agere clericus pro beneficio ſuo, domi. Abba. hic in penul. colum.verſicu.ad tertiam quæſtionem poſt Innocen.



potiſſime in incorporalibus,in quibus proponitur negatoria ,&
ꝯfeſſoria,vt patet in eo,quod leg.& no.ſ̃.c.proxi.& ſ̃.de iu. exami-
nata.[Et.]repete,quoniā fuerat cā reſtitutionis &c. [De qua re.]
ff.de iud.de qua re. q̄ regulā ſic expones. [De qua re cognouerit]
ſubaudi principaliter,ſecus ſi incidenter,quod dic,vt no.ſ̃.de ord.
cog.c.j.& iure ordinario.ſecus ſi delegato ab ordinario,ff. de iud.
iudicium ſoluitur.vel ēt ſubdelegato delegati papæ ſnīa ſibi reſer
uata,ſ̃.de offi.dele.ſuper quæſtionum.§.porro ad idem. j̃. de teſti.
cum clamor.& c.præce.& ſ̃.de offi.ord.dilectus.& tāquam iudex.
ſecus ſi tanq̄ executor merus.j̃.de re iud. de cętero. Bene dicit co-
gnouerit,ſecus enim eſſet ſi examinaſſet.j̃.de ap.conſtitutus.[De
beat.]niſi impediatur perſonæ dignitate,iij.q.vj.quamuis.& ca.du
dum.vel appellatione.j̃.de app.dilectis.ij.q.vj.appellatione, vel re-
cuſatione.j̃.de ap.ſecundo requiris.vel relatione,ſeu relationis pol
licitatione.j̃.de app.intimaſti.ſ̃.de offi.le.licet.vel papæ reuocatio
ne.j̃.vt li.pen.eccleſia.ij. [Vtramque]. ſ.electionē de vtroq; factā.

*SVMMARIVM.*

1 *Nemo ſine actione experitur.*
2 *Interdictum poſſeſſorium eſt multiplex.*
3 *Quilibet poteſt diuerſa proponere in diuerſis inſtantiis.*
4 *Renunciatum in cauſa,quando dicatur.*
5 *Concluſum in cauſa quando dicatur.*
6 *Interdictum vnde dicatur.*
7 *Poſſeſſoria interdicta prius tractantur quam rei vendicatio.*
8 *Lex tria interdicta ſociat.*
9 *Concludere in iudiciis eſt renunciare.*
10 *Dictio ſeu,aliquando ponitur,pro coniunctione &.*
11 *Melius eſt reſtringere,& expedire,quam taxare.*
12 *Iura occurrunt fraudibus.*
13 *Arbitraria quæ ſunt.*
14 *Reo inſtante ſuper petitorio pronunciandum eſt.*
15 *Proprietas in executione debet præualere.*
16 *Reus propter delictum amittere poteſt priuilegium.*
17 *Qui obtinet in proprietate,potior eſt in poſſeſſione.*
18 *Poſſeſſio ſemper proprietatem ſequitur.*
19 *Vſusfructus eſt pars dominii.*
20 *Malæfidei poſſeſſiones,oēs cēſent, quo ad fructuū reſtitutionē poſt litē cōteſta.*
21 *Iniquum eſt quod quis ex culpa aduerſarii lędatur.*
22 *Onus probandi per contumaciam & lapſum anni in reum transfertur.*
23 *Redire de petitorio ad poſſeſſorium quando quis poſſit,& econtra.*

CAP. V.

PAſtoralis officij. [Auſpicia] i. exordia.
ſcilicet ante litis conte
ſtationē. ſi.verbum.C.de falſis.vbi.C.de codicillis.l.fi.re
ſpon.j.C.de ſatiſd.l.vnica.C.de excep. l. penul.[Requi-
ſitus.]cū libellus haberet ſe ad vtrūq;.ſ.tā poſſeſſoriū,q̄ petitoriū.
Quod intelligi pōt in delegato,cui vtrūque ꝯmiſſum eſt,ſ̃.e.c.j. &
a ij.Idem vr̄ ſi tantum petitorium ſit commiſſum,[a] ar.C.de rei ven.
ordinarij.idem ſi ſimpliciter.j̃.de ſequeſtra.poſ.ca.j.§.Cęleſtinus.
Sed contra.C.ſi a non compe.iu.ſi de proprietate.Sol.Illud intelli
gi poteſt qñ delegatus expreſſe prohibuit,ne cognoſceret de poſ-
ſeſſione,vel ibi petitorium tantum fuit propoſitum,& ſuper poſ-
ſeſſorio pronunciatum,ſ̃.de ord.cog.cum dilectus.§.fi. Vel verius
ibi dr̄,ꝙ per ſnīam latam ſuper poſſeſſione non præiudicatur vo
lenti agere de proprietate. Quidni?nihil enim cōe habent,ff.de ac
qui.poſ.naturaliter.§.nihil.ſic & alias reqritur reus,ſ̃.de iud.c.j. Et
criminum delator.j̃.de acc.licet.§.j.[Iudicio.]vtrum.ſ.petitorio ,
1 an poſſeſſorio.i.qua actione.† nemo enim ſine actione experitur.
ff.de neg.geſt.ſi pupilli.§.fi.quod dic,vt no.ſ̃.de iu.examinata.& c.
dilecti.[Ingreditur].i. eligit ſpontaneus non coactus , nec enim
eligere cogitur,cum ſimul vtrumque valeat intentare,vt ſ̃.eo.tit.
per totum.& j̃.cap.j. Vtrum autem quis teneatur eligere vnam ,
quando diuerſæ competunt actiones,dic,vt plene no. ſ̃. de elect.
querelam.[Mentionem.]& ſic patet, ꝙ non renunciat poſſeſſo-
rio,ſed ſuſpēdit ad tempus, vnde & ad ipſum poteſt poſtea regre
b di,[b] vt ſequitur.j̃.[Cum autem.]verſi.[Proceſſum.]nō dicit quā-
tum.& ideo diſtinguitur.j̃.& dicit,ꝙ ſi non eſt concluſum,hoc li
cet,ſi vero concluſum eſt,hoc non licet,habita tamen inter pe-
titorium,& poſſeſſorium diſtinctione,vt ſequitur. j̃. ¶ Conſulta-
tioni tuæ.]ij.pars.qua quæſiuiſti vtrum pēdente petitorio iudicio
poſſit ad poſſeſſoriū recurſus haberi. [Quo.] alias ꝙ & eſt melior
litera.[De recuperanda,ſeu adipiſcenda.] Ad intelligentiam ho-
2 rum verborum,& totius tractatus no.† ꝙ multiplex eſt iudicium
c poſſeſſoriū. [c] Aliquod enim eſt, quod datur pro recuperanda poſ
ſeſſione. Aliquod pro adipiſcenda. Et aliud pro retinenda. Pro re-
cuperanda poſſeſſione datur interdictum vnde vi,& quod vi, aut
clam.ff.de vi,& vi ar.& quod vi,aut clam.per totum. Pro adipiſcē
da vero datur Saluianum,quod datur domino pro rebus,quas co
lonus in fundo inuexit,ne ſuam penſionem amittat,ff. de Salui.
interdic.l.j.& ij.item quorum bonorum.ff.quorum bonorum.hę
redi , vel hæredibus pro adipiſcenda poſſeſſione rerum hæredita-
riarum.quamuis enim per aditionem hęreditatis dominium ac
quirant,non tamen poſſeſſionem,& ideo hoc interdictum neceſ
ſarium eſt,ff.de acq.poſ. cum hæredes. Vbi ergo tale poſſeſſorium
ſ.pro recuperanda,vel adipiſcenda poſſeſſione competit domino
rei , vel quaſi ſine nota contrarietatis alicuius poteſt vtrunque ſi-
mul proponi ab actore,& petitorium,& poſſeſſorium, & de vno
ad reliquum recurſus haberi,vt ſequitur.nam & tale poſſeſſoriū ,
& rei vendicatio contra poſſidentem competere poſſunt. argu.ſ̃.
de iudi.examinata. Pro retinenda vero poſſeſſione competit vtro
bi in rebus mobilibus, & vti poſſidetis in rebus immobilibus . In
quo caſu non poteſt actor rei vendicationem proponere, quouſ
que poſſeſſorium fuerit expeditum. Inſtitu.de interdic.§. adipiſcē
dæ. Sed eſt ratio,quia in hoc interdicto vterque.ſ. tam actor , quā
reus contendit ſe poſſidere. Poſſidenti autem non eſt prodita rei
vendicatio. Inſti.de acti.§.iij.C.de alie.iu.mu.cauſa fac.l.vnica. Et
ideo hoc interdictum de natura ſui vendicationem præcedit,vt
j̃.eod.verſic.alijs poſſeſſorijs. Sed nec petitorio pendente poteſt ad
tale poſſeſſorium recurſus haberi propter contrarietatem , quia
interdictum dicit petentem poſſidere. Et rei vendicatio dicit non
poſſidere, vnde non eſt iſta proponens tanquam ſibi contrarius
audiendus,j̃.de appella.ſolicitudinem.cap.fina. Sed contra , quia
non negatur. interdictum vti poſſidetis ei,qui cępit rem vendica
re,ff.de acquiren.poſ.naturaliter.§.vnico. Sed illud intelligitur de
illo,qui ignorabat ſe poſſidere. Vel quando renūciat primæ actio
ni,antequam perueniat ad ſecundam. In quo caſu non ſufficit dif
ferre,immo neceſſe eſt in totum renūciare,C.de pac. poſtquam.
3 ff.de min.deſtitiſſe. †Sed dices nonne in diuerſis inſtantijs poteſt
diuerſa proponere,ff.de excep.nemo.ff.de inof. teſta. contra vete-
rani.§.ſed nec impuberis? Reſpon.ſic,ſed defendendo tantum nō
impugnando,niſi cum propria cauſa finita eſt,vel ei omnino re
nunciatum,vt dictum eſt,& ſic intelligitur.C.de inoff.teſta. cum
4 qui.& l.contra maiores. Vel dic,vt no.j̃.ver.alijs. [†Renunciatū]
probationibus ſuper facto.tunc enim dicitur renunciatum quā
do partes probationibus facti renunciauerunt. Nūquid ergo poſt
apertionem atteſtationum,& etiam diſputationem habitam ſu-
per eis poteſt redire ad poſſeſſorium? videtur ꝙ ſic, quia dummo-
do renunciatum nō ſit,poſſunt adhuc fieri poſitiones ad melius
probandum,& etiam inſtrumenta produci,j̃.de fi.inſtrumento.
• cum dilectus.vnde non poteſt dici, ꝙ adhuc ſit cauſa ita liquida ,
vt poſſit diffinitio calculo terminari,& ſic non obſtat,j̃.eod.§. re-
ſpon.j. Sed dices ſecundum hāc rationem ſemper poterit redire
ad poſſeſſorium etiam,poſtquam renunciatum ſit & cōcluſum,
nam & poſtea poſſunt induci probationes ſaltem per beneficiū
reſtitutionis in integrum,vt ſ̃.de reſtitu.in integ.auditis.§. fina.er
go adhuc non liquet de cauſa , & per conſequēs poteſt redire ad
poſſeſſorium. Solu.non dicitur poſſe fieri id,quod fit per extraor-
dinarium auxilium. ſicut eſt beneficium reſtitutionis in integrū
ſecundum d.n.quod nec eſt,quandiu competit ordinarium con
5 cedendum,ff.de mino.in cauſæ.ij reſpon.j. [Concluſum] †Pro-
d prie concluſum [d] dicitur,quando probationibus facti & iurium
renunciatur,& ſic concluditur,ꝙ nec de facto,nec de iure aliqua
partium audiatur,ſecundum d.n.[In proprietatis iudicio.]j̃.de re
ſti.ſpo.cum ad ſedem.in prin.[Vendicare] j̃. de teſt. ſignificauit.
[Cum legali]ver.ſi.ſ̃.eo.c.j.[Statutum.]ff.vnde vi.cum fundum .
6 §.eum qui.cuius verba ſequuntur ſtatim.[Interdicto] † interdictū
dicitur,quia inter duos redditur,non ab interdicendo.& erat quę
dam formula verborum,quæ ſecundum diuerſas perſonas varie
batur. Sed hodie nulla eſt differentia inter actiones, & interdicta,
quantum ad hanc ſolemnitatem,quia in vtriuſque eſt exſufflata.
Inſtitu.de interdic. Reſpon.j.& §.ſunt autem.& §.fina.[Pēdente]
.i.renunciato ſecundum Ioā.alioquin contra.C.de rei vend.ordi
narij.C.de interdic.incerti.C.de appel.l.j.ff.de iudi. ſi de vi.ff.de ac-
qui.poſ.exitus.ff.ad legē Iu.de vi pu.qui cętu.§.ſi de vi. īmo ſuſpen
ſo ſm d.n.cui⁹ opinio hic approbat. Et Io.reprobatur.vñ ſm d.n.
Violētiā paſſus pt̄ ſimul vtroq; agere. Pōt ēt q̄ſtionē ꝓprietatis ſu-
ſpēdere,& poſſeſſoriū ꝓſequi,quouſq; poſſeſſionē recuperauerit ,
& ꝑ ꝯſequēs onus ꝓbādi ꝓprietatē,ſiue dñiū in aduerſariū trāſfe-
rat iuxta ꝯſiliū legis,ff.de rei ven.is q̄ deſtinauerit. Hoc aūt dēt in-
telligi,vbi nihil ꝓbatū eſt de proprietate,ſed ex ea cā tm̄,qa actor
idēq; ſpoliatus nihil ꝓbauit,dicit reus,idēq; ſpoliator,ꝙ pro ipſo
ſententia eſt ferenda,C.de rei ven.l.fi. Si autem alias conſtaret de
proprietate , ꝙ eſſet ſpoliatoris , non ſuſpenderetur ſententia ſm
d.n.ar.ff.depoſiti.bona fides.& ſ̃.c.proxi.§.fi.niſi forſan ſpoliator
ratione

ADDITIONES.

a ¶Cōmiſſum.Adde,an iudex datus ſuper proprietate,ſiue petitorio,poſſit cognoſcere de cā poſſeſſoria,do.de Ro.hoc ti.deciſio.316.in no.& d. Ab. hic in 2.col.ver.quæro an iudex cui Andr.ſic.addit Paul. de Caſtr. conſil. cclxxij.in primo impręſſis.

b ¶Regredi. Adde, vtrum & quando aliquis poſſit recurrere vel redire de petitorio ad poſſeſſorium,Henri.Bo.hic in j.diſt.

c Interdictum poſſeſſorium eſt multiplex. Adde hic pleniſſime per d.Abb. in iii.col.verſi.quæro hic.

d Concluſum in cā,qñ dicatur. Adde an renunciare idem ſit,quod concludere.do.Ab.hic poſt Inno.& Io.An.& Roma.conſi.clxxv.ſecundum And. ſic.hic. Et per iſtum infra eo.c.§.ſi vero in verbo,ſeu concluſum.

rōne inuaſionis perderet dñium.C.vnde vi. ſi quis in tātā, ſuper quo vide,quod no.ĩ co.§.j.ver.niſi.Iudex igitur vbi de proprieta
a tē conſtat ſuſpenſo petitoria poteſt haberi recurſus ad poſſeſſorium ſm ꝙ M.ſenſit opinione Ioh.reprobata.Nec obſtant leges pro ipſo inductæ,quia intelliguntur in interdicto pro retinenda poſſeſſione competente,in quo caſu vtrumq; ſimul proponi nō poteſt,nec de vno ad aliud haberi recurſus.Hic autem loquitur de interdicto recuperandæ poſſeſſionis, in quo iſtud admittitur, vt patet in eo,quod no ſ̃.eo ſuper verbo,de recuperanda , ſeu adipiſcenda.& probatur.ĩ.de teſti.ſignificauit.Sed contra, C.qūo & qñ iudex.auth.qui ſemel.Sol. illud locum habet in contumace. ſm Gof.qñ.ſ.in grauamen rei cauſam protrahit ſine iuſta cauſa, & citatus non venit,vel venit & nihil rationabile proponit, ſed tñ differre intendit.Maxime vt cum intentionem ſuam forſan fundauerit,moriantur teſtes,per quos poteſt ſua intentio reprobari.hic aūt loquitur qñ hoc facit ex cā iure ɔceſſā , & in odiū violenti,& in fauorē ſpoliati.vnde non eſt retorquendum in læſionem ipſius,C.de legi.qd fauore.C.de inof.teſtamen. ſi qs ſuo. Hoc aūt totū arbitrarium eſt,vt patet.ĩ.§.j.ver.niſi iudex.& adde quod no.in ſeq.gl.[Intentare.]hoc non vr̃ poſſe ſtare. Nā ex quo aliquis cepit agere petitorio ēt ſi lis cōteſtata nō ſit,cogendus eſt vſq; ad finem litem proſequi ceptā. & ſi citatus non venerit reo inſtāte poſſunt probationes ſuæ recipi,& pro ipſo diffinitiua ſententia ferri,C.qūo & qñ iu.cōſentaneū.& in Auth.q ſemel.& ĩ. de dolo & contuma.cām,quæ ad fi.Sol.illud verū eſt niſi beneficio iuris recurrat actor de petitorio ad poſſeſſorium,vt hic dicit. Nec prodeſt hæc ſuſpenſio,qn finaliter poſſeſſorio expedito reo inſtante in prima inſtantia procedatur ſaltem, quouſq; reus abſoluatur ab ipſa inſtantia,& actor ſibi ad expenſas factas pp hoc ɔdemnetur,vt in dicta Auth.qui ſemel.& C.de iu.properandū. §.j.ſm d.n.vel dic,vt no.in præcedēti gl.ver. ſed ɔ. & ſequentibus. [Alijs.]ver.vſq; hic protenduntur verba legis, & hoc incepit.Inn. loq.[Iudicijs]Hæc verba expoſuerūt quidam de illis interdictis, quæ habent iuſtā cām,in quibus habet quis neceſſe ꝓbare dñiū ſeruitutis,& poſſeſſionē ſuā, ſicut eſt illud,ff.de itine.actuq; priuato.l.j.§.ij.& l.iij.§.hoc autem interdictum.ſic.ĩ.ti.j.ex transmiſſā. & ſic eſt interdictum,qd datur ad aquā ex caſtello ducendā,ff.de aqua quotidiana & eſtiua.l j.§.ait prætor.In talibus enim nemo omiſſa cā dñij ad poſſeſſionē redire pōt,ſed nō eſt cōpetēs exemplum,qa talia ex ſui natura rei vendicationē non ꝓcedunt. Iō exponūt hoc alij de interdicto ꝑparatorio ad rei vēdicationē ſicut eſt interdictum de liberis exhibendis,vt primo appareat qs poſſeſſor ſit,ff.de libe.exhi.l.iij.§.i.& no.ĩ.de conuer.infide.c.ij . Alij aūt intelligunt qñ agitur de poſſeſſione,& violentia. nā prius dēt agi de poſſeſſione,vt ex quo apparuit quis poſſideat,& de violentia ſibi illata experiatur,& nō ecōuerſo,C.de ap.l.j.& hæc verba ſequētia.[Quæ vēdicationē &c.]non faciunt implicationē ſed notant
7 demonſtrationē,q.d.† poſſeſſoria interdicta prius volunt tractari. ꝙ rei vēdicatio,ff.de rei ven.is,ꝗ deſtinauerit.licet qñq; ſecus fiat, verba ſunt ſuperflua.Et hoc dicas intelligendū eſſe de interdictis retinēdæ poſſeſſionis ſicut eſt vtrobi.& vti poſſidetis.illa enim vēdicationē ꝓcedunt ex ſui natura,vt probāt concordantiæ pro Ioh.
8 inductæ,ſ̃.eo.ſuper verbo,pendente†lex enim interdicta hæc tria ſcilicet de recuperanda,& adipiſcēda, & retinenda poſſeſſione ſimul ſociat.Inſti.de interdic.§.ſequens.ff.de interdic.l.ij.§. hæc aūt interdicta.vnde cū de duobus ſocijs ſupra fecerit mentionem relinquitur hoc de tertio nō immerito eſſe intelligēdum . alias nō eſſet ſocietas integra ſiue plena,niſi ſicut de alijs in ſuis caſibus,ſic & de iſto in caſu ſuo mentio haberetur.ideo aūt dicit.[Sui natura]qa qñque hæc natura trāſcenditur puta ſi rē meā tibi ɔmodauero,vbi qdē ɔpetit mihi ɔ te rei vendicatio,ff.de rei ven. offiñ & tñ rē ipſam poſſideo,ff.ɔmodati.rei.ſed hoc accidit ratione detentionis,q eſt penes ɔmodatariū.vñ & facultatē reſtituēdi habet, in quo caſu & ſi dicas te poſſidere,vtrūq; intētari pōt.Et ſic ēt pōt intelligi,& ſaluari,ff.de acq.poſ.nihil.§.vnico.& in mente huius gl. ɔcor.d.n.Præcedēs aūt proximū ɔrium ſic ſoluit.ꝙ vbi qs proponit petitoriū ſciens ſe poſſidere,tunc nō poteſt redire ad poſſeſſoriū retinende poſſeſſionis,& ſic poteſt intelligi dictum ɔ̃. ſi vero ignorat ſe poſſidere tunc poteſt reuerti ſecundum do n.quamuis de natura ſui rei vendicationem præcedat,vt hic.Si quæras qualiter poteſt ignorare ſe poſſidere.Reſpon.ꝙ is,cui ſucceſſit per aliū poſſidebat.& hoc hæres potuit probabiliter ignorare,ff.de reg.iur. qui in alterius.& ſic debet probabili ignorantie ſubueniri,vt patet in eo,quod legitur,& no.ĩ.de cleri.ex.mi.apoſtolice.reſpon.j.¶Si-
9 vero].iij.pars.[Seu concluſum]expone ſeu,pro id eſt†Nā in iudicijs nihil aliud eſt concludere,quam renunciare.& ſic exponitur hoc verbum in auth.ne teſtibus.§.quia vero multi.in prin. colla. vij.ſecundum Gof.Tu dicas,ꝙ licet is,qui concludit, videatur renunciaſſe non tamen.forſan econuarſo,is,qui renunciauit videretur concluſiſſe.vnde & quamuis teſtibus renunciauerit,nihilominus ante concluſionem producere poteſt inſtrumenta,ĩ. de fide inſtru.cum dilectus.ſed nec poſt concluſionem poteſt man-
10 datum procuratorium reuocari,ſ̃.de procur.auditis† & ſecundū hoc melius exponitur,ſeu pro & vt ff.de verb.ſigni.ſæpe.[Inculce-
11 tur]id eſt addantur,quas & † melius eſt reſtringere,& expedire, ꝗ laxare,& adde ſ̃.de reſcrip.nonnulli.§.cum aūt.ſ̃.de ordi. cog.tuā.
12 §.j.[Et via]Nota,†ꝙ iura occurrunt fraudibus, & omnem viam præcludunt,per quā peruenitur ad ipſas.vt hic,& ĩ.de diuor.quanto.§.pen.Inſti.vi.bono.rap.§.ſed nedum talia. [ Fraudibus] quia tunc in poſſeſſorio vellent teſtes producere,qui & de proprietate teſtificarentur,cum viderent in petitorio nihil probatum eſſe ad hoc,C.qui legit.perſo.ha.ſtan.in iudicio.l.fi.ff.de iureiur. l. ſi duo patroni.§.j.ſed hoc reprobatur.ĩ.de teſti.veniens.ij.ideo dic fraudibus,quia hoc proponit ad differendum tantum , & in grauamen rei.C.de compenſā.l.fina.& ĩ.depoſiti.cap.ij.ad fi.vt & no.ſ̃. eo.§. j.verſic.cum legali.ſuper verbo,pendente. [Niſi iudex] verſicu. ex
13 quo patet,ꝙ omnia† hæc arbitraria ſunt,ſicut eſt in omnibus, de quibus non poteſt certa regula tradi,ff.de vſur.mora.ff. de teſti.l. iii.ſ̃.de tranſaction. cap.fina.Quid ſi egi contra te interdicto vnde vi.vel conditione ex illo canone,iii.q.j. reintegranda. & obtineo. nunquid tibi poſtmodum agenti de proprietate contra oberit hæc ſententia?Nō quia hæc nudam tantum poſſeſſionem aduocant,arg.C.de ſent.& interloc.poſt ſententiam.Secus ſi actum eſſet conditione ex lege illa.C.vnde vi.ſi quis in tantam . vel ex illo canone.xvj.q.vj.c. j. quæ aduocant proprietatem.Sed nunquid in hoc caſu poſſum excipere contra te de pena illorum iurium? ſic, C.de excep.licet.Vt tamen ſcias , ꝙ iterum neceſſe habeo probare violentiam,cum ſit alius modus proponendi & probandi.ĩ.de teſti.veniens.licet ſit arg.contra.ĩ.de cohabi.cleri.& mu.veſtra. & c.fi.Sed nec in rebus eccleſiaſticis pœna illorum iurium locum habet,quia delictum perſonæ &c.ĩ.de excep.venerabilis.§. intelleximus.niſi vbi tota eccleſia deliquit,vt no.ſ̃.de ord.cogni.cum dilectus.Sed quid prodeſt reuerti ad poſſeſſorium , ſi nihil ꝓbatum
14 eſt in petitorio primo propoſito† nam reo īſtante ſuper petitorio pronunciandum erit,ff.de iudi.de qua re.ſ̃.ca.proxi.C.quomodo & quando.iudi.auth.qui ſemel. & quamuis poſſeſſio in pronun-
15 ciatione ſit præmittenda,debet † tamen in executione proprietas præualere.vt ĩ.ca.j.Reſpon.quamuis ita ſit nihilominus tamē ſententia poſſeſſorij poteſt eſſe vtilis propter fructus,& intereſſe, & alias acceſſiones.ff.de vi & vi ar.idem eſt.§.fi.& l. ſi plures. §. deiectum.adde,quod no.ĩ.ſuper verbo.agi poſſeſſorio iudicio non negamus.quod dic vt ibi plene no. Sed nunquid is, qui obtinuit in poſſeſſorio,cōdemnabitur poſtea in petitorio in expenſis? forſan
16 non in odium deiicientis,†nam & propter delictum poteſt amittere priuilegium ſuum reus.vt no.ĩ.vt lite pend.c.eccleſia.j.§.fi.Si autem ſuccumbat in poſſeſſorio condemnabitur, & ſi reuertitur ad petitorium,& ſuccumbit idem. ſi non reuertitur inſtante reo idem ad hoc,C.de iudi.properandum.& l.ſancimus.C.quomodo & quando.iu.auth.q.ſemel.Sed & vbi non ſuſpendit petitorium,
b ſi omnino renunciat condemnandus eſt.[b] ff. de iudi.eum,quem temere.nam victus victori regulariter condemnandus eſt in expenſis,quod dic,vt no.ĩ.de dolo & contu.finem.Vtrum autem & quando petitorium,& poſſeſſorium ſimul intentari poſſint , vel vnum poſt reliquum,dic,vt plene diſtinxi in ſumma.eod. tit.ſub rubrica de cauſa proprietatis.§.fi.ſub.§.his ergo præmiſſis, & ſ̃.de ordi.cogn.c.fi.Vnum tamen notabis circa hanc materiam ꝙ qñ aduerſario adiudicatur proprietas,quantum ad effectum videor ſuccumbere in poſſeſſorio.nam vbi res pronunciatur ſua eſſe, ſimul pronunciatur mea non eſſe,ff.de excep.rei iud.ſi inter me & te,ff.de procur.pōponius.§.ſed & is, qui. & ideo in hoc caſu adeo
17 proprietas præualet poſſeſſioni ꝙ † qui obtinet in proprietate po-
18 tior eſt in poſſeſſione,ĩ.tit.i.c.j.ſ̃.eo.cum eccleſia.nam & † poſſeſſio ſemper ſequitur proprietatē,ff.de rei ven.officium.in fi.& arg. ff.depoſiti.bona fides.& hoc quando vtrūque ſimul intentatum
19 eſt,ĩ.c.j.videtur enim poſſeſſio eſſe pars proprietatis,ſicut† vſusfructus eſt pars dominij,ff.de vſufruct. l. iiij. vnde obſtat exceptio rei
† iudicatæ.ff.de excep.rei iudic.ſi cum totum. † in fi. alias autem ſi nuda proprietas tantum deducta eſt in iudicium,redire poteſt ad poſſeſſorium,ſ̃.de elect.querelam.quia & ad aliud petitur , quam prius,& ex alia cauſa,ff.de exceptio.rei iudica.cum quæritur . & l. ſequen.immo nihil commune habent,ff.de acquir. poſſ.naturaliter.§.nihil.[Expedire]ſcilicet actori,& hoc ſtatim exponit.[Perſpicuis iudicijs].i.præſumptionibus violentis ex talibus enim probatur dolus, C. de dolo.dolum. [Iniquitas] tunc enim admittit iudex poſſeſſorium in odium violenti.ſed & ſecundum d.n. ſola iniquitas nō ſufficit,ēt ſi de ipſa conſtet quo ad hoc,vt actor ſuſpēdat petitorium,& recurrat ad poſſeſſorium,niſi appareat ſubtractio probationum,vel malitia aduerſarij interueniēte, vel alia iuſta cauſa.Poſtquam enim ɔcluſum eſt,nec aliquid probatum , hinc vel inde abſoluendus eſt reus,cui & ſufficit,ꝙ actor idemq; ſpoliatus nihil probauerit,vt ſ̃.e.cū eccleſia.§.fi.ver.& actore.niſi aliqua iuſta cā in ɔrium moueat iudicē,vt hic dicit.Sed dices,ergo de improbitate ſua fauorē ɔſequitur ſpoliator.Reſpon. hoc eſſe verū,ſed ideo ſic contingit,qa hoc vr̃ voluiſſe ſpoliatus vtrūq; intentando,& in vtroq; ɔcludendo.Vel dic, vt no.ſ̃.eo.§.j.ſup ver bo,pendente.ver.vnde.ſm d.n.& ſeq. Vel vt no.ĩ.e.c.verſi.fi. ſuper verbo,agi poſſeſſorio iudicio non negamus.ſecundum do.n. Tu dicas,ꝙ hunc fauorē nō ɔſequitur ſpoliator ex improbitate ſua , ſed ex neceſſitate iuris,nec in hoc caſu ɔſideratur fauor ſuus , ſed æquitas iudicantis,qui nec aliter iudicare poteſt de iure.ſicut alias in cōſimili caſu legitur,ĩ.de exce.cū inter priorem.§ j.[Caſu]puta morte.[Seu malitia]id eſt dolo.ĩ.ti.j.ſæpe.ĩ.de teſti.conſtitutis, [Subtraxit]ſcilicet inuaſor.in hoc ergo caſu vr̃ ceſſare Auth.qūo & qñ in.auth.qui ſemel.ad minus quo ad effectum.nā & ſi abſolueretur reus modicā ɔſequeretur vtilitatem cū actori,qui in poſſeſſorio obtinuit,ſit poſſeſſio reſtituta . Et hoc in corporalibus & temporalibus.Secus videtur in electionibus.ar.ſ̃.e.c.proxi.quia in illis requiritur probatio canonicæ inſtitutionis.ĩ. de præbend.dilecto.ĩ.de inſti.c.iij.Vel dic,ꝙ aliud eſt,vbi conſtare nō pōt de iure actoris quo ad proprietatē,vt in præmiſſo caſu.aliud vbi cōſtat, ꝙ nullum ius habet,vt ĩ.c.j.& ſ̃.c.prox.[His igitur]ver.[Aequitatē] ꝗ iudex ſemper debet habere præ oculis,ff.de eo,quod certo loco, quod ſi Epheſi.ſ̃.de tranſac.c.fi.vbi de hoc [Agi poſſeſſorio iudicio non negamus]immo concedimus.Sed quid prodeſt ſpoliato ſi agit poſſeſſorio in hoc caſu,cum vtrūq; ſit deductum in iudicium,& per ɔſequens in vtroq; ſnīa ſit ferenda.vt ſ̃.eo.c.ij.iij.& iiij.nam in executione petitorium ꝑualebit,vt ibidem,& ĩ.c. proxi. Reſpon.valet quantū ad fructus ſm quoſdā,vt & no.ſ̃.e.c. §. ſi vero,ver.niſi iudex.ſuper eodē verbo,in ea.gl.ver.ſed quid prodeſt reuerti.Sed hoc non vr̃ poſſe ſtare,quia & ſi obtineat in poſſeſſorio,ſi tñ poſtea ſuccumbat in petitorio ſup quo iam lis cōteſtata
20 fuerit omnes fructus neceſſe habet reſtituere,†qa poſt litem cōteſtatam quo ad reſtitutionē fructuum cenſentur oēs malę fidei. poſſeſſores,ff.de peti.hær.ſed & ſi lege ɔmiſſoria.§.ſed ſi ante litē, & melius.C.de rei ven. certum eſt.Sed pōt reſponderi,ꝙ litiū conteſtationes diuerſis tpibus fieri potuerūt,primo ſuper poſſeſſorio, & deinde elapſo tpe ſuper petitorio,ī quo caſu habebit fructus ꝑceptos a primo tpe litis cōteſtationis vſq; ad tps ſcdæ.ſed & ſi obtinet in poſſeſſorio, poſſidebit quouſq; aduerſarius rē probauerit ſuam eſſe,C.de rei ven.res alienas.adhuc tñ īſtabis,& dices ad minus petente aduerſario cogetur iudex pronunciare ſuper petitorio,ſi primo propoſitum fuit non obſtante ꝙ actor ad poſſeſſorium recurſum habuit,ar.ff.de iu.de qua re.Poteſt reſponderi , ꝙ non cogetur pp rationem aſſignatam,ſ̃.e.c.§.j.ver.cum legali.in fi.ſuper verbo intentare.Vel propterea quia ſpoliator ſubtraxit ei ꝓbationes,nec ſine cauſa ſtatutum eſt.ɔ auth. qui ſemel. immo hæc eſt cauſa iuſtiſſima , quia cum perſpicue conſtet de malitia ſpoliatoris,& ſpoliator peior ſit ꝗ ignorans,vel ꝗ is,qui inepte proceſſit in cauſa ɔ hunc ſpoliatorē prouidet papa, vt nihil ꝑ ſuā malitiā,vel violentiā lucraretur,licet ſpoliatus inepte & ſtulte primo petitoriū intētaret.Multum aūt lucraretur ſpoliator ſi pp hoc, ꝙ poſſeſſionē violenter occupauit,& poſſeſſor nō oneretur probatione,rē alienā taliter retinere,& econuerſo ſi non ſpoliaſſet, niſi de iure ſuo probaret,nihil obtinere potuiſſet,ſ̃.e.cum eccleſia. §. fi.ver.& actore.Itē ſpoliato ſi ſpoliatus nō fuiſſet, nullū onus pro-
21 bationis incumberet.eſſet igitur iniquū † penitus,ꝙ ipſe ſine culpa ſua,immo ex culpa aduerſarij ſic grauiter læderetur , vt patet in eo,quod legitur,& no.ĩ.de his quæ fiunt a ma.parte cap. quæſiuit.& aduerſarius ſuus pro ſua culpa, & violentia propria tantam remunerationē ɔſequeretur,cū in hoc eſſet potius puniendus,vt patet in eo,quod legitur & no.ĩ.de dona.inter virū & vxo.& ſi neceſſe.Ideoq; dicendū eſt,ꝙ nullo modo ſuper petitorio quo ſpoliatus egit,teneatur iudex ferre ſnīam,ēt ſi ɔſtaret,ꝙ ferenda eſſet pro ſpoliatore reo ex ea cauſa,ꝙ de proprietate nihil actor probauerit ſpoliatus.Quidam tamen dicunt , ꝙ ēt ſi ſpoliator nō poſſet proſequi litē cęptā per ſpoliatum,etiam eo reſtituto,vt dictū eſt , ex quo tñ reſtitutus fuit,poterit ſi voluerit de nouo de proprietate agere ſpoliator.Nec oportet,ꝙ aduocatus lęſam habeat cōſcientiā ex eo,ꝙ dederit cām peccandi ſpoliatori,& retinēdi rē alienā, quia poteſt eſſe,ꝙ in veritate ſua eſt,& ſi hoc probare non poſſit , multotiens enim non deficit ius,ſed probatio,ff.de teſta. tut. duo ſunt Titij.Eſt & alia ratio,quare ſpoliator nō poteſt proſequi cęptam actionem a ſpoliato ſuper petitorio,quia cum ſpoliator cōtra ſpoliatum non poſſit intentare aliquā actionem, niſi interdictum,ſ̃.de ord.cogni.c.fin. ſic eadem ratione non poteſt petere , ꝙ ſuper incepta actione petitorij procedatur,immo eſt ratio vrgens & vera alia,de qua dic,vt no.ĩ.ea.gl.ver. hæc autem ſentētia, & ſeq.ver.& propter hanc.Veruntamen plus placet nobis,ꝙ poſt quam ſpoliatus fuerit reſtitutus , poſſit petere ſpoliator , vt ſuper petitorio,de quo actum eſt,procedatur,& ſnīa feratur , quia hoc expreſſum vr̃,ĩ.de teſti.ſignificauerunt.§.fi. Maxime quia ex quo ſpoliato eſt poſſeſſio reſtituta,ꝓ eo feretur ſnīa ſup ꝓprietate, niſi ſpoliator proprietatem rei ad ſe probauerit pertinere , tunc enim ɔ poſſeſſorem bene feretur ſnīa,ĩ.de fide inſtru.inter dilectos.§.fi. Et habes ad hoc ſimile,quia qñ agitur reali actione,& reus eſt cōtumax, tunc mittitur actor in poſſeſſionem rei petitæ cuius, per lapſum anni verus poſſeſſor efficitur in tantum,ꝙ reus poſtea nō
22 niſi de proprietate auditur,& ſic † propter ſuam contumaciā , & lapſum anni in eum onus probandi transfertur,ĩ.de dolo & contu.prout.C.de iud.properādum.§.ſin autem reus abfuerit.ſm d.n. cuius eſt mens totius huius gl.& leg.& no.ſ̃.vt lit. non conteſt. c. fi.§.in alijs.Hæc autem ſententia,quæ magis placet d.n. nobis minus placet . Nec enim videmus qualiter iudex in hoc caſu congrue pronunciare poſſit . Spoliatus enim ſecundum hoc primo vendicat rem petens ipſam ſibi adiudicari,quia ſua erat. demum quia forſan videbatur ſibi difficilis probatio dñij ſuſpenſo petito-
23 rio habuit recurſum †ad petitorium[a] petens poſſeſſionem rei ſibi
a reſtitui,quia ea fuerat per violentiam ſpoliatus.Pone igitur, ꝙ ei reſtituta ſit rei poſſeſſio,& ꝙ nihil probatur de ꝓprietate rei qualiter in hoc caſu quamtuncunque ſpoliator inſtet , poterit ſuper petitorio primo ꝓpoſito formari ſnīa, aut enim ſic dicet iudex, adiudicamus tibi ſpoliato rem talem,ꝗ vendicaſti.& hoc fieri nō poteſt,cū de proprietate nihil probauerit. Aut dicet , abſoluimus te ab impetratione ſpoliatoris,qui de proprietate nihil probauit . & hoc fieri nō poteſt,quia ſpoliator a ſpoliato nihil petijt,ſed potius ab eo conuentus fuit,& propter hanc euidentem rationem in hoc caſu dicendum eſt,& tenendum, ꝙ ex quo ſpoliatus reſtitutus eſt,omnino ceſſant partes iudicis in petitorio primo propoſito propter difficultatem,immo impoſſibilitatem,pronunciādi congrue ſuper ipſo,& in hoc etiam videtur d.n.concordare,in eo,quod no.ſecundum ipſum.ſ̃.de lit.conteſt.c.vnico.§. j. verſic. cum non per poſitiones.& ĩ.de proba.licet.§.ex præmiſſis.Si vero ſpoliator de nouo contra ſpoliatum reſtitutum de proprietate agere voluerit,niſi exceptio violentiæ,quam fecit , propter quam a ſuo iure cadere debeat ſibi obſtiterit,audietur, & ſi nihil probauerit,tunc ſpoliatus,qui in hoc iudicio reus eſt,abſoluetur. Inſtit. de interdic.§.commodum.vt & patet in eo,quod no.ſ̃.ea.gl.verſ. quidam tñ dicunt.& præcedenti.& ſeq.& ſm hoc poteſt ſane intelligi.ĩ.de teſti.ſignificauerunt.§.fi.& adde,quod no.ſ̃. eod.c. §.j. ver.cū legali.ſuper verbo,pendente.& ĩ.tit.j.ex conquæſtione. §.j. ſuper verbo,ante ipſius cauſæ ingreſſum,ad fi.gl.verſi.hoc autem vltimum , & ſeq.& præceden.quod dic,vt ibi no.

ADDITIONES.

a Suſpenſo petitorio.Adde.An in cauſa appellationis prophana appellans, vel appellatus poſſit ſuſpendere petitorium vtriuſque partis , & tranſire ad poſſeſſorium,& quid in cauſis beneficialibus . Item quid in caſu conuerſo.agens poſſeſſorio vult illud ſuſpendere an poſſit.per do.de Ro. hoc ti.deciſio.ccv.in nouis.Item an in eadem inſtantia poſitionis pluries ſuſpendere petitorium ante concluſionem in cauſa.per dom.Abba.hic in vj.col.ver.item circa.

b ¶Condemnandus eſt.Adde.do .Abb.& Io.An.poſt iſtum hic. & do.de Ro. deci.alleg.ccv.hoc ti.in finalibus verbis.

† Alias ſi quis cum totum.

ADDITIO.

a ¶Ad petitorium.Adde vtrum & quando quis poſſit recurrere vel redire de petitorio ad poſſeſſorium vel econtra.per do.Henr.Bo.hic in j dict.

*SVMMARIVM.*

1 *Interdictum,Vti poſsidetis,cui detur.*
2 *Petitorium & poßeſſorium poteſt ab vtraque parte ſimul in iudiciū deduci.*

## CAP. XV.

Cum dilectus. Pars.ĩ.de fide inſtrumentorum cum dilectus . [Poſſeſſorio.]De hac materia no.ĩ.e.c.ij. ſecundum d.n. [Et petitorio.]quidam tamen intelligunt,quod hic dicit, quando vnus agit vti poſſidetis , & reus reconuenit agentem rei
1 vendicatione.& ſic intelligunt.ſ̃.eo.ad vltimum.Sed cōtra † quia vti poſſidetis datur inter duos,quorum quilibet dicit ſe poſſidere, ff. vti poſſ.l.j.§.inter litigatores.niſi agatur inter vſufructuarium, & dominum.ff.vti poſ.l.fi.vel vbi vnus vendicat ſibi ſeruitutem , & alter tuetur poſſeſſionem,ff.vti poſ.ſi duo.§.ſi vicinus. Alij intelligunt hoc c.qñ actor proponit interdictum de recuperanda poſſeſſione,& nihilominus agit de ꝓprietate , quod poteſt fieri ſicut no.ſ̃.ca.proxi.§.j.& idem eſt ſi ago contra te de proprietate,& tu reconuenis me ſuper poſſeſſione,tunc nullo modo potes me reconuenire de proprietate,& leg.& no.ſ̃.de ord.cog.c.fi.& ca.cum dilectus.Sed pone,ꝙ ago contra te,& petitorio,& poſſeſſorio , & obtinui in vtroque,appellaſti a ſentētia lata ſuper proprietate ab alia non,& ſic data eſt mihi poſſeſſio.iudex vero appellationis cōfirmat ſentētiam proprietatis,quæ erit vtilitas? Declaratio dñij, & condemnatio expenſarum,ff.de rei vend.ex diuerſo.C.de appell. eos,qui. Non autem teneberis mihi reſtituere,quia nec poſſides,
2 nec dolo deſijſti poſſidere,ff.de rei ven.ſin autem.§.j.& ij.† Tu dicas hoc c.ſine calumnia eſſe intelligendum,quando agitur de iure electionis vtraque pars petitorium & poſſeſſorium deduxit in iudicium.Si agatur inter electos ſiue inter eligentes,vt ſ̃.eo.c.cum ſuper.& c.cum eccleſia.[Vna debet ſententia.]De hoc dic,vt no. ſ̃.de ordi.cog.cum dilectus.§.j.verſi.quamquam.[Præmittenda] vt.C.de rei vendicat. ordinarij. ſ̃.eod. cap.ij.[Proprietas]. ff.depoſiti.bona fides.ff.de pignor.action. ſi rem.domi. no. [Præualere.]

Quod hic dr̃ de præmittenda executione in proprietate locum habet, ſiue vna pars tñ egit poſſeſſorio & petitorio, ſiue vna poſſeſſorio & altera petitorio, ſiue ſimile cęperint agere, ſiue diuerſis temporibus, dũtamen ſñia ſuper vtroque concurrerit ferenda. Nam ſi primo eſſet lata ſuper petitorio, & poſtea procederetur ſuper poſſeſſorio, nõ prodeſſet, ſinautem prius feratur ſuper poſſeſſorio, bene poſtea ſuper petitorio ferri poteſt. ĩ. de reſti. ſignificauerunt. Quod autem dixi, ꝙ poſt latam ſententiam ſuper petitorio non poſſit ſuper eadem re agi poſſeſſorio, hoc intelligas eſſe verum de ſpoliatione facta ante litem conte. vel poſt litem cõteſt. in petitorio, ſed ante ſententiam, deſpoliatione enim facta poſt latam ſententiam in petitorio agi poteſt. ſm d.n. Ad qd accedit, quod le. & no. ĩ. de ap. cum tenecamur. Intelligas ẽt, ꝙ in executione præualet proprietas quo ad illum, qui ipſam probauerit ad ſe pertinere ſm intellectum poſitum. ſ. eo. ſuper verbo, poſſeſſorio & petitorio. verſ. alij intelligunt. Idem eſt in electionibus, qñ conſtat electionẽ minus canonicã extitiſſe. ſ. e. cũ ſuper. §. fi.

SVMMARIVM.

1 *Subuenitur per ſuppletionem vel reſtitutionem in integrum quandoque.*
2 *Reſtitutio competit pro iuribus denegatis.*
3 *Effectus clandeſtine confirmationis impeditur per exceptionem.*
4 *Exceptio minus canonice electionis non ſuſpendit effectum confirmationis.*
5 *Appellare non eſt neceſſe his quæ extraiudicium fiunt.*
6 *Binus actus conſuetudinem inducit.*
7 *Quilibet in ſua poſſeſſione tuendus.*
8 *Iudice m recuſare non poſſum in quem pater meus conſenſit.*
9 *Pactum factum cum emptore hæreditatis nocet venditori.*

CAP. VII.

Cum olim. [Quæſtio.] Poteſt intelligi quãdo archidiaconus, de quo ſequitur, petebat electionem ſuam confirmari, & archipræſbiter, & canonici in contrarium petebant ipſam infirmari. vel licet archidiaconus fuiſſet electus in archidiaconum, per epiſcopum tñ nõ poſſidebat, vel quaſi, & ideo petebat ipſum archidiaconatum. Vel dic, ꝙ cũ archipræſbyter, & canonici nollent ipſum admittere tanꝗ archidiaconum, petebat ipſos cõpelli, vt eum admitterent, & pronunciari, vt ſubditi eidem obedientiã & reuerentiam exhiberent, & huic intellectui ſatis concordat, quod no. in ſeq. gl. Sed huic ſic obijcitur. eps contulerat archidiaconatum iſti archidiacono, vt ĩ. innuit. Vnde eo ipſo vr̃ eum in archidiaconum confirmaſſe, ex confirmatione autem acquiritur ius adminiſtrandi etiam ſi confirmatio facta ſit ab illo, qui non habet ius eligendi, vt patet in eo, quod no. ſ. eo. cum ſuper ecclesia. Videtur ergo, ꝙ non debeat inquiri in hoc caſu an epiſcopus fuerit in poſſeſſione eligendi, ſed ſtatim debuit papa præcipere, vt ex quo confirmatus erat, pro archidiacono haberetur, vt patet in eo, quod leg. & no. ĩ. de app. conſtitutis. ij. §. fi. Item archidiaconus iſte poteſt implorare officium iudicis ad hoc, vt in archidiaconum admittatur, vel vt reſtituatur, ſ. de offi. iu. c. ij. quod officium competit non ſolum contra eum, qui ſpoliat, ſed etiã contra eum, qui debitum non ſoluit, vt no. ſ. de ele. querelam. archipræſbyter vero & canonici non ſoluebant ei debitũ, ex quo ipſum non recipiebant in archidia. vt debebant Ad hoc dicas, ꝙ vbi confirmatio fit tali modo, ꝙ hi, qui nunc ſe opponunt ante confirmationem, habuerunt tps congruum & poteſtatem excipiendi contra confirmandum, tunc de cętero nec de peccato in electione habito, neque de perſonæ vitio poteſt cõfirmatum aliquid excipiendo obijci, quo minus confirmatio ſuũ habeat eſſectum, in modum tamen accuſationis, ſeu denunciationis põt, ĩ. de app. conſtitutis. ij. §. fi. hoc ſaluo, ꝙ ſi confirmatus petat conſecrari, vel ordinari, tunc in modum exceptionis repelli poteſt, & ſic ſuppleri, quod in confirmatione fuit omiſſum, ſ. de electi.
1 cum dilectus. ĩ. de accu. ſuper his. fed † & quandoq; in his per ſupplicationem, vel reſtitutionem in integrum ſubuenitur, vt no. ſ. de off. dele. paſtoralis. §. pen. Quãdo autem is, qui ſe opponit ante confirmationem, congruum tempus non habuit, ſicut patet in eo, qui eligendo, ſiue conferendo confirmat. valet quidem confirmatio, ſiue collatio. tamen dici poteſt, ꝙ ſi aliquid obijciatur ꝯ electionem, vel confirmationem, vel etiam contra perſonã, ſed diffamatam, in hoc caſu effectus cõfirmationis, ſiue collationis impeditur quouſque id, quod obijcitur, examinatum fuerit, & ẽt diffinitum, vt hic & ĩ. de accu. accedens. arg. bonum. xxiij. diſtin. qui epiſcopus. xcij. diſt. ſi quis ordinatus. & c. ſeq. Et melius in Authen. qnomodo. o. e. §. oportet autem in ipſo ordinationis tempore, & ſeq. col. j. & de ſanctiſ e. §. ſi quis autem electum col. ij. co. ix. & ĩ. qui ma. accu. poſ. c. fi. Et eſt ratio, quia illi, qui collationẽ, ſeu confirmationẽ ignorauit, nec ad opponendum ſe tps conueniens habuit (cum in nulla culpa, ſeu negligentia deprehendatur) non põt aliquid imputari, immo debet ei per ius & miniſtrum iuris potius ſubueniri, arg. ff. de accu. l. ſi cui. §. j. & in iuribus allegatis. ĩ. e. gl. ver. vbi ergo & ſeq. & in eo, quo leg. & no. ĩ. de re iu. c. pen. & de clẽ. ex. apoſtolicæ. Nec obſtat. ſ. eo. cum ſuper. quia ibi confirmatus petebat reſtitutionem pro eo, ꝙ fuerat ſpoliatus. hic autẽ licet habuerit ius ex confirmatione, quia tñ non fuerat adeptus corporalem poſſeſſionem, nec petebat, nec petere poterat reſtitutionẽ, ff. de acq. poſ. cum hæredes. j. ti. j. ex parte. §. j. ver. item ibi petebatur reſtitutio epatus, vbi aliquid peculiare occurrit, vt patet
2 ex his, quæ ibi no. † Sed nec obſtat, ꝙ pro iuribus denegatis competit reſtitutio, ſ. de elec. querelam. quia illud intelligendum eſt de iuribus, quæ petens prius poſſederat, at hic nunquam poſſederat, & ideo cũ noĩe ſuo, & noĩe eccleſiæ ageret, nec interdictum nec officiũ iudicis cõpetebat, ff. de vi & vi ar. l. j. §. interdictum aũt hoc nulli ꝯpetit. & l. iij. C. vñ vi. interdictum. Vbi ergo opponens
a ante confirmationem non habuerit tps congruum opponẽdi,[a] nec põt ſibi aliquid ĩputari, tunc ẽt poſt ꝯfirmationẽ auditur, vt
3 ex pmiſſis patet. Inde eſt, † ꝙ clãdeſtine ꝯfirmationis ſeu collationis per exceptionem oppoſitam impeditur effectus, ĩ. de appel. vt noſtrum. ĩ. vt benefi. eccle. c. vnico. Et idẽ dicẽdũ eſt, vbi aliquo ꝑcurãte facta & ac celerata eſt ad hoc, vt in exceptione aduerſarius ſupplantetur, ar. ff. de dolo & cõtu. cum olim daniel. ĩ. de ap. oblatæ. §. j. ver. ſi vero non ſit. Idem ſi dicatur confirmationẽ nullã eſſe. vt no. ĩ. de dolo, & contu. cũ olim daniel. Idẽ ſi fiat in abſentia eorũ, ꝙ nũc ꝯdicunt, & ꝯdicere poſſunt. Sed ſ. ꝙ abſentes erãt nõ poterũt, ar. ĩ. q ma. accu. poſ. c. fi. ĩ. de acc. accedẽs. Nec enim põt ĩputari abſenti & ignorãti, ſi nõ oppoſuit ſe cõfirmationi. D. tñ. n. hũc caſũ nõ admittit, licet eñ ĩ hoc caſu, qñ. ſ. abſens fuit, poſtea veniẽs poſſit agere, & denũciare. vt ĩ. q ma. accu. poſ. c. fin. Nõ tñ excipere. Nec obſtat. ĩ. de accu. accedens. qa ibi nõ audiũtur aduerſarij pp ſuã abſentiã, ſed pp infamiã ꝯfirmati. Auditur ẽt excipiẽs, ſi dicat eũ, ꝙ ſemel elegit, & ꝯfirmauit, nõ habuiſſe ius eligendi, vt hic. Secus ſi vnus elegiſſet, & alius ꝯfirmaſſet. Et is, qui opponit ſe nũc ꝯfirmato, añ ꝯfirmationẽ ad excipiendũ tps congruũ habuiſſet. talis enim in modũ exceptionis nõ audiretur, vt
4 dictũ eſt. Et eſt rõ † qa exceptio minus canonicæ electionis non ſuſpendit effectum ꝯfirmationis. ĩ. de ap. ꝯſtitutis. §. fi. Licet appellatio vel in integrũ reſtitutio ipſum impediret. & ſic loqtur C. ſi ex fal. inſtr. l. fi. Sed dices nonne imputandum eſt prædictis, quia quãcito audierunt electionẽ factã nõ appellauerũt? ita vr̃. vt ij. q. vj. biduũ. §. ſi aduerſus. Tu vero dicas ꝯtriũ. Nec obſtat. §. ſi aduerſus. qa loqtur de his, quæ ſunt in iudicio. In † his enim, quæ ex-
5 tra iudiciũ fiunt, non eſt neceſſe appellare. vt no. ĩ. de ap. ad audiẽ. & c. conſtitutis. ij. & c. bone. Quãuis aũt ꝓdicti effectũ ꝯfirmationis non poſſunt impedire per modum exceptionis. Poſſunt tñ hoc facere per modum accuſationis vel denunciationis, vt dictũ eſt. Et per alios modos, vt no. ſ. de elec. dudũ. ſm d.n. cuius eſt mens totius huius gl. quę & ſi ſubtilis ſit, & ſatis probabilis & rõnabilis, quædam tñ decre. vr̃ ipſam deſtruere, quæ vr̃ aperte dicere, ꝙ ẽt in caſu iſto, vbi. ſ. archiepiſcopus conferendo confirmauit. Et ſi is, qui poſt ꝯfirmationẽ ſe opponit, ante ꝯfirmationẽ tps ꝯgruũ ad excipiendũ non habuit. Et tñ non auditur excipiendo, ſed tãtummodo accuſando, vel denunciando, vt ĩ. de cõceſ. præb. poſt electionem. §. fi. ad fi. Sed poteſt reſponderi, ꝙ ille, qui ibi excipiebat ẽt in modum exceptionis ſufficienter fuit auditus. Sed quia nihil probauit rationabile, ideo contrariam ſententiam reportauit, per quam ẽt declaratur, ꝙ vlterius in modũ exceptionis nullatenus audiatur, vt ibidẽ exprimitur euidẽter, & ſic confirmat, ꝙ ꝑdicta ſunt, & non infirmat. & adde, quod ibi. no. ĩ. de accu. accedens. & de pſũmp. c. fi. & de app. cõſtitutis. ij. §. j. [Archidiaconũ] quẽ dicebat archipſbyter, & canonici remouendum, nec ipſum recipiebant in archidiaconum. Vnde & archidiaconus egit contra ipſos, & tandem poſt li. conte. coram papa fuerunt iudices de communi conſenſu procuratorum partium impetrati, & poſtea ꝑ archipręſbyterum, & canonicos recuſati, nihilominus tñ teſtes ex parte archidiaconi receperunt, & cauſam ad ſedem apoſtolicam remiſerunt. Vnde papa pronunciat in ſequentibus. vel dic, vt no. ſ. eod. cap. in princ. ¶ Quoniam. ]ij. pars. [Per atteſtationes.] coram iudicibus minus canonice recuſatis productas. [Archidiaconatus.] ſuper quo quæſtio vertebatur, & quem epiſcopus dederat archidiacono litiganti. [Sine reclamatione.] cum tamen ſcirent, ꝙ epiſcopus iure ſuo ipſum archidiaconatum intendebat conferre, & ideo canonici non reclamantes conſentire videntur ad minus quantum ad hoc, vt epiſcopus adeptus ſit poſſeſſionem plenam & pacificam conferendi, argu. vij. q. j. pontifices, & patet in eo, quod no. ſ. eod. cum eccleſia. §. partibus. verſi. fi. ſuper verbo. aſſuiſſe. Sed & ſecundum. d.n. ſi reclamaſſent in iudicio ita, ꝙ lis penderet ſuper poſſeſſorio. & nondum fuiſſet aliqua electio facta per epiſcopum, quæ eſſet per ſuperiorem confirmata, vel approbata. Nec alias aliquem effectum habuiſſe non eſſet adhuc danda ſententia pro iſto archidiacono, immo deberet finis litis ſuper poſſeſſorio expectari, vt patet in eo, quod leg. & no. ſ. de

ADDITIO.

a ¶Opponendi. adde ꝙ vocandi ſunt per edicta competentibus interual. qui volunt ſe electioni opponere ante confirmationem. aliter facta confirmatio non valet per tex. in c. fi. de ele. lib. vj.



ſ. de reſti. in integ. c. ij. ad fi. In quo caſu hoc nihil faceret ad titu-
6 lum decre. [Duobus.] Ar. ꝙ † binus actus inducit conſuetudinẽ. quod verum eſt præſcriptione completa, ſ. de ele. venerabilem. §. fi. Alioquin ꝯ, ſ. eo. cũ eccleſia. §. verum ver. nec ex eo ſ. de ele. Cumana. § pe. in fi. Sed quantum ad poſſeſſionem ſuffeciſſet probatum fuiſſe de illo, cui immediate iſte archidiaconus ſubrogatur, ſ. de elec. querelam. ĩ. de iure patro. ex literis. & c. conſultatio-
7 nibus, † quia quilibet tuendus eſt in ſua poſſeſſione, xvj. q. iiij. volumus. ĩ. vt lite pen. c. j. Quid ſi canonici appellaſſent archidiaconatu vacante, ne eps archidiaconatũ conferret, cum ad epos, & non ad epm pertinet, & epus nihilominus cõtuliſſet? Rñ. nihilominus confirmaretur factum epi, cui & appellatio ſuam poſſeſ-
a ſionem non aufert,[a] ar. ĩ. de ap. ſignificante. ſ. de reſti. in integr. c. ij. & melius. ſ. de ſup. ne ꝑ. c. fin. vbi de hoc. nimis. n. tardauerunt canonici. Secꝰ ſi cũ epo antea litigaſſent, & obtinuiſſent. ſ. de ele. cum eccleſia Vulterana. & c. in Geneſi. ver. nec. pmiſſi duo. vbi de hoc. [Ante ipſum.] ſ. archidiaconum, qui nunc erat. [Et quia canonici. [ver. canonici. n. & archipresbyter coram papa conſtituti, & ſentientes ipſum motum ex dictis atteſtationibus iam receptis ad ferendam ſententiam pro archidiacono excepcrũt ꝯ dictas atteſtationes, ꝙ non valebant pro eo, ꝙ receptæ fuerant a iudicibus legitime recuſatis. & dñs papa reſpondet, ꝙ cum iudices de conſenſu procuratorum vtriuſque partis fuiſſent electi, non potuerunt iudices recuſari. & ideo valẽt atteſtationes, quod verum eſt, etiam ſi fuiſſet appellatum ab eis, quia nec licet a talibus appellari. ij. q. vj. §. notandum vero eſt. & c. a iudicibus. ibi ſe. ſm d.n. Verum eſt ſi ſint iudices. i. arbitri. vt ſequitur. in §. ꝙ de arbitris. Alioquin appellari poſſet ab eis, ſi grauarent, non tamen ex hac cã, quia ſuſpecti ſint, vt hic ſequitur, & le. & no. ĩ. de re iu. cauſam quæ. ver. & idem iudici. & ſeq. Sed adhuc ſic oponit. d.n. nonne ſufficit quantum ad reprobandas atteſtationes, ꝙ receptę fuerunt lite non conteſ? Rñ. non. Quia cum de beneficio eccleſiaſtico ageretur, potuit procedi ꝯ cõtumaces quamuis abſentes, quos nec recuſatio, nec appellatio fruſtratoria excuſabat, in regiſtro tñ continetur, ꝙ facta litis conteſtatione in cauſa appellationis apud ſedem apoſtolicam fuit commiſſa de conſenſu procuratorum partium tribus iudicibus, de quibus canonici recuſauerũt vnum pro eo, ꝙ erat conſanguineus archidiaconi memorati. ſm d.n. cuius eſt partis maioris mens totius huius gl. & adde, quod no. ſ. eo. ſuper verbo, vtriuſq; partis. [Iudices.] a nobis ſuper hac qõne delegatos, qui nobis remiſerunt proceſſum. [Vtriuſq; partis. ] ſcilicet Archidiaconi agentis, & archipręſbyteri cano-
8 nicorũ defendentiũ ſe. † Sic patet, ꝙ non poſſum recuſare iudicem, in quem pater meus conſenſit. ſi. ĩ. de verbo. ſigni. in his. propę fi. ſicut nec poſſum recuſare illũ, in quem conſenſi. ſ. de offi. deleg. ſuper quæſtitionum. §. verum. Quod intelligas, niſi certas perſonas iudicum nominaſſent, tunc enim non præiudicaret, niſi & ego poſtea ratificarem tacite, vel expreſſe. ar. ſ. de offi. dele. cum olim. C. de procura. ſi procurator. ĩ. de ap. ſignificante. §. pen. hoc igitur intelligitur, quando procurator ſimpliciter fuit conſtitutus, & procurator nihil doloſe egit. ſic enim nocet factũ ꝑcuratoris domino, & imputet ſibi qui talem elegit. ff. de mino. cũ mandato. in fi. Si autem doloſe hoc fecit, tunc diſtinguitur, vt ff. de dolo. eleganter. §. ſi dolo. ff. de eo, per quem fac. eſt. l. fi. quod dicit vt no. ſ. vt lite non conte. c. j. §. fi. Intelligas autem, ꝙ coram papa vel iudicibus delegatis ab ipſo, a quibus poſtea appellatum fuit, lis fuerat conteſtata & poſtea cauſa commiſſa iſtis ſecundis iudicibus de conſenſu partium, ad hoc, ĩ. de ap. per tuas. alias lite nõ conteſtata non fuerunt teſtes recepti, ſecundum B. Immo contumacia exigente, cum agatur de beneficio eccleſiaſtico obtinendo, vt extra d.n. de eo, qui mit. in poſ cã rei ſer. eum, qui. lib. vj. & in hoc concordat. do.n. Quamuis & plus addat, vt patet ĩ eo, quod no. ſ. e. c. in princi. & adde, quod no. in ſeq. gloſ. [Procuratorum.] multominus ſi de partium voluntate, vt ſ. de offici. delega. ſuper quæſtionum. §. j. rñ. j. ad fi. & §. verum. ad fi. & c. cum olim magiſter. §. præterea. Arg. contra. ſ. de offi. del. cum olim abbas. §. qui vero. ĩ. de re iudi. cauſam quæ. ver. & ipſa ſententia, & ſequenti. ſ. de poſtu. præ. c. j. & ij. q. vj. biduum. §. ſi aduerſus. ĩ. de ap. ſępe. rñ. j. ver. j. & C. de rogatione. mili. anno. l. ij. lib. xij. ff. de tributo. actio. procuratoribus, ſ. vt lit. non conte. c. j. ad fi. ff. de procu. ignorantis. ff. ſi quis ius di. non obten. l. vnica. §. ſi procurator. ff. quod quiſque. iuris. l. iij. §. ſi procurator. ff. de lib. ca. l. ſeruo. l. Auth. de eccl. §. ſi qs in ſua domo. cõll. ix. Solu. ſi procurator male faciat negocium domini ſui, tenet quod agitur. Sed procurator remanet exinde domino obligatus, C. de procura. ſi procurator. ff. de mino. cum mãdato. Nec mirum ſi tenetur etiam in præiudicium domini, nã & ei prodeſt etiam ſi iniuſte obtinuerit procurator, ff. de procur. qui proprio. §. procurator. vt in cęteris. Sed contra, quia ſi procurator ſoluendo non ſit, ius præſtitum integrum eſt ipſi domino conſeruandum, ff. de dolo. eleganter. §. pe. ff. de eo, per quem fac. eſt. l. fi. Cum ergo beneficiũ eccleſiaſticum, & ſpirituale, de quo hic igitur æſtimationem, ſiue precium non admittit, vt patet. j. q. iij. ſi quis præbendas. & in eo, quod legitu. & no. ĩ. de iure patr. c. de iure. & ĩ. de ſymo. querelam. reſtat, ꝙ in hoc caſu non poteſt habere recurſum dominus contra procuratorem. ergo per prædicta iura debet ei præſtitum ius conſeruari. So. illa iura obtinẽt, vbi doloſe verſatus eſt procurator. Si vero negligenter ſe habuit, tunc mero iure tenet quod egit, ſ. de reſti. in integ. c. ij. §. nos igitur. ver. j. ſecundum d.n. cuius eſt mens totius huius glo. veruntamen ſi ſit dominus talis, cui competat reſtitutio in integrum, ſicut eſt eccleſia vel minor, eidem ſi de læſione appareat per reſtitutionis beneficium ſubuenitur, vt ibi. vbi tamen procurator ſoluendo non eſt, ff. de minori. cum mandato. verſicu. ſed ſi ex euentum. De hac materia no. plenius. ſ. vt lit. non cõteſt. c. j. §. j. ¶ Prædictum archidiaconum. ] iij. pars. [ Eidem.] ſ. archidyacono, ſ. de reſti. in integ. c. ij. ſ. de elec. cumana. d.n. [Perpetuũ] quo ad archidiaconum, qui nunc eſt, vt ipſum de cætero tanquam archidiaconum admittant, nec ei in aliquo contradicant. Sed contra. ĩ. de conceſ. preben. poſt electionem. §. fi. Sol. ibi. Pro iſto autem ſolo archidiacono hic fertur ſententia, ſecus de alijs, & hoc eſt quod ſequitur. [Reſeruata tñ &c. verſic ſ. de elec. querelam. [Super hoc.] ſ. ſuper proprietate. [Inter alios acta.] ſic. ĩ. de re iud. c. pe ĩ. de pbẽ. dilectos. in fi. ĩ. de do. interdilectos. ĩ fi ſ. de offi. deleg. ſuper eo. Sed ꝯ. qa cũ archidiaconus obtineat, qui hẽt
9 cãm ab epiſcopo, vr̃, ꝙ debet epiſcopo prodeſſe ſicut † pactum factum cum emptore hæreditatis nocet venditori, ff. pec. ſi cum emptore. Sed nõ eſt verum, quia exceptio rei iudi. tranſit ab acto re ſuo. ſ. a venditore ad alium. ſ. emptorem, ſed non reuertitur ad actorem ſuum, ff. de exceptio. rei iudic. ſi a te. §. fi. ſecundum B.

ADDITIO.

a ¶Non aufert. Adde do. Abba. hic poſt iſtum in verſicu. venio ad glo. de verſicu. immo plus dicit cui Andre. Sicu. addit. Calderi. conſilio. vltimo. de iure patro.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus quandoque eſt ſignum ſubiectionis.*
2 *Cenſus quandoque eſt ſignum protectionis.*
3 *Cenſus quandoque eſt ſignum conuentionis.*
4 *Cauſa cenſus requirenda eſt.*
5 *Præiudicium non paratur domino ignoranti ſoluendo cenſus.*
6 *Qui ſuccubit per petitionem ineptam poteſt proponere aptam.*

CAP. VIII.

In cauſa. Hec decre. nichil facit ad titulum. ſm d.n. niſi dicas, ꝙ per ſolutionem cenſus intẽdebat Patriarcha probare quaſi poſſeſſionem ſubiectionis. [Patriarcha Grandẽ. ]agente contra abbatem S. Gregorij de Veneriis, & petentem, ꝙ faceret ſibi obedientiam debitam et de oĩbus epiſcopalibus reſponderet, qa ſibi monaſterium ſubiectum erat, ad quod probãdum inter alia inducebat, & ẽt in libello proponebat, ꝙ centum annuũ. l. ſolidorũ ſibi tanꝗ dño faciebat, quos ẽt petiit ſibi adiudicari ad ſubiectionis indicium in poſterũ cõprobandũ. Sed quia abbas exemptũ ſe probauit, fuit ſuper vtroque ſentẽtialiter abſolutus. [Et conuentum.] ex altera parte. [Super ſubiectione.] quia patriarcha dicebat ipſum monaſteriũ ſibi ſubiectũ eſſe. [Qnque.] ſed nec continue, nec ſemper, vnde non obſuit, arg. in eo, quod le. & no. ſ. e. cũ eccleſia. §. fi. ver. & ex eo. §. partibus. ver. parte clericorum. Sed & eſſe poterat, ꝙ ratione capellarũ ibat, vnde nec monaſterio præiudicabat, ĩ. de priu. ex ore. [Ad ſynodum.] xvij. q. fi. §. fi. ſm. d.n. quod dic, vt plene no. ſ. de maio. & obe. qa ſup his [Et.] ſ. patriarchæ. [Per plures annos.] non tñ. xl. & ſic non ſufficit. ſ. de elec. cumana. §. penu. in fi. Sed & ſi per xl. annos ſoluiſſet, adhuc non ſufficit hoc ad probandam ſubiectionem, vt ſequitur niſi aliud probaretur. ¶ Ad hæc. ]ij. pars. [Periit.] ſibi in poſterum adiudicari. [Ad ſubiectionis, &c.] Et ideo quia abbas probauit exemptionẽ, fuit abſolutus, vt ſequitur quantum ad hunc modũ petendi iure ſuo ſibi, ſi agere alio modo de ipſis voluerit reſeruato. ſic. ſ. e. c. proxi. §. fi. ſ. de iudi. examinata. ĩ. ne ſede vac. c. j. §. fi. [Iudicium.] petebat patriarca iſtos. l. ſolidos, vt per hoc probaret ſubiectionẽ, & tñ ſuccubuit, licet ſolutionem probauerit. Ideo ſignatur contra. ĩ. de cenſ. omnis aĩa. & c. cum venerabilis. & ĩ. c. cum veniſſet. x. q. iij. illud. C. de epiſco. & cle. nulli. §. fin. C. de fideiuſſ. l. ij. So.
1 † Quãdoque cenſus eſt ſignũ ſubiectionis, vt in contrarijs. & tunc ſi præſtatur papæ ſignum eſt exemptionis. Si vero præſtatur epo
a a non exempto præſumitur ſubiectio[a] dum tamen ſit clericus is, qui præſtat, alioquin ꝯ, viij. di. quo iure. Sed ſi ab exempto non obeſt niſi ſit completa præſcriptio, & ita fuit hic ſicut in integra
2 legebatur. † Quandoque vero eſt ſignum protectionis, & tunc ẽt ſi papæ præſtetur diocęſano non præiudicatur, hoc eſt, quod di-
3 ſtinguitur. ĩ. de priuile. recepimus. † Quandoque vero eſt ſignum conuentionis, vel relicti, quia. ſ. ſic conuentum eſt inter partes, & per

ADDITIO.

a ¶Subiectio. Adde Io. Andr. in c. quoniam. ĩ. de priui. poſt eum. facit quod legitur & no. in c. j. de religio. do. & in c. ij. de renun. lib. 6. Et vide Barba. in l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. & Lapum allega. xlij. & Federi. con. fi. 130 & d. Ab. hic. & in c. peruenit. ĩ. de cenſi.

3 pertalēm non probatur ſubiectio, †ideoq; requirenda eſt cauſa
cenſus,& dic,vt le.& no.ĩ.de cenſi.peruenit.ergo non omnis ille,
cui cenſus ſoluitur,dominus eſt,nec qui cenſum ſoluit,ſubiectus
4 eſt,†nec paratur præiudicium domino ignoranti. C.de rei vend.
ſolennibus.ſcienti autem præiudicatur. C. de do.cenſualis.Quid
ergo ſi is,qui conſueuit facere cenſum eccleſiæ ratione alicuius
rei ceſſat in ſolutione per biennium ,nunquid eſt res commiſſa?
Diſtingue de hac materia , vt no.in ſum. de locato.ſub.§. potuit
emphyteuta.§.fi.ver.quid ergo.& ſeq.[Contrariam.]probata excē
ptione per priuilegia,ↄ quæ non erat præſcriptio completa.ĩ. de
confir.vti.cum dilecta.ĩ.de priuil.ſi de terra.[Non adimimus.po
teſtatem.[Si alio.]Si ex vna cauſa petit quis eandem rem primo
& ſecundo petit ex alia , non obſtat in ſecundo iudicio exceptio
rei iudicatæ occaſione primæ ſnīæ,quamuis ſuper eadem re latę,
vt patet in eo,quod le.& no.ĩ.eo.ſuper verbo,experiri voluerit,&
ſ.de fo.compe.cum ſit generale.Vel dic,ꝙ cum hic fuerunt peti-
ti.l.ſolidi ad probandam ſubiectionem, vt patet in eo , quod no.
in caſu.ſ.eo.c.in prin. ſuper verbo,patriarcha Granden.quamuis
abbas fuerit abſolutus quo ad ſubiectionem , hæc tamen ſenten-
tia non præiudicat patriarchæ quantum ad l. ſolidorum petitio-
nem ſibi in poſterum ſoluendorum. Et eſt ratio, quia quamuis
idem petatur , tñ ad aliud agebatur in primo iudicio,& ad aliud
in ſecundo,quod dic vt plene no.ſ.e.cum eccleſia.§.fi.ver.& acto
re.ſuper verbo,faciendis.& ĩ.de teſti.veniens.ij.[Iure.]puta poſſeſ
ſorio.ſ.de elec.querelam.Vel ſi dicat, ꝙ ita fuit conuentum inter
prædeceſſores,vel a tali teſtatore fuit relictus pro aīa ſua , ſicut fit
tota dic. Ad quod probandum inducit ſolutionem ſpontanee fa
ctam,ſiue pſtationem cenſus per xl.annos & amplius,ĩ. de priui.
accedentibus.ff.de vſur.cum de in rem verſo.ff. ſi ſeruitus vend.ſi
quis diuturno.C.de fideicom.l.j. als ex ſolo tpe agi non poſſet.C.
de pac.ſi certis.ĩ.de cē.peruenit.quod dic,vt ibi no. [Experiri vo-
luerit.] Sic patet,ꝙ q rē petit ex vna cā maxime ī perſonali actio-
ne & ſuccumbit , & poſtea petit ex alia, non obſtat ſibi exceptio,
ff.de excep.rei iud.cum quæritur.& l.ſe.& l.& an eadem.§. actio-
nes.Idem eſt & in rei vendicatione,ſi exprimatur tm̄ vna cā,ff.de
excep.rei iu.ſi mater.§.eandem.Idē & in poſſeſſorio.ĩ.de do.inter
dilectos,ff.acq.poſ.poſſideri.§.ex pluribus.De hoc no.ſ. de lib.ob.
6 c.ij.& iij.Habes etiam hic,†quod quādo quis ſuccumbit propter
petitionem ineptam,poteſt poſtea proponere aptam , vt legitur
& no.ſ.de iudi.examinata , & ſ.eodem.§. in princip.ſuper verbo
ad ſubiectionis.

¶ De reſtitutione ſpoliatorum. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Nemo debet ſibi ius dicere.*
c ¶Familiari. Adde D.Abb.hic in iii. col.qui dicit quod hęc dicta do. ho. communiter approbantur & ſatis ſibi placent. Et putat hoc primum membrum procedere etiam ſi papa motu proprio cauſam promiſerit ꝑ quo adducit hic Andre.ſiculus Roma.conſil.cccxxvii. debet enim intelligi ſi actor vult agere,cum nemo inuitus &c.
d ¶Renunciare. Adde pro hoc quod dicitur de procuratore acquirente aliquid domino, vt illo inuito non poſſit renunciare acquiſitis.ſecundũ Andre.ſic adducit Ro.conſil.xciii. Et vide bonam concluſionem D. Abb. hic in antepe.col.in prin.verſi.Et conclude.

niſi ſm formam petitionis,ff.communi di.vt fundus,ſ.de ſymo.
9 licet Hely.§.j.ad fi. Vnde† & ſi hoīem petiero, & non æſtimationem,quamuis æſtimatio valde propinqua ſit rei petitæ,tamen ſi in æſtimatione & non in re petita fiat condemnatio, talis ſnia reprobatur,C.de fideic.lib.l.fi.rñ.j.ad fi.Sed ſi pro me petitore in re tam propinqua,tam connexa,tam adhærente propriæ petitioni non valet ſic lata ſententia.Quo.valebit ex parte rei lata in re petitioni meæ non dico connexa vel diuerſa, ſed etiam qd plus eſt ɔria:Hoc.n.certū eſt,ꝙ ſi res petita mea eſt,ſequitur,ꝙ tua non eſt,& econuerſo.Vnde ibi dicit lex,ꝙ eoipſo,ꝙ rem meam eſſe ꝓnunciatum eſt,ex diuerſo vr̄ pronunciatū tuam nō eſſe. Si vero pronuncietur meam non eſſe,nihil de iure tuo intelligitur iudicatum,vt ff.de procu.Pompo §.ſi ſtipuletur.ver.denique. ad fi.ff. de exce.rei iud.ſi inter me, & te. Per quam vltimam infra dico, ꝙ bene pōt iudex pronunciare rem petitam meam non eſſe, & per ɔns ipſam mihi reus reſtituere non cogetur C.de rei vend.l.fi. Sed nōquam poteſt ex vi ſolius petitionis meæ eam rem ſibi adiudicare vel pronūciare ſuam eam,quia nec iſtud petitum, nec ſuper hoc libellus oblatus eſt, nec etiam lis conteſtata , ſine quibus ſententia,regulariter nulla eſt tanq̄ lata iuris ordine non ſeruato,vt patet ex eo quod leg.& not.ſupra de lib.ob.capi.j.ſupra de lit.conteſt.c.vnico j̄.de re iud.c.j. Nec obſt.ſi reus in modum exceptionis ad ſe probauerit dominium pertinere,ex hoc enim nō pōt ſibi adiudicari res,quis retentionis ɔmodum ɔſequatur,vt patet in eo,qđ legitur & no.ſ.de ordi.cog.cum dilectus.§.j.ver. vnde verus dominus.& §.fi.Et miror quo potuit ɔ Io.ſcribere, & qualiter potuit d.n.hanc ſuam opinionem ſequi, quia ſi quis aduertat, quod ſit officium , vel q̄ ſint partes iudicis in hac cauſa reperiet,ꝙ ſi actor probat & non reus,res eſt actori adiudicanda.Alioquin reus tantum eſt abſoluendus,vt expreſſe legitur in inſtit.de off.iud.§. ſed ſi in rem . Pōt ēt pronunciare rem meam non eſſe, vt dictum eſt,& per ɔns vr̄ reum abſoluiſſe, ſicut ſtatim ſequitur in perſonali actione.in qua dico aliquem mihi tpaliter obligatū, vt patet Inſt.de offi.iud.rñ.j.in qua, & ſi ita pronunciet iudex nihil videri ticium reum debere Seio authori, valet pronunciatio, & vr̄ ticium,quamuis hoc non expreſſerit abſoluiſſe, ff.de arbit. quid tamen.§.ſi arbiter.Sed nunquam dicendum eſt,ꝙ ſi petā a te centum ex cauſa mutui, & non probem.tu vero probas in eadem inſtantia me ex eadem cauſa tibi centum debere, quos tū non petiiſti,ꝙ iudex me tibi debeat condemnare.Hoc.n. valde ridiculoſum,& abſonum eſt ſentire,vt patet ex præmiſſis, & in eo quod no.ſ.ti.i.paſtoralis.ad fi.illius glo. Iſtud tamen dictum. d.n. exaudiri poteſt & ſaluari, quando agitur confeſſoria vel negatoria,quia tunc vr̄ libellus oblatus,& lis cōt. ſuper iure vtriuſq; partis & vtriuſque ius vr̄ in iudicium deductum fuiſſe,quod dic,vt legi.& no.ſ.de iudic. examinata. Idem in cōibus iudicijs,in quibus vterque actor vterque reus.quod dic.vt legi.& no.j.de prob.ex literis.Idē in cā appellationis,in qua ſi petatur cōfirmari tm̄ vel infirmari tm̄ ſnia per ɔns in primo caſu vr̄ petita infirmatio, & in ſecundo confirmatio. Et ſufficit,ꝙ iudex dicat (& in vtroq; caſu poteſt dicere)confirmo,vel infirmo, vel appellationem pronuncio iuſtam,& hoc ſufficit,vt C.de app. eos qui. reſpon.j.ad h. ij.q. vj.ad fi.& § ab eo aūt.& le.& no.j.de teſ. Raynucius. §. dictus vero.ad fi.& §.cum aūt.& §.quia vero.ad fi.& c.Raynatius.§. a cuius.ver.j.& ver.fi.& §.verum.reſpon.j. ad fi. Idem & eadem ratione& etiam fortiori pp periculum animarum, quando petitur electio confirmari,vel infirmari,ſ.ti j.cum ſuper. idem vbi vnus clericus petit beneficium ab alio,& actor non probat,& reus probat,ꝙ ad ſe pertinet beneficium,in hoc enim caſu adiudicabitur beneficium actori & non adiudicabitur reo,vt patet in eo, quod leg.& no.ſ.de re cri.c.ij.& c.inter cæteras.Et eſt ratio,quia ex quo conſtat iudici,ꝙ actor non habet ius in beneficio, & reus habet. Et ex officio propter periculum animarum potiſſime, dz illum,
a qui ius non habet remouere, & aliud inſtituere, a vt patet in eo, quod leg.& no.ſ.de cle.peregri.c.fi.& de pact.accepimus,& c. cū clerici.j.de inſt.c.iij.Idem in cauſis matrimonialibus, quādo aliquis uel aliqua in virum vel vxorem petitur, vel ad diuortium ꝓuocatur.Nam quicquid petitum fuerit ex quo tamen de veritate conſtiterit ꝑm ipſam,ſiue pro matrimonio, ſiue ɔ matrimonia ſnia ferri debet.non obſtāte etiam ɔria iam lata ſnia, quæ in hoc caſu nunquam tranſit in rem iudicatam,vt patet in eo, quod legitur.& no ſ.de re iud.lator.tenor. conſanguinei.j. de ſpon. ſicut ex literis.ad fi.j.de cog.ſpi.c.fi.j.de fri fraternitatis.§. non tamen. & ſeq.Idem forſan & in alijs,in quib. vertitur periculum animæ & quę eiuſdem naturę ſunt,& maxime quando agitur inter ſimplices& religioſas perſonas,vt patet in eo, quod legitur.& not.ſ. de iud.dilecti.Idem vbi reus offert ſe probaturum, ꝙ dominium rei petitæ ad ipſum ſpectat,tali pacto habito cum actore,ꝙ ſi hoc probauerit res petita ſibi adiudicetur, & ſic intelligimus.j. de re iud.cum in cauſa.in.fi.& maxime ſi iungat,ꝙ ſi non probauerit, adiudicetur actori. Sic enim in ſe proprie & uere recipit onus ꝓbandi.& ſic loqui vr̄,& intelligi pōt lex,quā.d.n. pro ſe induxit,ff. de proba.circa.& ſ.eo. c. j. Vel eſt illa lex ſpālis in cā ingenuitatis, vt quidam dicunt. Sed præcedens intellectus magis placet,& magis placere debet,vt patet in eo,quod le.& no.ſ.eo. glo. verſi. quid ni Idem quando actor defert iuramentum reo, ꝙ iuret rem ſuā eſſe.nam & hic vr̄ vtraque pars conſentire. ꝙ ſi hoc iurauerit ſtādū ſit iuro.& ſic loquitur alia lex a d.n.inducta,ff.de iureiu. ſed & ſi poſſeſſori.Quid ni in his caſibus duobus.hoc enim regulariter eſt tenendum , ꝙ ex quo partes conuenerunt & conſentiunt in
10 pronunciatione , iudex hanc approbare debet . † Quid.n.aliud debet pretor agere,niſi vt lis finiatur,& a controuerſia recedatur? q.d.nihil,vt ff.de no.ope.nun.l.j.§.& poſt operis.& ſequen.& hoc traditur pro rſa,ff.de re iud.ſi conuenerit.ff.cōi. di. iudicem. & l. ſe.& in Auth.vt diffe.iud.§.ſi vero contigerit.coll.ix.& ar. C.de fideiuſſ.l.fi.C.de teſt.l.fi.§.j.ſ.de teſt præſentata.§.fin. ver.optione.& ſeq.ſ.de elect.cum inter R.iuniorem.ff.de ius vo.neque impuberes.in fi.Ad idem ar.ff.ſi quis cautio.l.ij.in prin.ff.ſi cer. pe.quidam exiſtimauerunt.& ſ.de dolo & contum.finem.& c.fi. Secūdum hoc etiam poteſt ſaluari opinio Io. circa hanc materiā no. ff.de prob.circa.nam inter cætera ſic dicit gl. ibi. quæ incipit. caprio autem iuris &c. & j. Item quæro an in omni cā reus poſſit, & debeat audiri,ſi velit in ſe onus probationis ſuſcipere, quod qdam negant,dicentes hoc ſpeciale fauore ingenuitatis , quod falſum eſt &c.& j. Item quæro an in omni alia cauſa ſententia debeat ferri pro reo,ꝙ ſua ſit res,ſi ipſe probauerit, an ſufficiat ſi pronuncietur actoris non eſſe&c. & j. Io. Idem in alijs dicit, quod hic in ingenuitate dr̄.ſubaudi,& idem dicendum eſt in alijs dummodo tali pacto reus ſuſcipiat in ſe onus probandi,ꝙ ſi probauerit rem eſſe ſuam,ſibi res adiudicetur,hoc.n.dr̄ ibi in ingenuitate, & nos idem dicimus in alijs,vbi partes in hoc cōueniunt,& concordant,vt patet ex præmiſſis,quamuis putem,ꝙ aliter hoc intellexerit Io.Præmiſſa aūt exempla. ad præſens cauſa breuitatis ſufficiunt.nam alia eiuſdem naturæ per ſe poterit inquirere diligens ſtudioſus.regulariter igitur nunquam ex vi petitionis ſolius adoris reo adiudicabitur res petita. Quod ſi ad hoc tendat reus,ꝙ res petita ſibi adiudicetur,vel vt actor ſibi condemnetur, ſit cautus, & ab initio ante litis conte.libellum reconuentionis actori porrigat.vel ſaltem poſt litem conte. ipſum conueniat. quod etiam, vt in prædictis caſibus ad omne tollēdum dubium tucius eſt obſeruari. Et ſic adiudicabitur ſibi res vel cōdemnabitur ſibi actor, dummodo ipſe reus idemque reconueniens,ſiue conueniēs ſundet intentionē ſuam,vt pȝ in eo,quod leg.& no.ſ.de re iud.c. fin. ſ.de mun.penul.capit.j.& ij.extra.d.n.de reſcrip.diſpendia,§.fina. lib.vj.alioquin idem reus nunquam ex vi exceptionis ſuæ, quantumcunque probatæ, obtinebit rem petitam ab actore tantum ſibi adiudicari.vel ipſum ſibi condemnari,quod dic,vt legitur.& no.ſ.de ord.cog.cum dilectus.§.fi.Et quicquid no. d.n.in ſuperioribus hoc idem poteſt colligi ex his quæ ꝑm ipſum no.ſ.de lit.cōte.c.vnico.§.j.cum non per poſitiones & ſ.de proba.licet.§.ex ꝑmiſſis.[Et poſt].Per hoc vr̄,ꝙ qſtio ſpoliationis in modum actionis propoſita præiudicet principali. & ante litis conteſtationem, & poſt,ar.ſ.ti.j.paſtoralis.Sed vr̄,ꝙ non ſit audienda mulier petēs reſtitui ſuper principali ſicut in mutuis petitionibus, quæ ante ingreſſum principalis proponendæ ſunt,quantum ad reconuentionem,ſ.de mu.pe.c.j.Sed nec exipiens, quia dilatoria eſt hæc exceptio,quæ ante litis conteſtationem eſt opponēda, quod admittit.B.Sed ideo mulier hic auditur, quia & ante ingreſſum coram ordinario & coram delegato inſtanter hoc petierat, & compulſa per iudices ingredi iudicium. poſt ingreſſum iterum petijt reſtitui etiam tandem cum nihil proficeret appellauit. Nec obſtat. cap.paſtoralis quia non dicit, quod poſt litem conteſta. poſſit excipere ſed quod ille idem,qui propoſuit petitorium ante cōcluſionem poteſt redire ad poſſeſſorium ſecundum B. Sed quod dicit de compulſione iudicum, non prodeſt, quia ſi excipit mulier & cogebatur reſpondere, debuit appellare. Tu dicas.[ Ante ipſius cauſæ ingreſſum & poſt.] id eſt poſt litis conteſtationem factam per mulieris procuratorem excedentem fines mandati. ſed quam cito hoc audiuit mulier contradixit, & ad ſedem apoſtolicam appellauit. Vnde quicquid poſtea actum eſt irritum iudicatur.j.§.j.fi.ſ.de offic.delega.cum olim habes.§.fina.& ſecūdum hoc eſt plana decre.Vel ideo auditur mulier poſt litem conteſtatam,quia vir fuit præuentus per mulierem, & coram ordinario,& coram delegato,coram quibus primo conuenit virum ſuper ſpoliatione . Vnde poſtea ab ipſo non potuit reconueniri ſuper conſanguinitate,ſ.de ordi.cog. capitu. fina. Sed nec de ipſa potui

ADDITIO.

a ¶Inſtituere. Adde tex.in cle.auditor,de reſcript.vide tamen do.Abb. hic in pen.col.verſ.& hunc caſum not.ſingulariter. ubi poſt Comp.& Io.An. in c.mādatū.ſ.de reſcr.dicit,quod ſuper eadē inſtātia alius iudex citra Papā nō pōt pnunciare vltra in libello cōtēta,ēt in cā beneficiali.vnde ſecūdū eos,ſi cōſtat reū ex ꝓpria cōfeſſiōe,vel ex ꝓbationib.admiſſis nullū ius habere in beneficio,& actor nihil ꝓbauit non pōt iudex ſuper eadē inſtātia pnunciare cōtra reum,ſed dēt eū abſoluere ab inſtātia actoris,& poſt modū noua inſtantia inchoata, poterit procedere iudex ex officio cōtra eum. & eodem mō reſtringit duos proximos caſus ſequētes ipſe do.Abb.



potuit excipi contra agentem poſſeſſorio,niſi ꝑm quod traditur ſ.e.literas.§.ppea.quamuis aliud ſit in petitorio,ſ. de ord cog.c.j. & hoc ſatis notabile eſt ꝙcquid. ſ.no.Io.tū notauerat hic , ꝙ vbi agitur petitorio,& poſſeſſorio circa eandem rem paratur pīudicium petitorio primo propoſito. per poſſeſſorium ēt in modū reconuentionis poſtea propoſitum,vt hic,& ſ.e.literas.& c.ſeq. & ſ.vt lite non conte.accedens.ij.in fi. Secus ſi ſuper diuerſis. qa tunc habet locum,ſ.de ord.cog.cum dilectus.& c.fi.Quem & d.n.hic ſecutus eſt,vt patet in eo quod no.ſ.e. §. j. ſuper verbo. audiatis.Et illud adde hic. Quid ergo ſi canonici alicuius eccleſiæ petant electionem ſuam confirmari,& aduerſarij,quos habet ꝑcipi ne ipſos de cætero impediant,quominus libere eligant.Nūquid ſi aduerſarij petant reſtitui præiudicabitur petitioni canonicorum,& ꝑm hanc ſniam Io.ſic. Quod non puto verum, ar. ſ.ti.j.cum eccleſia.& c.cum ſuper.& c.cum dilectus. & de reſt.in integ.c.ij.& de elec.cum eccleſia Vulterana . & ca. Cumna . & c.in Geneſi.& ſ.de præb.dilecto.Nec obſtant.ca. pro. Io.inducta. quia poſſunt intelligi qñ primo de ſpoliatione excipitur. & ex eadem poſtea agitur ꝑm ea q no.ſ.de ord.cog.cum dilectus.& c. fi.Vel dic,ꝙ oīa iura ſua ſpālia ſunt.loquuntur enim in coniuge ſpoliante alterū & poſtea accuſante,& iō ſuſpectus eſt,vnde præ
11 ſumitur contra ipſum.ar.ſ.e.item cum quis.Omnes† autem ſuſpecti ab accuſatione matrimonij repelluntur.ſ.qui ma. acc. poſ. ſignificante.& hæc ratio redditur.ſ.e.literas.§.porro. ver. ꝙ ſi nō habeat. Item fauor matrimonij ſpālitatem inducit. Nec facias vim in eo,ꝙ aliqua iura ex ſupradictis vīr ꝗ petitorium, & poſſeſſorium ſimul proponitur, quia ita eſt hic cum nō poſſit peti reſtitutio vxoris,ſiue viri,niſi & proprietas probetur,vt patet in eo,quod no.ſ.e.ex tranſmiſſa.Itē ſi opponitur cōſanguinitas reſtitutionē petenti & excipiens confiteatur matrimonium conſummatum,non pōt eſſe ſpoliatio non notoria.Quid ergo ſi non confitetur matrimonium,ſed excipit hoc m ɔ.Non confiteor me maritum tuum.ſed & ſi hoc eſſet,audienda non es.cū ſim cōſanguineus tuus.quod me offero probaturum. vtique in hoc maritus audiendus vr̄,& ſic poteſt intelligi.ſ. de ord.cog.c.j. ſ.de of.dele.cām quæ.j.ꝑm literam.prius.quam quidam libri habent & ar.ſ.de teſti.ex tenore.[Poſtulabat]. primo excipiēdo,& poſtea ex eodem petendo.ff.de inoff.teſt.ɔ ueteranī.ſ.ſed nec puberis.ſ.e.literas. reſpon.j. & c. ſeq. & cum hac breui interlineari plana eſt decre.[Iudices vero].ver.[Non debuit]. niſi in caſibus no.ſ.e.ex tranſmiſſa.[Super principali].ſ. ſuper cā conſanguinitatis ſibi commiſſa. [Voluerunt]. ſubaudi & proceſſerunt non
12 admiſſa exceptione.alias† voluntas quæ non proceſſiſſet ad actū non induxiſſet grauamen.arg.ſ.de eo,qui mit.in poſſeā rei.ſer.c. j.& §.j.& de pę.di.j.cogitationes.[Vnde ipſa]. ver.ſ.mulier. [Appellauit.]& bene,licet eſſet appellatio remota in reſcripto, quia hæc cā expreſſa eſt in iure.ſ.de app. paſtoralis. ꝙ cā appellationis
a ante omnia terminētur.ſ.e.in literis.& c.cum quis. Alij dicunt a ꝙ indiſtincte appellari pōt.ſ.de ap.vt debitus ¶Mandamus]. iij. pars.[Faciatis].ſubaudi ante omnia.[Et ea,quæ poſt app. &c.]ij. q.vj.appellatione.C.de app.ex illo tpe.[Poſtmodum. ſ.ipſa reſtituta,& non ante [Super matrimonio].i.ſuper conſanguinitate, quæ obijcitur matrimonio.[ Audiatis.ſ.poſtquam mulier fuit reſtitura,& non ante.Ex hac decre.dixit.d.n.cum Io.ꝙ vbi una ps primo proponit petitoriū, & aduerſa ſcdo poſſeſſorium , primo tractandum & terminandum eſt poſſeſſorium petitorio ſuſpenſo quamuis primo propoſito,vt patet in eo quod no.ſ.e. c.§.j.ſuper verbo.& poſt.Sed hoc non probatur hic.Etenim nullo loco iſtius decr.dr̄,ꝙ poſſeſſoriū examineť, & petitoriū ſuſpendatur. niſi hoc iungatur in textu.dr̄ tñ,ꝙ poſſeſſoriū,de quo cōſtat,diffiniatur,& executioni mādetur, & poſtea de petitorio cognoſcatur,& eſt rō.ut no.ſ.e. gl. ver. quod facere non debuerunt, & ſequenti. Quid igitur ſi poſſeſſoriū dubiū ſit nūquid ſimul examinabitur cum petitorio,vtique. Nec in hoc iſtud capitulum contradicit,quamuis.Io.& d.n.ɔrium ſenſerit, vt prius dixi, & huic ſuo intellectui cām dedit id quod præcedit,ſ.§.proxi. verſi. iudices vero reſtitutione denegata. quod fieri non debuit ſuper principali &c.q.d. ſuper principali petitorio procedi non debuit,ſed ſuper poſſeſſorio mulieris tantum,principali ſuſpēſo. Vbi & ꝑm hanc expoſitionem innuit,ꝙ in hoc iudices grauauerunt. vnde & rite ab eis extitit appellatum.vt probatur hic in præced.verſi. Talis autem intellectus & talis expoſitio, quæ nullo iure expreſſe probatur,& peruertit intellectū, & iura corrigit a gloſis nr̄is radicitus extirpetur . Et dicas hanc eſſe veritatem , ꝙ vbi primo proponitur petitorium ab vna parte, & alia pars reconueniendo proponit poſſeſſorium,& de poſſeſſione recuperanda , iſtud poſſeſſorium regulariter non impedit petitorium primo propoſitum,nec retardat.Sed ſi ſunt duæ mutuæ petitiones,quæ adinuicem ſunt tractandæ,vt expreſſe probatur & no.ſ. de ord. cog. cum dilectus.§.nos autem. ver.quanquam. Nec ob.ꝓmiſſus ver. iudices uero.quia ſic eſt ꝙ ibi dr̄ exponendum.[Reſtitutione denegata.]ſub.quamuis ſpoliatio eſſet notoria,uel ꝓbata. [ Quod fieri non debuit]. pp periculū aīæ , ex quo de veritate conſtabat niſi forſan obijceretĩ aliqua exceptio canonica.quod dic,vt nor. ſ.eo ex tranſmiſſa.§.fi. Et in hoc grauauerunt iudices,quia licet
13 conſtaret eis de ſpoliatione. & mulier † quæ forſan iuuenis erat, nec ſtimulis carnis cōmode reſiſtere poterat.ſ. de eo, qui cogn. conſan.vxo.ſuę.Iordane. Inſtanter peteret ipſum virum ſibi reſtitui.Nec contra reſtitutionem aliquid aliud obijceretur canonicum,niſi ꝙ petitiones uidebantĩ mutuæ. Vnde videbantur ſimul eſſe terminandæ.ipſam non audiuerunt,ſed reſtitutionem denegarunt, & ſuper petitorio principali procedere voluerunt, quod facere non debuerunt, quia hic eſt ſpecialis caſus, ex quo de ſpoliatione iam cōſtat,vt ſtatim diffiniatur poſſeſſorium , vt hic.& ſ.de re iud.ſuborta.reſpon. j. ad fi. Quia ɔ illam regulam, quæ leg.& tradit.ſ.de ord.cog.cum dilectus.§.nos autem.ver.qq. Et eſt rō ſpālitatis periculū animarū , quia principale petitoriū nimis poſſet protendi in longū,& in talibus mora ſꝙ periculoſa eſt.quare iudex ēt ex officio debet occurrere in talibus & dilationes abbreuiare.Vnde & pp eandem rōnem idem eſſet dicendū, ſi ageretur ɔ prælatum aliquem ciuiliter a ſpoliatore ſuo,qui ipſum toto epatu ſuo ſpoliaſſet. & ipſe eps eūdē ſpoliatorē ſup ipſa ſpoliatione reconueniret. Vel.ſ.ſi ſpoliatio notoria eſſet, ſtatī deberet fieri reſtitutio,& poſtea cognoſceretur de primo propoſita qōne ciuili.ar.hic.& in eo quod leg.& no.ſ. vt lit. nō conteſt. c.fi.§.porro.j.de app.oblatę.§.pe.Et ꝙ hic de ſpoliatione conſtaret , apparet ex eo , quod Papa non mandat cauſam ſpoliationis examinari,ſed ſtatim mandat mulierem reſtitui, vt præcedit.quod nullatenus faceret , niſi iam ſibi de ſpoliatione conſtaret,vt patet in eo,quod leg.& no.ſ.de renun.poſt tranſlationem. §.cum ergo.& probatur xj.q.iii. graue. Vel dic,vt no.ſ.e.c.j.§.j.ſuper verbo.& poſt. Vbi uero poſſeſſorium primo proponitur certum eſt,ꝙ reconuentioni non eſt locus.ſ.de ord. cog. cum dilectus.Sed & idem, qui petitorium primo propoſuit ipſo ſuſpenſo poteſt ad poſſeſſorium habere recurſum , quod dic, vt leg. & no.ſ.ti.i.paſtoralis.Secundum hoc intellige,quod no.ſ.e. literas. & ſ.de ord.cog.cum dilectus.§.nos aut.ver.qq.& c.ti.&ſ.ti.i.paſtoralis.& in ſumma.eo.ti.§.quando.ſuo§. cum quæritur.& de cauſa poſ.ſub rubrica de cauſa proprietatis.§. ante quæſtio. ſub. §.his igitur præmiſſis.Sed & dici pōt , ꝙ vbi poſſeſſoriū ſecundo propoſitum verſatur circa eandem rem, ſuper qua & petitoriū primo propoſitum fuit,præiudicat petitorio,vt no. ſ.eo. literas. reſpon.i.ſuper verbo.poſtulabat.[Fine canonico] verbum iſtud in eccleſiaſticis cōſueuit apponi maxime in matrimonialibus,
14 † quia talia debent non ꝑm leges,ſed ꝑm canones terminari,ſ.de cōſan.c.i §.fi.& hoc etiam volunt leges,in auth.vt cle.apud propr.ep.§.ſi uero eccleſiaſticum.col.vi.In ciuilibus autem conſueuit dici ſine debito.Sed non eſt vis,quia in ſpiritualibus quandoque apponitur ſine debito,vt ſ.eod.cum ad ſeden. reſpon.j. & ſ. de teſti.ex tenore.reſpon.j.

ADDITIO.

a ¶Alii dicunt.Adde glo.pe. hic ex qua iuncta cum tex.no. hic ſingulariter D Abb.quod clauſula appellatione remota nō tollit facultatem appellandi ex notorio grauamine. de quo per eum.conſi.xliiii.j.lib.

*SVMMARIVM.*

1 *Omnia veniunt ratione vniuerſitatis in petitione hæreditatis.*
2 *Fructus dicuntur, quæ ſuperſunt deductis expenſis.*
3 *Expenſæ neceſſariæ ſemper de fructibus deducuntur.*

CAP. XI.

GRauis ad nos querela. De præmiſſis.] in deciſione.ſ.quo archieps fratres ſpoliauit, damna intulit, iniurias irrogauit.Debet autē violentia per teſtes probari ſi aduerſarius ipſam neget. & amiſſio rerū per propriū iuramentum,ij.q.i.in primis.ſ.de iniur.olim.quod dic, vt plene no.ſ. quod me.cau.c.fi.[Archiepiſcopi.]reſtituere compellatis,quod eſt ſ.[Et damna.]ver.Hic notandū,ꝙ in actionibus bonæ fidei, & in actionibus ſtricti iuris,vbi tamē peto quod meū eſt,veniūt fructus & partus,& oīs cauſa a tpe moræ,ff.de vſuris videamus,& l.mora.§.in bonæ fidei.ff.depoſiti.l.j.§.hanc actionē. Et hoc verū eſt ſi petantur in libello expreſſe,alioquin iudex non poteſt ad ea reſtituenda condēnare,ff.de ædil.edi.ediles.§.ite ſciēdū.Sed & ſine petitione condēnare non poteſt niſi de his, quæ poſt litis conteſt.contingunt,illa enim oīa officio iudicis veniunt in condēnatione,vt ibi,& ff.de vſuris.partum,& l.Paulus.§.fi.& l.ſeq.Excipe etiam actionē,quod metus cā,& interdictum vnde vi,& conſtitutionē,ſi quis in tantam . C. vnde vi.in eis.n.omnis cauſa venit etiam ſi non petatur,ff.quod met.cā.l.ſed & partus.ff.de vi, & vi.ar.l.j.§.rectiſſime.ſub.§.ꝙ aūt,& l.idem eſt §.fi.& l.ſi plures.C. vnde vi.ſi quis in tantam,& le.& no.ſ. quod met cau.ca.fi.Et idē
1 eſt in petitione hæreditatis, in qua etiam omnia veniūt ratione vniuerſitatis,ff.de peti.hære.item videndum eſt.§.fi.& l.non tm̄, & l.item veniunt §.fructus,& per totum. Dr̄ ſi illa,quę niſi petita fuerint, in iudiciū,non veniunt,non petantur,vel ēt petantur,& feratur ſuper principali ſnia,nulla eorūdem acceſſoriorum habi

ta mentione, de cœtero peti non poterunt, C. de vſuris.eos.rñ.j.
C.de fruc.& li.expen.l.iij.ff.de acti.em.& ven.qui pendentẽ,& l.
qui per colluſionem.ff.de eo,quod certo loco. in bonæ fidei, & l.
centum Capuæ. Si aũt plura petantur non quaſi principalia,ſed
quaſi acceſſoria,tunc ſecus eſt,vt in prædicta l. centum.Nec ob-
ſtat,ff.de excep.rei iud.ſi in iudicio.vbi dicitur,ꝙ in bonæ fidei iu
dicio ad hæc acceſſoria agi poteſt,exceptione rei iudicatæ iã latæ
nõ obſtãte, quia ibi loquitur,quando ineptę agebat, & ideo fuit
reus ab inſtantia iudicij abſolutus, ſecundũ d.n.q.d. In hoc caſu
poteſt iterũ aptam proponere actionẽ,quod verum eſt, vt patet
in eo,quod le.& no.ſ̃.de iudi.examinata.Sed non dicit hoc lex p̃-
dicta, imo & loquitur,qñ de vno acceſſorio actum eſt rõne præ-
teriti tpis,& nunc agitur de eodem rõne temporis, quod poſtea
fluxit.In hoc enim caſu,qñ principalem actionẽ proponet,põt
rõne futuri tpis petere idem acceſſoriũ in qualitate, ſed aliud in
re,quod in primo iudicio rõne præteriti tpis petitum fuit. Et eſt
rõ,quia aliud petitur nunc,q̃ primo,vt patet ibidem.& ff.de exce.
rei iudi.ſi quis cum totum, & l.cum quæritur.& duabus.l.ſeq.ſe
cundũ d.n.cuius eſt mens quaſi totius huius glo.[Plenarie].ff.de
vi & vi ar.l.j.§.ꝙ vi.& §.nõ ſolum.[Et de illatis.]ver.iniuriis,quas
ſpecificare debet,qui agit,vt patet ff.de iniur.prætor edixit. rñ.j.&
§.ꝙ autẽ. Sed licet hic & j̃.de iniuriis.olim admittatur petitio &
fiat condẽnatio iniuriarũ,hodie tñ vix põt in curia litera impe-
trari.[Compellatis.]oĩa prædicta veniunt in interdicto vnde vi,
pręter ſatiſfactionẽ de iniuriis, vt ff.de vi, & vi ar.l.j.§.ꝙ aũt,& §.
rectiſſime,& §.ex die,& §.ex interdicto, vnde vi.& l.ſi vi me.& l.
interdicto vnde vi.& l.ſi vi me deieceris,& C. vnde vi.ſi de poſſeſ
ſione.¶ Prouiſuri.].ij.pars.[A nouo.]reſpectu ipſorum,qui poſ
ſidebant,anteq̃ ſpoliati eſſent,hoc eſt a ſpoliatore, vt ſequitur[Si
eis].ſ.veteribus poſſeſſoribus,hoc eſt fratribus monaſterij ſpolia-
ti.[Poſſeſſores veteres.].ſ.fratres ſpoliati, vel eorum coloni,ff. de
peti.hæredi.ſed & ſi lege.§.ꝙ autẽ.ff.de rei ven.ſi nauis.in fi.Sum-
ptus vero facti recuperantur qñq; per a. qñq; per e.qñq; per o.i.
2 actionẽ,exceptionẽ,iudiciſq; officiũ. [Percepiſſent.]†No.ꝙ fru
a ctus[a] dicuntur, qui ſuperſunt deductis expenſis, quæ fiunt gratia
quærendorũ,colligendorũ,& conſeruandorũ fructuum. Quod
locũ habet ẽt in malę fidei poſſeſſoribus,& ſi p̃dones ſint,ff.de pe
ti hære.ſi a dño.§.fructus,& l.plane.in fi.C.de fru.& li.ex.l.j.Nul-
lus.n.caſus interuenire põt,qui hoc genus deductionis impediat,
3 ff.fa.erc.fundus, qui.rñ.j.in fi.ff.ſol.mat.fructus. Semper†ergo de
fructibus expenſæ neceſſarię deducuntur,ff.de operis ſer.fructus,
ff.de vſur.quod in fructus.ff.mandati,qui mutuam.§.fi. Eſt tamẽ
de hac materia breuiter diſtinguẽdum,quia bonæ fidei poſſeſſor
fructus perceptos ante litem conteſt.extantes & non conſum-
ptos tenetur reſtituere,poſt litem vero conteſt. vniuerſos, C. de
rei ven.certum.Si aũt ſit malæ fidei poſſeſſor non violentus, ſed
cũ titulo,tenetur reddere omnes,qui probãtur ad eum peruenıſ-
ſe etiam ante lit.conteſt.C.de rei ven.ſi fundus.Si vero ſit violen-
tus & ſit ſine titulo,tenetur non ſolum de perceptis, ſed dę his, q
per veteres poſſeſſores percipi potuerunt,vt hic,& ff.de peti.hęr.
ſed & ſi lege.§.ꝙ aũt,ff.de rei ven.ſi nauis §.fi.C.vnde vi.ſi de poſ-
ſeſſione.ff.de vi,& vi ar.l.j.§.qui aũt vi eiectus eſt.ſic eſt & in pi-
gnoratitia actione, C.de pig.act.l.ij.& hoc poteſt intelligi de fru-
ctibus induſtrialibus,ſicut eſt frumentum,vinum,& conſimilia.
Secus in naturalibus,ſicut ſunt poma,pira, & cõſimilia,quos nõ
facit ſuos etiã bonæ fidei poſſeſſor,ſed tenetur reſtituere vniuer-
ſos,ff.de vſuris.fructus.Qualiter autem hi fructus reſtituẽdi ſunt,
& qua actione inuenies plenius no.Inſti.de rerum di.§.ex diuer-
ſo,& ſe.& de of.iud.In verbo aũt reſtitutionis omnis vtilitas acto
ris continetur,ff.de verbo.ſigni.cum prætor.C.de ſentẽtiam paſ.
& reſti.l.j.& fi.ix.col.& iij.q.j.& ij.q.ij.per totum.ſecundum B.

ADDITIO.

a ¶Fructus dicuntur,qui ſuperſunt deductis expenſis.Adde de materia fru
ctuum pleniſſime per glo.Io.Fab.& Ang.Inſti.de re.diuiſi.§.ſi quis a non
domino,& per do.Abb.hic poſt Bar.in l.& ex diuerſo.ff.de rei uen.& in
l.ſed & ſi.§.ſcire.ff.de peti.hære.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopi pro eccleſiis ſibi ſubiectis agunt in defectum adminiſtratoris.*
2 *Epiſcopus eſt præordinator in cunctis.*
3 *Cauſa præcipua eſt inferioris miniſtri quam epiſcopi, quoad temporalia.*
4 *Epiſcopus quandoque ex cauſa ſuſpenditur,& ei coadiutor datur.*
5 *Eleemoſyna meritoria quæ dicatur.*
6 *Conditio apponi poteſt in traditione rei propria.*
7 *Quæ non inducunt ſimoniam.*
8 *Prælatus pro ſe & ſuis poteſt facere obedientiam.*
9 *Eccleſia in nullius bonis eſt.*
10 *Dominium eccleſiæ haberi non poteſt.*
11 *Monacho licet arctiorem religionem tranſire.*
12 *Poſſeſſio tradita videtur cum conditio extat.*
13 *Dominus ignorans quando poſſeſſionem amittat.*
14 *Poſſeſſionem vi amiſſam ex interuallo vi recuperare non licet.*
15 *Occupans non eſt violenter repellendus.*
16 *Modus acquirendi & amittendi poſſeſſionem.*
17 *Bellum facere non licet, ſed tantum defendere.*
18 *Bona ſua cuilibet licet furtiue tollere.*
19 *Princeps ſine authoritate iuris mouet bellum.*
20 *Nemo ſub ſpe veniæ peccare debet.*
21 *Dolus cum dolo, & culpa cum culpa compenſatur.*
22 *Quilibet prælatus licite mouet bella contra inobedientes ſubditos.*
23 *Iuris executio non habet iniuriam.*
24 *Homines in bello capti an ſerui fiant.*
25 *Imperator eſt aduocatus eccleſiæ.*
26 *Clericus ſi ſit in prelio, an irregularis fiat.*
27 *Exercens iuriſdictionem poteſt res tenere, & homines punire.*
28 *Vim vi repellere qualiter liceat.*
29 *Ius ſibi dicere quis qualiter poſſit.*
30 *Iuſtum bellum, quod dicatur.*
31 *Epiſcopi licentia eſt neceſſaria in adipiſcenda poſſeſſione.*
32 *Epiſcopi ſunt procuratores, & non domini eccleſiarum.*
33 *Reſtitutionem aduerſus ſpoliationem petens debet probare duo.*
34 *Aliud eſt poſſidere, aliud in poſſeſſionem eſſe.*
35 *Sententia ſub conditione ferri non debet, ſed lata tenet.*

CAP. XII.

OLim cauſam. Inter vos]Loquitur epiſco
po & capitulo Tridonen.
qui ideo hic cõmuniter agunt,quia locus,de quo agi
tur communiter ad ipſos pertinebatur. Alioquin epi
ſcopus per ſe,& capitulum per ſe poſſet agere in diuiſis,quamuis
ſecurius ſit ꝙ ſemper in omnibus ſimul agant,ſ̃.de iudi.cauſam
quę.ſecundum d.n.Tu dic,vt ibi no.& ſ̃.de procu.c.j.& de reſcri-
ptis.edoceri.[Eccleſiæ.]ex parte vna.[Et magiſtrum.]Si de iuri-
bus alicuius domus agitur,ſufficit,ꝙ magiſter illius domus agat,
vt patet in eo, quod leg. & no. ſ̃.de iudi.cum deputati. Si vero de
ſubiectione vel reſtitutione alicuius domus agitur, tunc mini-
ſter ſuperior totius prouinciæ vel diœceſis, vel ciuitatis admitti-
tur,vt hic. Poteſt & illud dici, ꝙ vbi magna cauſa eſt, ſicut hic
erat, ſemper poteſt agere ſuperior,& etiam alij fratres ſunt requi-
rendi,ſed & ſine requiſitione dummodo ſe offerant, ſunt admit-
tendi,ar.de his quæ fi.a p̃.c.fi. Vnde & miniſter domus Caluẽtiæ,
& fratres in cã iſta citati fuerunt,vt hic innuit. Immo & plus vi-
detur.ſ.ꝙ pro talibus domibus quæ ſic aliis ſunt ſubiectæ,ꝙ de re
bus earum pro libero aĩs libito ſtatuũt,& diſponunt,& præcepto
rum qñ volunt amouent,& reponunt.Oẽs illi,qui ſuper tales do
mos poteſtatem hmõi immediate obtinent, poſſunt qñcunque
volunt ꝓ eiſdem domibus agere,& etiam conueniri,ſ̃. de tranſa.
veniens.& c.præterea.ij.j̃.de præſcrip.ex tranſmiſſa.j̃. de decimis.
dudũ.ita ꝙ ſemper ſit in optione talis ſuperioris,vt ſi voluerit in-
feriores permitter agere vel conueniri,vel ſi malit agat,& conue
niatur,ac cæteris omnibus præferatur,arg.hic.hoc etiam ſuadet
ratio naturalis,nam ex quo minorem miniſtrum poteſt remo-
uere ab adminiſtratione domus,quod plus eſt,multofortius põt
eum remouere a proſecutione vnius litis, vel etiam plurium qđ
minus eſt,ar.j̃.de deci.ex parte.ſic j̃.qui fil.ſint legi. per venerabi-
lem.rñ.j.& quia etiam magis ſua intereſt,cum & in domo maio
rem poteſtatẽ habeat,ar.ij.q.vj.biduum.ver.in propria.Si tñ ma-
ior minorem remouerit,tenetur per ſe, vel per alium litem de-
fendere,alioquin ꝯ dñm tanq̃ contra contumacem procedetur,
j̃.de eo,qui mit.in poſ.cau.rei ſer.c.j.ij. & iij. ſm d.n. Et idem fiet
ſi inferior citatus in iudicio ſuperiorem noĩauerit, & poſtea con
tumax apparuerit vterq;,vt patet in eo,quod leg.& no. ſ̃.vt li.nõ
conte.c.ſi.§.ꝙ ſi ſuper rebus.Quid ſi domus, vel eccleſiæ ita non
ſunt oĩno,ſunt tñ aliquo modo ſubiectæ,ſicut ſunt eccleſiæ, vel
domus alicuius ep̃atus,vel archidiaconatus,vel archipresbytera-
tus,quæ prælatis rñdent de ſpiritualibus.Abbatibus vero,vel aliis
perſonis eccleſiaſticis, & etiã qñq; laicis ratione iuris patronatus
rñdent de temporalibus,vt j̃.de præb.in Lateranenſi.j̃.de priuil.
cum & plantare.§.in eccleſiis?Rñ.ſm d.n. Adminiſtratoribus ta
lium ciuitatum,vel domorũ in iſtis caſibus & ſimilib.licet noĩe
eorundem rñdere,& agere primo loco,ꝙ ſi negligentes ſint, vel
non pñt hoc facere aliquo iuſto impedimẽto detẽti,tunc primo
ſuperiores ſp̃uales, & in eorum defectu temporales.Tandem oẽs
ſp̃uales illi quorum intereſt,ſunt admittendi. xvj.q. j.conſtitutũ.
& q vij.filiis.xij.q. ij.non liceat alicui metropolitano.& le.& no.
1 j.de reb.ec. non ali.ſi qs presbyterorum.† Magis vr̃ conſentaneũ
roni, ꝙ in defectum adminiſtratorum ep̃i pro eccl̃iis ſibi ſubie-
ctis ſemper agat.j̃.de ſuc.ab inteſt. c.ſi. vbi de hoc.& C. de ſa.ſan.
ec.ſancimus.j.vbi dr̃ ꝙ ep̃s,& yconomus,& cuſtos vaſorum age-
2 re pñt. Nec mirum ſi ep̃s præ cæteris admittatur, ipſe† enim eſt
p̃ordinator in cunctis.xxv.di.plectis.& ipſius eſt tam ſp̃ualium q̃
tp̃alium oĩum eccleſiarũ ciuitatis & diœceſis oĩs cura, x.q.j.c.ij.
& ſeq.xij.q.j.ep̃s.& c.p̃cepimus.& q.ij.nobis.& c.ſeq. xvi.q.vij. oẽs
baſilicę.& ẽt oĩum priorũ locorũ.j̃.de rel.do.de xenodochiis. per
q̃ iura vr̃,ꝙ ep̃s & in agendo, & in defendendo ſit oĩbus aliis præ-
ferendus.Tu tamen dicas,ꝙ iudex,qui debet de cauſa cognoſcere
examinabit ſummarie quis cui præferatur,† nam quo ad tẽpo-
ralia prior & præcipua eſt cauſa inferioris miniſtri, quam ep̃i.
x.q.iij.



x.q.iij.quia cognouimus,j̃.de reb.eccl.non alie.c.j. In ſpiritualib.
autem prior & præcipua eſt cauſa ep̃i,q̃ inferioris miniſtri.nam
& omnes alij ſub eo ipſius vice & nomine curam gerunt, vt pa
tet.ſ̃.de offi.archid.c.j.& de off.Archipræſ.c.j.& fi.ſm d.n. Quan
doque etiam eſt Archidiaconus requirendus,vt ſ̃.de offi. Arch.
ad hæc.§.fi.Sed & quandoque eſt canonicus præferendus,quod
dic,vt leg.& no.j̃.de prob.ex literis. His igitur & alijs penſatis cir-
cunſtantijs qualitate,& diſcretione,& fide perſonarum,& vniuſ
cuiuſque intereſſe,quando plures ſimul concurrunt, ac ſe offe-
runt,eliget iudex idoneiorem,argum.ff.de popula.actio l.ij. De
canonicis autem qualiter poſſunt agere,no. j̃. de teſti. cũ olim
Quantumcunque autem in prædictis caſibus iudex vnum eli-
gat,& cæteris pręferat,nihilominus tñ illi, quorum intereſt poſ
ſunt aſſiſtere litem proſequenti arg.C.de litig.auth. nunc ſi hæ-
res.ff.de leg.iij.cum quæreretur.§.fi.ff.vt ĩ poſ.leg.l.is cui.§.qui le
gatorum.ff. de vſu & ha. ſi ita legatus. §. dñs. Et ſi contrariam
reportat ſententiam,poterunt appellare,j̃.de re iudi. cum ſuper
controuerſia.vbi de hoc.Sed his, quæ diximus, videtur ꝯdicere.
Reſpon.ſ̃. de reſcriptis.edoceri.vbi dicitur, ꝙ vbi adminiſtratio-
nes ſunt diuiſæ,ille ſolus poteſt agere, qui adminiſtrationi præ-
eſt,& ipſam regit. Sol.Illud verum eſt vbi iuſta cauſa ſubſit qua-
re alijs præferatur,vt præmiſſi. ſecundum d. n. Et hæc ſolutio ꝓ
4 babilis eſt † nam etiam epiſcopus quandoque ex cauſa ſuſpen-
ditur,& ei coadiutor datur,vt patet in eo,quod leg. & no.ſ̃.de of
fi.de leg.venerabilis.& quandoque propter ipſius infirmitatem,
vel aliud perpetuum impedimentum adminiſtrare non poteſt.
Vnde & datur ei talis coadiutor,qui adminiſtrat in omnibus lo
co ſui,vt patet ĩ eo,quod leg.& no.j̃.de clerico ægro. de rectorib.
& trib.c.ſeq. Sed & ſecũdum d.n.illa decre.edoceri.loqtur vbi
adminiſtrationes penitus ſunt diuiſę,ſed inter ep̃m & inter alios
inferiores miniſtros ſibi ſubditos non ſunt omnino diuiſæ ad-
miniſtrationes,immo ſunt omnes adminiſtratores.ſm d.n.In-
telligas tu & immediate ſed inferiores ſub epiſcopo, vt patet in
eo,quod leg & no.ſ̃.de offi.archipræſ.c.iij.§.confeſſiones. Et idẽ
dicendum eſt ſm d.n.de illis adminiſtratoribus, qui inferiores
miniſtros ponunt pro libito,& deponunt ſiue mittunt, & reuo-
cant ſicut templarij.ſm d.n.Et abbates & multi alij religioſi.&
de talibus loquitur j̃.de ſta.mo. cum ad monaſteriũ. §. tales. &
extra.d.n.de priui.volentes.§.in eos.ver.tunc enim.& præced.&
§.ſane.ver.in alijs li.vj.Scripſit hic,d.n.ꝙ licet ſuperiores,ad quos
nec eccleſiæ adminiſtratio,nec tp̃alia immediate pertinent,poſ
ſunt,vt dictum eſt,nomine ipſius eccleſiæ agere, & etiam quan
a doque alijs præferantur.[a] Dicendum eſt tñ, ꝙ ſi prælatus ipſius
mortuus ſit quãtumcunque viuat ſuperior, nihilominus caret
b legitimo.i.immediato defenſore.[b] Et ideo contra talem eccle-
ſiam, ſiue prælaturam vacantem non currit præſcriptio, quia
nec ceſſat cauſa conſtitutionis.Hæc. ſ. non eſt qui ſpecialem cu
ram eius gerat.ſm d.n.cuius eſt mens quaſi totius huius glo. Ne
ſcio quam conſtitutionem allegare intendit,ſed vna dicit, ꝙ ec
cleſia vacante non debet aliquid innouari,cum non ſit qui ep̃a
le ius tueatur.Alia dicit,ꝙ non ſunt recipiendi teſtes vacante ec
cleſia,& carente legitimo defenſore,vt j̃.ne ſe.va.c.j.§.attenden
tes & c.ſi.§.nos igitur.Tertia dicit,ꝙ caret paſtore, qui iura eccle
ſiæ ſuæ exigere debuiſſet & j̃.de præſcrip.de quarta.verſi. niſi for
te. Omnes autem iſtæ conſtitutiones loquuntur in cathedrali-
bus tantum eccleſijs.Eſt aũt & quarta,q̃ loquitur in eccleſia par
rochiali vacante,& dicit,ꝙ ipſius decimæ alij dum vacat fuerint
aſſignatæ ſiue conceſſæ ab ep̃o,non valet collatio, quia cum ua-
caret legitimo defenſore caruit qui ſibi prius ab eodem ep̃o de-
buit deputari,vt extra.d.n.de reb.eccle.non ali.dudum.§.quia ve
ro.reſpon.j.lib.vj.Sed cum præmiſſa glo. hanc quartam conſti-
tutionem præceſſerit,& ſi per eandem ſubſequentem corrobo
rata ſit,de ipſa tamen non potuit facere mentionem. Et not. ꝙ
non vr̃ eſſe differentia vtrum aliquid fiat in præiudicium eccle-
ſiæ,ſiue dignitatis vacantis, vel etiam de nouo inſtitutæ conſen-
tiẽte p̃lato de nouo inſtituto,ſed ad emptione poſſeſſionis ipſius
impediri vel differri timente,ar.op.j̃.de inſtit.cum veniſſent.§.j.
ver.ipſe vero timens.& §.ſe.& ſ̃.de elect.officij. §. nos autem.in
prin.cum ſuis concor.& ſ̃.de reſt.in integ.tum ex literis. §.j.ver.
proſpeximus.quod eſt dignum not.[In lombardia.] ex parte al
tera.[Super domo.]qua templarij per vos aſſerebãt ſe ſpoliatos,
& ideo petebant reſtitui. Sed ſuccubuerunt ſalua ſatisfactione,ſi
forſan exceſſus fuit in modum defendendi,vt patet.j̃.§.fi.ver.pe
nul.& fi.[Et j̃.]hoc eſt coram quibus probata fuerunt ea,quæ ſe
quuntur & cauſam inſtructam quo ad reſtitutionem ad ſe.ap.
remiſerunt,& ideo diffinitur vt j̃.[Epiſcopus Tridonen.] ver.&
hinc ſumes caſum.[Humiliatis.]olim,quia iuramento damna
bant per Papam Lucium condemnatis, vt continetur in parte
deciſa.j̃.de hęre.ad abolendam.in prin. Sed quia poſtea correxe
runt ſe,& hodie ex cauſa iurati fuerũt per dñm Clementẽ.iij.po
ſtea approbati.[Sub ea.]nõ fuerit ſymonia, quia ſine pacto fuit
fratribus ſimpliciter data poſſeſſio,& conceſſum,ꝙ ibi facerent
eccleſiam,ſed nomine Tridonen.ep̃i.i.ei ſubiectam, ad qđ alias
de iure tenebantur,vnde non fuit hic ſymonia.j̃.de reli.do.ꝯſti
5 tutus.& no.ſ̃.de elec.ſignificaſti.†Quinimmo & ſi eo pacto da-
ta eſſet poſſeſſio,vt in ea eccleſiam conſtituere tenerentur, non
eſſet ſymonia:ſed eleemoſyna meritoria.Talis enim dat rem ꝓ
phanã,vt ſacra fiat,quod eſt meritorium,nec ex hoc acquirit a-
liquid temporale,ſicut nec ille,qui dat aurum, vt inde fiat calix.
talia enim in nullius bonis ſunt,vt in Inſt. de rerũ di. §. nullius.
ſm d.n. Sic & manumittitur ſeruus, vt clericus vel monachus
fiat,& Deo ſeruiat,ſ̃.de ſeru.non ord.nullus.& c. eo libentius. &
j̃.de condi.app.c.ij. Sic & datur præbenda, vt recipiens teneatur
miſſam dicere de domina noſtra beata Maria Virgine glorioſa,
j̃.de præb.ſignificatum.Sic & relinquuntur tp̃alia pro anniuer-
ſario ſeptimo viceſimo triceſimo faciendis,& pro diuino cultu,
j̃.de teſt.c.fi.vel dic,vt no in ſeq.glo.[Cõdictione.]i.forma.xviij.
6 q.ij.eleutherius.j̃.de præben.ſignificatum.j̃.de cenſi.quãto.†Vel
in traditione rei proprie potuit apponi condictio ſeu pactũ.ff.de
pac.in traditionibus.j̃.de reli.do.conſtitutus.j̃.de cond. appel.ve
7 rum.†[Sed nec ſymoniam inducit dare licẽtiam conſtituendi
oratorium ſiue eccleſiam,xlij.di.§.(alias eſt.c.)oratorium, reten
to ẽt ſibi cenſu.ut in d.c.conſtitutus.j̃.de cenſi. quanto. ad iudi-
dicium ſubiectionis,ſ̃.ti.j.c.fi.Sed nec ſymoniam inducit obediẽ
tiam præſtare,quia & de iure communi eſt, & tale pactum ap-
ponit põt in ſpiritualibus,ſ̃. de elec. ſignificaſti. ſ̃. de ſeruis non
ordi.eo libentius x.q.j.c.j.Et ſic non ob.j.q.ij.q̃ Pio.nec ſ̃.de pact.
c.fi.Et adde,quod not.in p̃c.gl [Ibidem.]ſ.in ipſis poſſeſſionibus.
[Conſtituerent.]alias cõſtruerent,authoritate tñ ep̃i, qui per ſe,
vel per alium intereſſe debet conſtructioni eccleſiarum. de cõ.
di.j.nemo eccleſiã.& c.ſi quis præsbyter.& in illa palea xxx.di.ſi
quis extra eccleſia.ſm d.n.Alias conſtituerẽt, quod & fecerunt.
& hæc eſt domus,ſuper qua qõ vertebatur.vt ſ̃. circa princi. [A
quo.]ver.ſ.ep̃o. [Inueſtiturã] .i.inſtitutionẽ authorizabilem,nã.
corporalẽ p̃ſtat Archidiaconus de iure cõi,qđ dic,vt no.ſ̃.de of
fi. Archi.cũ ſatis.& c.ad hæc.§.fi.[Et alijs.] Hæc obedientia non
obligat alios niſi de eorum mandato promittatur,ſicut nec vo-
tum,nec iuramentum:ſed intantum pro alijs præſtari dicitur,
quia eſt ſignum,ꝙ alij debeant obedire. Vel dic, ꝙ ſi capitulum
ſcit hanc obedientiam præſtari a prælato, ſeu procuratore ſuo,
& hoc patitur ex iuramento uel obedientia ſic præſtita obliga-
tur.C.de iura.cal.l.ij.§.ſin aũt dignitas.& ſeq.& §.hoc etiam huic
8 legi.ſm d.n.[Fratribus.] No. hic ar. †ꝙ prælat⁹ pro ſe & ſuis põt
facere obedientiam.[Ei.]ſ.ep̃o.[Succeſſorib.]canonice intranti
bus atque catholicis.Nec in ſubrogationem ſucceſſoris,cum ſe
mel præſtita ſit ipſam cogitur quis renouare,j̃. de iureiu. ego.&
c.veritatis.[Manualem.]ſ̃.de ma.& ob.legebãt.& c. his quæ. qđ
dic,vt ibi no.& j̃.de no.ope.nun.cum ex iniuncto. [Ep̃o.] ſ.p̃di-
cto.[Dñium.]ſub.& poſſeſſionẽ.vt patet ſ̃.verb.ep̃s. ibi; ꝙ noĩe
Tridonen.ep̃i &c.& c.cum veniſſent.in fine. [Retinente.] Sed
9 ꝯ,†quia eccleſia in nullius bonis eſt Inſt.de rerum di. §. nullius.
ergo dominium ipſius, quia nec potuit haberi, nec potuit reti-
neri.Sol. Retinuit ſibi dominiũ poſſeſſionis quouſque eccleſia
eſſet ædificata, & ẽt quaſi dominium eccleſiæ ædificandæ quan
tum ad iura epiſcopalia x.q.j.c.j.ij.iij.& iiij.xvj.q.iij.inter memo
ratos,de quib.& agere poteſt ep̃s,ſ̃.de ord. cogẽ. conquerente. &
propter hoc quaſi dominium utile rei vendicationẽ agere põt,
ar.ff.de mor.in fe.l.j.ff.de reli.& ſump.fu.ſi ſepulchra,C.de ſacroſ.
ecc.ſancimus.j.Corpus vero eccleſiæ directæ vendicari non poſ
10 ſet†cum nec dominium ipſius haberi poſſit,de rerum di. intan
tum.§.ſacræ res.ff. de rei ven. in rem actio. §.j. ſm d. n. Et adde
quod no j̃.§.intelligentes.in prin.¶Dictus vero.]ij.pars.in prin.
c.[Magiſter.]ſ.tẽpli.[Domum.] ſ.humiliatorum.]Ipſos]ſ. hu-
miliatos.[Circumuenit.]ideo tenebatur de dolo ff. de do. cum
quis.& no.ſ̃.de renun. lectæ. Talia tamen magis fatuitati humi
liatorum,q̃ circunuentioni templariorũ ſunt aſcribenda, vt le.
& no ſ̃.quod me.cã.c.pe.j̃. de conuer.coniu.dudum.[Se & ſua.]
ſed non renunciauit ꝓpriis,alioquin nihil contuliſſent, non ec
cleſiã q̃ ſua nõ erat nõ ſe cũ ſeipſos abdicaſſent, non ſua qbus re
nunciaſſet xii.q.i.nolo.& c.non dicatis.ſm d.n.[In eius.]ſ.magi
ſtri.[Ea tamen.]ver.[Conditione.]hæc condictio operatur,ꝙ ſi
factum diſpliceat ep̃o & capl̃o talis traditio humilitatis non no
ceat.alias .n.p̃iudicaret,qa non poſſent ſeipſos repetere,ſ̃.de re
11 nũ.ꝙ ĩ dubiis.†& bene licuit eis ad arctiorẽ religionẽ trãſire,j̃.
de reg.licet ſm d.n.Verum eſt pſonas ſuas petita lnĩa, licet non
obtenta,vt ibi.Regulam tamen in ipſo loco inſtitutam,vel habi
tum,vel ſtatum antiquum eiuſdem loci immutare, vel locum
aliis ſubiicere nõ credimus,ꝙ ſine authoritate ep̃i facere poſſent.
nec ꝙ ẽt ep̃s ſine capl̃i ſui cõſilio talib.debeat cõſentire,arg.ſ̃. de
ſup.ne.p̃.c.ii.§.volentes.in prin.ſ̃.de conſue.cũ cõſuetudinis.j̃.de
his q̃ ſin.a præla.nouit.& ca.quanto.j̃.de reli.do.inter quatuor.j̃.
ne cleric.vel mo.relatum.j̃.de exceſ.præ.c.j.j̃. de priuil. ſicut vni
re

ADDITIONES.

a Præferantur.vide tex.in clem.i.de reſcrip.
b ¶Defenſore.Adde tex.in c.dudum.de re.eccl.non ali.lib.vi.

re.niſi hoc fieret Papa authorizante,ar.j̃.de cle. non reſi. frater-
nitati.j̃.de eccle.ædifi.ad audientiam.ij.j̃.de hæretic. excommu
nicamus.§.quia vero nonnulli.[Appoſita.] ſi hæc conditio ap-
poſita non fuiſſet,ſed ſe ſimpliciter tradidiſſent, & ſubmiſiſſent
humilitati templarijs,quamuis non prẹiudicaret epiſcopo,tene
ret tamen in præiudicium eorundem,s̃.quod me.cau.cum dile
ctus.s̃.de arbi.cũ tpe.s̃.de iud.cũ ſup ꝯtrouerſia.j̃.de donat.inter
dilectos.¶Intelligentes] .iij.pars.[Prædictam domum].i. domi
nium.Sed contra quia cum non haberent illud tradere non po
tuerunt, vnde dic domum.i.poſſeſſionem domus , quã ſicut de
facto habebant ſic & ipſam de facto tradere potuerunt, & ex
quo tradita eſt ſiue extet conditio ſiue non ,ſemper verum eſt ,
ꝙ is,cui de facto traditur,de facto poſſidet ipſam, quia talis poſ-
ſeſſio plurimum facti habet,vt patet in eo,quod legitur, & no.j̃.
de conceſ.præben.cum noſtris. §. auditor. Vel expone prædictã
domum &c. vſque fuiſſe. i.contractum de prædicta domo dan
da initum conditionalem extitiſſe.ſm d.n.cuius eſt hæc tota ex
poſitio,& adde quod no.in ſeq.glo. [Sub conditione]. vt patet.s̃.
§.proxi. ver.ea tñ. quæ tñ non extiterit , ſed defecerit per conſe-
quens,& traditio de iure euanuit.j̃.de condi.ap.de illis.& c.verũ.
Inſt.de verbo.obligat.§.ex conditionali. & dictus magiſter non
12 poſſidebat,†quia in tali caſu tunc demum videtur tradita poſſeſ
ſio cum conditio extat,ff.de verbor. ſignificat.cedere diem.ff.de
acqui.poſ.qui abſenti.§. ſi quis. vnde ſuccumbit magiſter in re-
ſtitutione petita,quia deficit in probatione poſſeſſionis , vt patet
in eo,quod legitur,& not.j̃.eo.ex parte . §.j. ſic qui ſub conditio-
ne recedit non niſi conditio extet,poſſeſſionem amittit, ff.de ac
qui.poſ.ſi me in vacuam.reſpon.j.in fi. Vel dic,vt no. in præced.
glo.& ſequ. [ Præiudicium.] quo ad proprietatem.nam quo ad
poſſeſſionem ſecus,vt patet in eo,quod no. s̃. eo. §. ſuper verbo
prædictam domum. Nempe qui per colonum, vel quemcunq;
alium poſſidet,ſi ille poſſeſſionem dimiſerit,& alius ipſam occu
13 pat etiam violenter. † in hoc caſu dominus etiam ignorans poſ
ſeſſionem amittit,ff.de ac.poſſeſſio.poſſideri.§.ꝙ ſi ſeruus. Secus
eſt in illo,qui per ſeipſum poſſidet, talis enim nõ amittit poſſeſ
ſionem niſi exinde expellatur,vel veniens non admittatur, ſiue
ſuſpicetur ſe poſſe repelli,ff.de acquiren.poſſeſſio.l.j.§. deijcitur.
& l.ſequen.§.fi.& l.clam poſſidere.§.fi. ſi vero reuertens non ad-
mittatur, quamuis uelit congregare exercitum ad ipſam rem
14 recuperandam,nihilominus tamen poſſeſſionem amittit: †ta-
men continue & ſine mora congregato exercitu poterit poſſeſ
ſionem amiſſam etiam per vim recuperare , vt hic ſequitur , &
C.vnde vi.l.j.ſm.d.n. alioquin ſi hoc faciat ex interuallo incide-
ret in pœnam conſtitutionis. C. vnde vi. ſi quis in tantam.ff. de
vi,& vi ar.l.iij.§.cum igitur.& præceden.& adde,quod no.j̃. e.ſu
per verbo duxeritis. [Irrogatum.] ſubaudi, quod etiam patet ex
eo &c.vt ſequitur.[Ex eo.]ver.maxime.idem enim eſſet, ſi neſci
ret , hoc excepto,quod bene vſucapit qui bona fide & titulo do
nationis poſſidet,& eodem modo expone verba poſita j̃.eo.ver.
& quod ſua temeritate &c. & quos quæſtionem ſibi moturos
ſuſpicari debuerat.Idem enim eſſet & ſi probabiliter occupaſſet,
& idem eſſet ſi cum epiſcopi licentia,& idem ſi nõ crederet fra-
tres ſibi litem moturos.Sed hoc ideo dicit, quia ſunt aliqui aſſe
rentes,quod ſi occupans non poſſit redargui pro eo, quod ſciue
rit rem alienam eſſe. Vel quod temere ipſam occupauerit. Vel
quod ſuſpicatus fuerit ſe debere repelli etiam incontinenti , nõ
15 eſt † occupans violenter repellendus,argum.C.vnde vi.l.j.vbi di
citur uim illatam propulſare. vnde patet , ꝙ ſi vis illata non ſit,
ſed præter violentiam eſſe poſſeſſio occupata,violentia quæ nõ
eſſet propulſari non poſſet. Ideoque ſecundum ipſos cum tem-
plarij hanc domum ſine violentia habuiſſent , per epiſcopum
non debuerunt violenter expelli . Alij tamen dicũt & forte me-
lius,quod quamuis ipſi poſſeſſionem hanc adepti fuerunt igno
rantes, quod ad epiſcopum pertineret , tamen ſi per epiſcopum
moniti non reddant ipſam licite poteſt vis eis inferri , quia iam
incipiunt eſſe violenti, ar.xxxiij.q.j.§.j.& per totum, & q. ij.ca j.
& ij.ſecundum d.n. cuius eſt mens totius huius gloſ. Hoc poteſt
tolerari ſi notoria ſit offenſa,j̃.de accuſat.euidentia.cum ſuis cõ
cordan.extra.d.n.de offi.dele.ſtatuimus.lib.vj. Alioquin ſi in du
bio templarij moniti non redderẽt, ſed ſe paratos iuri offerrent
non puto,quod epiſcopus ſibi ius dicere debuiſſet , C. ne quis in
ſua cauſa ius ſibi dicat.in rubro & in nigro.C. vnde vi. ſi quis in
tantam.ff.quod me.cau.extat edictum . Nempe de iure debet v-
nuſquiſque,quod ſibi debetur non per ſeipſum,ſed per iudicem
repoſcere.Non puto autem verecundiæ nec pietati, nec dignita
ti conuenire quicquid non iure facere.ff.de vi priua.l.penul.[In
ſcius.]ideo præſcribere non potuiſſet, infra de præſcrip. vigilan-
ti.& c.ſi diligenti.& c. quoniam omne. [Ignorantibus].ideo clã
uidetur ingreſſus.ff.quod vi aut clam.l.iij.§.fina.& l.ſequen.[Poſ
16 ſeſſionem accepit .]Vt aliquid † intelligas de modo acquirendi
poſſeſſionem & amittendi , ſcire debes vnam eſſe poſſeſſionem
naturalem inductam de iure gentium,& approbatam de iure ci
uili vel extenſam.Et hoc reſpectu dicitur duplicem eſſe rationẽ,
ſiue cauſam poſſidendi, C.de acqui. poſ. nemo ambigit. ſi ergo
ex prædio , quod poſſideo exeam ita quod non ſit in conſpe-
ctu meo rentineo poſſeſſionem ciuilem ſecundum quoſdam.
nam naturalem amiſi Azo tamen dicit , ꝙ retineo naturalem
poſſeſſionem ſed ciuiliter,ſic & prætoria actio dicitur ciuilis au-
thoritate & extenſione,ff.de noxa.actio.l.electio.§. ſi is,quem.&
§.ſi abſente.In hoc caſu ſi alius ingrediatur prædium habet poſ
ſeſſionem naturalem ſed clandeſtinam,credit enim vel credere
debet me ſibi controuerſiam moturum.ff.de acq. poſ. clam poſ
ſideri.reſpon.j.& hoc eſt quod tangitur.j̃.ver.j.hæc tamen poſſeſ
ſio prodeſt ei ſi eijciatur non a me, ſed ab alio tertio ꝯ quem cõ
petit ſibi interdictum vnde vi.ſed contra me,qui naturaliter poſ
ſideo iuris ciuilis authoritate ſm Azo. vel ciuiliter ſm alios ſibi
non proderit,ff.vti poſ.l.j.in fi. quia ſemper retineo poſſeſſionẽ
niſi in duobus caſibus.Primus eſt ſi veniens non admittat. Secũ
dus eſt ſi ſuſpicer me poſſe repelli,ff.de acquir.poſ. clam poſſide-
ri.§.qui ad nundinas.nam tunc clandeſtinus efficitur violentus.
vt ibi dicitur & eo.ti.ſi id quod §. fi. & hoc verum eſt niſi receſ-
ſiſſem de prædio animo deſerendi poſſeſſionem,vel ſcienter ne-
gligerem,vt ff.de acqu.poſ.ſi de eo.§.j.Si vero per alium poſſideo
puta colonum uel inquilinum.vt d.l. ſi id quod vel per vicariũ,
vt s̃.de reſcrip.ex parte.& s̃.de of.vica.c.ij. vel penſionarium. s̃.e.
cũ veniſſet.ſi ille deceſſerit,vel de poſſeſſione receſſerit,nõ amit-
to poſſeſſionẽ,ff.de acq.poſ.ſi de eo: niſi in duobus caſibus , vt s̃.
Sed ſi is, per quem poſſideo eijciatur , vel alij tradat poſſeſſionẽ
ipſam amitto.ff.de acq.poſ.poſſideri.§.ꝙ ſi ſeruus.C.de acq. poſ.
ex libris.poſſunt tamen illum expellere incontinenti , vt hic ſe-
quitur.& ff.de acq.poſ.quod meo.Quamuis aũt poſſeſſio nõ ac-
quiratur niſi corpore & animo,vt ff.de acqu.poſ.l.iij.reſpon.j. ta
men ſolo aĩo amittitur,& ſolo animo retinetur.C.de acq.poſ.li
cet.Hæc locum habẽt in reb. immobilib.nã ſecus ĩmobilib.qua
rũ poſſeſſione occupata,vel cuſtodia neglecta ſtatim poſſeſſionẽ
amitto, ff.de acq.poſ.ſi rem mobilem.hæc tñ in ſumma de cau-
ſa poſſeſſionis plenius expediuntur.[Prẹſertim]ver. [Statim].i.
quam cito potuiſtis.ff.ad Tertul.l.ij.§.confeſtim. ita quod nõ poſ
ſit negligentia imputari.ff.de acq.poſ.ſi de eo.[Vobis innotuit.]
vim enim rebus illatam licet vindicare, & poſt ipſam iniuriam
irrogatã,ſiue violentiam illatam res ablatas recuperare . ſed poſt
iniuriam perſonæ illatam non licet ipſam vindicare vel recupe
rare,niſi de violentia.vel iniuria geminanda probabiliter timea
a tur[a].tunc enim propulſari poteſt.ff.ad legem Aquiliam.ſed & ſi
quæcunque.reſpon.j. & l.ſcientiam. §. qui cum aliter.quia ſcri-
ptum eſt vos vindicãtes,ſm d.n. immo ſcriptum eſt nõ voſmet
ipſos defendentes chariſſimi.ſed date locũ iræ,Roma.xij.f.ſed &
ſtatim ſequitur.ſcriptum eſt enim mihi vindictam,& ego retri
buam . Huic autem , quod dixi de violentia rerum vindicanda
ꝯdicit.j̃.de homici.ſuſcepimus.quod dic,vt ibi not.& j̃. eo.ſuper
verbo duxeritis. [Vim vi.]clandeſtinã. ff.de acq. poſ. quod meo
nomine.§.fi. [ Duxeritis.] quomodo hoc licuit cũ eſſent perſo-
næ religioſæ eps & canonici & tẽplarij , vix potuit hoc fieri ſine
17 pœna canonis.xvij.q.iiij.ſi quis ſuadẽte.†ſed nec licet bellum fa-
cere xxiij.q.iiij.c.j.& ar.ff. de cap.& poſtli.reuer.l.hoſtes.& multo
minus licuit clericis & potiſſime religioſis bella mouere , xxiij.
q.viij.clerici.& c.his a quib.j̃.de homici.ſuſcepimus.Reſpon.om
nibus eſt licitum mouere bellum pro ſua & rerum ſuarum de-
fenſione. nec dicitur proprie bellum ſed defenſio , vt in iuribus
inductis.in ſeq.gl.& s̃.e.ſuper verb. Vobis innotuit . immo & ſi
quis deiectus eſt de poſſeſſione ſua licitum eſt ei aduerſarios im
pugnare,C.vnde vi.l j.§. cum igitur. In continenti tñ violentia
flagrante.i. antequam paſſus violẽtiam ad aliena diuertat nego
cia,ar.ff.de ver.ob.continuus.reſpon.j.ff.de duo.re. duos.§.fin.&
in eo qđ legitur & no.s̃.de ele.qa pp.reſpon.j.ſup verbo mox. &
cũ hoc a iure ꝯceſſum ſit, nõ eſt authoritas principis neceſſaria,
ar.xxviij.di.de his ad fi.ff.de ꝯd.inſt.l.q̃ ſub conditione.§. fi. Nec
ſic impugnantes ſed potius defendentes in excommunicationẽ
incidunt,niſi manus miſerint in perſonas, quæ tamen ſine vio-
lentia paratẹ erant exire domum,vel alias modum exceſſerit, vt
hic ſatis colligitur. & j̃.eo.c.in fi.& j̃.de homicid. ſuſcepimus.&
c.ſignificaſti ij.§.ſi vero.& de ſen.ex.c.iij.§.fi.& c.vt fame.§. layci.
ver.fi & adde,quod no.j̃.eo.c.ver. fin. Vbicunque ẽt quis nõ põt
p aliũ rem ſuam recuperare, uel ius ſuum pſequi licitũ eſt ei au
thoritate ſupioris arma mouere.& bellũ indicere ad ſua recupe
18 rãda†vel ẽt pt ipſa furtiue tollere,ar.xxiij.q.ij.c.ij.C.de iudæis.nul
lus. Vel ẽt ſine authoritate ſuperioris ſi ipſũ nõ hẽat.ar.j̃.q fi.ſint
le.p venerabilẽ § j.ver.fi & j̃.de reg.iu.qđ nõ eſt licitũ. ĩde eſt , ꝙ
19 prĩceps ſine authoritate hoĩs cui nõ ſubẽ,&†ſine authoritate iur.
quo nõ aſtringit mouet bellũ,ar.C.de le.digna uox.qđ de Papa
ſpecia-

ADDITIO.

a ¶Timeatur. An autem debeam expectare primum ictum . vide hic per
do.m.Abb.in v.col. uer.ſed circa.& quid ſi poſſim euadere fugiendo an
debeam fugere.Item nunquid ſit licitum percutere ad defenſionem al-
terius vide per eundem do.Abb.hic.& per Bar.in l.j.C.vnde vi.



ſpecialiter eſt intelligendum.Ille enim nulli omnino ſubeſt , vt
patet in eo,quod legitur & no.s̃.de iudi.nouit.rñ.j. ver. quomo-
do.& §.j.ver.cum enim.& de ma.& obe.ſolitẹ.§.j.verſi.ꝙ autem
ſequitur.& §.potuiſſes.ver.ſed illa.& j̃.ea. glo.ver. bellum autem
iuſtum. & ſeq. Sed vbi ſuperiorem habet nullatenus debet hoc
auctoritate,ſeu temeritate propria attentare, vt in prædicta l.nul
lus.ff.quod me.ca.extat edictum.ff. de vi priua.l. penul.xxiij.q.ij.
c.j.Vnde & iure cauetur, quod ſi quis poſſeſſionem propriã vio
lenter occupauerit,cadit a iure ſuo.C. vnde vi.ſi quis in tantam.
Auctoritate vero ſuperioris habita ſi res furtiue ſubtracta, vel
a violenter rapta recuperari non poteſt.[a]Poterit tamen accipi vio
lenter alia ẹquiualens.xxiij.q.ij.dominus.Caueat tamen ne alias
ſine auctoritate iudicis per mendacium,vel fraudem,vel per ca
lumniam ſeu per quodcunque aliud peccatum rem ſuam recu
peret,quia tunc ipſam reſtituere tenetur,xiiij.q.v.non ſane.ad fi.
ſecundum d.n.Sed illud poteſt intelligi quando quis quod alie
num eſt inique occupat. Cœterum ſi quod ſuum eſt occupauit,
quamuis de peccato & iniquitate pẹnitentiam agere debeat,nec
20 †ſub ſpe veniæ peccare debuiſſet,vt j̃. de cle.excõ.mi.aliud autẽ.
in prin.non tamen videtur,ꝙ rem quam ſic recuperauit ex quo
ſua eſt alij illi maxime,qui ipſam inique occupauerat reſtituere
teneatur,ar.in eo,quod legitur,& no.s̃.de or. cogni. cum dilect⁹.
§.j.ver.præſertim.& ſeq.ff.depoſiti.bona fides.Quinimo & in hoc
21 caſu videretur,†ꝙ dolus cum dolo,& culpa cum culpa compen
ſari poſſit , ff.de dolo . ſi duo.ff.de compenſa.ſi ambo.& patet in
eo,quod legitur & no.j̃.de adul.c.penul.& fi.Vnde & ſecundum
d.n.quidam dicũt & nõ male,ꝙ etiam ſua auctoritate poteſt ac-
cipere rem furtiuam,dummodo ex hac acceptione nec malum
nec ſcandalum poſſit alicui generari.Nam ſi exinde oriretur ſcã
dalum,vel contra rem detinentis vxorem cui cuſtodiam ipſius
rei commiſerat,vel contra familiarem ſuum, vel contra quem-
cunque alium , tunc deberet reſtituere rem in ſtatum priſtinũ,
ar.j̃.de præſcrip.nihil cum ſcandalo.& expreſſius,j̃.de noui ope.
nunci.cum ex iniuncto.§.ſuper eo.quod dic , vt legitur & no.s̃.
de renun. niſi cum pridem.§. pro graui quoque ſcandalo.Illud
etiam ſatis poteſt concedi, ꝙ prælatus eccleſiæ de iure ipſius poſ
ſit bellum indicere & ei intereſſe, ſed non debet pugnare.Poteſt
etiam prædones proſequi quouſque prædam , ſiue aliena dimit-
tant,& poteſt clamare,pugnate, & capite. Sed caueat , nec dicat
occidite.Nec obſtat j̃.de homici.petitio,quia ibi aliquos percuſ-
ſerat,ſed neſciebat vtrum aliquem occidiſſet,vnde fuit conſcien
22 tiæ ſuæ relinquendus. † Sed & quilibet prælatus iuriſdictionem
temporalem habens contra inobedientes ſubditos licite mouet
arma,argu. ad hæc omnia.xv.q.vj.auctoritatem.& c.nos ſancto-
rum.xxiij.quẹſt.viij.ſcire.& c. igitur.& cap.hortatu. & c.diſpar.
dummodo auctoritatem indicẽdi bellum habeat.vel in caſibus
ſupradictis, & etiam ſi non habeat ius indicendi bellum ,dum-
tamen habeat iuriſdictionem, ſecundum d.n. Iunge & merum
imperium,ar.ff.de iuri.om.iu.l.iij.& iiij.Et eſt ratio ſecundum d.
n.quia in prædictis caſibus improprie dicitur fieri bellum, ſed po
tius iuſtitiæ vel iuriſdictionis executio,ff.de rei ven.qui reſtituere.
ff.ne vis fi.ei qui in poſ.miſ.eſt. ſi quis miſſus.rñ.j. ff.quod metus
23 ca.l. ij.† Vnde & conſueuit dici iuris executio non habet iniuriã.
24 ff.de iniur.iniuriarum.§.j.In his†tamen caſibus homines,qui in
tali bello capiuntur,ſerui non fiunt,ar. ff.de captiuis. nõ dubito.
& l.hoſtes.quamuis in alio caſu loquatur.Bellum autem verum
in quo capti ſerui fiunt,& quod vere & proprie bellum dicitur ſo
lus princeps,qui ſuperiorem non habet poteſt indicere,etiam cõ-
tra eos,contra quos locum iuriſdictionis executio non haberet.
ver.gra.contra illos,qui eſſent in poſſeſſione iuris alicuius alteri⁹
principis inferioris . Item pro defenſione legum paternarum,
& ſimilibus,xxiij.q.viij.ſcire.& c.omni tempore.ſecundum d.n.
Quid ergo ſi imperator ſit iniquus homo & peccator & monit⁹
ſe non correxit,ſed peiora committit,& tandem excommuni-
catur per papam,& omnia contẽnit , mouens etiam & indicẽs
bellum propter hoc contra eccleſiam. Dicetur ne iſtud iuſtum
bellum ex parte ipſius,quia ab imperatore principe eſt ĩductũ?
Rñ.ſecundum illos,qui dicunt duas iuriſdictiones. ſcilicet ſpiri-
tualem & temporalem ſic a Deo immediate procedere , ꝙ vna
ſubeſt alij , & quod nihil ad eccleſiam de temporalibus oportet
25 te confiteri,ꝙ ſic,ſed abſit hoc a fidelium cordibus.† Imperator
enim ex officio eſt aduocatus eccleſiæ, vnde non debet eam im
pugnare,ſed potius a malignorum oppreſſionibus liberare,ergo
ſi ipſam impugnet magis peccat,quam alius,arg.j̃.de natis ex li.
ven. c.vnico. cum ſuis concor. vnde & ei põt dici priuilegiũ in
dicendo bellum mẹreris amittere &c.xj.q.iij.priuilegium.& pu-
niri debes in quo deliquiſti,s̃.de transla. ep.quanto.§.ne autem.
Tanta etiam pertinacia vix carere poteſt labe hæreticæ prauita
tis,ſuper quo vide,quod legitur & no.j̃.de hæret. excommunica
mus.j.§.j.Et in tãta iniquitate etiam ſi papa in temporalibus eẽt
inferior,fieret ſuperior propter peccatum ipſius,ar.xl.diſt.mul.i.
ad fin.& in eo quod legitur & no.s̃.de offi.or.ſignificauit,§.cum
itaque.ſed certum eſt,quod papa ſuperior eſt,vnde ipſum elect.i
examinat,& approbat,vel reprobat,& tandem ex cauſa deponi-
tur,vt patet in eo,quod le.& no.s̃.de ele.venerabilem. & hẹc ma
ioritas multis rationibus comprobatur,quod dic vt no.j̃. qui fil.
ſint legi.per venerabilem.§.rationibus.ver. fin. Nec eſt verum,ꝙ
iuriſdictiones ſic immediate a Deo procedant,ꝙ vna non ſubſit
alii,vel quod eccleſia non habeat ſe intromittere de temporali-
libus,quod dic,vt no.j̃.qui fil.ſint legi. cauſam.ij. talis enim opi-
nio parum diſtat ab hæreſi.Nã ſecundum ipſam datur ſæculari
bus occaſio conculcandi fidem & eccleſiam,nec reſtat, niſi ꝙ q
fortior eſt iuſtior ſit,ſed abſit,ꝙ ſic iuſtitia pereat.In hoc ergo ca-
ſu contra iniquum principem tenentur omnes fideles & chato
lici eccleſiẹ adhærere.Quos etiam ſi vaſalli imperij ſint,poteſt ex
hac cauſa abſoluere ab obſeruatione ſuper fidelitate præſtiti iu-
ramenti,vt patet xv.q.vj.nos ſanctorum,& c.iuratos.& in eo, qđ
legitur,& no.j̃.de hæreti.excommunicamus.j.& de pœnis.c.fin.
& s̃.de elec.venerabilem.§.eos igitur.verſi. ſunt enim notoria.&
26 ſeq.†Quid ſi aliquis clericus[b] ſit in prælio ad defenſionem ſuam
b vel aliorum,vel in ſequendo raptores,vel prædones in quo hinc
& inde multa homicidia perpetrantur. Nunquid eſt irregularis?
Rñ.licet pugnet ibi,vel lapides iaciat, vel percutiat dummodo-
neminem occidat,vel nullus de ſuis ictibus mortuus ſit, non eſt
irregularis.In dubio vero eſt ſciẽtiæ ſuæ relinquendus, vt j̃.de cle.
percuſ.c.penul. & fi.j̃. de homici.petitio. Quid ſi quis bellum iu-
ſtum mouet cõtra aliquem.Nunquid poteſt non ſolum prĩcipa
lem aduerſarium ſuum,& res ſuas capere , ſed etiam vaſallos &
ſubditos ac valitores ſeu complices ipſius, & eum contra iuſtitiã
adiuuantes?Rñ.aliqui dicũt,ꝙ ſic.pro quibus facit,quod legitur,
& no.s̃. de offi.dele.c.j.ad fi. Alii dicunt , ꝙ nec perſonas,nec res
prædictorum poteſt capere niſi quandiu in bello ſunt,& pugnãt
contra ipſum,vel niſi forte de rebus eorum puta caſtris , vel alijs
ædificiis læderetur.Quid ſi non ſit indictum bellum contra ali-
quem,ſed aliquo prædictorum modorum proceditur contra ip
ſum,puta iudex ratione iuriſdictionis ſuæ vult aliquem ſibi con
tumacem,vel in ſuo territorio delinquentem punire,vel res eius
deuaſtare.Nunquid poteſt hoc facere pro ſuo libito voluntatis?
Rñ.non,niſi primo ſententiam proferat contra talem,ij.q.j. nos
in quemquam.ſecundum d.n.intelligas diffinitiuam. quod dic,
vt legitur,& no.s̃.de fo.compe. poſtulaſti. Vel ſaltem interlocu-
toriam vel medicinalem monitionem competenti præmiſſa,vt
patet,xij.q.ij.indigne.& in eo,quod legitur,& no.s̃.vt lite non cõ
teſt.c.fi.§.in alijs.& duobus §§.ſequen.& j̃.de ſenten. excommu.
ſacro.& in eo.ti.extra d.n.cum medicinalis. li.vj. ſed & ſecũdum
d.n.ſi is,qui reſiſtit iudici non ſit de iuriſdictione ſua,ſed alterius,
debet non ſuus iudex coram ſuo iudice de ipſo iuſtitiam petere,
& ſi non facit iuſtitiam poteſt ipſum impetere,xxiij.q.ij. domi-
nus.& legitur & no.C.quando licet vnicuique ſine iudi. ſe vin.l.
j.& ij.& ſi non ſit iudex qui de tali poſſit iuſtitiam facere,tunc li-
cet paſſo violentiam propria auctoritate ſua recuperare , ar.C.de
27 iudæis.iudæi.& l.nullus.†Quid ſi quis iuſtum bellum habẽs per-
ſonas vel res aduerſariorum in rebellione capit, dummodo iu-
riſdictionem exerceret?Certum eſt,ꝙ poteſt res tenere, & perſo-
nas punire, tum quia in ſuo territorio deliquerunt.C.vbi de cri.
agi oportet.auth.qua in prouincia.j̃.de rap.c.j. tum quia in ipſũ
delinquunt,& iuriſdictionem ſuam impediunt, vt patet in eo,
quod legitur & no.j̃.de ſen.excom.nuper.§.in primo.& s̃.de off.
dele.c.j.ad fi.& j̃.de pœnis.dilectus.ſecundum d.n.cuius eſt mẽs
totius huius gl. exceptis quibuſdam , quæ ſuperius ſunt ſignata.
28 †Qualiter autem licet vim vi repellere,& qualiter nedum papæ,[c]
c vel epiſcopo,ſed etiam inferiori prẹlato temporalem iuriſdictio
nem habenti bellum mouere ad defenſionem iuriſdictionis ſuẹ
eccleſiẹ,& ſuorum.& vtrunque gladium exercere. plene colligi
29 poteſt.extra d.n.de ſenten.excomm.dilecto, lib.vj.† Sed & quali-
ter poteſt vnuſquiſq; ſibi ius dicere . no. plene in ſumma de ſen.
& re iud.§.quis debet ſententiã proferre.ſub § prius ordinamus.
30 ver.item ratione.& ſeq.†Quod autem dicatur iſtum bellum , &
qualiter ad ipſum perueniatur,& quis poſſit ipſum indicere.no.
plene in ſumma de treuga & pace.§.quid ſit iuſtum bellum.& j.
de iureiur.ſicut.& j̃.& extra d.n. de homici. pro humani.§.ſacri
concilii.ver.ſitque cum ſuis bonis.lib.vj. & de poteſtate eccleſiẹ
ſatis.no.in e.§.& eo.titu.per totum.[Repellendum]quod licet ſe
cundum omne ius.ff.de iuſti.& iure.vt vim . ff.ad legem Aquil.
ſcientiam.§.qui cum aliter.[Et quod idem.] verſi.ſcilicet magi-
ſter.[Sua temeritate]nã iuris vel iudicis auctoritate.cum tamen
nemo

ADDITIONES.

a ¶Non poteſt. Adde Cæpolam,conſilio xxvij.& do.Abba.hic circa fi.ver.
nunqid autem.

b Si clericus ſit in prælio ad defenſionem ſuam,vel aliorum, vel in ſequẽ
do prædones,in quo multa hinc & inde homicidia perpetrantur , nun-
quid eſt irregularis . Adde an clericus qui intereſt torneamentis,in qui
bus quis occiditur,ſit irregularis per do.Henric.Boic.in c.Henricus.j̃.de
cleri.pug.in duello.& per eundem in c.petitio.de homici.

c ¶Vim vi repellere qualiter liceat.Adde glo.& Bar.in l.j.C.vnde vi.& do.
Henri.Boic.in c.ſignificaſti.ij.§.fi.diſtin.ij.& per do.Ab.hic in vj.col.

nemo debeat ingerere ſe,s̃.de ele.qualiter.C. ne quis in ſua cauſa
ius ſibi di.in rubro,& nigro.hoc enim in iſto ſuſpectus eſt quis,
31 quod ſe ingerit,ff.de procura.quæ omnia.† ſed nec ſine licentia
epiſcopi licet ingredi poſſeſſionem alicuius eccleſiæ, vt legitur,
& no.s̃.de cle.peregri.c.fi.& de offi.archi.cum ſatis.s̃.eo.cum ve-
niſſet.[Poſſeſſionem.]eſt ingreſſus.quod ſequitur infra ĩ quinta
linea.[Nouerat]ideo dixit s̃.non inſcius.[Suſpicari] vt ff.de acq.
poſ.clam poſſidere? R ñ.j.[Ingreſſus] vitioſe vel clam. vt præcedẽ
ti allegata.l.[Procuratorem.]verſi.ſic & epiſcopus, & collegium
procuratorem conſtituunt,& dic,vt no.s̃. de procu.quia in cau
ſis.[Veſtro noĩe &c.nomine domus &c.]ex his verbis põt nota-
ri qualiter prælati & rectores debent formare libellos nomine,
ſcilicet eccleſiæ, vel adminiſtrationis pro qua agunt,vt s̃.eo.c.in
32 prin.j̃.de fide inſtru.inter dilectos.† Et eſt ratio,quia procurato-
res ſunt non domini.j̃.de dona.c.ij.& quia ſicut quando quis ꝓ
ponit actionem,& non exprimit vtrum directam vel vtilem,vi
detur propoſuiſſe directam, ſicut ſubtiliter elicitur ff. de pe. hær.
nec nulla.§.ſi quis ſciens.ſic & ſi quis agat,& non cadat quo no
mine,videtur agere proprio & non alieno,ff.de dam. infect. qui
bona.§.ſi alieno.& eodem modo eſt ſententia concipienda, vt
hic.& ff.de his,qui not.infa.furti.accipe.§.ſi quis alieno. Videtur
tamen contrarium dici poſſe, vt ſcilicet prȩlatus ſemper videa-
tur agere nomine eccleſiȩ non proprio, vel alieno niſi hoc ex-
primat,quia omnia ei acquirit niſi & aliud exprimatur, vel pro-
betur.j̃.de pecu.cleri.c.j. & per totum. Vtrum autem ſententia
concipienda ſit in perſonam procuratoris vel domini,dic,vt no.
s̃.de elec.querelam.§.pe.[Reſtitutionem.]prædictæ domus.[Pe
33 tebat,]ſcilicet dictus magiſter.vt no.s̃.rñ.j.[Abſolutum.]† & ſic
patet,ꝙ is,qui petit reſtitui,habet neceſſe probare duo, ſcilicet ſe
ſpoliatum,ſed iſtud non ſufficit,niſi & probet ſecũdum, ſcilicet
ſe poſſediſſe tempore ſpoliationis,s̃. de offi.deleg. conſultationi-
bus j̃.e.ex parte.§.j.Et ideo abſoluitur procurator epiſcopi, quia
magr̃ templi non potuit probare ſe poſſediſſe, immo apparet
totum contrarium, primo ꝙ humilitati, cum quibus cauſam
habeat,poſſidebant nomine epiſcopi,vt patet.s̃.rñ.j.ver.quod epi
ſcopus.Secundo,quia & ſub cõditione fuit tradita poſſeſſio, qua
& deficiente euanuit,vt no.s̃.eo.§.ver.ea tamen conditione. Ter
tio,quia non debuerunt ingredi ſine auctoritate epiſcopi, vt ibi
no.Quarto,quia templarij fuerunt male conſcij, vt s̃.ver.prox.
Sed & ſi quis poſſedit precario, ſiue de gratia non poteſt petere
reſtitutionem,x.q.iij.quia cognouimus.& no.s̃.de poſtu. prælat.
34 bonȩ.ij.rñ.j.† Aliud ergo longe eſt poſſidere,aliud in poſſeſſione
eſſe.ff.de acqui.poſ.ſi quis conduxit. iſti autem templarij. & ſi in
poſſeſſione fuerint,non tamen poſſederunt, & ideo reſtituti nõ
fuerunt.quamuis ergo dicatur, ꝙ ſpoliatus nulla regulariter ob-
ſtante exceptione ſit reſtituendus,s̃.eo. in literis.& c.ſeq. hoc ta-
men verum eſt dummodo probet ſe poſſediſſe. alioquin cõtra,
vt hic.eſt enim hæc & alia quæ licet exceptio legitima admittẽ-
da,s̃.de offi.deleg.ex parte.ij.[Decernentes.]ver.i.reſeruantes. Ni
ſi enim reſeruaſſet eis,quod poſt ſententiam iſtam poſſent age-
re ſi modum exceſſiſſent,non potuiſſent poſtea agere cum pro
poſito interdicto vnde vi.omnia hæc enim in iudicium deduxiſ
ſent.C.de ſumpti.& liti.exterminato.& patet in eo,quod legitur
& nota.s̃.c.proxi.ſecundum d.n.[Vos exhibere.]quod ſequitur.
35 [Si defendendo.]& ita† quamuis ſub cõditione non debeat fer-
ri ſententia tamen lata tenet.ij.q.vi.§.biduum. ſed ſigno fortius
contrarium.Nam hæc ſententia nullam certam continet quã-
titatem,ergo nulla eſt,vt C.ne ſe.ſine cer. quanti.profe.l.j. & per
totum.Solue vt no.j̃.de ſepul.in noſtra.§.penul.D.tamen n. hic
ſcripſit,ꝙ iſtud decretum non fuit ſententia,ſed quædam decla-
ratio iuris.[Modum.]non enim licet excedere modum,quod ſi
quis in hoc caſu exceſſerit ex propoſito, expoſitionem & pœnã
temporalem,& irregularitatem incurrit,arg.hic.& j̃. de ſenten.
excommu. cum non ab homine. & c.perpendimus.& j̃.de ho.
ſignificaſti.ij.§.fin.ſecundum d.n.quod dic,vt in ſe.gl.Sed nec in
telligas,quod eo ipſo,ꝙ modum excedit quis irregularis fiat,ſed
excommunicatus eſt. Et ſi ſic excommunicatus recipiat ordi-
nes,vel ingerat ſe diuinis,tunc ſit irregularis.j̃.de ſent.excomm.
cum illorum. Pœnam etiam temporalem non incurrit ipſo
facto,ſed cauſa ſufficiens eſt ad ipſum per ſententiam temporali
ter puniendum,& habet etiam lædens ſatisfacere læſo in æſtima
tionem iniuriæ ſecundum facultates ſuas,quod vt legitur,& no.
j̃.de ſenten.excom.ea noſcitur.rñ.j.ad fi.[Exceſſiſtis]quamuis er
go ſecundum commune ius vim vi repellere liceat,vt no.s̃.eo. §.
ver.præſertim.& probatur.j̃.de ſen.excom.c.iij.§.ſi vero.intelligẽ
dum tamen eſt hoc cum moderamine inculpatæ tutelæ.C.vn-
de vi.l.j. Sed nunquid excommunicati ſunt epiſcopus, & cano-
nici violenter de domo templarios, qui religioſi ſunt expellen-
do.Ita videtur xvij.queſt.iiij.ſi quis ſuadente.j̃.de ſen.excommu.
non dubium.& c.parochianos.Sed contra, quia iſti ſunt admiſ-
ſi ad agendum,quod non fieret,ſi eſſent excommunicati.j̃. de ꝓ
bat.poſt ceſſionem.ſecundum B. Quod non eſt verum, immo
erant rei. quod patet ex eo, quod procurator eorum abſolutus
fuit,vt præcedit.In præmiſſa autem quæſtione ſic eſt responden
dum,quia aut commiſerunt violentiam ſcienter,qua omiſſa po
terant ius ſuũ defendere.& ſic ſunt excommunicati, quia exceſ-
ſerunt modum inculpatæ tutelȩ. quod non licet. & argumen.
hic.& xxiij.q.iij.non inferenda. ff. ad legem Aquil.ſi ex plagis.§.
tabernarius.j̃.de ſenten.excommu.vt famę.in ſi. aut ignoranter
probabili ignorantia ducti.& ſic ſunt excuſati,arg.j̃.de ſent. exc
ſignificauit.aut craſſa.& talis nõ excuſat.j̃.de cle.ex.mi. apoſtoli
cȩ.j̃.de ord.ab epiſcopo,qui reſignat ep.c.j.in fi.& c.ij.Aut nõ po
terant aliter ſuum defendere.& tunc non tenentur,& ſi ad effu-
ſionem ſanguinis ſit peruentum, arg. ff. ad legem Aquil. ſed &
ſi quæcunque.rñ.j.& j̃.de homi.poſtulaſti.Vel ſolue, vt no.s̃.eo.
§.j.& s̃.eo.§.rñ.j.ſuper verbo duxeritis.Hoc mihi plenius explica
tur.extra d.n.de ſen.excom.dilecto.& in ſumma.e.ti.§.j.ſub.§.in
telligendum eſt autem ſecundum B.

*SVMMARIVM.*

1 *Archidyaconus habet iuriſdictionem cerimonialium.*
2 *Agi & excepi poteſt de eodem.*
3 *Papa poteſt in omnibus diſpenſare ſaluis articulis fidei.*
4 *Virtus in medio conſiſtit.*
5 *Fides multas ſignificationes habet.*
6 *Fides quando habeat meritum,& quando non.*
7 *Perplexitas vitanda eſt.*
8 *Reſtitutio an ſit facienda quando offeruntur probationes.*
9 *Iuramentum calumniæ an detur in cauſis matrimonialibus.*
10 *Iuramentum calumniȩ, et iuramentum maliciȩ differunt*
11 *Eccleſia militans,quandoque errat in ſententia.*
12 *Mulier iniuſte ligata quo ad Deum ſi moriatur,an ſit ſepelienda.*
13 *Amoris furore nihil vehementius.*
14 *Diuortium fit propter ſeuiciam.*
15 *Turpius eijcitur,quam non admittitur hoſpes.*
16 *Emendans eſt inuentore laudabilior.*

## CAP. VIIII.

Literas. Caſus.Matrimonium accuſatur.De ſpo-
liatione excipitur,& agitur. Nouum the
ma elicitur,& dubitatio proponitur. Triplex opinio
recitatur.Prima per epiſtolam Lucij fulcitur.Secun
da per oraculum Clementis roboratur & tacitæ obiectioni re-
ſpondetur.Hæc ſecunda opinio probabilior videtur, & hanc te-
ñendam.trimembris diſtinctio allegatur ſi gradus maxime diui
na lege prohibitus opponitur,& probationes paratæ offeruntur.
reſtitutio quo ad omnia excepto thoro fit.ſed quo ad thorum
differtur ſi probationes nõ ſunt paratæ reſtitutio quo ad omnia
fieri mandatur, & inobediens excommunicatur. ſed vt ſenten-
tiam tolleret, ſi tamẽ conſcientiam habet cõtrariam ei conſuli
tur. & ſi poſtea probationes ſe offerant iuxta formam eccleſiæ
abſoluitur. Sed quouſque probationes receptæ ſint, nihil ei ſub
veritate iuramenti iniungitur,ſi timetur de ſæuicia viri, adeo ꝙ
per cautionem mederi nõ poteſt,non reſtituitur. Tertiæ opinio
ni deficiente iure, opinio quædam magiſtri P.de Bolio adapta-
tur,& ratio opinionis redditur.Dominus Papa non vult, quod
per ea,quæ hic dicit alicui opinioni prædictorum præiudicetur.
contrarietas tamen decretalium inductarum pro prima & ſecũ
da opinione ſoluitur,& in his tota decre.ſub compendio com-
præhenditur.[Recepimus.]continentes.[Matrimonialis.]inter
V.mulierem ad diuortium agentem,& B. virum de ſpoliatione
excipientem,& ex eadem ipſam reconuentionem, & ſic plana
eſt decre.hoc autem fieri poteſt,ſicut no.s̃.de ordi.cog. cum dile
ctus.§.nos autem.& j̃.e.ſuper verbo,poſtulabat.& de prob. in prȩ
ſentia.§.j.[In remotis.] q.d.ſi archiepiſcopus eſſet præſens,tunc
non audires,ſed ipſe.ad hoc.ff.de offic. eius, cui mand.eſt iur.l.j.
1 [In tua præſentia.].O archidiacone,cui loquitur,† & ſic eſt argu
archidiaconum habere iuriſdictionem cauſarum matrimonia
lium,ſed & abbas habet.j̃.de exceſ.præl.accedentibus. in fi.ſic &
archipresbyter.j̃.de conſan.c.j. Argu.contra.xxxv.q.vj. epiſcopus
in ſinodo.& in dicta decre.accedentibus.So.de conſuetudine po
teſt competere,hæc iuriſdictio,vt hic.non de iure communi,vt
in contrarijs.conſuetudo enim dat iuriſdictionem.ix.q.iij. con-
queſtus.C.de emanci.lib.l.j.& fi.& no.s̃.de foro compe.cum cõ
tingat.& de offi.archidi.c.fi.§.fi.ſecundum quoſdam. inter quos
eſt d.n. Vnde ſic ſcripſit hic.Conſuetudinem narrat ſiue recitat,
quia non eſt iure cautum, ꝙ epiſcopo abſente archidiaconus
cognoſcat d.n.Sed cum in maioribus conſuetudo iuriſdictionẽ
non det,vt ibi no.& hæc cauſa ſit de maioribus.j̃.de conſan. c.j.
a §.fi.non placet iſta ſolutio, immo dicendum,ꝙ ex delegatione
epiſcopi,vel ex ſpeciali priuilegio hoc poſſit tantum vt hic,& in
d.c.accedentibus.in fi.de conſan. c.j.quæ cõtradicunt huic.licet
alij adducant pro ſi,vt s̃.no.[N.mulier] quæ ſe viro ſubtraxerat,
& ſic in accuſatione matrimonij ſuſpecta erat, arg.s̃.eo.item cũ
quis.

ADDITIO.

a ¶.Non placet iſta ſolutio.Adde d.Abba. hic in ij.col.ver.venio ad glo.& And.Sic. in apoſtil.



quis.& eſt ſi.s̃.eo.ex conqueſtione.s̃.vt lit.non conteſ.accedens.
ij.[Poſtulabat.]intentans petitoriũ ſecundum d.n. Tamen col-
ligitur ſecundum quoſdam ex hoc,& ex eo, quod ſequitur, ꝙ is
fuit ordo in ingreſſu litis.mulier accuſauit matrimonium ob cõ
ſanguinitatem,vir vero reconuenit eam ſuper ſpoliationem, &
hæc reconuentio præiudicat conuentioni, vt patet ex ſequenti-
bus.& hoc ideo,quia petitur reſtitutio eiuſdem rei ſuper qua agi
tur principaliter & petitorio, & in hac opinione fuit Io. vt no.s̃.
eo.ex conqueſtione.quod dic,vt ibi no.§.fi.alias ſi ſuper diuerſis
ageretur hinc,& tamen eſſent mutuæ petitiones & ſimul con-
currerent,vt s̃.de ordi.cog.cum dilectus. Sed in ſequentibus in-
nuit, ꝙ alius fuit ordo, ſcilicet ꝙ vir conuenit mulierem ſuper
ſpoliatione,& mulier excepit de conſanguinitate, vt patet j̃.ver.
reſcripto.& ſic non facit pro Ioan.Certum eſt etiam,quod ſuper
hoc intellectu hæc decret. formatur ſicut patet in inferioribus,
potuit tamen eſſe vtrũque, ſcilicet & quod mulier ageret de con
ſanguinitate,& vir exciperet de ſpoliatione, qua probata in mo-
dum exceptionis ex eadem ageret,vt no.s̃.eo.ſuper verbo, matri
monialis, & quod mulier in hac exactione exciperet de eadem
2 conſanguinitate. & ſuper hoc procedit decre.† nam & de eodẽ
poteſt agi,& excipi.ff.de inofficio.teſta.contra veterani.§.ſed nec
impuberis.& j̃.c.j.§.i.vbi de hoc.Vel ſolue,vt no.s̃.eodem.ex cõ-
quæſtione.§.fi.[Cui]ſcilicet viro.[Proponebat,]ſcilicet mulier.
[Vir autem.]verſi.[Poſtulabat ſibi reſtitui.]& ſic videtur, ꝙ fuit
reconuentio.tamen hoc thema non proſequitur decre.[Diuer-
tit.]aliud ſi ipſam expuliſſet, quia tunc non poſſet petere reſtitu
tionem,ar.xxvij.q.ii. Agathoſa.Sed contrarium eſt,quia eo ipſo,
quod eam poſtea repetit, & ipſa non vult reuerti cum ſpoliat,
arg.ff.de acquir.poſ.clam poſſidere. in fi.& ff.de periculo & com
mo.rei ven.illud.Sed nunquid eo ipſo, quod maritus ipſam ex-
pellit animo amittendi poſſeſſionem.& ſi gerat in animo,quod
poſtea recuperet,amittit poſſeſſionem? ita videtur,ar.ff. de acqu.
poſſ.ſi quis vi.§.differentia. ſed dic hanc poſſeſſionem in hoc eſ-
ſe priuilegiatam, ꝙ ſolo animo amitti non poſſit. vel ſi amitti-
tur ſolo animo recuperatur eo ipſo,quod repetitur. & quæ ſit ra
tio colligitur,j̃.de ſpon.duorum.c.j. infra de coniug.lepro. c.ij.j̃.
de frigi.c. fina. licet ſecus ſit in aliis poſſeſſorijs. C.de acquiren.
poſſeſ.licet.ff. de acquiren. poſſeſ. poſſideri.§. in amittenda.Sed
nunquid obſtat pactum de non petendo? Non etiam ſi iuramẽ
tum interueniat.j̃.de iureiuran.tua.j̃.de regul.veniens.j̃. de con-
uer.coniug.ex parte.ij.in ſi. Sed contra xxxiij.q.v. quod Deo.j̃.de
conuer.coniug.quidam.& c. placet. Solu. ſi ex iracundia fit non
obſtat,vt in præmiſſis concor. Si vero ex inſpiratione duorum ꝓ
cedit,valet vt in contrariis,vel non valet.niſi ſicut diſ. j̃.de cõuer.
coniu. cum ſis prædictus.& c.vxoratus. regulariter enim non ob-
ſtat matrimonio confeſſio.j̃.de eo,qui cogno.conſan.vxo.ſuæ.ſu
per eo.vbi de hoc. Neque tranſactio. s̃.de tranſact. c.fi. neque rei
iudicatæ exceptio.j̃.de re iudi. lator. & c.conſanguinei. ſecundũ
B.Ex quo de errore fit fides,& non antea obſtat,vt no.s̃.e.ex trãſ-
miſſa.[Reſcripto petebat]ver.[Obiicitur]petenti reſtitutionem.
& ſic mutat caſum,& nouum thema proponit, quia ſupra locu-
tus eſt,quando mulier primo accuſabat matrimonium,& vir re-
conueniebat eam ſuper ſpoliatione corporis ſui, vt ſupra no. Eſt
& alia differentia, vt no.j̃.e.§.porro;& §. quod ſi non habeat.[Di
ſpenſare non poteſt] ideſt,nõ vult.ſiue non expedit.ſic xxxij.q.v.
3 ſi Paulus.j̃.de ſta.mo.cum ad monaſterium. in fi. † qa papa põt
diſpenſare in omnibus ſaluis articulis fidei, quod dic, vt no. j̃.de
conceſ.præ.propoſuit,immo nec poteſt,vt patet in ſeq.glo.[Nec
etiam conſueuit] puta inter patrem,& filiam,fratrem,& ſororẽ,
auunculum & neptem.‹o.q.3.pitacium.& ſic in primo,& in ſe-
cundo gradu in linea deſcendenti.nam in collaterali ſecus, infra
qui filij ſunt legit.& c.fi.& breuiter dicas,ꝙ in impedimentis a le-
ge diuina inductis diſpenſare nõ poteſt ad literam,vt patet in eo,
quod leg.& not.ſupra de maio.& obed.cum inferior.& quæ ſunt
illa not.infra de diuor.gaudemus. reſpon.j.[Et probationes] ver.
[Et paratæ] ideo magis præſumitur pro excipiẽte, vt patet in eo,
quod not.ſupra eod.c.j.quare & in hoc caſu hæc exceptio admit-
titur.ſicut leg.& not.infra eod.propterea [Indulgẽda] antequam
probationes, quæ paratæ ſunt admittantur. ¶[Sane]ij.pars.[Di-
uerſæ ſunt ſententiæ] ſi.s̃.de reſcript.ſuper literis.[Aliis aſſerenti-
bus]ver.[Reſtitutionẽ.]& hæc eſt prima opinio.[Alijs ſentiẽti-
bus.]ver.[In cõtrarium] ſ.ꝙ nullo modo eſt reſtitutio faciẽda,
& hæc eſt ſecunda opinio, & ſoluuntur iſtæ duæ quæſtiones.j̃.e.
§.nos autem.ver.quamuis. [Non nullis] ver.in quo ponitur ter-
tia opinio[Viam mediam]tales ſententiæ,pro maiori parte obti
4 nent,† quia in medio cõſiſtit virtus vitium in extremis.& eſt me
dia via tenenda.no.s̃.de offi.cuſt.c.j.§.lampades.& de offi.dele.q̃-
renti.§.nos tamen.[Interdum] ſ.quando non proponitur gra-
dus diuina lege prohibitus.d.n.[Qñq;.]ſ.quãdo proponitur gra
dus diuina lege prohibitus.d.n.[Primi] ſ.qui dicunt reſtitutionẽ
faciendam,vt s̃.verſicu. aliis aſſerentibus.& eſt ſubdiuiſio. & ſub
§.[Lucij papȩ.]s̃.eo.conqueſtione.[Arguentis.]i. reprehenden-
tis,qui denegabant ſpoliatẽ, ac repetenti coniugem. [Reſtitutio
nem.]iure &c.[Et mandantis.]ſubaudi Lucij.dico.[Et poſtea.]
ſcilicet facta reſtitutione ſic.hic ergo videtur, ꝙ reſtitutio ſit fa-
cienda,ſicut primi dixerunt,& habent pro ſe multa iura.ſcilicet
s̃.eo.in literis,& c.item cum quis.s̃.vt lite non conteſ. accedens.
ij.C.de ap.l.j.C.de do.inter virum, & vxo.ſi maritus. Nec obſtat
s̃.de ord.cog.c.j.quia loquitur in petitorio ſicut probatur.j̃.eo.§.
nos autem.Nec obſtat l.ff.ad exhi.l.iij.§. ibidem.ff. vt in poſ.leg.
ſi is a quo.ff.de Car.edic.l.iii.§.cauſæ,quia loquitur, quando nõ
agitur de poſſeſſione recuperanda, ſed adipiſcenda.vbi quidem
differtur miſſio ĩ poſſeſſionem ſi in cõtinenti probetur proprie-
tas,ſed petenti reſtitutionẽ non poteſt referri quæſtio. s̃.e. in lite
ris.[Horum autem.]verſi.qui ſic ſentiunt.[Soluere]j̃.de ſen.ex.
inquiſitionem. quandoque tamen tenetur quis exactũ reddere
debitum,ſed exigere non debet.j̃.de conuer.coniu. quidam in-
trauit.j̃.de eo,qui cog.conſan.vxo.ſuæ.tranſmiſſȩ.[Teneatur]ſi-
cut nec conſanguinitatis conſcius, vt ſequitur. [Quoniam.]ver.
[Ad gehẽnam.]j̃.eo.porro.j̃.de ſimo.per tuas.iij.[Sicut nec cõ-
ſanguinitatis.]ver.[Non mouetur.] ſcilicet contra conſcientiã
debet debitum exigere,vel ſoluere. [Secundo vero.] & eſt ſubdi
uiſio & ſub §.[Aſſertio.]ſcilicet eorum,qui dicunt probationes
eſſe admittendas ante reſtitutionem.s̃.eo.ver.aliis aſſertionibus.
[Clementis Papȩ.]s̃.de ordi.cog.c.j.[A quo.]ſcilicet Clemente.
[Quadam petẽte,qui.]ſcilicet vir.[Sic inquiſitioni.]ver. [Priuſ-
quam ad diffinitionis]&c.ergo non fit reſtitutio quouſque pro-
bationes ſuper cõſanguinitate obiecta fuerint receptæ,vt dixerũt
ſecũdi.[Procedatur]ſic,quia differtur reſtõ, nec mirum,nec no
uum cum in multis &c.vt ſequitur.[Cum in multis.]ver.[Caſi
bus]de qubus no.s̃.e.ex tranſmiſſa.& in ſumma.eo.ti.§.quando
facienda.ſub §.in caſibus autem.[Secũdum canonicas ſanctio-
nes.]hic continua.§.j̃.eo.§.porro.¶ Porro]iij.pars.In qua impu
gnatur prima opinio,& ſecunda approbari videtur, d.tamen.n.
ſcripſit ſic.hic porro &c. Hic ĩcipit impugnare,& quaſi reproba
re tertiam opinionem quibuſdam rationibus, & loquitur tantũ
allegando quamuis allegationes veriſimiles ſint do.n [Noticiã]
q.d.certa eſt inde.Secus ſi titubaret.j̃. de ſent.excõ. inquiſitioni.
[Præſertim.]i.tantum.ſecundum quoſdam. Alij dicunt.i. maxi
me.j̃.de conſan.non debet.& hanc vltimam expoſitionem ma
gis approbauit d.n.dicens,ꝙ id eſt ſi conſanguinitas conſtitutio-
ne prohibita opponatur.Tu dic vt no.j̃.eo.§.ꝓpterea.[Lex diui-
na.]dic,vt no.s̃.e.rñ.j. ver. reſcripto. & no.ꝙ ex quo probationes
offeruntur paratæ ſemper differtur reſtitutio quãtum ad carna-
lem copulam.Etiam ſi gradus prohibitus ſit canonica lege tan-
tum. multofortius tamen ſi diuina, vt j̃. ſeq. ſecundum B.Po
teſt tamen in hoc notari differentia, quia gradus canonica tan-
tum lege prohibitus nunquam reſtitutionem impedit niſi pro-
bationes offerantur paratæ,prohibitus autem diuina lege ipſam
impedire poteſt ſine probatione aliqua, quia poteſt eſſe notoriꝰ
vt patet.j̃.de diuor.porro.§.j.& ſic poteſt ſaluari tertia opinio.vt
tamen hoc æſtimet bonus iudex,ar.s̃.tit.j. paſtoral. ad fi.[Quod
non eſt ex fide.]i.conſcientia.xxviij.q.j §.ex his.j̃. de præſcript.c.
5 fi.ſic † ponitur hic fides pro conſcientia.habet & multas alias ſi-
gnificationes.Vnde verſus.Baptiſmus xlv.di.de iudȩ.caſtus, xxv.
q.ii coniuges.ſecurus, xxiii.q.j.noli Conſcius,vt hic.xxviij.q j.§.
ex his.equus.Inſti. de act.§. actionum.vbi ponitur pro æquitate,
ſeu exuberantia actionum.fidus.j̃.depoſi. bona fides.legalis.Inſt.
de rerũ di.§.venditæ.ſimplex.xxij.q.iiij.innocens.collectio. xxiiij.
6 q.j.hæc eſt fides.s̃.de ſum.tri. c.j.credens. Gregorius. † fides nõ ha
bet meritum,cui humana ratio prȩbet experimentum.ſicque ꝓ
babilitas.ff.de acqui rerum do.qui bonȩ fidei. ſubaudi voce tenẽ
tur.[Ad gehẽnam.]s̃.c.§.j.ſub.§.primi.ver. quoniam.[Fruſtra.]
ver.[Cum illa.]ſcilicet vxor.[Contra Deum.]contra quem ne-
mini obediendum eſt etiam papæ,xi.q.iij.Iulianus.& c.ſi domi-
minus.quod dic,vt plene no.s̃.de tempo.ord.ad aures.§.j. [Excõ
municationem]ſecundum ꝙ diſtinguitur.j̃. de ſent.excom.in-
quiſitioni.j̃.e.§.quod ſi non habeat.[Sicque.]ver. [Occurreret]
ſi diceremus reſtitutionem faciendã. [Perplexa] ſed perplexitas
7 eſt vitanda,vt j̃.de app.interpoſita.in fi.hæc tamen perplexitas ex
defectu ſcientiæ accidit. nam peritus & intelligens haberet vias,
per quas hanc perplexitatem vitaret,xiij.di.nerui.ſecũdum Gof.
[Propter ſententiam]reſtitutionis viro adiudicatæ. [Vnde con
tingeret.]verſ.[Laqueus] quem eccleſia parare non debet,xxvii.
q.j.de viduis.ij.[Non poſſent.]conſcientia impediente, nec ſub-
audi aliter impediente cauſa matrimonij pendente alteri &c.
¶ Propterea.iiij.pars.& dic.Propterea.ſubaudi,vt prædicta abſur
ditas euitetur [Melius.]i bonum,ſi.j̃.c.§.in fi. nam aliud ſentire
malum eſſet.& ſic Inno.incipit hic diffinire quæſtionem. & cir
ca ſolutionem facit diſtinctionem breuem, & eſt hoc primum
membrum.[Præſertim.]iſtud prȩſertim duobus modis exponi
tur.ſ.i.tantum,vel i.maxime, vt s̃.eo c.§. porro.Tu tamen potes
dicere,quod qualitercunque exponatur illud certum eſt,ꝙ vbi
ſolus gradus diuina lege prohibitus opponitur,& offeruntur pro
bationes paratæ differtur reſtitutio,vt hic dicit.ſi vero probatio-
nes paratæ nõ ſint,& vxor,quæ reſtituenda petitur, dicat,non eſt
audiendus

**audiendus propter** duo ſimul iuncta. Primum eſt, quod clande-
ſtina fuerunt ſponſalia. Secundum eſt, ꝙ inter me & te tale eſt
impedimentum canonicum. propter quæ duo non ſum tibi re
ſtituenda, quia per primum liquet, ꝙ non habuiſti legitimã poſ-
ſeſſionem corporis mei, per ſecundum vero ꝙ non poſſum tibi
ſine peccato mortali carnaliter commiſceri. in tali inquam ca-
ſu poteſt dici, ꝙ & ſi non offerantur probationes paratæ ſuper
impedimento canonico quocunque oppoſito. erit tamen reſti-
tutio differenda, & probationes quando haberi poterunt recipiẽ
dæ erunt infra certum tamen tempus arbitrio iudicis limitan-
dum, vt malicijs occurratur, ar. extra d.n.e.ti. frequens. §. ſoler. &
ſequenti. li. vj. & ſic etiam poteſt intelligi ſine calumnia, ꝙ poſ-
ſeſſorio ageretur. s̃. de or. co. c. j. quod dic, vt no. j̃. e. ex parte. §. j. ſu
per verbo, cauſam poſſit matrimonij. ante fi. ipſius gl. ver. & hoc
vltimum. & ſeq. vſque in fi. & de hoc no. s̃. eo. ex tranſmiſſa. rñ. j.
& reſpectu iſtius caſus omnino exponendum eſt, quod hic dicit
pręſertim. i. maxime, ar. j̃. de clan. deſpon. c. iij. §. ſi quis vero. &
§. pari modo. [Diuina lege.] dic vt no. s̃. eo. §. porro. rñ. j. ver. ex re
ſcripto. & in præceden. gl. [Incontinenti.] Hic patet, ꝙ licet ſpo-
liator velit probare incontinenti exceptionem ſuã, tamen ſpo-
liatus eſt prius reſtituendus, niſi periculum animæ immineat.
nam licet offerantur hic probationes, mulier tamen nihilomi-
nus reſtituitur quo ad omnia, excepta carnis copula, quæ excipi-
tur, vt animarum periculum euitetur. Taceant ergo qui ſcripſe-
8 runt, ꝙ † vbi offeruntur probationes eſt reſtitutio facienda, argu.
ff. ad exhi. l. iij. §. ibidem. & ff. vt in poſ. le. ſi is, a quo. cum ſuis con
cor. quæ non obſtant, quia loquuntur, quando non poſſeſſoriũ,
ſed petitorium intentatur, ſecundum d.n. vel non loquuntur,
quando agitur de poſſeſſione acquirenda, ſed adipiſcenda, vt
no. s̃. e. §. j. ſub. §. j. [Paratæ.] ſola quæ ad commixtionem &c. vſq;
ad differenda, vt j̃. ver. ſola. [In cęteris] &c. vt hic ſequitur, & dic
in cęteris. vt præter carnalem copulam, alia quædã ſibi exhibeat
circa familiaria obſequia tanquam vxor, puta lauando caput,
& pedes, parando commeſtionem, res ſuas cuſtodiendo, & ſimi
lia, ſecundum d.n. [Sed ad maiorem.] ver. [Iuramento recepto.]
9 † Hoc eſt notabile, ꝙ licet in cauſis matrimonialibus, & alijs ſpi-
ritualibus de calũnia non iuretur. & eſt ratio, vt no. s̃. de iur. calũ.
literas. iuratur tamẽ de calum. ſuper exceptionibus poſtea emer
gentibus, ſi tñ per eas ius alterius impugnetur, vt hic patet, & s̃.
de elect. cum dilecti. §. nos vero. vbi de hoc. j̃. de deſpon. impu. at-
teſtationes, & ar. j̃. de teſti. pręſentium. ff. de dam. infec. qui bona.
§. ſi quis ſtipulaturus. ff. qui ſatiſda. cog. de die. §. iubetur. Sed con-
tra, quia non eſt iurandum, niſi ſemel in totalitate. C. de iuramẽ.
cal. auth. hoc ſacramentum. & illud extenditur ad omnia, vt ibi
dicit. Sol. Illud locum habet in cauſis, in quibus iuratur de ca-
lumnia, & in his, quę occurrunt poſt litem conteſt. & iuramen-
tum præſtitum. Porro vbi non iuratur, præſtatur in exceptioni-
bus, & in omnibus his, quæ ante lit. conteſta. occurrunt, ſiue in
principali iuretur dę calumnia, ſiue nõ, cum & ante in principa
li de calum. non iuretur, C. de iura. calũ. l. iij. Sed & quãuis iuratũ
ſit de calumnia in principali. nihilominus quandoque hoc iura
mentum præſtatur poſtea, vt patet. j̃. de teſti. præſentium. ſecun-
dum B. Quæ autem ſit ratio quare in exceptionibus quando de
ſpirituali agitur iuratur, no. in ſum. de iura. calu. §. & in quibus.
ver. quare ergo iuratur. Alij dicunt quod hic non iuratur de cal.
10 ſed de malitia. † Differunt autem hęc duo iuramenta inter ſe, vt
ibidem no. & extra. d.n. de teſti. ad hæc præſentium. alias non eſt
ad hæc. rñ. j. ver. fi. [Sola.] ver. [Cum vtriq; ſit melius.] i. bonum.
fi. s̃. e. §. in prin. [Taliter.] i. tutius. q.d. Bonum eſt admittere pro-
bationes paratas, & ſic maturare ſententiam, per quam expediẽ
tur, malum autem eſſet reiicere, & ſic per conſequens negotium
differre, cum oporteat matrimonium accuſari, & dilationes da-
ri. Et ſic pendente negotio manebunt coniuges impediti, qui
probationibus receptis de facili poterunt expediri. Vel dic tali-
ter, ſcilicet facta reſtitutione in cęteris ſaluo thoro. [Taliter]. ſ.
cœterorum. & etiam thori. ¶ Quod ſi nõ habeat.] v pars, in qua
ponitur ſecundum membrum diſtinctionis. [Incontinenti.] C.
de compen. l. fi. ff. vt in poſ. le. ſi is, a quo. [Expectat.] alias expetat.
i. valde petat. [Quia præſumitur.] ver. [Contra eam] ſ. mulierem.
Et ex hoc liquet, quod mutauit caſum. nam. s̃. in princ. c. ponit,
quod mulier accuſat matrimonium, & vir excipit de ſpoliatio-
ne, hic autem ponit caſum conuerſum ſcilicet, ꝙ vir agit & mu
lier excipit. [Plenariam.] nedum quo ad mutuam ſeruiturem,
ſed etiam quo ad thorum. [Compelli.] ergo vir agebat, nam
ex vi exceptionis propoſitæ non compelleretur, s̃. de ordi. cogni.
cum dilectus. §. fi. [Quam tamen.] verſi. ſ. cenſuram. [Ipſa.] ſcili-
cet mulier. [Negando.] ſcilicet conſcientia remordente, s̃. eo. §.
porro. [Tollere.] hoc intellige ſecundum diſtinctionem tradi-
11 tam, j̃. de ſen. excom. inquiſitioni. Et ex hoc patet, † quod eccle-
ſia militans quandoque errat in ſententia. j̃. de ſenten. excom.
a nobis. ij. tenet tamen quantum ad ipſam militantem. xi. q.
iij. c. j. ſed non quo ad triumphantem. xj. q. iij. quomodo. & c. ſe.
niſi contineatur, tunc enim omnino incipit ligare. xxiiij. q. ii.
notandum. in fi. xj. q. iij. §. ſi ergo. & §. cum ergo. Sed quid ſi hæc
12 † mulier iniuſte legata quo ad Deum moriatur, nũquid eſt ſepe-
lienda? Videtur, ꝙ ſic, ar. xxiiii. q. iii. ſi quis non recto. Sed contra-
rium eſt, & quantum ad eccleſiam ligata eſt, quæ non iudicat de
occultis. & j̃. de ſimo. ſicut. in fi. & cui non communicat viuæ
vel mortuæ, ſibi tamen vilis non oberit ſepultura. j̃. de ſepultu. ſa
cris. & hoc eſt verum niſi in morte fuerit abſoluta. vel pœnitẽ-
tiæ appareant certa ſigna, tunc enim ſepelitur. j̃. de ſen. excom. a
nobis. ij. Et qualiter viua abſolui cum iurare debeat de ſtãdo mã-
datis eccleſiæ, & ſtandum ſit ei in mandatis, quod viro debitum
reddat, quod tñ nullo modo faceret, & iudex hoc bñ nouit. Ideo
facio hic tale inſolubile, ꝙ in tali caſu non debet exigi iuramen
tum, j̃. de cohabi. cleri. & mulie. clericos. Sed nec ſine iuramen-
to abſolui debet ſecundum opinionem quam ſequor. j̃. de ſen.
excom. cum deſideres. & ſic vnum eſt impedimentum alterius,
ſic j̃. de app. interpoſita. §. fi. Sol. Iurabit ſtare mandatis eccleſiæ,
quæ non ſunt contra Deum, ſiue contra animam ſuam, quia
nec ad alia obligatur, vt legitur & no. s̃. de maio. & obe. quod ſu-
per his. s̃. de offi. archi. c. fi. §. j. & ſic abſoluetur, & ſi moriatur ſepe
lietur. Si vero conualeſcat & iniũgatur ei, quod debitum reddat
non deierat ſi non obediat, vt hic patet. Ad inſtãtiam tamen vi-
ri iterum excommunicabitur tanquam inobediẽs & periura, vi
ro vero tacente, & dummodo vterque caſte viuat, ſatis poteſt
hoc iudex diſſimulare, & conniuentibus oculis pertranſire. Et
hoc in infinitum intelligas, ſcilicet ꝙ in tali caſu ſemper abſol-
uatur in articulo, & poſtea ad inſtãtiam viri excommunicetur,
& iterum abſoluatur, & excommunicetur ſecundum formam
ſuperius prælibatam. Sed poſt mortem eccleſia abſoluit, ſi certa
indicia appareant, atque ligat. xxiij. q. ij. ſane profertur. j̃. de heret.
ſi epiſcopus. & dic, vt no. j̃. de ſenten. excom. a nobis. ii. [Et tunc]
ver. ſcilicet oblatis probationibus. & paratis. & eſt ſi. extra, d.n. de
excep. pia. §. ſi vero poſtmodum. lib. vj. [Secundum formam ec-
cleſiæ.] ſcilicet vt iuret ſtare mandatis, vt legitur & no. s̃. de offic.
deleg. prudentiam. §. pen. & fi. [Abſoluetur.] ſubau. a vinculo ex-
communicationis. Nec credat, ꝙ ſtatim detur ei in mandatis,
ꝙ debitum reddat. [Sed] pro imo. [Anteq̃ fiat illi madatũ &c.]
& debito reddendo, & pro eo ꝙ fuit contumax, quia nõ rediit ad
maritum. [Procedatur.] ſ. ꝙ in alijs fiat reſtitutio præterquam
quo ad carnalem copulam ſm d.n. [Pręmiſſum.] s̃. e. §. pręterea.
¶ Si vero tanta.] vj. pars. in qua ponitur tertiũ membrum diſtin
ctionis, & continuatur ſic. Dixit s̃. ꝙ ſi mulier non habet proba-
tiones paratas, facienda eſt reſtitutio plenarie ſaluo thoro. Hoc
autem intelligas eſſe verum, quando non timetur de ſæuitia vi-
ri, vel quando timetur, ſed per cautionem mederi poteſt s̃. eo. ex
tranſmiſſa § j. & ſic continuatur iſte §. ſi vero tanta &c. [Sæui-
cia.] s̃. e. ex tranſmiſſa, s̃ vt lit. non conteſt. accedens. ij. d.n. [Tre-
pidanti] ne violenter vellet eam opprimere, ſaltem quando ne-
gat matrimonium, & eſt virgo. j̃. de proba. c. pe. j̃. de ſpõ. cum lo-
cum, vel ne velit eam interficere. j̃. de ſpon. præterea. i. §. j. xxxij. q.
j. de benedicto, ꝙ dic, vt plene no. s̃ e. ex tranſmiſſa. [Securitas,]
quia vir iuuenis eſt, & luxurioſus. j̃. de cohab. cleri. & mu. c. j. & c.
13 clericos & amore mulieris inflammatus. † Nihil enim eſt furore
amoris vehementius, in Auth. qui. mo. na. ef. le. § illud quoque.
colla. vj. vel quia mulierem odio proſequitur capitali. Satiſda-
tio autem animum maleuolum non immutat. Inſti de ſatiſda.
tu. §. fi. [Non debet illi.] ſ. viro qñ eſt cum eo. [Sed.] ſubau. etiã ſi
14 cũ eo eſſet deberet [Ab eo &c.] nam ſm leges † propter ſæuitiam
fit diuortiũ, in Auth. de nup. §. iuniores. ver. ſi igitur mulier tale
15 aliquid, & ſi propter hoc ſeparatur. nihilominus det reſtitui, † q̃a
*Turpius eiicitur, quam non admittitur hoſpes.*
& de iureiur. quemadmodum. §. ꝙ ſi poſt hmõdi. [Alioquin.]
ver. i. ſi non eſt ſeuerus maritus. nec obiicitur conſanguinitas di-
uina l. prohibita. Sic legitur ſm illos, quæ faciunt differentiam in-
ter gradum diuina lege prohibitum, & alium. ſed ſecundum ali-
os quæ non faciunt differentiam, expone alioquin. i. ſi non ha-
beat probationes paratas. ſm d.n. Immo dicas alioquin, ſubau. ſi
vir bonus hõ ſit ſimplex & rectus & timens Deum. In hoc eñ
caſu qualiſcunque gradus obiiciatur, & quantumcunque proba
tiones paratæ ſint. põt mederi per cautionẽ ſufficientẽ, & reſtitu-
tio fiet, vt ſequitur. [Sufficienti ſecuritatę &c.] Hæc oĩa ergo con-
ſiderata qualitate perſonarum arbitrabitur bonus iudex. ſic no. s̃.
ti. j. paſtoral. in fi. [Reſtituenda eſt marito.] Patet ex præmiſſis, ꝙ
quandoque nulla fit reſtitutio, vt patet in prin. huius. §. quando-
que vero fit quo ad thorum, vt s̃. e. §. propterea. Et in his duo-
bus caſibus poteſt ſaluari ſecunda opinio, quam habuiſti. s̃. eo. §.
j. ſub. §. ſecunda. qñq; vero fit ſimpliciter. s̃. e. §. ꝙ ſi non habeat, &
hic. qñq; vero fit quo ad omnia ſaluo thoro. s̃. eod. §. proprerea, &
quo ad hoc locum habet prima opinio, quam habuiſti. s̃. eo. §. j.
ſub. §. primi. Sed tertia opinio ſaluatur, quę dicit ipſam reſtitutio
nem qñq; faciendam, & qñq; denegandam, ſed quia pro ipſa ter
tia opinione nihil induximus, bene eſt, vt de ipſa aliquid dicam⁹,
& ſic reuertaris. s̃. e. §. opinioni. ¶ Opinioni.] vii. par. [Vltimę.] co
rum. ſ. qui eligentes mediam viam, qñq; dicũt reſtitutionem pri-
mo faciendam, qñq; penitus denegandam, vt s̃. §. j. ver. nonnullis
vr̃ &c [Diuina lege.] dic, vt no. s̃. rñ. j. ver. reſcripto. [Sed conſtitu-
tione.] ver. [Interdictis.] . ſ. gradibus. [Humana.] . i. canonica, quę
reſpectu eorum quæ continentur in nouo & in veteri teſtamẽ-
to humana dr̃, ſed diuina cẽſetur, quo ad obſeruationem & obe-
dientiam, & reſpectu ciuilis legis, quæ & reſpectu canonis huma
na appellatur, vt hic probatur, & s̃. de iura. cal. c. j. §. propterea. ver.
nos igitur vtiq;. [Locum habeat.] Hæc fuit opinio magr̃i Petri
de Bolio, ſiue borliaco. ſed non eſt vera, cum Papa, qui ſolus in
hoc diſpenſat, vt j̃. de conſan. non debet, non intendit ad præce-
ptum iudicis diſpenſare, quia nec ſemper vtitur ſua poteſtate, q̃-
uis hoc facere poſſet, ſi vellet, j̃. de conceſ. præben. propoſuit, & ad
de, quod no. j̃. de teſti. licet ex quadam. § fi. ſuper verbo, dimittere
copulatos. ſic ep̃s diſpenſare poteſt cum fornicatore, s̃. de iudi. at ſi
clerici. j̃. de cleri. ꝯiu. ſane. ij. & tñ ſi ſine diſpẽſatione ordinatur, de
ponitur. l. j. di. quæ in aliquo. Vel alias punitur, vt patet in eo, qđ
le. & no. s̃. de elec. nihil eſt. Eſt tñ cõtrarium ar. j̃. de conſecra. ec.
aqua. s̃. de ſup. ne. ꝑ. literas, vbi de hoc. [Cum illis.] ver. ſ. diuina le-
ge prohibitis. [Et in iſtis.] . ſ. prohibitis conſtitutione humana.
[Gregorius]. xxxv. q. iij. quædam lex. [Et multi alij.] vt patet j̃. de
conſan. ꝙ dilectio. & c. quia circa. [Vnde non peccat.] ver. [Ad
mandatum eccleſiæ.] quaſi videatur tacite diſpenſare ſicut ma-
giſter P. de bolio ſentiebat, ſed falſum eſt, vt s̃. no. quamuis autẽ
per hanc opinionem male fulciatur hæc tertia ſñia, comproba-
tur tamen per Inno. ſm cuius diſtinctionem qñq; fit reſtitutio,
qñq; non, vt no. j̃. eo. c. in fi. vbi iſte §. fuit continuatus. ¶ Nos au-
tem.] viij. pars. [Reprobamus.] ſubaudi, expreſſe & indiſtincte,
imo cum diſtinctione approbamus, quod dic, vt plene no. in ſũ.
eo. ti. §. quãdo facienda. ſub. §. ſed & vbi vir. & ſub §. cum quęritur.
[Præiudicium.] imo ſaluãtur, & ſic affert auxilium, nihil aufert.
[Ex noſtra reſponſione.] Curialiter loquitur, ſicut qñ magiſter di
cit ſine præiudicio melioris ſñiæ, ſm ꝙ habet vna litera j̃. de de-
ci. paſtoralis. & eſt ar. ꝙ antiquis deferendum eſt magr̃is, omnib.
enim iuris auctoribus æqua ꝓrogatiua ſeruatur, C. de ve. iu. enu. l.
j. §. his ita, & ar. xix. di. ſic omnes. xx. di. de libellis. in fi. Et tamen q̃
16 dicta eorum emendat † laudabilior eſt illo, qui primo inuenit, vt
in præd. l. §. ſed neq; noli tamen extolli, per hoc ipſum ſi melius
Deus reuelat, ix. di. noli. in fi. in quo caſu ſedens prior taceat, xcv.
di. eſto ſubiectus. in fi. ſm Gof. quod dic, vt no. j̃. de ſacra vnctio.
c. vnico penul. [Quamuis præſcriptum ad poſſeſſorium.] cui re-
gulariter nulla obſtat exceptio. [Reſponſum.] . verſi. [Ad petito-
rium] ſic ergo ſolutio, quam facimus tota die dicentes aliud in
poſſeſſorio, aliud in petitorio, hic euidenter per dominum Inn.
comprobatur.

*S V M M A R I V M.*

1 *Matrimonium cõtractum infra annos pubertatis non eſt matrimonium ætate prohibente.*
2 *Poteſtas & uoluntas adinuicem ſe impediunt.*
3 *Sponſalia per uim contracta non ualent.*
4 *Sponſalia quæ propter defectum ætatis nõ tenent curſu tẽporis conualeſcunt.*
5 *Patruus nomine neptis contrahere non poteſt.*
6 *Nemo ſine licentia epiſcopi debet contrahere.*
7 *Minor annis, in quibus caſibus admittitur tanquam maior.*
8 *Matrimonium contractum cum paupere garula & litigioſa muliere non diri mit talis error.*
9 *Maior xxv. annis poteſt permittere ſe uenundari, ad precium participandum.*
10 *Minor cenſetur maior in cauſa matrimonij & in ſpiritualibus.*
11 *Reſtitutio eſt facienda in modum, & ſpeciem.*
12 *Impedimentum ſuperueniens agentem repellit.*
13 *Petens reſtitutionem coniugis quid probare habeat.*
14 *Vxorem uocans, & tenens de iure ciuili præſumitur matrimonium.*
15 *Canonicus qualiter quis probetur.*
16 *Mercenaria auditur conquerens de domino ſuo ſed non ancilla.*
17 *Mercenarius ſibi acquirit, ſeruus domino.*
18 *Seruus venditur, & non mercenarius.*
19 *Viro non licet ſuam turpitudinem allegare.*
20 *Conditio poſſidentis potior eſt in cauſa turpitudinis.*
21 *Poſſeſſio matrimonialis, an per ſolam traductionem acquiratur.*
22 *Liber homo ex ſui natura poſſideri non poteſt.*
23 *Præſumendum ſemper eſt pro matrimonio.*

## CAP. XIIII.

EX parte. [Conſtitutam.] imo infantem, quia
nondum ſeptem annorum. &c. vt ſe-
quitur. [Patruus.] alias frater patris. [Nondum ſeptẽ
annorum.] & ita nihil egit cum ætas impediret. j̃. de
deſpon. impu. literas, & c. acceſſit, & eſt hic expreſſum arg. ꝙ vbi
1 quis † contrahit matrimonium infra annos pubertatis nõ eſt ma
trimonium ætate prohibente neque ſponſalia, quia hoc non in-
2 tendit, & † ſic poteſtas, & voluntas ad inuicem ſe impediunt. ff. de
dona. inter vi. & vxo. cum hic ſtatus. §. pe. & s̃. de offi. dele. cum ſu
per abbatia. Sed contra, quia in hoc caſu & ſi non ſit matrimo-
alioquin per procuratores non ageretur,ſicut hic fit.ĵ.de accuſa.
veniens.§.licet. Item nec poteſt dici, ꝙ iſti procuratores admiſſi
fuerunt ad proponenda hæc crimina proſequendo appellatio-
nem ſuam,quia non appellauerunt, nec electus appellationem
ſuam quam fecerat,fuerat proſecutus,vt ĵ. §.j. ſm d.n. cuius eſt
hæc tota gl.& adde quod no.ſ̃.de ordi.cog.cum dilectus.§.fi.Ve-
runtñ quicquid dicat ex quo electus appellauerat cauſa erat de-
lata ad curiam.vt patet in eo, quod legitur,& no.ĵ. de accuſa.cū
dilectus . & quamuis electus ipſam non proſoqueretur , nihilo-
minus

ADDITIO.

a ¶Sine mandato.Adde do. Abba.hic in primo no. cui Andre. Sicu.addit
Ro.conſi.lx.

minus tamen alij, quorum intererat ipſam proſequi poterant,
& debebant, vt patet in eo quod legitur,& no. extra.d.n.de elec.
ſtatuimus.ĩ.de appel.oblatæ.quare patet,ꝙ hi quorum intererat
proſequendo appellationem ab electo factam hæc & alia cri-
mina proponere poterant. & ꝙ non ſequitur concluſio, quam
intendit facere idem d.n. [Crimina] ſ.dilapidatio,excõmunica
tio,periurium, & defectus ordinis, & ꝙ non confirmatus admi
niſtrauerat. hæc enim omnia, ſicut patet in integra contra ele-
ctum ꝓponebãtur in modum exceptionis, & ſic erat quæſtio ci-
uilis,licet de crimine ageretur,quod dic,vt plene not.ĩ.de acc.ſu
per his.& c.accedens. §. fina.s̃.de procur.tuę. [Epm] ſ.electum.
¶ [Quiuis autem] ij.pars.[A grauamine.] quod inferebat ei al-
tera pars.extra iudiciũ,vel in iudicio,quia ſuper hoc plures ema
nauerunt commiſſiones ſecundum Ber.non tamen fuit appel-
latio,ſed prouocatio ſi extra iudicium factũ fuit, ĩ.de appel.cum
ſit Romana,§.ſi vero a grauamine. Tu dicas,ꝙ appellatio fuit; &
& expone,quod hic dicit. [A grauamine.]ſubaudi a iudicibus ſi-
bi illato. [Ad inſtantiam aduerſæ partis]&c. ſic plana eſt litera.
[Appellauerat.] de appellatione facta extra iudiciũ no.s̃.de ma-
io.& obed.c.dilecti filij.& ĩ.de app.cum ſit Romana. & c. conſu-
luit.& c.ad audientiam.& c.conſtitutis. ij. & c. bonæ me.ſm d.n.
[Illis.]aduerſariis.[Proſecutus.] & ideo condemnatur in expen-
ſis,vt ĩ.in fi.ſic ĩ.de app.repræhẽſibilis.& c.ſæpe.& c.Nicolao.[Su-
ſpicio].ſ.præſumitur ꝯ differentes iudicia,vt hic. & ĩ.de preſump.
1 nullus dubitat.[Volentes].verſi. [Iuris ordine]†ſm quem ꝯ non
contumacem non eſt regulariter procedendum.s̃.de cauſa poſ.c.
j.s̃.vt lite non conteſtata.c.j. & c. qm̃.ſic non fuerat hic certa dies
aſſignata,nec annus elapſus.aliqñ ꝯ.ĩ.de app.ſæpe.& c.oblatę.Sed
ꝯ,quia terminus fuerat aſſignatus,vt ĩ.§.j.in prin. Ideo dicas ꝯ iu-
ris ordinem, qui alias de neceſſitate eſt ſeruandus, vbi terminus
in appellatione aſſignatus non eſt.[Obſeruare.] etiam & hoc de
gratia.& hoc innuit cum dicit volentes,quod poteſt facere iudex
s̃.de off.dele. conſuluit. immo ibi loquitur de hoc termino, qui
hic aſſignatur,& non de primo,qui nullus erat, quia in appella-
tione nullus terminus fuerat aſſignatus,vt dictum eſt.[Vſque ad
dominicam.]ſic s̃.de dila.c.fi.in fi.quod dic,vt ibi no. [Sufficien-
tem].i.legitime conſtitutum ad agendum,& rñdendum.s̃. de ꝓ
cur.c.j.& c.accedens.xxiij.q.v.de liguribus. ff. de procura. mutus.
§ pœnam [Accederet] i.compareret.[Reſponſurus.]non in die
dñico,ſed præcedenti,vel ſequenti non feriato. alias ꝯ. s̃. de fer.c.
fi.[Alioquin]. ver.ſubaudi niſi venirent.[Pro peremptorio.] al's
peremptorium.quod dic,vt nota.s̃.de dilat.c.i. [Quantum de iu-
2 re.] † a tali cõminatione appellari non poteſt,quia de iure fit.ff.
de iud.in peremptorio.s̃.de reſti.in int.tum ex literis.§.fin. a com
minatione autem facti appellari poteſt,ĩ. de app. cum ceſſante.
¶ [Expectãtibus].iij.pars.[Aduerſariis.] hodie determinatum eſt
tp̃s xx.dierum.extra.do.n.de elec.ſtatuimus.lib.vj. [Ipſum.].ſ.ele-
ctum.[Terminum.& hoc eſt,quod ei imputatur,ĩ.e.§.præterea.
[Sed ipſe] ver. ſ.electus. [Simplicem.] & hoc eſt etiam, quod ei
imputatur,ĩ.e.ver.ſed ꝯtra.& §.fi.[Scribebat] ver. [Enim]. ſ. ele-
ctus.[Cui].ſ.nuncio.[Recederet.] ſumitur ex parte nuncij. [Vi-
3 ua voce.]No.ꝙ † non ſolum per literas, ſed etiam viua voce, &
etiam per nũcium fieri poteſt citatio ſicut excuſatio,vt hic, & ĩ.
de app.cum parati.& s̃.de of. del.prudentiã.[Sero receperat] i.tar
de.ſi.s̃.de dila.c.fi.§.pe. [Breuitatem.]hæc ſecunda excuſatio ſu-
mitur ex parte termini. [Diſcrimina.] hęc tertia excuſatio ex
parte excuſantium ſumitur,ĩ.eodem.§.fina. & eſt ſimi. ĩ. de ac-
cuſa.veniens §.j. [Præſentare.] & ideo non videbatur contumax
ſicut allegabatur,ſed potius excuſandus.[Sed contra hoc] verſi.
[Sicut dirigere.]Hæc allegatio non eſt indiſtincte vera, talis.n.ex
cuſaret,qui procurationem non reciperet. Inſtit. mandati. §. re-
cte.ff.commodati.in commodato. & facilius potuit deliberare
circa excuſationes quam circa principale,s̃.de dilat.c.fi.§. penul.
ſed ideo non excuſatur, quia appellationem ſuam proſequi ne-
glexerat,& quia diu poſt terminum expectatus fuerat,quia nihil
rõnabile prætendebat.[Reſponſalem].ſ.ſufficientẽ. & ex hoc vr̃,
ꝙ ſi aliquis ſit iuſto impedimento detentus, ita ꝙ venire non po
teſt,nihilominus tenetur mittere procuratorem, ad idem v.q.iij.
ſi epi.ęgrotans.vbi de hoc xviij.di.ep̃s.& c.placuit.lxv.di.ſi quis in
metropolitana.& expreſſius ĩ.de ap.ſi duobus.reſpon.j. & eſt ſi.s̃.
de elec.bonæ.j.§.ꝯ.in fi.ĩ.de app.conſtitutus.§.intellecto.ver.cum
ſicut.Sed ꝯ,quia ſufficit mittere excuſatorem.s̃.de procur. quere-
4 lam.vbi de hoc.† nam reuocatur ſñia,ſi probetur iuſta abſentia,
vt ibi,& ĩ.de re iud.cum Bertoldus.§.poſtmodum. ff.de dam. in-
5 fec.l.ſi finita.§.ſi forte.vij.q.j.præſentium.† Sed & ægritudo diem
ꝓrogat. vnde ſi ꝯ ægrotum ſñiatum fuerit, iudicatum non vr̃.
ff.de re iud.quæſitum.Nec ꝯ abſentem eſt ex cauſa probabili pro
cedendum,s̃.de offi.deleg.conſultationibus.Item ſi impeditus co
geretur procuratorem mittere hæc abſurditas ſequeretur, quia
ſic non eſſet dr̃ia inter abſentem ex iuſta cã & neceſſaria. vel ex
iniuſta & voluntaria,ſi.n.non vult intereſſe,ſufficit, ꝙ procurato
rem mittat,ff.de proc.l.j.Abſenti.n. ex neceſſitate generaliter ſub
uenitur.ff.ex quibus cau.ma.ſed & ſi.§.j.So.dixit Vinc.ꝙ reus cita
tus ad cauſam & impeditus.ſi ardua eſt,non cogitur mittere ꝓcu
ratorem,ſed ſufficit,ꝙ mittat excuſatorem, s̃. de procura. quere-
lam. Niſi perſonaliter citetur, vt hic ſequitur. actor vero ſemper
tenetur mittere,ff.de diuer.& temp. præ. l.j. quod verum non eſt
6 indiſtincte,†actor vero non cogitur præciſe agere. C.vt nemo in
uitus agere vel accuſare,in rubro & nigro. Sed ne fiat ei præiudi-
cium quoad præſcriptionem cogitur indirecte, ſi damnum vita
re velit procuratorem conſtituere, qui ſaltem litem conteſtetur,
& ſic interrumpat præſcriptionem.& ſic intellige.ff.de diuer.prę.
ſcri.l.j.Per iudicem autem non cogeretur,vt dictum eſt. reus au-
tem impeditus non cogitur procuratorem mittere, ſi cauſa ſit ar
dua,vt s̃.no. Quomodo enim imputatur alicui ſi procuratorem
7 non mittat? †Nullus cogitur fieri procurator. Inſti. mandati. §.
ſicut.§.recte.& argu.ff.commodati.in commodato.ſic igitur.ſm
hoc poteſt argui. Si impeditus nõ veniat non eſt imputandum,
quia non poteſt.Si procuratorem non mittat, non debet impu-
8 tari,quia nec aliquem cogere poteſt. †Nemo autẽ tenetur ad im-
poſſibile,ff.de reg.iur.impoſſibilium.s̃.de pac.c. fi. quod ar.neceſ-
ſarium eſt,niſi fraudulenter allegetur aliquid. So. non veriſimile
eſt,ꝙ ep̃s,vel aliquis potens homo, vel diues procuratorem inue-
9 nire non poſſit. Nam †potentioribus pares eſſe non poſſumus,
ff.de alie.iu.mu.cauſa fac.l.iii.reſpon.j. & neceſſe eſt in licitis obe
10 dire.s̃.de ma.& obed.cap.ij.& iii.† Sed pecunię obediunt omnia.
eccleſiaſtes.x.G.Pauper ergo & impotens ſi dicat ſe ꝓcuratorem
inuenire non poſſe, neceſſe habet iudex exaudire, licet ſæpe con
trarium accidat.xj.q.iii.pauper. Ideo ergo electus non fuit hic ex-
auditus,quia omnino præſumitur ꝯ ipſum, quod dic,vt no.in ꝓ-
ceden.glo. Quid ergo ſi pauper ſit perpetuo impedimento impe
ditus,licet hic notatum ſit indiſtincte, ꝙ tale teneatur ꝓcurato-
rem mittere,qui cãm ꝓſequatur,tñ pauperẽ qui nihil fingit. Sed
eſto oĩno impotẽs pp efficaciã prædicti ar. ꝑpetuo excuſabo.Quid
ergo fiet?Dic,ꝙ iudex vel vadat,vel mittat delegatũ ad ipſum,ar.
ĩ.de teſt.co.c.ii. Et de plano ac celeriter expediatur cã ex officio.
in Auth.de man.prin.§.ſit tibi.coll.iii.q̃ ex quo tantã ꝑmittit pau
pertatẽ per ceſſionem bonorum de facili poterit in ciuilibus ex
pediri,ĩ.de ſol.Odoardus. ſed hoc iuncto dicas de aliis,vt no.s̃.de
11 proc.querelam.[Cum ei].ſ.electo.[In propria perſona]. † quod
hodie delegatus a Papa facere non põt,niſi in caſib. quod dic, vt
legi.& no.extra d.n.de iud.iuris eſſe ambiguum.li.vi.[Duntaxat]
quia tunc excuſaretur pp impoſſibilitatem ſuperuenientẽ, cum
ꝑſonaliter requiratur,s̃.de offi.dele.qm̃ apoſtolica.§. is aũt. [Ve
procuratorẽ].exemplum de vtroq; s̃.de ma.& obe.c.fin.¶ [Præte
rea]iiij.pars. [Duo ſub hac forma]. hoc ſumptum fuit ex lege ff
de arb.celſus.& eſt ſi.s̃.de reſt.ſpo.c.fi.viii.di.quo iure.s̃.de offi.dele.
le.cum ſuper.Ar.ꝯ.ĩ.de ſpon.ſicut.ff.de cond.& dem. hæc condi-
tio.& l.hæc ſcriptura,ff.de le.iii.ea tñ adiectio.Inſt.de verbo. ob.§
oĩs.ff.de cõ.inſt.ſi qs inſtitutus.[Tenetur nihilominus]Ex hoc vi
detur,ꝙ ſi Romę ꝯſtitutus ꝓmittã centũ Carthagini me daturũ,
ꝙ tñ naſcatur obligatio.nã & ſi hodie non poſſim,potero tñ po-
ſtea poſt tp̃s.Hoc tñ falſum eſt,vt Inſti.de ver. ob. §.loca. ꝑterq̃ in
caſu.ff.de uer.ob.l.fi.§.ſi inter eos.Rñdeo in eo ꝙ oppoſitũ eſt,vna
eſt oblĩo tm̃,& tota impoſſibilis,& iõ nullo mõ tenet.Vel ad mi
nus primũ eſt impoſſibile,ex quo ſm ſequitur,& iõ locũ hꝫ ff.de
reg.iu.cũ principale.Hoc aũt eſt vnũ mandatũ duo ꝯtinens in ſe
poſſibilia.& iõ ad vtrunq; obligatur.vñ & ſi poſtea primũ ei defi
ciat,tenetur nihilominus ad ſm. Si.no.s̃.de reſcri. ꝯſtitutus. Ab-
ſurdũ .n. eſſet indiſtincte ſentire, ꝙ ſi citatus ad diem non poſſet
comparere in die,ꝙ propterea,omnino eſſet liberatus, vt non te
neretur poſtea comparere. Quid ergo ſi iudex mandat alicui, ꝙ
corã eo ꝯpareat tali die,& eſt impoſſibile citato tali die cõparere,
nunquid dicemus mandatum inutile omnino pp impoſſibilita
tem?non. Nec obſtat lex ſuperius allegata, quia aliud in ꝯctu,vt
12 ibi,qui voluntarius eſt.C.de acti.& ob. ſicut. Aliud † in mandato
13 iudicis,quod neceſſarium eſt,xiiii.q.j.quod præcipitur.Ideo†& dr̃
ꝙ iudicium redditur etiam in inuitum,ff.de verb.ob. inter ſtipu
lãtẽ.§.j.& adde,quod no.ĩ.e.ſuper verbo præſentare.[Iudici.]q̃ ci-
tius poterit,& ſic apparet,ꝙ cum diu expectatus poſt terminum,
vt s̃.eo.§.pro.in prin.non venerit,ei eſt imputandũ, vt ĩ.§.j. [Præ-
ſentare]. Hoc allegando dicit,vel tunc habet locũ hoc,cũ ſcit ad-
uerſarium corã iudice permanere, & maxime in cã electionis,
vbi periculum eſt in mora.s̃.de elec. cũ inter vniuerſas. alioquin
14 quare irẽ nam † ſi fuit vno impedimento detentus, circũducitur
perẽptorium,ff.de iud.& poſt edictum.& ſic fruſtra fatigaretur la
boribus,& expenſis cũ ius eũ liberũ reddat,vt ibi,& ff. ſi quis cau-
ti.l.ij.Si aũt nullo iuſto impedimento detineatur,nec aliquã legi
timam excuſationem habeat,tunc ſimiliter ꝑciſe venire nõ tene
tur,quia ſiue poſtea venerit, ſiue non ſemper ad expenſas legiti-
mas ꝯdẽnatur,vt ĩ.§.j.Et hoc ſufficere debet. Nec obſtat lex, quã
inducit,ff.de arbi.celſus.quia aliud eſt in ſolutione,de qua eadem
lex loquitur,a qua liberatur debitor etiam inuitus quandocun-
que & a quocunque nomine ipſius fiat,ff. de neg. geſt. ſoluendo.
& l.cũ pecuniã.ff.de ſol.ſi pro me.& l.ſoluere.& l. ſi debitor tuus.
& aliud in illo,qui comparere tenetur corã iudice, a quo nulla-
tenus



tenus liberatur,nec per ſe nec per alium ſi tempore idoneo non
comparet.Alii tamen dicunt, ꝙ non ſolum in termino, ſed &
poſt terminum comparere tenetur, etiam ſi in termino fuerit
impeditus,immo & tunc maxime vt dicat excuſationem abſen
tiæ,ar.iiij.q.v.c.j.v.q.iij.c.j.& ĩ.de accu.veniens.§ licet.Et etiam ad
hoc,vt ſi aduerſarium inuenerit cũ eo in iudicio procedatur, vt
hic ſm d.n.cuius eſt mens totius huius gloſ. Poteſt & illud dici,
ꝙ iſtud allegatio eſt,vt dixit d.n.nec cõtinet ius commune. Nec
obſtat,quod dicitur.ĩ. eo.ver.j.Quia ibi obligatus ad ſoluendum
ante prępceptum,& poſt diem ſibi datum remanet obligatus.Por
ro hic non eſt obligatus ad comparendum antequam citetur.
Nec obligatus niſi ex forma citationis,& ideo de elapſo non re-
manet obligatus ad comparendum quamuis puniri poſſit de cõ
15 tumacia.†Tertij diſtinguunt inter conſiſtorium papæ vel alteriꝰ
ordinarij,in quo habet locum, quod hic dicitur, & conſiſtoriũ
delegati,in quo locum non habet.Ratio diuerſitatis hæc eſt, q̃a
conſiſtorium fixum eſt, & ſcitur vbi poteſt inueniri ordinarius,
& ideo tenetur ſemel citatus comparere quandocunque ne ip-
ſum contemnere videatur,argu. C.quando prouoc. non eſt ne.
omnem honorem.Conſiſtorium delegati vagum eſt diffuſum.
vnde nec vbique tenor ipſum ſequi,nec in incertum ire.argu.ff.
16 de operis liberto.quod niſi.ff.de iudi. hæres abſens. † Sequere er-
go certum & dimittere incertum.de pę.di.vij.§.j. circa primam
colum.ad fi. Sed ſi bene aduertas hæc omnia potius continent
17 ſubtiles allegationes aduocatorum,quã veram opinionẽ.†Ter-
tium eſt enim, ꝙ fortius aſtringit præceptum iudicis, quod ne-
ceſſitatem inducit, quam promiſſio conuentionalis,quæ ab ini-
tio voluntaria fuit,ar.ff.de inoffi.teſta. aduerſus.§.fi.& l.fin.C.de
admi.tu.cum quædam mulier.ff.quemadmodum teſt.aperian.
ſi quis ex conſignatoribus.& quam ſi contrahens non adimple-
uerit,non tamen mulctari,vel violenter de iure coherceri, ſicut
is quis iudicis præceptum contemnit.ff. ſi quis ius di. non obtẽ.
l.vnica.vt & patet in eo quod no.s̃. eod. §.tenetur nihilominus.
verſi.quid ergo.& ſequentibus.Sed & ſi ordinarius honorandus
ſit nec condemnandus,multo fortius & delegatus Papę,vt patet
in eo quod legitur & no.s̃.de offi.deleg. ſane quia.& c.olim ma-
giſter.ordinarius etiã vagari poſſet vel poteſt ſicut & delegatus.
Dicendum eſt igitur, ꝙ cum vterque ad certum locum, & cer-
tum diem citet, tenetur venire citatus ad locum, & ad idem ſi
poteſt,alioquin poſtea,quam cito poteſt vt hic dicit.Nec obſtat
ꝙ hic loquitur allegando,quia & hoc idem repetit papa diffiniẽ
do.ĩ.e.§.j.hic tamen ſatis probabiliter dici poſſet, ꝙ quicunque
ſit iudex citans refert vtrum in aliquo certo loco,ad quem citat
conſueuerit continue moriari & ius reddere ſicut de ordinario
patet exemplum quaſi vbique.Et de delegato poteſt poni exem-
plum quando papa ſcribit alicui ſcholaris Pariſijs vel Bononiæ
vel alibi cauſa ſtudij vel alias commoranti. Talis enim ad fixũ
cõſiſtorium citat.& in hoc caſu tenetur comparere citatus poſt
diem ſibi aſſignatam,quam Titius poteſt,vt dictum eſt,maxime
quando ſcit ab aduerſa parte procuratorem conſtitutum ad pro
ſequendam litem. Et hac de cauſa in eodem loco prope iudicẽ
commorantẽ.& ſic videtur hic loqui.Vel ſit talis iudex, qui non
trahit moram in vno loco quaſi continuam. Sed nunc citat
ad vnum locum,nunc ad alium ſicut faciunt communiter de-
legati.In quo caſu & ſi poſt diem aſſignatam non teneatur quã-
docunque comparere citatus(abſurdum enim eſſet ſi diceremꝰ
ꝙ elapſo anno poſt diem teneretur comparere) tenetur tamen
comparere ſaltem in fratres, aut quinque plures vel dies,argum.
ff.ſi quis cautionibus.& ſi poſt tres. ſubaudi tu vel pauciores ſm
ꝙ plus vel minus conſueuit iudex in talibus expectare,ar.s̃.de of
fi.deleg.conſuluit.& adde,quod no.in præceden.glo. [Si enim.]
ver.[Soluere nequit.]vt probat lex ex qua hæc ſumitur.ff.de arb.
18 Celſus.¶ [Qua propter.]v.pars. [Diutius expectatus.] & † ſic vide
tur,ꝙ in crimine poſſit purgari mora.ar.ff.ſi quis cautionibus.&
ſi poſt tres. Ar.contra.ĩ.qui ma.acc.poſ.cum in tua.[Nec de vici
no.]ver.quia ſic poſſet expectari adhuc.s̃.de offi.deleg.conſuluit.
[Vtcunque.]i.aliquantulum ſiue quoquomodo. [Calores æſti-
uos.]iuxta illud,

*Nos genus ignauum tecto gaudemus & herba.*

Et ita eſt ar.ꝙ non excuſat Auguſtus. quando appellationem fa
ctam ad curiam quilibet proſequi teneatur, arg. tamen contra,
xxiiij.diſt.quorundam.ĩ. de voto.magnæ.§.verum ætatis.& s̃.de
vſu pal.ad ſupplicationem,vbi de hoc.[Inſidias]fraudem allega
tas vel falſę. Alioquin contra,s̃. vt lite non conteſta.accedens.ij.
rñ.j.ver.& licet.quod dic, vt ibi no. [Sibi poſitas.] quamuis hoc
ſufficeret ſi citatus eſſet perſonaliter.huic tñ non prodeſt cũ per
ꝓcuratorẽ citatus eſſe quem nec amplius oportebit has timere
inſidias,quam nuncios,vt patet in eo quod legitur & no.s̃.eo.§.
expectantibus.ver.ſed contra hoc.ſm d.n.quod dic,vt plene no.
ĩ.de app.ex parte.§.j.ver.j.[Eum reputauimus.]ver. [Contuma-
cẽ.]Vnde cum ageretur de electione etiam lite nõ ꝯteſt.poterat
examinari ngocium.& dari diffinitiua ſententia contra ipſum.
s̃.vt lite non conte.quoniã.§.j.extra do.n. de eo,qui mit.in poſſ.
cauſa rei ſer.eum qui.§.ſed liceat.li.vj.Quod dic,vt ibi no.Sed q̃a
hic appellauerat.ĩ. c.j.[Legitimas.] ſm leges moderata ęſtima-
tione præmiſſa per vos.[Moderatas.]in Auth. de iu. §. oportet.
19 coll.vj.s̃.de procu.conſtitutis.[Expenſas.]arg.quod † in cauſa cri
minali ,ſiue denunciationis vel inquiſitionis,quæ fit aliquo pro
curante,ſeu exceptionis locum habet petitio expenſarum,C.qui
accu.non poſ.qui crimen.& ſic lex illa C.de iudi.ſancimus.locũ
habet in ciuili ſeu criminali.De expenſis dic,vt plene no.s̃.c.pro
xi.verſi.ad ſoluendas.[A tempore citationis.]Non expenſas cõ-
putandas eſſe non tantum a tp̃e contumaciæ ſed a tempore ci-
tationis factę ſecundum d.n.quod verum eſt, quando citatur is,
de cuius contumacia iam apparet.Sic s̃.de procu.auditis.[Quẽ]
ſ.electum.[Ex tũc.]a tempore citationis.imo & ante. vt patet s̃.
e.§.expectantibus.& §.quamuis.[Epiſcopum.]ſ.electum.

*SVMMARIVM.*

1 *Prouiſio de quinque ſigillis quandoque eſt fruſtatoria.*
2 *Eulogia ſępe ex mala fide fiunt.*
3 *Nemini cito manum imponas.*
4 *Quilibet prima facie pręſumitur bonus.*
5 *Vbi appellatum eſt dubitationem non habet.*
6 *Vbi appellatum non eſt,præfigitur certum tempus a iure.*
7 *Lite pendente nihil eſt innouandum.*
8 *Poſſeſſionis ſuæ titulum dicere nemo cogitur.*
9 *Præſumendum eſt pro ſententia confirmantis.*
10 *Reus ſi nihil præſtiterit abſoluetur.*
11 *Electio minus canonica ſine examinatione confirmata qualiter ceſſanda ſit per ſuperiorem.*
12 *Vulgaris exceptio quando datur.*
13 *Appellans contumax non auditur.*
14 *Teſtimonijs non eſt,ſed teſtibus iudicandum.*
15 *Appellatur quandoque facto etiam ſine verbo.*
16 *Voluntas pro ratione ſufficit.*
17 *Citationes extra prouinciam,non ſunt faciendæ.*
18 *Sententia ſuper ſpirituali matrimonio lata non tranſit in rem iudicatam.*
19 *Electus ante confirmationem adminiſtrare non debet.*

## CAP. VII.

CVm olim. Sic conſtrue.Daniel clericus ſe aſ-
ſereret &c. Vel electum. [Pręſen-
tatis diuerſis literis prælatorum Hybernię Cęleſtino.
Papæ prædeceſſori noſtro nulluſque apparet ] &c.
Et dic.[Literis]ſ.falſis,vt ĩ.probatur.& ſic no. ꝙ plura ſigilla poſ
1 ſunt falſari.Quare † patet ꝙ prouiſio de quinque ſigillis quantũ
ad hoc videtur fruſtratoria, quod dic, vt no.s̃.de cler.peregri.c.j.
[Roſen.]alias Roſcen.[Proponeret.]nõ ideo ſtatim debuit cre-
2 di,†quia ſępe huiuſmodi eulogia ex mala fide fiunt, ff.de cuſto.
3 reorũ.diuus.& ſm Apoſtolum † nemini cito manum imponas.
lxxviij.di.§.j.& c.j.s̃.de elec.cum nobis olim. Sed ideo credidit ei
papa,quia magis ei, quam alij præiudicium parabatur. ſicut &
clerico,qui celebrat in ſecreto.s̃.de cle.peregr.tuæ. ſm B. Immo
4 quia de quolibet † credendũ eſt prima facie,ꝙ ſi bonus,s̃.de ſcru-
tinio.c.vnico.& quia nullus contra ipſum apparebat, vt hæc lite
ra dicit[Contra eum.]ſ.Danielem.[Dictus prædeceſſor.]ſ. Cęle
ſtinus.[Munus fecit.]ſic s̃.de ſacra vnci.c.vnico. in princip.Nec
mora.ſed cõſecratus ſtatim aufugit,vt patet ex ſequentibus.[Im
pendi.] non eſt hoc trahendum ad conſequentiam, cum non
debeat electus ad apoſtolicam ſedem, vel Metropolitanam ec-
cleſiam conſecrandus,vel etiam confirmandus accedere niſi ſe-
cum portet teſtimoniales literas. & decretum electionis ele-
ctorum ſubſcriptionibus roboratum.lxj. diſtinct.epiſcopus. ſu-
pra,de electio. innotuit.rñ.j.verſi. cuius electionem. vbi de hoc
& c.nihil eſt.§. cœterum. vbi de hoc, ex quo tamen ſic paratus
venit,& veræ ſunt ſcripturæ quas exhibet ſatis põt dici,ꝙ tenent
proceſſus & confirmatio, & conſecratio ſubſecutæ. & ſi nullus
citatus ſit cum illi quorum intereſt teneãtur ius ſuum proſequi,
& ſemper debeãt eſſe parati propter periculum, quod eſt in mo
5 ra.argumen.ĩ.de app.oblatæ.§.pe. † Quod vbi appellatum eſt,du
bitationem non habet. cum tunc a die obiectionis iter teneatur
arripere.ĩ.menſem.quod dic,vt legitur & no.extra, d.n. de electi.
6 ſtatuimus.lib.vj.†Sed & vbi appellatum non eſt adhuc præfigi-
tur eis certum tempus a iure,ĩ. quod debent habere epiſcopum
conſecratũ,vt patet in eo quod le.& no.s̃.de elec.cũ in cunctis.§.
cum vero electus.ſuper quo vide,quod no.ĩ.de ap.cõſtitutis,ij.§.
fi.ſuper verbo,ſed in modũ denunciationis ver opinio vero.im
putent ergo ſibi ſi per illud tempus ſint negligentes, arg. in eo,
quod leg.& no.s̃.vt lite non conte.c.fi.§.ſi vero aliter.Si vero in-
fra illud tempus vnus malitioſe alium præueniet, quod in præ-
iudicium abſentis fieret,caſſaretur, ar.in eo quod legi.& no.ĩ. de
app.oblatæ.§.j.ver.ſi vero non ſit aliquis. hic autem põt excuſari
papa,q̃a iſte Daniel,de quo hic loquitur ip̃m per falſas literas cir
cumuenit,vt ĩ.ver.j.ſm d.n.cuius eſt mens totius huius gl. & q̃d
per talem obreptionem ſecutũ eſt pronũciari debet irritũ & ina
ne,vt ĩ.ſequitur.& probatur in eo,quod leg.& no. ĩ. de re iudi.cũ
olim Magdalonem.§.nos igitur, & præceden.[ Poſtmodũ] ver.
[Præde-

[Prædeceſſoris] ſ.Celeſtini. [Vterq;] ſ.monachorū tam F. q̃ G. [Prędictus] d.n.in prin.c.[Propter quod]ver.[Solicite] i. diſcrete & dilegenter. ex officio tamen nullo libello oblato. [Quæreris] i.inquiretis.citatis tamen partibus.ĩ.de accuſ.qualiter.§.debet.ſ̃.de ele.ſcriptū.[Si eū] ver.Danielem[Canonice]videtur,ꝙ non debuiſſet ita concludere, ſed potius ſic.Si inueneritis ipſum per falſas literas conſecratum eidem ſi ſilentium imponatis. nihilominus tamen faciatis ipſum interim eccleſia, ad quam cō firmatus & conſecratus eſt pacifica poſſeſſione gaudere,cum ex quo confimatus eſt, cōfirmationis effectus talibus non debet exceptionibus impediri, vt patet in eo,quod leg.& not.ĩ.de ap.con ſtituturis,ij.§.fi.Sed non ita,ĩmo bene dicit,nã ex quo clãdeſtinę vel obreptitie confimationē obtinuit anteq̃ effectum habeat confirmatio examinari debet electio vtrū fuerit canonica vel non,vt hic.& no.ſ̃.de cã poſ.cū olim.Vel dic ꝙ nunq̃ debuit habere poſſeſſionem rerum epatus, quia non conſtabat hic de cōfirmatione,cuius effectus eſt adminſtratio. vt le.& no.ſ̃.de elec. cū in cunctis.§.cum vero. Sed conſtabat hic tm̄ de conſecratione,ꝑ q̃ nec ɔſecrans ipm ɔſecraſſe vr̄,cū hoc non intẽderit & diuerſi ſint actus,ar.ſ̃.de ele. cū inter vniuerſas.ad fi.Sed & ſi negetur clandeſtine,vel obreptitie facta ɔſecratio vel ɔfirmatio, nihil innouabitur quouſq; de hoc ɔſtet,cū ad hoc dicẽdum nō admittat̃ qs niſi officio iudicis,ſiue dicat ɔfirmationē nullã,vel bñficiū

7 reſtõnis in integrū petat.& quouis iſtorū modorū agat̃ lite pendente nihil eſt innouãdū,ff.de iu.ſi ꝑtor.C.de tẽp. re. ĩ integrū.l.j. ĩ.vt li.pen.c.j.Fatemur tñ, ꝙ poſt ɔfirmationē & ēt ɔſecrationē pōt agi ɔ̃ ɔfirmatū,& cōſecratū nō ſolū criaľr,ſed ēt ciuiliter ad hoc,vt deponat̃ ꝑ eo,ꝙ non fuit canonice inſtitutus,puta qa for ma ñ fuit ſeruata,vel ſymoniace,vel criminoſus defectū patiẽs, ſeu alio illicito mō fuit ꝓmot⁹,qa ĩ talibus tps electionis ſpectat̃, vt pʒ in eo,qđ le.& no.ſ̃.de ele.dudū.ĩ.§.j.ver.ſed deciſionē.& c. dudū.ij.§.nos igit̃.nec ex poſt facto decurſū tpis ɔualeſcit, vt pʒ in eo,qđ le.& no.in ſumma de ele.§.ſed qs eligi.ſub §.ſciendū eſt. rñ.j.§.qualr.añ fi.ver.itē qđ ſi oĩa.Quinimo & in modū exceptionis, vt no.ĩ. de acc.accedens.§.fi. Et eſt hoc verū niſi dū ɔfirmatio & ɔſecratio petebat de eo,qđ mō obiicitur exceptū fuiſſet & judicatū.ſ̃.de ele.dilectus.rñ.j.§.fi.vel ēt tm̄ exceptū & ñ obſtante exceptione fuiſſet poſtea confirmatio ſubſecuta,ar.C.de fi.in ſtrū.l.fi.ad fi.& in eo,quod le.& no.ĩ.de iud.inter monaſterium. §.i.& C.de fal.ipſe ſignificas.hæc tñ eſt dr̃ia inter eū, qui poſt cō firmationem obiicit,& eū qui ante.quia ille, qui ante confirma

a tionē obiicit,[a]& dicit electionē minus canonicã extitiſſe, nihil habet probare,ea rõne quia negãtis factū.ſ.electionem fuiſſe canonicã nulla eſt probatio.ff.de proba.ei qui dicit.& ideo illi, qui aſſerit illã canonicã incumbit probatio,vt ibi,& no.ſ̃. de poſtu. ꝑ.c.j.ſm d.n. Hęc tñ rõ non placet, qa illi, q negat canonicã negat ius,& iõ ei incūbit ꝓbatio maxime,ex quo agit,ff.de ꝓba.ab ea.ꝑ te.& ſi hoc non ꝓbat,dēt ei imponi ſilentiū.non tñ ɔfirmabitur electio niſi ꝓbetur canonica extitiſſe,ſ̃.de ele.nihil eſt.Vbi aũt poſt ɔfirmationē obiicit aliqs electionē minus canonicã ex

8 titiſſe,no.hic d.n.ꝙ hic ꝓbare tenetur.† Tū qa nemo cogitur dicere titulū ſuæ poſſeſſionis.C.de pe.hę.cogi.vt no.ſ̃.de proc.ex in

9 ſinuatione.ſm d.n.†Tū qa ꝑſumendū eſt ꝓ ſnĩa ɔfirmantis.ĩ.de

10 renū.in pñtia.†Tū qa reus & ſi nihil ꝑſtiterit abſoluetur, ſ̃. de cã poſ.cū eccleſia.§.fi.ver.actore.Vel dic ſm d.n.vt no.ĩ.de acc.ſup his.Porro vbi crimē obiicit̃,ſiue añ ɔfirmationē, ſiue poſt ſemꝑ ille,q obiicit ꝓbare,dēt niſi iudex ex officio velit inqrere,vt no.ſ̃. de poſtu.ꝑ.c.j.Quare hic non audiuntur ſiľ cauſæ iſtorū triū electorum D.F.& G. qui tres ad hanc eccleſiã electos ſe aſſerebant, vt ſ̃.eo.c.in prin.& ver.j.Supradicta vero intelligas locum habere quando confirmatio data eſt ſine ſolenni cauſę cognitione. Vel etiã ſine aliqua cognitione vel inquiſitione, ſicut eſt quando idem eſt elector & confirmator, ſ̃.de elec. ꝙ ſicut eſt,ĩ.de ap. conſtitutis.ij.In his.n.caſibus ſi poſt confirmationem appareat electionem minus canonice factam fuiſſe, caſſabitur,vel confirmationem non rite factam,puta quia confirmator noluit audire contradictores,vel legitimas exceptiones admittere, vel quia electum non extimatum confirmauit,ſiue appellatum fuerit ſiue non,caſſabit ſuperior confirmationem & deiiciet indigne ꝑmotum,ar.in eiſdem iuribus,& expreſſum.ſ̃ de elec. per inquiſitionem.& c.nihil eſt.§.quia ſi ſecus.Si vero confirmatio quantū ad opinionem iudicis fuit rite facta. Sed electio minus canonice facta confirmata, pro eo forſan ꝙ confirmatori tota veritas non innotuit,tunc dicunt quidam, ꝙ eodem modo eſt confirmatio irritanda,quia inſpecta veritate mala fuit, quamuis hoc non ſit imputãdum iudici probabiliter ignoranti, C.de ap.eos. ĩ.de fide inſtru.cum Ioannes.§.fi.ĩ. de priuil. cum olim.ij.§.pen. ver.finem.Sed quicquid dicant, hoc vr̄ hr̄e locum vbi non fuit appellatum,quia tunc ꝑꝑ remedium apploñis,quod factum eſt irritatur,vt in eiſdem iuribus comprobatur.Sed vbi appellatum non eſt,quare deberet quod legitime factū eſt irritari.rõ non occurrit niſi ɔ̃ria,vt patet in eo,quod le.& no.ſ̃.de reſti.ſpol.audita.

11 §.quia tñ,rñ.j.† Sed & vbi inuenit ſuperior electionē minus canonicam præceſſiſſe,& confirmationē ſine examinatione ſecutam fuiſſe melius pronunciabit hoc modo qualiter, vt ſ.ita dicat,quia electionē minus canonicã inueni eã caſſo, & quia cōfirmatio male fuit obtenta ipſam reuoco,ar.ff. de re iu.quod iuſſit,C.cōminationes epľas. interlocutio. & l.ſeq. C. ſi per vim vel alio modo.l.fi.Sin aũt confirmatio electionis facta fuerit cū ſolenni examinatione,puta partibus in iudicio præſentibus & lite conteſtata, & ſnĩa confirmationis poſtea lata dicente iudice talē electionem confirmo,tunc de cœtero nullus admittetur ɔ̃ electionem, vel ɔ̃ cōfirmationē, niſi ab ipſa fuerit appellatum, qa ſnĩa tranſit in rem iudicatam,C.cōminationes epľas.l.ij.& iij.ſ̃. de ele.cū dilectus.ad fi.Non negat tñ quidam,quin talis cōfirmatus ēt ꝑꝑ crimen,quod ante electionem commiſiſſet, vel ēt ꝑꝑ defectum formæ accuſari poſſit non ad electionem vel ad confirmationem caſſandã,ſed ad hoc,vt deponatur, vel ſuſpendatur vel alia pœna imponatur,vt & no.ſ̃.e.gl.ver.fatemur, & ſequenti.Sed pluribus alijs,& melius vr̄ ɔ̃rium.ſ. ꝙ de præmiſſis non poſſit accuſari poſt confirmationem ſolenniter obtentam,quia trãſit in rem iudicatã,vt dictum eſt,& vt aliquis ſit litiū finis, C. de fide inſtru.l.fi.ad fi.& idē vr̄ dicendū,& ſi lis conteſtata non fuit, nec partes occurrunt in proceſſu, quia nullus apparuit ɔ̃dictor. Sed tñ confirmator proceſſit ſolenniter inquirendo.ſ. de forma electionis in loco,vbi facta eſt electio, & de ſcĩa moribus & vita electi in loco,in quo eſt conuerſatus, ſ̃.de elec. c. iij.& c. ſcriptū. §.per apoſtolica ſcripta.nam & in caſu credimus ſnĩam confirmationis in rem iudicatã tranſire, niſi forte de obreptione obijceretur,in quo ēt caſu potius ex prouiſione & de gr̃a, q̃ de mero iure audiretur obiiciens,non tñ multo tꝑe poſt confirmationē, ſ̃.de ele.cū dilectus.ſm d.n.cuius eſt mens quaſi totius huius glo.

12 Nam †& in populari actione vno agente,& ſuccumbente, ſi ex eadē cã agit poſtea alius, datur vullgaris exceptio rei iudicatæ,ff. de pop.act.l.iij. Niſi forſan is, qui ſecundo agit doceat primum præuaricantē vel corruptū fuiſſe,ff.de præua.l.iij. rñ.j.ĩ. *de collu*. dete.c.j.& c.fi. Vel ſuam vel ſuorū iniuriam proſequatur,& ignorauerit qñ primus agit,vel accuſauit, ff. de accu.ſi cui.§.j.Illud autem certū eſt,ꝙ vbi ſuperior ſolenniter incipit examinare negotium partibus.ſ. præſentibus & libello oblato, ſi nō reperiatur lis legitime fuiſſe ɔteſtata & ꝓceſſus & ſnĩa,& oĩa alia, quæ exinde ſecuta ſunt caſſa,& irrita nūciantur,vt patet in eo quod le.& no. ſ̃.de ele.dudū.ij.§.licet aũt.[Alioquin.]ver.ſ.ſi non conſtaret ipſum fuiſſe electū,vel minus canonice. [Audiretis cãm.] ordine iudiciario,& non ſm ꝙ iudices intellexerunt, qui nec primam mandati ſeruauerunt,neq; hanc ſecundã,imo nimis accelerauerunt.F.monachi cōfirmãdo.vnde & dr̄, ꝙ confirmatio talis nō obſtat.ĩ.e.§.volentes.ver.mandantes.[Magis rationabiliter.]ſ.illam,quæ melioribus & maioribus meritis iuuaretur ſm ea, quæ no.ſ̃.de elec.quia ꝑꝑ.& c.in Geneſi.& c.eccleſia.ij. ¶Cum a vobis.]ij.pars.[Tertio.] ſicut referebant iudices vel pars.F. & G.ſed de hoc non conſtabat, alioquin ſi conſtaret ipſum Danielem fuiſſe contumacem, vt hic proponitur ſicut non poſſet appellare viua voce,ff.de reſti.in inte.diuus.ita nec itineris ſui acceptio vim appellationis haberet,& hoc iuſtificat ſnĩam eo abſente latam,vt patet in eo,quod le.& no.ſ̃.vt lite nō conteſ.qm̄.§.porro. nec fuit neceſſe, ꝙ aliqua ſnĩa fertur ɔ̃ hunc D. cum in eccleſia, de qua agitur,nec de iure,nec facto aliquid poſſideret. & qa nec ipſe agebat,vel opponebat ſe ɔ̃ alios electos,vel alij contra ipſum ſm d.n.cui⁹ eſt hæc tota gl.[Citatus.]ſicut de hoc papæ ɔſtat.vel ipſius iudicibus referentibus,ĩ.de pur.ca.cū dilectus.§.his igitur. ver.j.vel alijs modis,de qbus no.ſ̃.de reſti.ſpo.cū ad ſedē.§.j.rñ.j. Et ex hoc apparet,ꝙ Daniel vere ɔtumax fuit,vñ procedi potuit

13 ɔ̃ ipſū,nec debuit poſtea audiri, †qa nec appellãs ɔtumax audit̃, ij.q.vj.§.ſunt quorū.ꝙ ergo audit̃,vt ĩ.ſeqtur.de gr̃a eſt,vel dic,vt ĩ ꝑce.gl. [Procedẽtes.]in cã electionis,q̃ inter F.& G.monachos vertebatur,tñ ordine ꝑuertentes,qa prĩo debuiſtis cognoſcere de electione Danielis,vtrū eēt canonica ſm formã mãdati,vt patet ſ̃.rñ.j.ver.& ſi eū.& ſe.ꝑꝑ qđ ſolū potuit ꝓceſſus irritus nunciari, ſ̃.de reſcri.cū dilecta.[Ex teſtimonio.]ſimplici ſine iurõ,& ideo

14 ſiľr non valuit ꝓceſſus,†qa nō eſt teſtimonijs,ſed teſtibus iudicãdū.ĩ.de coh.cl.& mu.tua. Vel forſan ĩ caſu valuiſſet teſtimoniū, qa notoriū erat,nec ēt ſaltē vnicus diſcordabat. [Aſſertione regis]ſimplici ſine iurõ &c. vt ſ̃.[Celebratū canonice.] ſed quaľr poterat hoc ſcire cū nec electioni ĩterfuiſſet? Rñ.ꝑ publicationē factã & aſſertionē canonicorū,quorū null⁹ diſcrepabat,ſ̃.de ele. qa ꝑꝑ.§.fi.alioqn ɔ̃ ĩ.de te.veniẽs.ij.§.fi.Iudices tñ inepte ꝓceſſerūt,qa ordinē ꝑuerterūt,vt no.ſup ver.ꝓcedentes ĩ cã.Et qa teſtes iuratos ñ receperūt,nec negotiū,q̃tū decuit examinauerūt,& iõ ñ facit papa vim in ɔfirmatione ipſorū, vt ĩ.§.ij.ver.mãdãtes.& §.ſin aũt.& ſm hoc ɔtinet i⁹ hęc lr̃a. Alij ɔ̃,vt no ĩ.§.volẽtes.[Et eã]ſ.electionē factã de d.F.monacho.vt pʒ.ĩ.§.volẽtes[Cōfirmare]huic facto G.acqeuit,vľ ad min⁹ ñ ɔ̃dixit nec poſtea iuenim⁹ eum

ADDITIO.

a ¶Obiicit. Adde ad materiam tex.in c.vlt.de elec.lib.6.



eum huiuſmodi negocia proſecutum,quamuis ſola teſtimonia nō ſufficerent,ex quo de plurium perſonarum electionibus agebatur.Hic autem ideo ſufficiūt,quia ambo electi,inter quos erat contentio,vñr his fuiſſe contenti. Sed nec d. huic etiam confirmationi ſe opponere poterat,niſi appellaſſet, quia confirmationi ſolenniter factæ,a qua nō eſt appellatum contradicere non licet,niſi de gratia.nam confirmatio ſnĩa eſt,& vim ſnĩæ tenet, & ideo tranſit in rem iudicatam,ex quo non eſt appellatum ſm d. n.quod dic,vt no.ſ̃.e.c.rñ.j. ver. & ſi eum. ſuper verbo. canonice. ante fi.ipſius glo. ver.& pluribus aliis, & ſeq. [Præſertim].i.tm̄.nã eis plus,q̃ aliis eſt credendum. tum quia melius nouerunt veritatem,ĩ.qui ma.accu.poſ.vr̄.tum quia ſunt authores aliorum,ĩ.de teſti.licet ex quadam.§.j.ver.cū ſatis [Aſſereret.] ſimpliciter ſine iurõ,vt ĩ.de teſti.nup.& licet hic tangatur de electione Danielis, tñ non fuit ſeruatus ordo in forma mandati,vt no.ſ̃. ¶Interim]

15 iij.pars.[Ad apoſtolicam ſedem.] †vnde videtur appellaſſe facto & ſine verbo,vt.ĩ.§.fi.[Aliis grauaminibus.]&c.non tamen ſuper appellatione,de qua tangitur,ĩ.eo.§.fi. vel ſi ſuper ea non fuit proſecutus,& ſic talis impetratio inutilis fuit ei. [Impetrauit.] in cōmuni forma,& ſic receſſit a curia.[Eodem F.] ver. [Nobis.]qui ſucceſſimus Cęleſtino. [Literas.] quæ non valuerunt, cum præmiſſis literis,& earum tenore non fecerint mentionem. ſ̃.eo.c.ij. [Quæ.] ſ.literæ.[A vobis.]vt ſ̃. §.j. [In commiſſione præmiſſa.] alias prædicta.ſ.per Cęleſtinum facta.]Proceſſum] quod fieri debet integre.ſ̃.de elec.dudum.§.j.cum autem.& arg.ĩ. de re iud.in

16 ter monaſteriū. ¶Volentes.]iiij.pars† ſit ergo pro ratione voluntas.ſic.ĩ.ti.j.ĩ.de excep.cum venerabilis.§.intelleximus.ĩ.de præb. licet.Inſt.de iure natu.§.ſed quod principi.]Miſericorditer.] vere miſericordia fuit,quia non erat audiendus, niſi forſan proſequeretur appellationem ſuam,de qua tamen Papa incertus erat, ſecundū d.n.Sic ergo ex minima tm̄ auditur iſte d.vt & eius malitia conuincatur, etenim confirmatio cum iuris ordine ſeruato facta fuerit,nec ab ipſa appellatum,extitit,non debuit retractari. Nec obſtat,quod dr̄.ĩ.§.fi.ꝙ vidẽtur appellaſſe, quia nec ſuper appellatione,ſed ſuper iniuria impetrauit, vt ſ̃. no. vnde non ponit ius hæc decre.ſed eſt quædam prouiſio de minima facta. ſecundū B.Tu dicas,ꝙ in eo,ꝙ auditur,de minima eſt, vt hic dicit.in eō vero,ꝙ proceſſus iudicium nullus innuitur continet ius commune,vt no.ſ̃.[Conuincatur.] ſic.ſ̃. eod. prout.§.ideoque.vbi de hoc.[Mandantes.]ver.& poteſt ſic ordinari litera ſequens. [Quatenus dicto F.adminiſtrationem roſenſis eccleſiæ in ſpiritualib. & temporalibus committatis.]quæ clauſula eſt ĩ.eo.c.ad fi.& tūc expone indulto quod eſt ĩ.§.j.hoc eſt indulgeatis. [Et ſpacio.]:i. ſpacium.vel lege ſicut iacet;quia licet ſit ſubtilitas in tranſlatione literæ,non tamen vtilitas inuenitur,niſi in eo quod not.ĩ. eod.§.

17 fi.& dic [Eiuſdem]ſ.F.[Si in Hybernia] Ar.†citationes extra prouinciam non eſſe faciendas,& ſ̃.de elect.coram.& ſ̃.de ma. & ob. c.fi.iij.q.vj.vltra.& c.neminem.Quid ergo? Mittatur citatio ad domum ſi procuratorem non relinquit? quod dic,vt no.ſ̃. eod.cauſam.& citabitur quis edictis,vel literis.ff.de fideicommiſ.lib.cum vero.§.pen.Vel ſi non habet domicilium vbi habitare cōſueuit, ff.de dam.in fe.l.iiij.§.prætor.ĩ.de cle.non reſi. ex tuæ. vbi de hoc. vel apud eccleſiam,vel parochiam ſuam. ĩ. eo. c. fin. & de cland. deſpon.cum inhibitio.[Legitime.] per literam vel nuncium, vt leg & no.ſ̃.eo.c.proxi.ver.expectantibus.ver.ſcribebat.n.[Et facultate.]verſi.[Canonicæ.]. ſ. conſiderata veritate non ſubtilitate.ſ̃.

a de iud.dilecta,ſ̃.eo.c.j.de plano [a]ſine ſtrepitu.ĩ. de acc. cum olim I.V.& P. quod dic,vt no.ĩ.de ſta.mo.c.fi.§.quod ſi Abbas. & arg. ſ̃.de elec.ne pro defectu.ſ̃.vt lit.non conteſta.c.j. ij. & iij.Sed nunquid eſſet offerendus libellus? Reſpon.ſic.ſ̃.de lib.ob.c.j. & lis conteſtanda.ſ̃.de elec.dudum.ij. niſi aliud eſſet ex forma mandati.ſ̃. de offic.deleg.venerabili.nam ſuperior ex officio in talibus procedere poteſt.ſ̃.de elec.cum nobis olim.§.penul.& c.ſcriptum.& c. nihil eſt:& in iuribus ſupradictis.[Qui ſi.]ver.[Inuentus.] q.d.tertio citatus contumax fuit,ideo proceditur contra eum, etiam ſi non inueniatur termino vnius anni ſibi dato, cum alias ſemper debet expectari,ſi contumax non eſſet,arg.a contrario ſenſu.ſ̃.vt lit.non conteſt.quoniam.§.porro. & §. ſe. ſecundum d. n. quod dic,vt ibi no.Sed dices quare datur hic annus cum prealleg.proxi.decre.non debẽtur niſi ſex menſes? Reſpondet d.n.ꝙ ibi agebatur de electione non confirmata, & epiſcopo non conſecrato, hic vero loquitur de iam cōſecrato.Et eſt hoc ſpeciale propter reuerentiam conſecrationis, ꝙ iterum tractatur de iure conſecrati poſt ſententiam iuſte latam, & expectatur tãto tempore.ſ.per annum,& fit ēt hoc ex abundanti, vt auferatur hæc exceptio, omniſque actio querelandi ipſi.d.qui dicebat, & dicere poterat ſe per acceptionem itineris appellaſſe, de quo tñ non conſtabat. Verum ſiue hoc eſſet,ſiue illud nō erat;bonum,immo peſſimū, ꝙ ſi de iure erat eps alius in locum eius intraret,iij.q.vj. hæc quippe.ĩ.de conceſ.præben.c.j.ſm d.n.Vel dic,vt not.ĩ.e.§.j. ſuper ver-

18 bo,vnius anni.Et eſt ar.hic ſm do. n.†ꝙ ſnĩa ſuper ſpũali matrimonio lata non tranſit in rem iudicatam,ſicut nec in carnali.ĩ. de re iud.l.lator tenor.& c.conſanguinei. Alii dicunt, & melius, ꝙ ſi verum erat illud,quod d.dicebat. ſ.ipſum iter arripuiſſe ad ſedem apoſtolicam veniendi,iniquus erat proceſſus iudicum, vt patet in eo,quod legi.& no.ĩ.de app. ſuggeſtū, & c. meminimus. & de iure eſt,ꝙ de hoc inquiratur, & ſi inuentum fuerit reuocetur proceſſus,ſ̃.de offi.deleg.cauſam quæ.§.fin. Sed oppones & dices,quare ergo ad eoſdem iudices remittitur negocium cum merito ſint ſuſpecti.ĩ.de app.propoſuit.nec iſtud fieri debeat niſi cō ſentiente parte.ĩ.de app.interpoſita.§.ille denique? Sol. Nō remittitur,ſed ius commune eiſdem iudicibus reſeruatur, & ſub certa forma.Nam de iure communi eſt,ꝙ ſi quis infra annum appellationem ſuam non proſequatur,ſicut nec iſte d. fecerat,primus iudex poteſt exequi ſnĩam ſuam,vt no.ſ̃.de offi. deleg. paſtoralis. §.præterea.Vel melius ꝑꝑ præſumptionem,quæ erat contra d.ēt ɔ̃ ius hæc remiſſio ex certa ſcientia facta fuit, & eſt ſpeciale in odium d.ꝑꝑ præſumptionem prædictam.Hodie dicunt quidam, ꝙ illud, quod diximus de acceptione itineris correctum eſt ꝑ decre ĩ.de app.vt debitus.rñ.j.ver.non obſtãte.ſm d.n.cuius eſt hæc tota glo.quod dic,vt ibi no.[Ad cōſecrationem.] Ecce quare vis eſt in tranſlatione literę facienda,quia cum confirmatio facta videatur reprobata niſi voluas literam.prout no.ſ̃. eo. §. ver. manda-

19 dantes.vel aliud ſubaudias, non confirmatus conſecrari mandatur, quod eſt abſurdum. nam confirmatio præcedere debet,†qa nec ante confirmationem debet electus adminiſtrare, ſ̃. de elec. noſti. & c.tranſmiſſam.ſ̃.de transla.ep. c.j. ¶Si aũt.].v.pars. [Indulto.]de gratia congruit tamen matri.ĩ.de app. oblatę. [Vnius anni]Sed quare expectatur vltra ſex menſes? Contra ſ̃. vt lit. non conteſt.qm̄.§.ij.immo per diem expectandus eſſet.ĩ. de re iud.cū olim.& no.ſ̃.§.j.ſuper verbo tertio citatus.Rn.ꝙ iſtud auditur de gratia,vt no.ſ̃.mirius tñ agitur cum eo,quia iam cōſecratus erat. Sed & datur annus, quia quaſi appellauerat & ſi non ſit vis in appellatione,etiam ſi eam feciſſet, cum ipſam non fuerit proſecutus.Conſideratur ēt,ꝙ abſens eſt, vnde poſſet iuſtum impedimētum habere.Ideo his conſideratis datur annus, licet de gratia eſt. præſenti vero non dantur niſi tres menſes,vt præmiſit. & adde qđ not.ſ̃.§.prox.ver.fi.ſuper verb.inuentus. Conſueuit tamē ſic obiici.Hic vr̄ dari tempus ad appellationem finiendam. Contra.ĩ.de app.ex inſinuatione.Reſpon.Is a quo appellatur non poteſt hoc facere,vt in contrario.is vero,ad quem appellatur hoc poteſt, & maxime Papa,vt hic ſm B.Ego tamen non video, ꝙ hic aſſignetur tempus ad appellationem faciendam, ſed ſufficeret ſi ſe præſentaret,& aliquid rationabile proponeret,vt patet,ſ̃.§. prox. ſm quem & iſte eſt intelligendus. [Et ſi non verbo.] quia non dixit, ego appello,ſed dixit vel certo habebatur,quod ad ſedem apoſtolicam veniebat,vt de proceſſu contra ſe habito conquereretur, veruntamen poſtquam aliquis citatus eſt per iudicem, arreptio itineris nō habet vim appellationis,immo nec etiam verbo,& ſcriptura ſufficit appellare in abſentia iudicis,cuius copia haberi poteſt,ſed coram eo facienda eſt appellatio,ij. q.vj.§.ſi quis ipſius.& §.biduum.ſm d.n.infra x.dies.ſ̃.de elec.cum dilectus.§.fi.& ex cã legitima,& in ſcriptis.quod dic,vt leg.& no. ĩ. de app. vt debitus. & in e.ti.extra.d.n. cordi.lib.vj. Secus vbi præſentia iudicis cōmode haberi non poteſt, tunc.n.procedendum eſt in appellatione, prout leg.& no.ĩ.de app.ſi iuſtus metus.[Facto tamen.]ſic.ĩ.de appel.dilecti. & c.vt noſtrū.[Committatis]ipſam confirmando,& ideo hoc dicit,quia confirmatio iudicum nulla fuit, vt ſ̃.no.alioquin hæc verba ſuperflua viderentur.[Quo.]ſ.anno.[Elapſo.]Si prefatus d.infra dictum annum non venerit,vel veniens nihil rationabile propoſuerit.[Eum]ſ.F.[Conſecrare.] Hic nulla eſt abſurditas cum confirmatio præcedat.ſecus.ſ̃.prox.§. in fi. niſi voluas literam. vt no.in eo.verbo,mandantes.

ADDITIO.

a ¶De plano.uide tex.in clemen.diſpẽdioſam. de iud.& in clemen.ſæpe.de uerborum ſignifica.

*SVMMARIVM.*

1 *Quis propter contumaciam poteſt ab officio & beneficio ſuſpendi.*
2 *Vix fit,tamen non fit.*
3 *Pœna creſcente contumacia debet augumentari.*
4 *Contra abſentem,an lite non conteſtata poſſit procedi.*
5 *Specialia non trahuntur ad conſequentiam.*
6 *Nomen domini in principio cuiuslibet operis eſt inuocandum.*
7 *Epiſcopatus eſt ordo.*
8 *Quicquid poteſt ſacerdos poteſt epiſcopus,ſed non econtra.*
9 *Excommunicatus non poteſt contrahere quantum ad ſuam vtilitatem.*
10 *Cum excommunicato non eſt participandum.*
11 *Quod fit ab excommunicato vel ſuſpenſo in ſpiritualibus non valet.*
12 *Pendente excommunicatione ſuſpenditur effectus debiti.*
13 *Deportatus inſtitui non poteſt.*
14 *Nemo debet authoritate propria alij violentiam inferre.*
15 *Iura contra excommunicatos ſunt armanda.*
16 *Cum excommunicato contrahere poſſumus, & emere & vendere pro vtilitate noſtra.*
17 *Dominis etiam apoſtatis debemus de ſuis iuribus reſpondere.*

18 *Fidelitas vaſallorum eſt ſuſpenſa quandiu dominus eſt excommunicatus.*
19 *Excommunicato egenti poſſumus cauſa humanitatis eleemoſynæ aliquid ero gare.*

## CAP. VIII.

VEritatis. Canonici.] quibus accuſantibus epi-
ſcopũ ſeruato ordine iudiciario no-
lebat epiſcopus reſpondere, ideo in modum inquiſi-
tionis mandat Papa contra ipſum procedi, vt infra
ſequitur. ne de malitia ſua cõmodum reportet. ſm d. n. Vel dic,
vt in ſeq. glo. [Retulerunt.] in modum accuſationis, vt in præce.
glo. vel in modum denunciationis, vt patet in integra. ſic. ij. q. vij.
qua propter. & ideo ad eorum denunciationem fuit inquiſitio
commiſſa, j. de accu. cũ oporteat. & c. fi. & poteſt fieri depoſitio.
vt j. ſequitur, cum agatur hic de homicidio, j. de acc. inquiſitio-
nis. [Curien. epiſcopus.] de bono opere parum curans, vt ſequi-
tur. [polluit.] & per conſequens famã ſuã dilapidauit, j. de acc. c.
fi. §. j. [Super his.] ver. [Primo.] hi ergo fuerũt primi iudices. [Se-
cundo quoque.] ver. [Brixien. epõ.] & hi fuerunt ſecundi iudices.
& in hac litera remouetur ẽps Tridentinus, & ſubrogatur ẽps Bri
xien. [Et j.] hoc eſt. inhibentes epõ Curienſi, ne de reb. eccleſiæ
aliquid alienaret. & de hoc fit mentio. j. e. in fi. c. [Verum.] verſi.
[Cum ẽps.] ſ. Curienſis. [Priorum iudicum.] ſ. ẽpi Tridentini &
& collegarum ſuorum. [Per ipſos iudices.] ſ. primos. & hæc ſnĩa
1 ratificatur, j. §. ver. j. ver. de qua cã. [Suſpenſus.] No. † ꝙ pp ſolam
contumaciam poteſt quis ab officio, beneficioque ſuſpendi, mi-
tius tamen fuiſſet agendum ab initio, quod dic, vt legitur, & no-
tatur. ſ. de offi. deleg. ſane. ¶ [Tandem vero.] ij. pars. & ſufficeret tã
dem ſine vero. [Coram iudicibus.] ſ. ſecundis. hoc eſt epõ Brixiẽ.
& collegijs ẽpi Tridentini. nam ante fuerunt & primi & ſecũdi
2 iudices. [Difficulter.] No. † hic qđ vix fit tñ fit. ſi. ff. de iud. vix. [Sed
experiri.] cum canonicis. &c. vt ſequitur. [Friuolam tunc] &c.
[Malitia.] ſic ſ. e. prout. §. i. [Neglexit.] & ſic nec etiam corã pri-
mis, nec coram ſecundis iudicibus lis conteſtata fuit, & tñ fertur
ſnĩa diffinitiua, j. eo. §. fi. [Qua de cauſa] ver. [A iudicibus.]. ſ. vt ſ.
rñ. j. in fi. [Tertio.] ver. [Cumano epõ.] &c. & iſti fuerunt tertij iu
dices. [Ad ſuperandam malitiam.] ſi. ſ. eo. prout. §. fi. dic, vt ibi no.
[Commiſimus.] in modum inquiſitionis. alias non liceret ꝯ eũ
teſtes recipere lit. non conteſt. ſ. vt lite non conteſtata. qm̃. rñ. j. §.
ſunt & alij. Quidam vero dicunt, ꝙ ſemper ꝯ quemlibet prælatũ
& ẽt clericũ contumacem procedi põt ad depoſitionẽ lite non
conteſt. vt hic, & j. de cleri. non reſi. ex tuæ. ſecus ꝑm. l. ff. de pœnis.
abſentem. ſm. d. n. De hoc aũt plenius no. j. eo. §. ver. teſtes. ſuper
verbo, probatum. [Audiendam.] quibus & mãdauimus, ꝙ teſtes
reciperent contra ẽpm quos denunciatores nominarent contu-
macia exigente, vt j. eo. ver. teſtes. [Qui.] ver. ſ. tertij iudices. [Com
paruit.] ſ. ẽps. [Excommunicationis.] ſ. cum iam eſſet ſuſpenſus,
3 † vt ſ. debuit. n. pęna creſcente contumacia augmentari, ff. de pœ-
nis. relegati. vt ſ. vt lite non conteſt. qm̃. §. fi. vbi de hoc. [Senten-
tiam.] ſed idem ẽps & hac & ſuſpenſionis ſententia ſeparata præ
ſumpſit nihilominus celebrare, vt j. §. j. ver. conſiderata. [Teſtes.]
ver. [In mandatis.] vt dicit interlinearis. ſ. eo. ver. qua de cã. in fi.
4 [Probatum.] † Hic patet, ꝙ lite non conteſ. recipiuntur teſtes, &
& ita non ſolum recipiuntur, vbi agitur de elec. prælati. ſ. vt lit.
non cõteſt. qm̃. §. j. & ij. ſed ẽt agitur de deſtitutione, atque de cri
mine. ad idẽ. j. de cleri. nõ reſi. ex tuæ. iij. q. ix. decernimus. Sed hoc
ideo quia periculoſa eſt mora in vtroque, & in vtroque vtilitas ec
cleſiæ procuratur, & animarũ periculis obuiatur, ar. ſ. de elec. ne
pro defectu. & c. dudum. ij. Verum ſm leges, qñ aliquis accuſa-
tur de crimine nunquam proceditur contra abſentem lite non
conteſt. niſi in caſu. ſ. contra apparitorem, C. de pœnis. ne diu. Pro
contumacia vero annotantur bona, & expectatur per annum,
infra quem ſi non venerit, bona deuoluuntur ad fiſcũ, nec ſuper
ipſis auditur de cætero, ſed ſuper crimine tantum. C. de requiren.
reis. l. ij. Si autem lis eſt conteſt. & liquet de cauſa in maioribus
criminibus, nunquam proceditur ꝯ abſentem, imò auditur qñ-
cunque venerit, & ſic intelligunt Doct. ff. de req. reis annuis. licet
de lit. conteſt. nihil ibi dicatur. In maioribus autem criminibus,
quæ pœnam relegationis, vel damnum æſtimationis continent,
bene proceditur contra abſentem, ſaluo caſu, C. de adul. quam-
uis. Hug. vero diſtinguebat dicens, ꝙ ſi liquet de crimine, vel ſi li-
quere poteſt, condẽnatur abſens. & ſic intellexit. iiij. q. v. quiſqs.
xxiiij. q. iij. de illicita. & c. ecce. & facit pro ipſo hęc litera, quia hic
bene liquebat de crimine abſentis & contumacis. quod ſi non li
quet de crimine, tunc excommunicatur reus. & ſic intellexit xj.
q. iij. rurſus. & c. quicunque. nec faciebat vim vtrum lis eſſet con-
teſt. vel non. Moderni tamen Doctores communiter dicunt, ꝙ
nunq̃ eſt procedendum contra abſentem lite non conteſta. nec
obſtat. iij. q. ix. decernimus. quia intelligunt, ꝙ ibi lis cõteſta. erat.
Si vero lis non eſſet conteſt. vel eſt, ſed non liquet de cauſa, tunc
habet locum, xj. q. iij. rurſus. & c. quicunque. Nec obſtat, quod hic
dr̃, quia hic receptio fuit facta de ſpeciali mandato Papæ, & ipſe
met tulit ſententiam, qui ſupra ius eſt, j. de conceſ. præben. propo
ſuit. Sed contra, j. de re iud. in cauſis. cui poteſt reſponderi, ꝙ illud
verum eſt generaliter. Fallit autem quando cõſtat, ꝙ expreſſe ex
5 certa ſcientia pronunciat contra ius ſcriptum. † Talia. n. ſpecialia
non trahuntur ad conſequentiam, vt leg. & no. j. de conceſ. præ-
ben. conſtitutus. Tu dicas, ꝙ c. decernimus. & rurſus. & quicunq;
loquuntur qñ quis directe de crimine accuſatur, in quo caſu lis
conteſtanda eſt. Iſtud vero loquitur qñ de crimine agitur in mo
dum denunciationis vel inquiſitionis, ſicut colligitur ex antiqua.
in quo caſu poſſunt teſtes recipi contra abſentem, ac ſnĩa dari.
ſ. vt lit. non conteſt. quoniam. §. ſunt & alij. j. de accu. qualiter. §.
debet. Hic etiam potuit deponi ẽps, quia de homicidio eſt conui
ctus, j. de accu. inquiſitionis. rñ. j. & etiam propter ſolam cauſam
ſuperuenientem, quæ non potuit eſſe non notoria, quia. ſ. ſuſpen
ſus, & excõicatus celebrauit diuina, vt j. §. j. quæ cauſa ſola ſuffi-
ciens eſt, xi. q. iij. ſi quis epiſcopus in concilio, j. de vita & hone. cle
ri. vt clericorum mores. §. ſi quis. j. de cohab. cleri. & mu. ad extir
pandam. Hanc etiam, & eandem materiam inuenies not. per d.
n. ſ. vt lit. non conteſt. capit. j. in princip. ¶ [Nos igitur.] iij. pars. [Or
dinem iudiciarium.] ſed hoc quomodo cum nec libellus obla
tus, nec lis fuerit conteſta.? Reſpon. Diſtingue modos proce-
dendi in iudicio, & intelliges veritatem. Quandoque enim proce
dit iudex ordinarie, & tunc ordo iudiciarius eſt, ꝙ libellus offera
tur, & lis conteſtetur, vt no. ſ. de iuram. calum. c. pe. §. pe. & fi. ſ. vt
lit. non conteſt. c. j. §. conſultationi. Quandoque vero procedit ex
traordinarie ſuper famoſis, de quibus non conſtat, & tunc ordo
iudiciarius eſt, ꝙ vocetur, is ꝯ quem fit inquiſitio, & quædam alia
obſeruentur. de quibus leg. & no. j. de accu. ſi conſtiterit. & c. qua-
liter, ij. §. debet. Sed nec libellus offertur, nec conteſtatur lis, imò
contra abſentem & contumacem proceditur lit. non conteſt. &
negocium diffinitur, vt ibi. Et de hoc ordine iudiciario loquitur
hic, & dicit, ꝙ obſeruatus fuerit. quod & verum eſt, vt j. & ſ. patet.
Quandoque vero ꝓcedit extraordinarie, & puro & mero officio,
vt in notorijs. & tunc nec primus, nec ſcđs ordo iudiciarius obſer
uatur. ſ. de offi. ordinarij. c. j. Immo in talibus ordo iudiciarius eſt
ordinem non per omnia ſeruare, quod dic, vt le. & no. j. de iureiu.
ad noſtram. iij. §. pen. [Seruatum.] quia citatus fuit epiſcopus legi
time & contumax, quare cum in modum inquiſitionis, ſeu de-
nunciationis ageretur, teſtes potuerunt recipi contra ipſum, ſ. vt
lit. non conteſt. quoniam. §. ſunt & alij. [Conſiderato.] ver. [Sen-
tentias.] ſuſpenſionis & excõmunicationis, vt ſ. [Celebrare.] Hæc
ſola cauſa ſufficit ad depoſitionem, vt no. §. proxi. in fi. ſuper ver-
bo, probatum. ad fi. glo. [Cum multi.] ver. ſubaudi. [Scripſerunt.]
quod ſiue pro ſiue ꝯſcribant, multũ conſueuit in curia operari,
vt hic patet. & ſ. de elec. innotuit. §. multa. [Nec vnus ꝓ eo defen-
dendo.] Quilibet. n. admiſſus fuiſſet ad defenſionẽ ipſius. ff. de pro
cu. ſeruum quoque. §. publice. cum hic de crimine ciuiliter agere
tur, j. de acc. ſuper his. Nam ſi criminaliter ordinarie ageretur, &
ſic cum procurator admitteretur ad allegandas cauſas abſentiæ,
non tamen cauſas cauſæ, vt j. de acc. veniens. quod dic, vt ibi no.
& ſ. de procu. tuæ. ꝑm B. hic tamen non loquitur de defenſione
cauſæ, ſed excuſationis. vnde ſtatim ſequit̃ correctiue. [Vel.] pro
6 immo. [† In nomine domini.] ver. quod eſt non ſolum in ſentẽ-
tijs, ſed in prin. cuiuſlibet operis inuocandum, vt patet. j. Cor. x. G.
& hic, & xxiij. di. in nomine domini. j. de teſtib. in nomine. C. de
off. præ. Affri. in nomine. [Omnem inobedientiam.] ſ. de poſtu.
præ. c. j. §. nos igitur. [Spiritu.] ſic. ij. q. j. de manifeſta. [Depoſitio-
nis.] No. ꝙ non fert hic ſnĩam ſuper crimine, ſed tantum depo-
nit eum. ꝑm d. n. Et hoc propter tria, quorum quodlibet ſufficit
per ſe, licet in modum denunciationis, ſeu inquiſitionis ſit actũ.
Primum eſt, quia probatus eſt homicida. j. de accu. inquiſitionis.
Secundum eſt, quia ſuſpenſus & excommunicatus celebrauit di
uina. xj. q. iij. ſi quis ẽps in concilio. j. de cler. ex. mi. c. j. & iij. Tertiũ
eſt, quia contumacia creſcente, quæ tanta fuit, addenda fuit hæc
pœna, ſ. de iud. cum nõ ab homine. xxiij. q. iiij. forte. nã & Adam
propter contumaciã fuit depoſitus. Gen. iij. G. & tangit hoc. xxiiij.
diſt. c. j. & xj. q. iii. quid ergo. [Et eum.] ver. [Officio ſacerdotali.]
7 † Hoc eſt expreſſum, ꝙ ſicut ſacerdotalis certus ordo eſt in eccle-
ſia Dei. ſic Pontificalis, & quilibet habet officium ſuum. ſed nõ
debet eſſe Pontificalis ſine ſacerdotali, vt j. patet, j. de exceſ. præl.
ex literis. §. fi. ſacerdotalis autem poteſt eſſe ſine Põtificali, vt hic
innuitur. Item & iniunxit in ſnĩa de ſacerdotali, quia niſi hoc fe
ciſſet, ſacerdos remanſiſſet. de pœ. diſtin. j. pœnæ. & poteſt hic ſu-
mi arg. & ex prædictis ſequitur, ꝙ epiſcopus ſuſpenſus a ſacerdo-
tali officio a Pontificali per conſequens eſt ſuſpenſus, ſed non cõ
8 uertitur. Et no. † ꝙ quicquid poteſt ſacerdos poteſt epiſcopus con
ſecratus. ſed non cõuertitur, ut patet. ſ. de elec. ꝙ ſicut. §. præterea.
Et iunge, quod no. ſ. de æta. & quali. cum contingat. [Ea nihilo-
minus] ver. [Poſt inhibitionem.] ſic j. de pręben. inter cæteras. j.
de deſpon. impu. ad diſſoluendum. j. de acc. c. fi. ſ. de off. deleg. vene
rabili. ſ. de elec. innotuit. §. fi. & accedit. j. de no. ope. nun. cum ex
iniuncto. [Seu factam] q. d. duplici iure irrita eſt alienatio. Vno, qa
ꝯ inhibitionem noſtram, vt præmiſimus. Alio, quia ſuſpenſus &
9 excõicatus alienare non poteſt: & ſic eſt hic euidens arg. † ꝙ ex-
communicatus non poteſt contrahere quantum ad vtilitatem
ſuam, hoc eſt non poteſt alium ſibi efficaciter obligare, qđ dic,
vt plene no. ex. d. n. de excep. pia. rñ. j. li. vj. & adde quod no. in ſeq.
gl. [Excõicationẽ.] excõiatus. n. cum non ſolum a ſpũalibus, ſed
ab adminiſtratione ſuſpenſus ſit. res eccleſiæ alienare nõ poteſt,
quod vr̃ intelligẽdum de nominatim & publice excõicato, ar.
ff. de re iud. ad probãdum. & idem eſt & ſi nominatim excõica-
tus ſit. ſed tm̃ per canonem, vel ſnĩam, in qua eum certum eſt in
cidiſſe, j. de exceſ. præ. c. fi. Res aũt ſuas proprias vendere, & dona
re, & als alienare põt? & emere & ꝯtus inire, & valent tales ꝯct⁹.
xj. q. iij. qm̃ multos. in fi. & expreſſius. j. de ſen. ex. ſi vere. vbi dr̃, ꝙ
ẽt nouos ꝯctus cum eis inire licet ſm do. n. Sed ſi bene attendas
& ꝓdicta iura per leges inuenies, ꝙ caſus continet ſpãles. & rõ ſpã
litatis poteſt colligi ex eiſdem. neceſſitas. ſ. ꝯhentium & non fa-
uor excõicatorum. vnde dic, vt in præced. gl. & j. ver. & ſunt hæc
inefficax. ar. Sed nunquid põt excõicatus conſtituere procura-
torem ad negocia? ita ꝙ oriatur actio mandati directa & ꝯria in
ter eos? Scripſit hic d. n. ꝙ ſic, quia non inuenimus iure cautũ, ꝙ
10 ꝯctus hmõi cenſeantur nulli, veruntamen quicquid dicat † hoc
eſt expreſſum in iure, ꝙ gñal̃r excõicato non eſt participandũ,
xj. q. iij. ſicut apl̃i. & c. ſeq. qui ergo ꝯhit cum excõicato cum eo
participat ꝯ legem ſcriptam, ergo per legem diſſolui meretur ta
lis ꝯctus. x. di. vides. exceptis caſibus, in quibus hoc probatur a iu-
re permiſſum, vt patet in eo, quod le. & no. ſ. de tranſla. epi. c. ij. §.
ſed neq; ij. in fi. Illud autem certum eſt ſm d. n. ꝙ in iudicijs põt
excommunicatus, qñ reus eſt, vel alias ad defenſionem ſuam ꝓ
curatorem conſtituere, quia hoc reperitur iure præmiſſum, ſ. de
iud. intelleximus. ſecus in agendo vel reconueniendo. j. de prob.
poſt ceſſionem. j. de excep. cum inter priorem. §. j. & §. fi. C. de hę
11 ret. l. pe. & de hoc no. ſ. de proc. conſulti. † in ſpiritualibus [a] autem
a non valet quod fit ab excommunicato. j. de ap. conſtitutis. j. vel
ẽt quod minus videretur rationabile a ſuſpenſo, ſ. de conſue. cũ
dilectus. §. quia nobis. niſi in his ſpũalibus, quæ facti ſunt tm̃, ar.
j. de præben. pro illorum. ſ. de reſcrip. capſm. Dicunt tñ aliqui &
forte non male, ꝙ ſi prælatus excommunicatus ratione officij
ſibi cõmiſſi aliquid ſpirituale exerceat, puta prouidendo alicui
de prælatura, vel canonicatu. Vel ſi repræſentatum ſibi inſtituit,
vel electionem confirmat, valet quod agit q̃diu ab eccleſia tole-
ratur, ar. viij. q. iiij. nonne. vj. q. iiij. c. j. & ij. & q. j. ſi oĩa. & c. ſequen-
tibus. & j. de coha. cle. & mu. veſtra. & de accu. olim. I. V. & P. §. ꝓ
uiſo. niſi forte eſſet notorium, vel alias probari poſſet, ꝙ eſſet pu-
blice excommunicatus, quia tunc nec iſta ſpiritualia, nec etiam
alia ab eo debẽt recipi. Sed vel per appellationem, vel alium mo-
dum ſuperiorem eſt recurrendum, ar. ff. de mino. ait prætor. §. ꝑ
mittitur. & in eo quod le. & no. j. de iu. pa. nullus. inde eſt, ꝙ cum
ordinato ab excommunicato epõ hoc ſciente non diſpenſatur,
ſed cum ignorante tm̃, vt legi. & no. ſ. de or. ab epõ. c. j. §. fi. & c. ij.
Nec obſtat j. de ap. conſtitutis. j. nec ſ. de conſue. cum dilectus. §.
quia nobis. cum ſuis ſi. quia ibi non ratione publici officij, quod
ſibi competeret, el gebant, ſed potius proſequebantur ius ſuum
ſpãle, quod ratio canonicatus, vel fraternitatis ſpũalis vnicuique
competebat, & in non excõicatos tm̃ reciderat publicum offm̃
eligendi. Hic autem generaliter dicimus, ꝙ contractus initi cum
excommunicato non ſolum ignoranter, ſed etiam ſcienter &
excommunicatione durante tenerent, & ex eis agitur contra ex-
communicatorem excommunicatione durante ſecundũ d. n.
hoc admitto. Excommunicatus vero & ſi ex eodem contractu
agere non poſſit durante excommunicatione hoc tamen pote-
rit facere cum fuerit abſolutus ꝑm d. n. hoc non admitto, quia
non poteſt alium ſibi ciuiliter obligare. Et nãliter obligatio ex
morbo inobedientię & excommunicationis adeo inficitur, ꝙ
ex illa efficaciter agi non poteſt, vt patet in eo, quod no. j. de ſen.
ex. ſi vero. rñ. j. & ſ. e. gl. ver. ſed nunquid poteſt. & ſequentibus. &
j. e. gl. ver. & ſunt hæc efficax. ar. & ſequentibus. Obligantur alijs.
& alias ſibi obligant dum ſunt excommunicati. xj. q. iij. qm̃ mul
tos. in fi. j. de ſen. exc. ſi vere. ꝑm d. n. Primum admitto de iure, &
& de facto. Secundum vero de facto tm̃, ſed de iure inefficax eſt.
Si vero ante excõicationem aliquos ſibi obligauerunt per ſuper
uenientem excommunicationem non tolluntur priores obliga
tiones, ex eis tñ agi non poteſt excommunicatione durante, j. de
12 excep. cum inter prætorem, j. de ſen. ex. per tuas. † Pendente ẽt ex-
cõicatione ſuſpenditur effectus debiti ẽt fidelitatis iuratę. xv. q.
vj. nos ſanctorum. & c. iuratos. ſm d. n. Et melius, in li. feudo. hic
finit conſuetudo regni. & c. domino guerram. Hoc admitto q̃uis
aliquotiens ad maiorem confuſionem, vel quia aliqui nihilo-
minus de facto debitum fidelitatis ſeruãt, abſoluũtur per papã. i.
abſoluti denunciantur, quod dic vt le. & no. j. de pę. c. fi. Nec ob.
xj. q. iij. Iulianus. quia tpe illo impotens erat eccleſia, & depreſſa,
& potius narrat factum, q̃ ius, vt ex e. c. colligi poteſt. Et ſunt hæc
in ar. efficax. ꝙ ex ꝯctibus cum excommunicato initis nulla pro
excommunicato actio efficax oriatur. Si. n. antiqua & efficacia
debita etiam iurata per ſuperuenientem excommunicationem
impediũtur & ſuſpenduntur, ſed poſt abſolutionẽ reſtituuntur,
ſicut d. n. pręmiſit, ſatis debet apparere iuſtum & rõnabile ciuili-
bet catholico & fideli, ꝙ excommunicatus ꝯhens nullum ſibi
poſſit efficaciter obligare. Et ꝙ quantum ad ipſum adeo intelli-
gantur mortificari ꝯctus cum eo initi, ꝙ nec poſt abſolutionem
poſſet agi ex eiſdem. Et eſt ſimile de bonis operibus antę morta
le peccatum factis, & de illis, quæ fecerunt in mortali peccato
exiſtentes. Prima enim per peccatum ſubſequens mortifican-
tur, poſtea per pnĩam reſuſcitantur, & reſtituuntur. Secũda vero,
qa mortua nata ſunt per pnĩam reſuſcitari nõ pñt. Vnde verſus,

*Illa reuiuiſcunt, quæ mortificata fuerunt.*
*Viuere non poſſunt, quæ mortua nata fuerunt.*

& probantur hæc de pę. di. iiij. pueri. & c. ſeq. vſq; ad §. pnĩam er-
go. & no. in ſumma. de pę. §. an ficte pęnitenti. rñ. j. Ad hoc ẽt fa
cit optime, quod no. in ſumma. de teſtamen. §. quis ſit effectus.
13 ſub. §. j. ab illo ver. † Item deportatus inſtitui non poteſt vq; ad il
lum. ſub. §. quibus aũt verbis. Et adde quod no. ſ. e. gl. ver. hoc nõ
admitto, quia non poteſt. Sed ꝯ hanc noſtram opinionem vide
tur expreſſum. ar. j. de iudęis. ad liberandum. in deciſione. §. cæte
rum. ver. ſub terminatione. So. ibi, & j. de hæreti. ſicut. §. j. Quid ſi
excommunicatus ſpolietur, nunquid abſolutus poterit agere de
tali ſpoliatione? Dicas, ꝙ ſic, quia non licet alicui excommunica
to auferre ſua ſm do. n. Quod admitto niſi forſan ex iuſta cã per
eccleſiam, vel per iudicem ſuum, & hanc poteſtatem habentẽ
diffidatus eſſet vel expoſitus, vt patet in eo, quod le. & no. j. de hæ-
14 re. excommunicamus. j. §. antepe. & fi. Als. n. non † debet aliquis
alij auctoritate, ſeu temeritate propria violẽtiam inferre, vel ſibi
ius dicere, ff. de vi priua. l. pe. Nec obloquitur id, quod proxime ꝑ
miſimus, quia aliud eſt, ꝙ excommunicatus ex tractu volunta-
tariã actionem acquirat, quod nõ admittimus, vt patet in eo qđ
no. ſ. aliud eſt, ꝙ violentia ſibi facta poſſit agere. quod ei concedi
mus. Ratio diuerſitatis hæc eſt, quia in primo caſu ꝯhens ingerit
ſe voluntariæ participationi hominum, vnde eſt ei imputan-
dum. Et cum ex hoc puniri debeat, nõ debet exinde commodũ
reportare, vt patet in eo, quod leg. & no. j. de dona. inter vi. & vx.
& ſi neceſſe. In ſcđo vero caſu nihil agit excõmunicatus ſed pa
titur contra iura. & ideo eſt non immerito ſuccurrendum. Et cõ
probatur hæc diuerſitatis ratio. j. de cle. ex. miniſtran. illud. §. il-
lud. Scđa ratio quia in primo caſu ꝯ ius facit excommunicatus.
& ideo merito per ius eſt ei obuiandũ. In ſecundo vero, quia eſt
ſpoliatus ꝯ ius debet ei ꝯ ſpoliatorem, qui ius offendit per idem
ius merito ſubueniri. arg. x. di. vides. C. de legibus. non dubium. ſ.
de transla. ep. quanto. §. cęterum. cum ſuis concor. Et ex hoc pa-
tet ꝙ hæc duo, quæ tibi præmiſi non ſunt contraria, ſed conſo-
nãtia, quia in vtroque caſu contra iura offendentes per eadem di
15 cimus procedendum, quæ † & contra tales ſunt armanda. C. de
adul. cum vir nubit in fæminã. Eſt & tertia ratio, qa in primo ca
ſu fauor excõicati deprimit̃ & reprimit̃. In ſcđo vero ex æquitate
iudiciali ſibi iuſtitia reſeruatur, j. de exce. cum inter priorem. §. j.
Quid ſi aliquis promittat, & etiam iuret aliquid dare, vel ſoluere
excõicato ad certum terminum, nunquid hoc tenetur adim-
plere? reſcripſit hic d. n. conſulendo ꝙ ſic, quia talis promiſſio, ſi-
ue iuramentum abſque interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt, j.
de iureiur. ſi vero. Sed dices non poteſt hoc ſeruari ſine peccato,
cum nullus ei communicare debeat, xi. q. iij. cum excommuni-
catis. alioquin communicans peccat mortaliter, ſ. quod me. cã.
16 ſacris. So. non eſt hoc verum ſemper, quia † poſſumus ab eis eme
re & eis vendere, & contrahere pro vtilitate & neceſſitate noſtra.
j. de ſenten. excommu. inter alia. & c. ſi vere. per conſequens ea
facere, quę in contractibus conueniunt. Alias ſequeretur, quod
eccleſia machinaretur fraudes, vel mendacium, quod vitandum
eſt etiam ab omni homine, xxij. q. j. cum humilitatis. & c. pri-
mum. & c. nec artificioſo. Nec videtur fuiſſe intentio condentis
canonem, quod alius puniretur niſi excõmunicatus. Item ſi ſer-
uiens tenetur ei ſeruire, vt promiſit. xj. q. iii. quoniam multos.
17 quare eadem ratione debita non ſolet. nam † & dominis etiam
apoſtatis debemus de ſuis iuribus reſpondere, xj. q. iij. Iulianus. &
c. imperatores. & poteſt talis caſus comprehendi ſub patrefami-
lias. argumen. j. de ſenten. excom. ſi vere. Nec ſunt hæc reuocata
per ca. xv. quæſt. vj. nos ſanctorum. & in c. iuratos. quia illa ca. lo-
quũtur ſpecialiter in abſolutione fidelitatis iuratæ. In quo caſu il
lud ſpeciale idcirco ſtatuitur, & reuocatur prædictus canon. Iu-
lianus. quia valde magnum fomentum excommunicationis
& excommunicatorum erat, quando videbant ſe communi-
candos magna caterua, & comitiua vaſallorum, qui eos ſe-
quebantur, vel quod non ſunt abſoluti vaſalli ipſo iure, ſed ab-
ſoluendi ex cauſa vt ibi factum fuit. hoc tamen fatemur, quod
non eſt communicandum vel contrahendum cum exõmuni-
catis ſi inde fiant ſuperbiores. Vel etiã ſi cũ alijs æque bene ſicut
cum ipſis, vel aliquantulũ minus bene ꝯhi poſſit. plus dicimus,
quod

ADDITIO.

a ¶ In ſpiritualibus non valet, quod fit ab excommunicato vel ſuſpenſo. Adde generaliter, an geſta cum excommunicato, vel per excommunicatũ teneãt in tpalibus vel ſpũalibus ꝑ d. Abb. hic pleniſſime, in ix. x. xj. col.

ꝙ ex quo inquiſitio fit contra aliquem ex tunc non licet ei alie
nare,quod dic,vt no.ĩ.de accu.c.fi. ſm d.n.cuius eſt hæc tota gl.
ab illo ſuperiori verbo.quid ſi aliquis promittat.citra. Alia vero
ſuperior pars hmõi glo.permixta eſt, ſiue dialoga,ſicut ſuperior
eſt ſignatum.Verũtamen quicquid dicat d.n.Non video,ꝙ ſine
peccato poſſit ꝯhi cum excommunicato,vel ei aliquid promit-
ti,vel ſolui,niſi in caſibus tantum expreſſis a iure, ſicut ſunt ca
ſus contenti,ac ſcripti in iuribus.per e.d.n.ſuperius allegatis. ſu-
per quod vide quod no.ĩ.de ſen.excom.cum deſideres.§ j.verſi.
nec eps.& c.quod in dubijs. §.nullus.& c.inter alia.§ i llud. vbi
18 eſt hoc expreſſum.dicimus etiam,†ꝙ vaſallorum fidelitas eſt ſu
ſpenſa,quandiu dominus eſt excõmunicatus, vt patet in libro
feud.hic finitur lex conſuetudinis c.j.Nec obſtat,ꝙ d.n.dixit ec-
cleſiam non debere machinari fraudem, vel mendacium.dici-
mus enim,ꝙ contrahentes cum ipſis non fraudantur. ipſi vero
excommunicati non ab eccleſia,ſed a ſe ipſis decipiũtur.Et hęc
duo ſentimus in fauorem fidei & cenſuræ eccleſiaſticæ,& in fa-
uorem animarum etiam ipſorum excommunicatorum. & in
odium peccatorum,aliorum ꝙ.ſ. excommunicati alij efficaci-
ter obligentur.ſed ibi alios non obligent cum effectu,vt ſic diſtri
cti facilius conuertantur. Etenim ſi contrarium cum alijs ſenti
remus.ſ.ꝙ excõicati indiſtincte poſſent ſibi alios efficaciter obli
gare,non video quõ poſſet eſſe, quin ex hoc iidem excommu-
cati fierent ſuperbiores.& minus reuerẽtur ſanctam eccleſiam,
quod & d.n.in præmiſſis vr̃ reprobare.dic ergo,vt no. e.gl. ver.&
ſunt hæc efficax.arg.& ſequentibus.& in ſumma. de pęnitentijs.
§.fi.ſub §.quid de his,quę excõicati.& extra d.n.de excep.pia.lib.
19 vj.Illud vero admittimus,ꝙ†excommunicato egenti cã huma-
nitatis & elemoſinæ poſſumus aliqd erogare,xi.q.iij. qm̃ mul-
tos.ad fi.Quid in præmiſſa quæſtione tenere debeas dic, vt no.in
ſumma.de ſen.excomm.§. quæ ſit pœna. ſub §. quid ſit tenor ſa
cramento.Sed illud, quod ibi dicit intelligi debet promiſſione,
& iuro ei facto antequã eſſet excõicatus. [ De rebus eccleſię.]
quę ẽt ſeruando ſeruari non pñt.vel quas aĩs alienare poſſet.Im
mobilia.n.& ſi oĩa hæc ceſſarent alienare non poſſet. imo irrita
eſſet alienatio ipſo iure,xij.q.ij.ſine exceptione,quod dic,vt le.&
no.ĩ.de re.eccl.non ali.ſi quis presbyterorum.& c.nulli liceat.

*SVMMARIVM.*

1 *Miſſus ex primo decreto cuſtos tantum cenſetur & non poſſeſſor.*
2 *Contra contumacem plura remedia ſunt parata.*
3 *Ortus ab occidente multum diſtat.*
4 *Condictio melior eſſe non debet rebellium quam obedientium.*
5 *Contra contumacem plura ſunt prodita auxilia.*
6 *Primũ & ſecundũ decretũ nunqd in ſpũalibus ĩterponat̃ pp contumaciã rei.*
7 *Mala fides ſemper nociua eſt.*
8 *Præſcriptio ſine poſſeßione non currit.*
9 *Caſus in quibus miſſus ex primo decreto vtitur viribus.*
10 *Detentatio auctoritate iudicis habita plus operatur quam violenta poſſeßio.*

CAP. IX.

Ontingit. Pars.ſ̃.de arbitris contingit. [Cau
ſa rei ſeruandæ.] ſm Legiſtas im-
proprie ponitur hoc verbum,ſi reali actione agatur,
quia ſtatim eſt verus poſſeſſor miſſus,C. de præſcrip.
xxx.an.ſi quis emptionis.§.pen.Sed quia ꝯmutabiliter, quia reus
veniens.ĩ.annum ipſam recuperat ſeruata forma iuris.ſ̃. vt lite
non conteſt.qm̃.§.in alijs.& ibi eſt ar.ꝓ hac opinione, qñ dicit
recuperet. ſed illud verbum exponitur, nam ſm iura canonica
proprie ponuntur hæc verba cãę ſeruandæ rei, quia miſſus ante
lapſum anni non eſt verus poſſeſſor,ſed cuſtos tm̃,vt ĩ.probatur.
& ĩ.ti.j.c.fi.in fi.ſ̃.de offi.ordi.paſtoralis.§.fi.vbi de hoc.In pſona-
li aũt actione nulla eſt diſſenſio.quia ĩ illa ſm oẽs proprie ponũ
1 tur hæc verba,†nã miſſus ex primo decreto cuſtos tm̃ cenſetur,
& nõ poſſeſſor,ff.de acq.poſ.poſſideri.§.fi.& l.ſi quis ante.nec.n.
eiicitur poſſeſſor de poſſeſſione,ff.de dã.infec.ſi finita.§.ſi qs aũt.
ff.vt in poſ.l.is cui.rñ.j.ſed tm̃modo ſm decretũ primũ eijcitur
poſſeſſorẽ.vt in d.l.ſi finita.§.vbi autem.& ita vbi primũ decretũ
tm̃ interpoſitũ eſt,vterq; eſt in poſſeſſione,ſed diuerſo iure & di
uerſo modo. poſſeſſor.n.colit agrum,& colligit fructus.& verus
eſt poſſeſſor,ſed alter eos cuſtodit,ne diſſipentur ab iſto, ff. vt in
poſ.le.is cui.§.qui legatorum.Non tñ dẽt iudex multũ feſtinare
ad interpoſitionẽ ſecundi decreti ſiue miſſionem in poſſeſſionẽ,
quia ſi reus poſtea veniens probaret iuſtam cãm,poſtea reſtitue
retur,ff.de dã.infe.ſi finita.§.ſi forte.ĩ.de re iu.cũ Bertold⁹.§.poſt
modum.Vel forſan ipſo iure ſeruaretur illæſus, ar.ff.de priu.cre.
imperatores.ſed & anteq̃ ponat dẽt iudex ſummatim examina
re negociũ,C.de bo.auc.iu.poſ.auth.& qui iurat, ſed dic vt le.&
no.ſ̃.vt li.non conte.qm̃.§.pe.[Poſſeſſio.]ſuper qua fit conuen-
tio.[Propter rei potentiã &c.] cuius tyrãnidẽ timet,ne occidat̃,
ſ̃.qđ me.cã.c.j.ĩ.de ap.ſuggeſtũ.& habuiſti ſi.ſ̃.e.c.j. [Siue dolũ.]
forſan facit eũ vocari p ſuperiorẽ quouſq; tp̃s annale ſit elapſũ.
vel colludit cũ ꝓcuratore ſuo,ſ̃.de of.dele.paſtoralis.§.fi.ff. de do
lo.& eleganter.§ pe. [Cuſtodiendã.]No. ꝙ ĩ.annum cuſtos eſt,
vt hic.lapſo vero anno poſſeſſor,vt ſequitur,quod dic,vt no.ſ̃.ſu

2 per verbo cã rei ſeruandæ.[Nanciſci non poteſt.] 3 †iſtum con-
tumacẽ plura remedia ſunt parata,qđ dic, vt plene no.ſ̃. vt li.nõ
ꝯte.tuæ.ĩ.e.§.fi. ſuper verbo,vetus. Notauit tñ lo.ꝙ ſi conuentus
realiter pp contumaciam excommunicetur,& per annum ex-
communicatus ſteterit poſſeſſionem amittit,argum.xi.q.iij.rur
3 ſus.& c.quicunq;.†Sed multum diſtat ortus ab occidente, quia
multum in alio caſu loquuntur capĩa ſupradicta, vt ex ipſorũ
lectione patet,quod dic,vt le.& no.ſ̃.de of.dele.ꝗrenti. Illud autẽ
certum eſt.ꝙ vbi quis verbo mittitur in poſſeſſionem. & ſi non
corporalem non adipiſcatur pp potentiam,vel dolum aduerſa-
rij,nihilominus efficitur anno elapſo verus poſſeſſor ex vi iſtius
ꝯſtõnis.¶ Et ſic.]ij.pars. [Multorum.]pernicioſam ſubtilitatem
ſequentium,quam canones nõ admittunt.ſ̃. eo. c. [Non efficia
tur. ] Si actor poſſeſſionem miſſus cum nec poſſideat, nec deti-
neat.[Commodum.]quod eſſe non dẽt, vt ſ̃.de reſcr.ſedes. in fi.
& c.ex tenore.in fi.& le.& no.ĩ.de do.inter vir.& vxo.& ſi neceſ
ſe.ĩ.qui ma.accu.po.ſignificante.¶ Ne igitur]iij.pars.[Melioris]
4 †non.n.debet eſſe melior conditio rebellium,quam obedientiũ.
ſ̃.de poſtul.præ.c.j.§.nos igitur.delinquentium,q̃ non delinquẽ
tium.ff.de do.inter vi.& vxo.l.iij §.j.xvj.q.j.legi.ſtultorum, q̃ peri
torum.ff.quod vi aut clam.ſeruus.ff.de iur.& fac.ig.rĩa,§.antepe.
[De canonica æquitate.]quæ ſubtilitati pernicioſæ non aſſentit.
ſ̃ e.c.j.[Præmiſſo]ſ.vt per dolum vel pontentiam aduerſarij im-
peditur.& hoc idem ſatis comprobatur per leges, ff.de acq.poſſ.
ſi quis vi.ff.de bo.auc.iu.poſ.quis.ff.de dam.infec.l.damni §.pen.
[Actor.]idem vr̃ ſtatutum per leges ſignatas in præcedenti glo.
vbi.ſ.per aduerſarium impedior,vt hic.Vbi vero per alium obli
gatur mihi ad intereſſe,ff.ex qui.cau.ĩ poſ.ea.l pe.& hoc ſi ſolué
do ſit.alioquin intelligor poſſidere, ff. de dolo. & eleganter.§.pe.
5 ff.de eo,p quẽ fac.eſt.l.fi.rñ.j.[Verus.] Cõtra † contumacẽ plura
ꝓdita ſũt auxilia.Primũ,ꝙ pſtet cautionẽ iudicio ſiſti. Secundũ,
ꝙ ꝯdẽnetur in expenſis.ĩ.de ſeq̃ſtr.poſ.c.j.ad fi.Tertiũ ad intereſ-
ſe.ff.vti poſ.ſi duo.§.fin.ff.ne vis fi.ei q in poſ.miſ.l.fi.rñ.j.Quartũ
manus militaris.ff.ne vis fi.ei qui in poſſeſ.mitt.l.ſi cuis miſſus.
Quintum , vt patiatur miſſionẽ in poſſeſſionẽ bonorũ ſuorum
ff.vt in poſ.lega.is cui.§.miſſus. Sextum, vt q̃tũcũq; reſiſtat,ita ꝙ
nec aduerſarius ſuus poſſeſſionẽ corporalẽm nãciſci poſſit, nihi
lominus aduerſarius miſſus in poſſeſſionem poſt lapſum anni
verus conſtituatur poſſeſſor,vt hic.Septimum, ꝙ creſcente cõtu
macia poteſt augmẽtari & pœna.ſ̃.vt li non conteſtata. qm̃ fre
6 quenter.§.fi.†Sed nũquid hæc miſſio locum habet in ſpũalibus,
puta qñ clericus petit beneficium ſibi adiudicari , vel in ſimili-
bus?Hanc q̃ſtionẽ mouit hic d.n. & multipliciter diſputauit.ſed
in hac parte nolumus te deducere per ambages. Eſt em̃ veritas,
ꝙ ſi petatur beneficiũ, vt proprietas locũ habet miſſio,ĩ.ti.j.c.j.&
ij.ſi vero vt beneficium non locum habet miſſio,vt no.ſ̃. de tran
ſac.ſuper eo. & hoc hodie expreſſe determinatum eſt. extra d n.
de eo,qui mit.in poſ.cã rei ſer.eum q.lib. vj.Quid ſi epiſcopus pe-
tat ius epãle in aliqua eccleſia, vel aliquod aliud incorporale,pu-
ta ꝙ poſſit iniũgere pnĩas.iniũgere infirmos.vel ius & epiſcopalẽ
iuriſdictionem exercere.Nunquid ſi reus,contra quem agit,con
tumax ſit,mittetur eps in poſſeſſionem prædictæ eccleſię & exer
citij in iurium prædictorum cã cuſtodiæ?Rñ.videtur,ꝙ ſic, quia
generaliter quando agitur actione in rem,fit miſſio rei petitæ,ff.
quibus ca.in poſ.ea.fulcinius. §. videamus. ſ̃. vt lite non conteſt.
qm̃.§.in aliis.etiam ſi agatur de eccleſiis.ĩ.titu.j.ca.j.& ij.Nec ob-
ſtat, ſi dicas ergo poteſt accidere , ꝙ is qui non habet ius in cura
animarum habebit exercitium ipſius,fateor hoc em̃ poſſe con-
tingere,ſed excuſatur propter ignorantiam poſſeſſoris. ſm d.n.ſi
habet bonam fidem & probabilis ſit ignorantia.ĩ.de cler.ex.mi,
7 apoſtolice. Quinĩmo & ſi ſemper malam fidẽ habeat, †quæ ſibi
ſemper nociua eſt.ĩ.præſcript.c.fi.ſ̃.de elec.dudum.ij.rñ.j. Aliis tñ
non oberit.arg.ĩ.de coha.cleri.& mu.c.fi. Tum propter ignoran-
tiam,tum propter auctoritatem iudicialem, & iuris,arg.ff. quod
cum falſo tu.l.j.ff.de mino. ait prætor. §.j.uerſicu. quid tñ ſi præ-
tor decernat.& patet in eo quod leg.& nota. ſ̃.de elec. nihil. §.ita
ꝙ.ſed & ſm d.n.etiam hoc alias contingit.ſ. ꝙ aliquis non habet
ius in re, & tñ habet exercitium , ſiue vtilitatem ipſius, vt qñ res
petita adiudicatur ei, qui in ea nullum ius habet,ff.de cond.ind.
l.Iulianus.ĩ.de re iudi.cum inter vos. §.fi.& de hoc no. plenius in
ſumma.de ſen.& re iudi.ſub rubrica,de ſententia. §.quot ſunt ei⁹
ſpecies. ſub §. ſed nunquid eſt hoc ſpiritualiter verum . & adde
quod no. ĩ. ti. j. c.j. [ Conſtituatur ] &c. Hæc decret . poteſt lo-
qui in perſonali actione , & ſecundum hoc proprie ponitur
hoc verbum conſtituetur, quia poſt annum ex ſecundo decre-
to conſtituetur verus poſſeſſor , quod ſecundum decretum ne-
ceſſarium eſſet ẽt ſi corporalem poſſeſſionem adeptus fuiſſet , &
continue in poſſeſſione permanſiſſet. Vel poteſt loqui in reali,
& ſm hoc iſtud verbum cõſtituatur,improprie ponitur,vt ſit ſen
ſus

ADDITIO.

a Nunquid in ſpiritualibus interponatur primum , & ſecundum decre
tum propter contumaciam rei. Adde d.Ab.hic in 3.col. ver.ſic quæro &
ibi late per And.Sic.in apoſtil.



ſus quaſi vt decernatur verus poſſeſſor.qa ſicut non eſſet ſibi ne-
ceſſarium ſm decretum,ſi corporalẽ poſſeſſionem adeptus fuiſ-
ſet,& in ea ſemper permanſiſſet,ſed per ſolum lapſum anni ve-
rus efficeretur poſſeſſor.ſic & per ſolum lapſum anni verus poſ-
ſeſſor efficitur,vbi pp potentiam, vel dolum aduerſarij non po-
tuit corporalem poſſeſſionem nanciſci ſm d.n.& ſm hoc ex-
pone conſtituatur.i.efficiatur.Hoc aũt eſt verum, ꝙ expreſſe nõ
determinatur. Hic aũt miſſus ipſo iure an per lapſum anni ver⁹
conſtituatur poſſeſſor,an per ſñiam iudicis,& vr̃ ꝙ ipſo iure an-
no elapſo ſit verus poſſeſſor,ſ̃.de offi.or.paſtoralis.§.fi.ĩ. ti.j.c.j.ĩ.
de ver.ſign.dilecto. §.j.vbi de hoc.Et eſt alias ſimile,quia lapſus
anni priuat aliquem ſtipendio ſuo ſi tm̃ ſteterit excommunica
tus,xi.q.iij.rurſus.Quinimo & conuincit de hæreſi.ĩ.de hæret.ex
communicamus.j.Sed ꝯ vr̃,quia ſm decretum exigitur,vt ĩ.ti.j.
c.j.ff.de dam.infec.ſi finita.§.Iulianus.ſed ibi loquitur in perſona
li actione. In reali.n.non eſt neceſſarium ſm decretum, licet ad
cautelam valeat impetrari.ſed in perſonali neceſſarium eſt, aĩs
n.miſſus non poſſideret,quod dic,vt no.ſ̃.rñ.j.ſuper verbo, cã rei
8 ſer.& per ꝯns nec præſcribet, †quia præſcriptio ſine poſſeſſione
non currit,vt le.& no.ſ̃.de præſcr.cãm quę.Sed nec iſtud vnifor-
miter obtinet in omnibus perſonalibus,nam in cauſa noxali &
damni infecti ſm decretum conſtituit miſſum dñm ſi dñs reus
erat,alioquin conſtituit eum verum poſſeſſorem & dat ei titulũ
præſcribendi ſiue vſucapiendi,ff.de noxa. & gñaliter.ff. de dam.
in fec.ſi finita.§.Iulianus.ff.de acqui.poſ poſſideri.§.fi.In alijs per
ſonalibus,nec dñm facit,nec cauſam præſcribendi tribuit,ſed tã
tum poſſeſſorem conſtituit,ſ̃.vt li.non conteſ.qm̃.§.fi.Et ſm Io.
exonerat a probando debitum.ſed dñs qñcunq; veniens & debi
tum offerens rem recuperat.niſi auctoritate iudicis ſit diſtracta,
vt C.de diſtrac.pig.ſi prius.Sed in d.c.qm̃.§.fi.alius fuit poſitus in
tellectus.quod dic,vt ibi no. Sed & ſm iura canonica ſecundum
decretum,niſi bona fides aſſit,nunquam dat titulum præſcribẽ-
di.ĩ.de præſcrip.vigilanti.§.fi.Quid ergo operatur ſecundum de-
cretum qñ eccleſia petitur tanquam proprietas, vel in alijs ſpiri-
tualibus?Rñ.vt miſſus poſſit vti fructibus,& præſcribere ꝯ omnẽ
agentem ſi habeat bonam fidem,non tamen præſcribit ius præ
laturę,ſed ꝯ intentionem agentis ſm Ber. Miſſus autem in poſ-
ſeſſionem ex primo decreto in reali actione non vtitur fructib⁹,
imo ipſos tenetur conſeruare,vt ipſos reſtituat cũ ipſa re , ſi reus
poſſeſſionem recuperat infra annum,ĩ.de ſequeſtr.poſ.c.ij. ſi ve-
ro non recuperat rem infra annum,& reus agat poſtea de ꝓprie
tate miſſus facit fructus ſuos vſque ad litem conteſtatam In-
telligas ſi bonæ fidei ſit. nam ſi poſt litem conteſtatam ſuccum
bit reſtituit vniuerſos,vt C.de rei ven.certum eſt.Quod aũt miſ-
ſus in poſſeſſionem ex primo decreto non vtatur fructibus,ꝓba
tur,ff.ex qui ca.in poſ.ea.Fulcinius.rñ.j. poſt ſm vero decretum
9 vtitur fructibus,ff.vt in poſ.is cui.§.qui legatorum. in fi.† Sunt tñ
caſus in quibus miſſus ex primo decreto vtitur fructibus.Primo
in petitione hæreditatis,quando reus in nimia contumacia re-
peritur.ff.ex qui.cau.in poſ.ea.Fulcinius.§. fi.alias eſt lex & inci-
pit,ſi fundum.Secundo quãdo neuter in poſſeſſionem mittitur,
ff.de ven.in poſ.mit.l.j.§.j.ff.ſi mulier.ven.non in poſ.cauſa calũ.
eſſe di.l.j.§.intereſt.Tertio cum impubes ex Carboniano edicto
mittatur in poſſeſſionem,ff.de Carbo.edi.l.ſed & ſi is.§.ij.Cætera
quæ hic deficiunt ex primo & ſecundo decreto,dic vt no. ĩ ſum
ma.e.ti.ſub rubrica de contumacia.§.qua pœna. ſub.§.fi. & §.ſe-
quentibus.Sed nunquid miſſus ex ſecundo decreto poteſt pete-
re reſtitutionem ſi deiiciatur ab aliquo?Non vr̃,quia ſicut dictũ
eſt cuius eſt tantummodo,non poſſeſſor.is autem,qui non poſſi
det reſtitutionem petere ,non poteſt,vt le.& no.ſ̃.ti.j.ex parte.§.j.
ſ̃.de of.del.conſultationibus.nec vti poſſidetis agere poteſt,ff.vti
poſ.ſi duo.§.creditores.Sed dicas,ꝙ ipſam poteſt petere non per
interdictum aliquod,vt in iuribus ſupradictis,ſed conditione ex
l.illa.C.de præto.pig.l.fin.ſm Legiſtas vero quando agitur reali
actione expeditũ eſt , quia ſm eos miſſus eſt ſtatim verus poſſeſ-
ſor,licet commutabilis,quod dic,vt no. ſ̃.rñ.j.ſuper verbo,cauſa
rei ſeruandæ.ſm Ber.Tu dicas agendum eſſe conditione ex iſto
canone.nam hic ponitur caſus iſte.ſ̃.rñ.j. ĩ fi. qñ dicit vel acquiſi
tam amittit. & hic dicit verus cõſtituatur poſſeſſor poſt annum.
ſed & ante annum & poſt ſi veniens non admittatur in reali
actione miſſus,vr̃ habere locum interdictum vnde vi. & conſti
tutio ſi quis in tantam.C.vnde vi.argumen.ff.de acqu.poſ.ſi quis
vi.& l. clam poſſidere.§. ſi ad nundinas. & l.ſi id quod.§.fina.&
C.vnde vi.ſi quis in tantã.expreſſum vr̃.ff. de dam.infe.damni.§.
pe.nam in reali actione ponitur ſtatim quis in poſſeſſionem, &
aliter deiicitur. tamen infra annum pro eo dicitur detinere &
poſſidere , quia non facit fructus ſuos , poſt annum vero dicitur
poſſidere,quia facit ſuos.& quia alius non auditur niſi ſuper pro
10 prietate,†detentatio igitur auctoritate iudicis habita ſatis debet
plus operari quam violenta poſſeſſio.argumen.ff. de acqui. poſ.
iuſte.& tamen violenta parat prædoni interdictum.ſ̃.titu.j. in li
teris.In perſonali actione neque poſſeſſionem neque detentatio
nem habet miſſus ante interpoſitionem ſecũdi decreti, vt ſ̃.no.

& ideo apparet quare aliud hic & aliud ibi. Quid enim ſi in rea-
li actione miſſus, ſiue in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ.nun-
quid ſi alius quam contumax dicat ſe dominũ eiuſdem rei aget
contra me rei vendicatione?Vtique cum detentationem habeã
ff.de rei ven.officium.in fi.non tamen ei reſtituam ſi euicerit in
fra annum , niſi præſtiterit cautionem de qua legitur.ff. de rei
vendi.is a quo fundum.vel dic ꝙ vocandus eſt contumax cõtra
quem miſſus ſum in hoc caſu vt cauſam defendat ſi voluerit.ĩ.
de re iudi.quamuis.& hoc quo ad pœnam cõſtitutionis.ſi quis
in tantam, allegari poterit. ſed quantum ad interdictum non
videtur verum ſecundum canones, qui dicunt quod infra an-
num cuſtodit & non poſſidet,quia ad hoc vt locum habeat in-
terdictum non ſufficit agenti ꝙ probet detentationem,imo ne-
ceſſe habet probare quod poſſidebat tempore deiectionis.ſ̃.tit.j.
olim.j.& ij.& eſt argu.pro hac via.ĩ. de ſequeſtra. poſ.c.j.vbi ab-
bas miſſus in poſſeſſionem fuit violenter eiectus.nec reſtituitur
ſibi poſſeſſio ſed ſpoliatori.Poſſet tamen reſponderi ꝙ ad hoc nõ
agebatur ibi,& abbati.in fi.reſeruatur ius ſuum.

*SVMMARIVM.*

1 *Lites ſecundum leges non ſunt immortales , ſecus ſecundum canones.*
2 *Citatus ſemel non veniens an contumax reputetur.*
3 *Vocatus non debet auctoritate prætoris contemnere.*
4 *Certus debet eſſe de impedimento ad hoc vt non veniens excuſetur.*

CAP. X.

Enerabilis frater noſter, Et ĩ.] Tres
literæ loquuntur de hac materia . Prima eſt hic . Se-
cunda ſ̃.de dilatio.c.fi.Tertia.ſ̃. de maio.& obe. c.fi.
[Finem.]ſi.ſ̃.e.finem.quod dic vt ibi no.[Immortales.]quod iu
dex vitare poteſt , quia nullus eo inuito poteſt litem differre,vt
1 C.de iudic. properandum. quod verum † eſt ſm leges, ſm quas
ſpacio triennij perit inſtantia iudicij.ſecus ſm canones.ſm quos
immortales ſunt lites , quia & inuitis iudicibus protelantur.qđ
dic,vt no.ſ̃.de iud.venerabilis.[ Peremptorium.] de hoc termi-
no fit intentio.ſ̃.de dila.c.fin.rñ.j.[Super iure.]ver. [Primaciæ.]
quę præ cæteris prælatis hoc habet,quod ei permittunt canones
& quod priſca conſuetudo contulit ab antiquo.ix.q.iij.conquę-
ſtus.lxv.di.placet.& c.mos antiquus.& c.qm̃.& le.& no.ſ̃.de off.
ord.duo ſimul.[Ac in prouincia tua.] quamuis. hæc cauſa tan-
gat prouinciales non tamen neceſſe fuit eos citari.nec eis præiu
dicat ſm quoſdam,ar.ff.de lib.cau.ſi pariter.C. res inter ali.acta.
per totum.hoc tñ non placet.d.n.& dicit,ꝙ bene præiudicat,&
de hoc no.ſ̃.de ar.cum tpe.ſ̃.de maio.& obe.inter quatuor. & c.
fi.ſ̃.de dila.expoſuit.ĩ.de re.iu.cum ſuper.& c.pe.[Per te , vel per
procuratorem.]Vltimo autem citatus fuit perſonaliter tam ip-
ſe,quam alij prælati ſuæ prouincię,qui nollent conſentire proui
ſioni factæ per papã.ſ̃.de maio.& obe.c.fi [Sufficienter]Sufficiẽs
dr̃,qui ad agendum & rñdendum eſt legitime conſtitutus. ſm
Ber.& ad omnia alia quæ deciſioni negotij videbuntur neceſſa-
rio peragenda,vt ſequitur .[Ad litem.]ver.[Et ad alia oĩa.]& ſic
cum præmiſerit clam ſpecialem de litis conteſtatione, hæc gñã
lis ſequens oĩa comprehendit,vt patet in eo,quod leg.& no.ſ̃.de
reſcri.ſedes.& ĩ.de commod.c.vnico.& ſic notabis. hic qualiter
procuratorium ſit formandum,& quod ſufficiens reputetur,qa
hic exponitur,quod præmiſit ſufficienter inſtructum, & de hoc
no.plenius.ſ̃.de proc.c.j.& c.accedẽs.& c.mandato.¶ Nos vero.]
ij.pars.[Archidiacono.]ſi literæ,per quas citatur archieps Burde
galen.præſentes.ſ.ad eundem archiepm perueniunt, non eſt ne-
ceſſe,ꝙ iſti iudices citent ipſum ad cautelam , igitur mandatur
hic iſtis archidiacono,& magiſtro M.quia poſſet eſſe, ꝙ hæ lite-
ræ ad archiepm peruenire non poſſent, ſm do.n. Vel malitioſe
poſſent ſupprimi,& occultari etiam ſi peruenirẽt.& adde , quod
no.in ſeq.gl.[Et magiſtro M.]alias magiſtro N.quibus ſcribitur,
vt ipſi reſcribant,& certificent de citatione facta.alias poſſet ci-
tatus negare citationem,& ſibi ſuper hoc directam literam oc-
cultare.ad hoc ĩ.de ſen.excom.ſacro. & ſ̃.e. cum dilecti.§. expe-
ctantibus.ver.ſcribebat. vbi de hoc. [Te peremptorie.] ſi poteris
inueniri,quod dic,vt no.ſ̃.e.cauſam quæ.& de dila.c.j.& ſic con-
2 tinuatur ſequens §.[Citares.]†Sed nunquid ſemel citatus,& nõ
veniens contumax reputatur?Rñ.ſic quantum ad expenſas.arg.
ſ̃.e.cum dilecti.§.fi.ſ̃.de proc.querelam.ſ̃.de off.deleg.conſuluit.
extra d.n.eo.ti.actor.lib.vj.& in hoc eſt æqua conditio actoris.&
rei.ſ̃.de mu.pe.c.ij.de fru.& li.ex.non ignoret. ff.ſi quis in ius vo-
ca.non ierit.l.ij.§.ſi quis. Aĩs aũt q̃tum ad excõicationem feren-
dam,vel miſſionem in poſſeſſionem faciendam diſtinguendũ
eſt,vtrum rñdeat ſe nullatenus venire,vel iudicio obedire,& tũc
proceditur contra ipſum . nam hęc contumacia notoria repu-
tatur.vnde Mat.xxvj.G.quid adhuc ægemus teſtibus . ecce nunc
audiſtis blaſphemiam.licet & ibi iudęi peſſimi blaſphemarent.
ad idem ff.de re iud.contumacia.§.fi.ff.ſi quis ius di.non ob.l.vni
ca.quia in incertis &c.ff.de verb.obli.continuus.& de tali contu-
macia loquitur,ĩ.de ſequeſtr.poſ.c.j.rñ.j.ver.procuratore. vel ni-
hil reſpondeat, vel dicat, quod deliberabit , vel non reperitur.&

tūc non proceditur contra ipſum, niſi primis edictis præmiſſis,
neq; contumax reputatur,ſed & ſi ſic citatus nõ venerit, tūc re
putatur contumax præſumptiue,vnde & proceditur ꝯ ipſum,&
ſic intellige ff.de re iud,contumacia.ff.de iud.ad peremptorium.
&l.ſeq.xxiiij.q.iij,de illicita,s̃.e.cum olim.§.cūq;.xij.q.ij.indigne.
&idem eſt ſi quæratur de alia pœna infligenda, vt ibi.& s̃.de cõ
ſtit.ex literis.j̃.de vita & ho.cle.c.fi. ¶ Et ſi non poteſtis.] iij. pars.
[Per ipſos vel per alios.]hoc non poſſent facere.ſ.alijs commit-
tere niſi iniunctum fuiſſet.cum eis certum miniſterium cõmit-
teretur.s̃.de offi,dele,quoniam apoſtolica.in fi.Vel dic,ꝙ talis &
ſi ſubdelegare non poſſet poteſt tñ citare per alium, quia citatio
fit per literam,vel edictum, vel nuncium. nec tñ litera intelligi-
tur citare,ſed citans,Sic & hic delegatus intelligitur citare mini
ſterio nuncij,ar.ff.de conſt,pec,l.& licet.& eadem ratione poteſt
quis per ſe,vel per alium executioni mandare ſñiam ſuam , vel
etiam executor id quod ſibi eſt demandatum ſm Goff. [Apud
eccleſiam tuam.]ſic ergo debet citari,qui perſonaliter non inue
nitur,nec procuratorem relinquit,vt hic,& j̃.e.ti,c.fi. & le.& no.
plene.s̃.eo. cauſam quæ. Sed quid ſi citatus non veniat,iudex tñ
fuit impeditus ad diem,ita ꝙ & ſi veniſſent nihil expeditū fuiſ-
ſet,nunquid reputatur contumax ſaltem quo ad expenſas? Vide
3 tur,ꝙ ſic,quia † vocatus non debet auctoritatem prætoris contē-
nere,ff.de iudi,ſi quis ex aliena.ff.de re iud,contumacia. Nec pro
deſt ſi iudex fuit occaſionaliter impeditus, ſicut & ſi facto ali-
quis obediat,non tantum vr̃ obtemperare voluntati,ff.de cond,
4 & demon.l.iij.in fi.†Item certus debet eſſe de impedimento ad
hoc,vt non veniens excuſetur,ff.de bo.poſ.ſm tab.l.j.§.j.ver.ſciē
tiam tñ. nam & ſi non interſit aduerſarij,nihilominus venire de
bet, ff.ſi quis cautio. ſi eum. rñ.j. Argu. contra . ff. ſi quis cautio.
l.ij.§.ſi quis iudicio.in fine.ff.ſi quis in ius voca, non ierit,l. ij. in
fi.ff.de iudi.non videtur,ff.de pecul.eo tempore,ff. de arbitr.ſi cū
dies.§. ſi arbiter. & eſt verum , quod talis non reputatur contu-
max , ff.de arbitris. arbiter ſi calendis. nec iudices debent proce-
dere contra ipſum , cum de iure ſuo ſint certi , ſecus ſi ignora-
rent , vt in iuribus in prima parte huius gloſſæ in contrarium
allegatis,& probatur hæc ſolutio, infra de appellatio.ſi duobus,
vbi de hoc.

De eo,qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei
ſeruandæ. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Iudicem oportet cuncta rimari.*
2 *Sententia ferri non debet contra non confeſſum,nec conuictum.*
3 *Contra partem inauditam,& non citatam non eſt procedendum.*
4 *Agens interdicto vti poſſ.non poteſt mitti in poſſeſſionem.*
5 *Sententia diffinitiua ferri non poteſt lite non conteſtata.*
6 *Spiritualia extimationem non recipiunt.*
7 *Spiritualia cum temporalibus permutari non poſſunt.*
8 *Spiritualibus petitis non fit miſſio in temporalibus nec econtra.*
9 *Merita cauſarum partium aſſertione panduntur.*
10 *Ex confeſſione partium proceditur ad ſententiam.*
11 *Confeſſus in iure pro conuicto habetur.*
12 *Decretum quid & qualiter fiat.*
13 *Voluntas ſine effectu non ſufficit.*
14 *Bona voluntas pro facto reputatur.*
15 *Nemo cogitationis pœnam meretur.*
16 *Cautio de ſtando iuri aduerſario eſt præſtanda.*
16 *Idem poteſt donare,& confirmare,ſi a donatione incipiat.*

CAP. PRIMVM.

Conſtitutis.[Canonico veſtro.]pro parte veſtra , quod po-
teſt facere religioſus prælato imperāte & vti-
litate monaſterij exigente,vt hic patet,& s̃.de
poſtula.c.ij.vbi de hoc. [Præpoſiti.] pro parte
ſua.[Super poſſeſſione.] forte petebat ſibi re-
ſtitui poſſeſſionem eccleſiæ agendo poſſeſſo-
rio ex interdicto vnde vi.Vnde notandum eſt , ꝙ in interdictis
in rem ſcriptis fit miſſio in poſſeſſionem cauſa rei ſeruande. ſic
& hic videtur fuiſſe factum , nam ſuper hac poſſeſſione data
cauſa rei ſeruandæ reuocanda agitur hic. Et ex hac decre.patet,
ꝙ ſm decretum,quia pars,contra quam dari petitur multa poſ-
ſet proponere,quare eſt dandum , & rationes & iura ſuper hoc
1 allegare,&† iudicem oportet cuncta rimari, xxx.q.v. iudicante,
3 †nec contra non confeſſum nec conuictum ſententia ferri , ij.
q.j.nos in quenquam,s̃.de conſti.eccleſia.ad finem.& melius fa
cit ad hoc.C.quomodo & quando iudex ea,quæ. ſm d.n.quini-
3 mo &†contra partem inauditam & non citatam nullatenus eſt
procedendum,s̃ de cau.poſ.c.j.s̃.de maio.& obe.inter quatuor,
vel dic ſm d.n.ꝙ hic non petebatur ſecundum decretum,quod
nec in reali actione neceſſarium eſt,imo ſolus lapſus anni ſuffi-
cit,vt no.s̃.ti.j.contingit.ad fi.& s̃.vt li. non conteſt.c.fi.§.in alijs.
ſed illa pars quæ paſſa fuit miſſionem in poſſeſſionem , petebat
hic ipſam ſibi reſtitui non obſtante lapſu anni , cum non fuiſ-
ſet in mora,vel petebat hāc miſſionem reuocari & aduerſa pars
petebat ipſam confirmari,& hic eſt melior intellectus ſm do.n.
Poteſt tamen intelligi,ꝙ originaliter non fuit hic actum inter-
dicto vnde vi,ſed petitorio.quod dic,vt in ſeq.gl.[Eccleſiæ.]tanq̃
proprietas petita,& ideo locum habet miſſio,vt hic,& j̃.c.j.ſecus
ſi petatur tanquam beneficium,quia tunc nõ habet locum, ſed
expeditur cauſa etiam lite non conteſtata contumacia exigente
extra d.n.e.ti.eum qui.li.vj.Et de hoc no.s̃.ti.j.contingit.ad fi. ſed
poteſt intelligi ꝙ hic agebatur poſſeſſorio.quod dic,vt no.in præ
cedenti gl.[In qua.ſ.eccleſia. [Fueratis inducti.] propter contu-
maciam aduerſarij,qui cõuentus poſſeſſorio,vel petitorio, vt in
præcedentibus gl.noluit ſtare iuri. Sed quæritur qualiter conſuli-
tur actori conquerenti de aliquo auferente,vel turbante ſibi iu-
ra eccleſiæ,vel ſeruitutes ſibi cõpetentes, vel non permittente ip
ſum eis vti,Si citetur nec veniat,ſed conſtet de contumacia ſua?
Ad hoc poteſt reſponderi,ꝙ primo poteſt excommunicari, ſe-
cundo poteſt mulcta indici,tertio poteſt intereſſe taxari , ſm ꝙ
exigit natura interdicti,vel actio de qua agitur , quarto ad inſtar
aliarum actionum perſonalium poteſt fieri miſſio in poſſeſſio
nem bonorum ſuorum pro menſura debiti declarati . Sed alij
multi modi ſunt procedendi contra contumacem, ſicut de his
& alijs no.plene.s̃.ti.j.contingit,ad fi.s̃.vt lite non conte.tue.rñ.j,
ſuper verbo inducendum,vel melius dicas,ꝙ quando agitur cõ-
feſſoria iudex mittet actorem in poſſeſſionem ſeruitutis.vel alte
rius iuris petiti,non vt ſit tantum cuſtos,ſed vt ſit etiā verus poſ-
ſeſſor,& prohibebit reo,ne turbet ipſum actorem vti ſeruitute il
la,quouſq; de iure ſuo probauerit,& præcipiet ei,ꝙ ſuper hoc ca
ueat,& faciet interim iudex ipſum actorem miſſum in poſſeſ-
ſionem pacifica poſſeſſione ſeruitutis,vel alterius iuris petiti gau
dere,argu.ff.de noui operis nun,ſi priuſquam.ff.ſi ſeruitus ven.is
cuius familia.ff.de vſufru.cuiuſcunq;.& l.ſi vſufruct.leg.ff.de op.
leg,mancipiorū.C.de inge.& ma.diſta.C. de remiſ. pig.ſi compe
ff.vt in poſ.leg.ſi pecuniæ.§.i,& l.ſi inutiles.ff.de colla.bo.l.j.§.ſi,
Si autem agitur negatoria non fit miſſio , quia nec fieri poteſt,
ſed cauebit de nõ moleſtando,vt in prædictis iuribus. Et hoc eo
dē modo cõſulitur agēti interdicto,vti poſ.vel vnde vi.pro incor
poralib.ſiue quocūq; alio mõ agatur ꝓ iurib.vt ꝓdicta iura ſonāt
4 & j̃.de ſequeſtra.poſ.c.j.Licet. n.†agens interdicto vti poſ.nõ poſ
ſit mitti in poſſeſſionē , cum dicat ſe poſſidere, vt patet in eo, qđ
5 leg.& no.s̃.de iud.examinata.†nec poſſit ferri diffinitiua ſñia,cū
lis conteſtata non ſit.s̃.vt lit. non cõteſt.qm̃ . rñ j, Percipietur ta-
men reo,ꝙ non impediat actorem,quouſque de iure ſuo proba-
uerit,vt in dicta l.ff.de no.op. nun.ſi priuſq̃, ff. de iti. ac. quę pri-
ua.l.j,ij & iij.Hæc etiam locum habent vbi eps petit eccleſiam ra
tione iurium epalium, quæ habet in ea , ſiue etiam archipresby-
ter eā petat rõne iurium parochialiū . Eccleſia nempe peti non
poſſet tanq̃ proprietas , cū in nullius bonis ſit ratione dominij,
nec etiā tanq̃ propria poſſideatur, ff.de rei ven.in rem.rñ. j.& §.j.
Inſti,de re.di.§. nullius. vnde nec de ipſa agi põt,nec ratione iu-
ris,quod habetur in ea.ff.de ꝯh.empt.qui tabernas; ff. de pigno.l.
penul. & ideo rõne iuris quod in ea habetur prędictis modis eſt
procedēdum, Sed dicūt quidam & forte bene, ꝙ anteq̃ ſuperior
det in præmiſſis caſibus poſſeſſionem tñ præiudicialem,debet in
cipere ab excõcatione,vel ſequeſtratione,vel miſſionē in poſſeſ-
ſionem cā cuſtodiæ, ar.in eo quod leg.& no.s̃.de do. & contu.c.
ij,rñ.j.ad fi Nec ob.ff. de no.op. nun.ſi priuſq̃. vbi dr̃,ꝙ non ſunt
aliæ partes iudicantis,niſi vt caueatur,quia hoc verum eſt quan-
tum ad diffinitiuam ſententiam proferendam , quæ vt dictum
eſt lite non conte.ferri non poteſt.Per hoc tamen non remouet
uel quin procedi poſſit mitioribus modis,ſiue pœnis ſecūdum d.
n.nam a mitiori ſemper eſt inchoandum,vt patet in eo quod le-
gi & no s̃.de offi,deleg.ſane quia,& vt lite non conte.c.fi.§. fi.Po
terit ergo ſm d,n.ab initio, vt dictum eſt procedi cõtra contuma
cem,vt in prædictis caſibus per miſſionem in poſſeſſionem.Et ſi
infra annum venerit reſtitutis expenſis ex prædicta cautione de
ſtando iuri recuperabit hanc poſſeſſionem , vel etiam laxabitur
mandatum factū de non moleſtando,& cautio ſuper hoc præſti
ta.Proprie autem fieri dicitur hæc miſſio & reuocatio,quia ſicut
pro incorporalibus damus interdicta quaſi poſſeſſoria, ff.de ſeru.
quotiens,j.& no.s̃.de elec.querelam,s̃.de cā poſ. cum eccleſia Su
trina.Ita etiam qñ petuntur hæc incorporalia , poteſt fieri miſſio
in poſſeſſionē,vt hic.& j̃.c.j.& j̃.de ſequeſtra. poſ.c.ij.s̃.de do.& cõ
tu.c.ij. s̃.vt lit.non conte. accedens.j. Quod ſi paſſus miſſionē in-
fra annum non venerit , extūc põt iudex decernere actori quaſi
poſſeſſionem verā iuris petiti,quod nec vlterius reuocabitur, niſi
reus probet de iure ſuo,tñ non ſine ſecundo decreto hoc ius ha
bebit. Alij dicunt ꝙ non eſt neceſſarium in hoc caſu ſm decre-
tum,imo fit miſſus verus poſſeſſor per lapſum anni, ſicut in rea-
li actione legitur,& no.s̃.vt lite non conte. qm̃.§. in alijs.& hoc
ſatis innuit hæc decre. Tertij dicunt corpora eccleſiarum poſſi-
deri a b epis , vel capitulis , vel prælatis eorum. & ſic facienda eſt
miſſio



miſſio in corporalem poſſeſſionem ipſarum eccleſiarum & nõ
iurium ſm d.n.Hæc.n.ſpiritualia & eccleſiaſtica licet non poſſi-
deant a laicis,ar.s̃.de iu.decernimꝰ,& expreſſum.j̃.de ꝑſcri. cām
quæ,tñ a clericis & perſonis eccleſiaſticis poſſidētur, vnde & eps
petit eccleſias & decimas ſibi adiudicari,j̃.de decimis.dudum.j̃.
de relig.do.conſtitutus.& duobus cc.ſe. & aliæ ꝑſonæ eccleſiaſti
cæ,vt j̃.de do.inter dilectos.s̃.de tranſac.præterea.ij.Et qñq; agūt
de ſolis iuribus.s̃.de offi.or.conquerente.s̃.de tranſac.veniens.s̃.
quod me.cā.cum dilectus.Et ideo vr̃ dicendum, ꝙ ſi iura tm̃ pe-
tantur fiet miſſio in corporalem quaſi poſſeſſionem iurium pe
titorum & non eccleſiarum.Sin aūt eccleſiæ tm̃ petantur , tunc
fiet miſſio in corporalem poſſeſſionem ipſarum tm̃ eccleſiarū,
vt hic,& j̃.c.j.& de ſequeſtra.poſ.c.j.Si vero tam eccleſia , quam
iura petantur,reſtat,ꝙ & tūc fiet miſſio in vtroq;.Sed & ſm d.n.
adhuc circa hāc materiam occurrit quarta opinio.quod dic , vt
no.ſm ipſum.s̃.ti.j.contingit.ad fi.ꝙ ſi in perſonali actione mit
tendus ſit,quiſq̃ in poſſeſſionē cā cuſtodiæ, nec inueniantur res
corporales, in quibus fiat miſſio, tunc debet fieri in poſſeſſionē
nominum,ita ꝙ ipſe miſſus poſſit nõia exigere,& vere creditori
denegabuntur actiones,ff. vt in poſ.le.ſi inutiles.Sed ſi reus j̃.an-
num,vel ſm alios qñcunq; veniens obtulerit,& ꝓſtiterit cautio
nem de ſtando iuri , recuperabit collecta ab eo, qui in poſſeſſio-
nem miſſus erat,vel fuit,ff.de col.bo.l.j.§.iubet.Et a ſimili dicen
dū eſt,poſſe fieri miſſionem aliorum iurium incorporaliū,tam
tpalium,q̃ etiam ſpiritualium,cum auctore iudice hoc fiat.ff.de
acqui.poſ.iuſte poſſidet. Aliqui tñ dicunt ꝯrium aſſerentes,ꝙ nõ
agitur interdicto vnde vi.vel etiā actione ex empto,vel alia qua-
cunque actione perſonali , in qua occurrit facienda miſſio pro
menſura debiti declarati.Conſilium eſt , ꝙ primo fiat miſſio in
poſſeſſionem illius rei,de qua agitur,tñ ſi ratione intereſſe aliqđ
deeſt,vel plus debeatur,tunc ſuppleatur, & vſq; ad ſupplementū
fiat miſſio in poſſeſſionem aliquarum rerum. Sed & his poteſt
reſponderi,ꝙ licet hoc congruum ſit , tñ non infert neceſſitatē,
immo ex cauſa & ſi videatur iudici aliud fieri poteſt. Hoc tñ te-
nendum,ꝙ ſi agatur perſonali actione pro tpalibus non eſt pro
cedendum ad miſſionem in poſ.rerum ſpūalium pro menſura
6 debiti declarati.hoc duplici rõne.Prima eſt,quia ſpiritualia æſti-
a matione non recipiunt,[a] & ideo in eis debitum commenſurari
7 non poſſet. Secunda eſt , quia † ſpūalia cum tpalibus permutari
non poſſunt,j̃.de rerum permu.ad qõnes.Si vero agatur perſona
li actione pro ſpiritualibus,quia forte permutatę ſunt vel dona-
tæ,tūc bene in alijs rebus ſpūalibus fiet miſſio,& ēt forte in tpa-
libus,maxime in illis,quorum præſtationes ſpūalibus ſunt anne
xæ ſm d.n.cuius eſt mēs maioris partis huius gl. Verius tñ vr̃,ꝙ
8 qñ petūtur ſpūalia,nunq̃ fiet miſſio in tpalib. nec ꝯ, ar.op in eo,
quod le,& no.extra d.n.de reſt.ſpo.frequens §.fi.lib.vj.¶ Tandē]
9 ii.pars.[Aſſertione]nam † merita cauſarum partium aſſertione
panduntur,C.ſi per vim,vel alio modo.l.ij.s̃.de reſti.in inte.tum
10 ex literis.§.j.in fin. † & ſic ex confeſſione partium proceditur ad
ſententiam.s̃.de tranſac. præterea.s̃. de reſtit.ſpo.ad ſedem.ad fi.
11 quia†confeſſus in iure pro conuicto habetur,j̃.de confeſs. cum
ſuper.& c.ſeq.& C.de confeſ.l.vnica.[Tenuimus.]i.nobis conſti
tit.[Poſſeſſionem.]etiam ſine ſecundo decreto. Et poſt annum
poſſeſſores nihilominus remanſerunt,ſed diuerſimode, quia j̃.
annum tm̃ cuſtodes fuerunt , ſed poſt annū ſi perſeueraſſet par-
tis aduerſæ cõtumacia veri poſſeſſores fuiſſent,et no.s̃. vt li. non
12 conte.qm̃.§.in alijs.& probatur.s̃.de offi.ord.paſtoralis.§.fi.† Eſt
b autem decretū idē,quod miſſio in poſſeſſionem[b],licet ex ſecun
do decreto ſolennius fiat,q̃ qñ cauſa cuſtodiæ fit, vt ff.de damn.
infe.l.iij.§ j.& §.duas.& l.ſi finita.§.Iul.Et dicunt quidam primū
decretū fieri ſic debere.Decerno talem mittendū in poſſeſſionē
talis rei aduerſarij ſui contumacia exigente.Sed ꝯ, quia per hæc
verba potius vr̃ dari lex de mittendo,q̃ ferri ſñia ꝯ aduerſarium,
nihil.n.aliud vr̃ dictū.decerno talem mittendum, q̃ ſi dicerem,
quia talis de iure mittendus eſt in poſſeſſionem. Alij dicūt ꝙ da
ri debet per hęc verba.Mitto talem in poſſeſſionem talis rei cau
ſa cuſtodiæ,ſed ſi iudex ſic dicat falſum vr̃ dicere,niſi corporal̃r
& actualiter mittat.Vnde dicas,ꝙ ſic debet dari hęc decret. Pri-
mum ſic.Decerno , vel conſtituo , vel iubeo te eſſe poſſeſſorem
talis rei cauſa cuſtodiæ,& volo,ꝙ talis miniſter noſter ponat te
actualiter in poſſeſſionem corporalem,quem miniſtrum debet
dare,vt hoc adimpleat,& ei referat an ſit factum,arg. ff. de rebus
eorum,qui ſub tu. vel cu.ſunt.magis puto §.nec titulotenus . ad
hoc præſtat ar.ff.de ver.ſig.in his.& j̃.de iudi.cum aliquibus.Sed
& ſi non mittatur in corporalem poſſeſſionem,nihilominus in
telligitur poſſidere,& idem ius ſequitur,ac ſi miſſus eſſet,adeo ꝙ
elapſo anno eodem modo efficitur verus poſſeſſor , ac ſi in cor-
poralem poſſeſſionē ab initio eſſet miſſus,quod dic,vt le. & not.
s̃.ti.j.contingit.Secundum vero decretum ſic datur decerno, vel
conſtituo , vel iubeo te eſſe verum poſſeſſorem talis rei . Et talis
miſſus licet corporalem poſſeſſionem non adipiſcatur,verus ta-
men poſſeſſor intelligitur eſſe,& iura veri, & bonæ fidei poſſeſſo
ris habere.Fructus igitur illius poſſeſſionis ſuos facit,ff.de acqui.
re.do.bonæ fidei.& præſcribit,ac ſi poſſideret, cū tñ als ſine poſ-
ſeſſione corporali ꝑſcriptio nõ procedat,vt j̃.de præſcr.cām quę
Vel primum decretum ſic fit Iubeo tali abſenti , & contumaci,
vel pro contumace habito,vel condemno eum , vt talem reci-
piat ſecum in poſſeſſionem talis rei cā cuſtodiæ. ſm vero ſic. Iu-
beo tali contumaci,vel condēno, vt tradat poſſeſſionem talis rei
ſm d.n.cuius eſt hæc tota gl.Sed proximus procedēs modus,qui
no.s̃.e.gl.ver.vnde dicas.& ſe.magis placet,& illā teneas.Illud au-
tē certū eſt,ꝙ ſi reus obedire noluerit manu militari eſt ſibi poſ-
ſeſſio de iure auferenda,& miſſio corporaliter aſſignanda,arg.ff.
de rei ven.qui reſtituere.ff.ne vis fi.ei qui in poſ.ſi quis miſſus.Sed
& ſi de facto forſan propter potētiam, vel dolum aduerſarij nõ
poſſit hoc adimpleri , nihilominus tñ in hoc caſu adeo de iure
ſuppletur factum,ꝙ perinde eſt,ac ſi factum eſſet, vt patet in eo,
quod le.& no.s̃.ti.j.c.contingit.Et ſic patet , ꝙ talis poſſeſſio etiā
quo ad factum plus habet iuris,q̃ facti.de qua materia dic,vt no.
de cõceſ.præb.cum noſtris.§.auditor igitur. & ſm hoc intellige
quod no s̃.e.gl.ver.ſm vero decretum ſic datur.& ſeq.& verſ.ſed
& ſi non mittatur.[Et in fra annum.]ver.[Non præſtiterit]& ſic
quod dicebat,vel offerebat facto non adimpleuit. [Licet volun-
tatem.]non tñ ſtudioſam, ſiue cum effectu forſan dicebat iudi-
ci,ego volo cauere,vel offerre cautionem. iudex rñdebat & ego
volo recipere,quo audito ipſe vltra non procedebat. & ſic ſtat ꝑ
ipſum non per iudicem.nam ſi ſtetiſſet per iudicem non impu
taretur ei,j̃.c.j.Oportet ergo,ꝙ ad factum procedat offerēdo cau
tionem atq; præſtando.j̃.e.cum veniſſent.Adeo ꝙ ſi non habet
copiā iudicis tenetur recurrere ad publicas perſonas , quod dic,
vt le.& no.s̃.de offi.ord.paſtoralis.§.fi.& in ſe.gl. Et ex hoc elici-
13 tur,ꝙ†voluntas ſine effectu non ſufficit[c] ad idem j̃.de re iud.cū
aliquibus.ff.de conſti.pecu.promiſſor.§.conſtituto.ff. de re iudi.
14 l.iij.§ ait prætor.lxxxvj.di.non ſatis.Sed contra,quia† bona volū
tas pro facto reputatur,ſicut dici vulgariter conſueuit, & proba
tur,j̃.de pig.ſignificante.Idem eſt & de mala.xxxij.q.v. nec ſolo.
& c.qui viderit.de pę.di.j.ſi cui.xiiij.q.v.ſi quid inueniſti.j̃.de ſen.
ex.cum voluntate.Sol. Niſi de neceſſitate opus eſt facto non ſuf
ficit ſola voluntas ſi de facto adimpleri poteſt. Si vero nõ poteſt
pro facto reputatur,vt in d.c.nõ ſatis & c. ſignificante. Vel aliter
vbi quis habet voluntatem bonam ſola voluntas ſufficit , ſi non
poteſt illud facere.Si vero habet voluntatem malefaciēdi,& per
eum non ſtat,puta quia procedit ad actum exteriorem imputa-
tur,de pę.di.j.ſi quis cum telo.Sed ſi non procedit ad actum ex-
15 teriorem non obeſt voluntas, quia † cogitationis pęnam nemo
meretur.de pę.di.j.cogitationis. Hic aūt ideo ſola voluntas ſuffi-
cit,quia rõne contumaciæ paſſus eſt miſſionem in poſ. & ideo
cum conſtet de contumacia , quouſq; pęnā purgauerit ſemper
præſumitur ꝯ ipſum , s̃.ti.j.veritatis.§.j.& c.prout. Quare ad pur-
gandā contumaciam requiritur,ꝙ de facto præſtet , non ſolum
offerat cautionem,dummõ ſit,qui ipſam recipere velit,vt hic &
16 j̃.c.j.& ij.[Habuit,]Ex iſtis verbis colligitur,ꝙ† cautio de ſtando
iuri aduerſario eſt præſtanda.Sed ſi aduerſarius non eſt præſens
ſufficit ꝙ præſtetur iudici,vt j̃.c. ij. & iij.& iudice deficiente prę-
ſtari poteſt perſonis publicis quibuſcunq;,vel ēt vicinis in ſubſi-
dium.quod dic,vt le.& no.s̃.de offi.ordi.paſtoralis.§. fi. & ſi non
ſit qui recipiat ex quo reus facit inde quicquid poteſt,non currit
ei tps,nec ſibi eſt imputandum,ar.ff.de leg.j.ſi fundus.§. ſi Titio.
alias eſt l.antepe.& ar.j̃.e.c.j.& j̃.de ap.ex ratione.ſm d.n. & xxij.
q.ij.faciat ēt hõ.& no.j̃.e c.j.in fi. & j̃. de ver.ſig.dilecto.rñ.j.[Pa-
rati.]ſi vero non fuiſſent parati bono propoſito non noceret,ar.
ff.de leg.cõmiſ.ſi fundus.in fi .Quid ſi contumax non poteſt præ
ſtare fideiuſſoriam,vel pignoratitiam cautionem? Rñ. non im-
putatur,quia inanis eſt accuſatio &c.s̃.de reſti.ſpo.olim.ij. debet
tñ hoc proteſtari, ar.j̃.de ap. ſi iuſtus. ſm B. Dummodo præſtet
iuratoriam,& eandem rem quam recuperat obliget. nam hæc
duo facere poteſt,& ſic ipſum impoſſibilitas oĩno non excuſat,
ſed & tertium facere poteſt obligare ſe.ſ.ſub certa pęna vel pecu
niaria,j̃.de præſum.literas.§.quo circa. vel priuationis beneficij.
s̃.de ele.cum dilectus.§.fi.ver.præfatum B.¶ Ideoq;]iij.pars.[De
cernimus] declarando. vel quaſi ſm decretum interponēdo.ſic
eſt ar.ꝙ in reali actione habet locum ſm decretum.de hoc no.s̃.
ti.j.c.fi.& j̃.ver.j.[Ammodo]ſ.ex quo annus lapſus eſt a tpe miſ-
ſionis,ſaluo iure proprietatis,s̃.ti.j.prout.in fi.s̃.vt lit.non conte.
quoniam.§.fi.in fi.[Abſque contradictione.]etiam ſi per dolū,
vel per potentiam aduerſę partis impediti fueritis poſſidere , qđ
dic,vt legi.& no.s̃.ti.j.l.contingit. [Vt autem.]ver. [Diffinitionis
ſententia.]Ex hoc patet,ꝙ non fuit ſecundum decretū interpo-
ſitum,vt innuitur & no.s̃.e §.in prin.dubitatum.n.fuit forſan in
hoc

ADDITIONES.

a ¶Non recipiunt.Adde d.Ab.hic in fi.& d.Andre.Sic.in apoſtil.in verbo, non recipiunt.
b ¶Decretum eſt miſſio in poſſeſſionem,qualiter autem fiat,vide hoc per Inn.& d.Ab.circa prin.poſt eum,& illum hic.
c ¶Non ſufficit.Adde hoc pleniſſime per d.Henri.Bo.in j.di.hic.

hoc caſu,vtrum nō obſtante lapſu anni deberet recuperari poſ-
ſeſſio,tum quia citatio parti aduerſæ ĵ.annum oblata fuerit, tū
quia de eccleſia qō erat, vnde videbatur,ꝙ aliud eſſet,q̄ ſi tpalib.
ageretur.In hoc autem decernitur,vt ſ̄.c.in prin.i. diffinitiue ſen
tentiatur,vt hic,ꝙ de cætero non recuperabitur poſſeſſio,vt ĵ.eo.
cū veniſſent.§.fi. Nec oblatio facta, quia per partem aduerſam
non ſtetit quominus reciperet cautionem,vt ſ̄.eo.§.proxi. ver.ĵ.
annum.Nec ob.quod de eccleſia agitur, quia non petitur tanq̄
beneficium,ſed tanq̄ proprietas,vt no. ſ̄.rn̄.j. In quo caſu q̄tum
ad hoc idem iuris eſt,ac ſi de ꝓprietate tpali alia ageretur,vt hic,
17 & ĵ.c.j.[Eam.]ſ.diffinitionem.[Roborandam.]Et ita†ille idem
a qui ſententiat,vel donat,[a]cōfirmat eādem rem,quod verum eſt
qn̄ ſn̄ia, vel donatio præcedit confirmationem, puta ſi ſic di-
cit donamus,& confirmamus,vt hic,quia tunc rem a ſeipſo da-
tam confirmat,ff.de iu.om.iud.& quia.ſ̄.de reſti.ſpo.cum veniſ-
ſent.ſecus ſi confirmatio præcedat donationem, vt ſi dicat,cōfir-
mamus,& damus, tunc.n.ſibiipſi contradicit, & ſic non obſtat
ĵ.de fi.inſtru.inter dilectos.§.cęterum.ver.cum eadem.& ſe.

ADDITIO.

a Not.ꝙ idem poteſt donare,& confirmare ſi a donatione incipiat. Adde Henri.hic in vl.diſt.

SVMMARIVM.

1 *Cautio per iudicē recipi non debet, niſi præſentibus partibus quorū intereſt.*
2 *Lazarus alter raro inuenitur.*
3 *Integrum eſt iudicium,quod plurimorum ſententijs roboratur.*

CAP. II.

Vm ſicut accepimus. [Subdia-
coconū.]
ex parte vna.[Sanctæ Trinitatis.]ex altera. [Super ec
cleſia.] quam moniales petebant tanq̄ proprietatē,
communi.n.menſæ erat forſitan deputata.ſic.ĵ.de ſequeſtr. poſ.
c.ij.& ſ̄.c.j.vbi de hoc.[Moniales ipſas.]ſ. ſanctæ Trinitatis agen
tes. [Rei petitæ.]ſic ſ̄.vt li.non conte.qm̄.§.in alijs.& ĵ.e.c.fi.C.de
his,qui ad eccl.confug.præſenti B.¶[Vnde.]ij.pars. [Cum hoc.]
i.hæc commiſſio.[A ſubdiaconi.]abſentis & contumacis,ꝯ quē
agebatur. [Ad Archidiaconū]ſ.ſolum & quare ſolum. ſequitur
ĵ.ibi,qm̄ abbas &c.vſque ingreſſus.[Et offerens ei.] ſ. archidiaco
no.hęc autem oblatio coram ſolo archidiacono facta ad inter-
rumpendam præſcriptionem valere potuit, ſicut ſi coram alia
perſona publica eſſet facta.ſ̄.de offi.ord.paſtoralis.§.fi.Cautionē,
1 †tn̄ tanquam iudex non debet recipere, niſi præſentibus oībus
quorum intereſt,ſ̄ de offic.dele.prudentiam.§.pe.& fi.ſm d.n.&
melius.ſ̄.de offi.archi.ad hæc.§.fi.ſ̄.de temp.or.ſi archieps.vbi de
hoc.& patet in eo,quod no.ſ̄.eo.rn̄.j.in verbo,ſuper poſſeſſione.
[Profectus.]& ideo ipſius copia haberi non potuit,quare nō im
putat̄.& eſt ſi quantum ad hoc.ĵ.de teſti. præſentata. §.j.ver. vnꝰ
2 ipſorum.[Ingreſſus.]nec iſte haberi potuit,†quia raro alter La-
zarus inuenitur,ſ̄.de offi.deleg.quoniā abbas.& c.licet.& c. vno.
[Non potuit obtinere.]ſed nec debuit,quia cum tres eſſent iudi
ces,tertius ſolus reſtitutionem dare non poterat.ſ̄.de offi.delega.
cauſam.ĵ.de teſti.præſentata.§.fina.in prin. Ar.contra.quia cum
res eſſet tempore peritura,videtur,ꝙ archidiaconus poterat ſe in
tromittere,ff.de admini.tuto.l.tutor, qui.§.j. quod non eſt verū,
vt probant iura prima.Nec obſtat contrarium, quia loquitur in
tutoribus,quorum quilibet poteſt officium exercere inſolidum,
ne vtilitas perſonæ cui datus eſt impediatur,vt probatur ff.de ad-
mi.tuto.ſi plures.ff.de tut.& ra.diſ.l.j. §.nunc tractamus. nos aūt
loquimur de pluribus delegatis,quorum vnus ſine reliquo, niſi
3 aliud dictum ſit,nihil pōt facere.& eſt ratio,†quia integrum eſt
iudiciū,quod plurimorum ſententijs roboratur, vt le.& no.ſ̄.de
offi.deleg.prudentiam.rn̄.j.ver.illa quippe.Poterat tamen iſte ter
tius nomine aduerſæ partis recipere cautionem, ne tempus cur
reret contumaci.non tamen propter hoc poſſeſſionem reſtitue
ret,quia non faceret hoc tanquam iudex, ſed tanquam alia pu-
blica & honeſta perſona. & eſt hæc ratio, quare hic contumax
releuatur,vt patet.ſ̄.de offi.ordi.paſtoralis.§.fi.& no.ſ̄. ſuper ver-
bo,& offerens ei.¶[Diſcretioni.]iij. pars.[Cautione] & ita quod
non potuit primo facere ad hoc, ꝙ poſſeſſionem recuperet,de-
bet nunc adimplere.ſic.ĵ.c.j.ſ̄.ti.j.cum dilecti.§.præterea. & ſ̄.de
reſti.ſpo.c.fi.§.porro.[Recepta.] ſubaudi & pręmiſſa ſatiſfactio-
ne de expenſis,ſi quę factæ ſunt.ſ̄.vt li.non conte.quoniam.§.in
alijs.[Poſſeſſionem] pręſente tamen miſſo. nam ipſo abſente ex
cauſa neceſſaria reſtō fieri non dēt,ĵ.de ver.ſig.dilecto.[Nec ob-
ſtare.]ver.[Volumus]ſic ſ̄.ti.j.cū olim.§.volentes.[Nō ſteterit.]
qa pſonā idoneā,corā qua caueret, hr̄e nō potuit.ſm d.n. Et ſic
no.ꝙ ſi per me nō ſtaret quominus faciā qđ debeo,mihi nō eſt
a imputandū,[a] ſ̄.de reſcr.ſi aūt.& c.plerunq;.ſ̄.vt li.non cont.qm̄
frequenter.circa prin.ĵ.de ap.ex inſinuatione. & c. ex ratione.ij.
q.vj.anteriorum.§.ad hæc. arg.contra.ſ̄.c.j.ſed ibi ſtetit voluntas
in ſuis terminis per offerentem non recipere volentem.

ADDITIO.

a ¶Imputandum.Facit regula imputari.de reg.iu.li.vj.vide Ab.hic in glo. fi.qui hoc inducit ad q.no.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet conſiderare tam ius ſcriptum quam conſuetudo.*
2 *Appellatione pendente nil innouandum.*
3 *Quod legitime actum eſt,non debet retractari.*
4 *Primum decretum interponit maior,& minor iudex.*
5 *Iudex municipalis etiam primum interponit decretum.*
6 *Ordo iudiciarius circa conditionem expenſarum ſeruandus.*
7 *Succeſſor legati apoſtolici in quibus ſuccedat.*
8 *Appellationi quando videatur quis renunciaſſe.*
9 *Verba intelligenda ſunt cum effectu.*
10 *Quicquid fit poſt appellationem legitimam reuocatur.*
11 *Expenſæ neceſſariæ quæ dicantur.*

CAP. III.

Vm veniſset. [Ab bas ſancti Angeli.]ex
parte vna. [Et per Galte.]
ex parte altera.[Eum.]ſ.P. [Poſſeſſionem]. quæ fuit
ſpecificanda,vt le.& no.ſ̄.de libe.obla.c.ij.[Legato.]
ad quem poſſunt recurrere in talibus oēs de prouincia ſibi com
miſſā,ſ̄.de offi.leg.c.j.[Verum.]verſi.[Iudicibus,]qui citauerunt
partes,antequā legatus exiret prouinciam, & ſic fuit iuriſdictio
perpetuata,ſ̄.de offi.deleg.c.fi. [Et bonam terræ conſuetudinē.]
id eſt rationabilem,quod dic,vt le.& no.ſ̄.de conſue.c.fi.& meri
1 to,†quia vtrūque eſt iudici conſeruandum.ſ. tam ius ſcriptum,
quam conſuetudo,ĵ.de iureiu.venientes.§. fi. quæ & ius non ſcri-
ptum vocatur,& ipſum imitatur,vt Inſti.de iure na.§.ex nō ſcri-
pto.& pro iure ſeruanda eſt,ff.de leg.de quibus.& xj.di.eccleſiaſti
carum.& c.quis neſciat.[Qui cum.[ver. [Procedere.] ſ.iudices
[Ad noſtram audientiā.]ſubaudi cum legatus,qui cauſam com
miſerat,fuiſſet reuocatus, & iam prouinciam exiuiſſet,vt innui-
tur,ĵ.e.§.j.& ſic non erat aliquis,ad quem appellari potuerit, niſi
papa.ſ̄.de offi.ordi.paſtoralis.§.j.ver.ad quod dicimus.alias enim
a delegato ad delegantem appellandum fuiſſet, C. qui pro ſua
iuriſdictione.l.vnica.ſecundum quod legitur & notatur.ſ̄.de of-
fic.delega.ſuper quæſtionum.§.porro. Alij dicunt, quod ſpecia-
le eſt in papa.quod ad ipſum a quolibet appelletur,ij.quæſt.vj.ad
Romanam. & de hac materia copioſe no. in ſumma. de appel-
lationibus.§.a quo ad quem.ſub.§.vt autem.[Appellauit]& me
rito,dūmodo conſuetudo laudabilis eſſet.nam & ex hoc ſeque-
batur,ꝙ appellatio iuſta erat ſm d.n.vt ĵ.e.§.nos igitur.quia non
ſeruabatur forma mandati, quæ exacta diligētia eſt ſeruanda,ſ̄.
de reſcrip.cum dilecta.in fi.[Sed iudices] ver. [Nihilominus.]
id eſt appellatione facta non obſtāte.[Aduerſam.]id eſt abbatē.
[Cauſa cuſtodiæ.] nam infra annū cuſtos tm̄ eſt non poſſeſſor,
quod dic,vt legitur,& no. ſ̄. titu.j. contingit. quod vtrū bene vel
male fecerint pēdet ex conſuetudinis approbatione, vt ĵ.eo.§.fi
2 na.ſi.ſ̄.de reſti.in inte.ca.fi. Quod ergo dici conſueuit, ꝙ †apella-
tione pendente nihil innouandum eſt, ij.quæſt.vj. §.appellatio
ne.verum eſt appellatione iuſta.ĵ. de appellatio. paſtoralis. ſecus
3 eſt de iniuſta,vt hic,† quia non debet, quod legitime actum eſt
retractari.ſ̄.de reſti.ſpol.audita.§.quia tam en.ĵ.de appel.dilectis.
4 [Decreuerunt] † ſic ergo non ſolum delegatus a papa,vt maior
iudex, immo delegatus ab ordinario primum decretum ſm ca-
nones interponit, vt hic,licet alias videatur ſecundum legem.ff.
5 de offi.proconſul.nec quicquam.§.vbi. Alij † dicunt,ꝙ etiam iu-
dex municipalis hoc interponere poteſt,vt ff.de dam.infe.l.iiij.§.
duas. & de hoc no.in ſumma de offi. delega. §. quæ delegantur.
verſi. delegantur aliquando. & ſeq. ſ̄. de offic. ordi. paſtoralis.re-
ſpon.j.verſicu. vel animaduertere. [Ita quod]q.d. quaſi tali te-
nore adiecto in decreto. [Quod ſi vſque ad annum, &c.] Hoc
de die iunxerunt forſan iudices ex officio. nam de iure ſcri-
pto dies iſta non datur, ſed annus tantum, C. vbi in remactio.
l.ij.ſ̄.eodem.c.ij.Sic eſt argu.ꝙ iſta præſcriptio arbitraria eſt,ſicut
& omnes dilationes generaliter,vt patet in eo,ꝙ legitur & not.ſ̄.
de procur.dilectus.quod non puto verum. Sed hoc fecerūt, quia
talis erat conſuetudo in terra, ſicut alias ſ̄.reſti. in inte. conſtitu-
tus.§.j.ver.vel ſi infra annum & diē. [Triginta libras.] Hic male
pronunciauerunt omnino,vt patet infra in fi.quia primo debuę
runt expenſæ examinari, & poſtea taxari, & demum taxatione
6 præmiſſa per iuramentū ꝓbari,& poſtea ꝯdēnatio ſequi.is.n.†eſt
ordo iudiciarius circa ꝯdēnationē expenſarū ſeruādus, vt leg.&
no.ſ̄.de ꝓcura.ꝯſtitutis.vt lite non conteſtata.qm̄. §.in allis.ſ̄.ti.j.
c.fi.hic aūt nullū ordinē ſeruauerunt.& hæc fuit cā ſm d.n.qua
re in fi.iſtius decret. nō dicit reſtituēdas xxx. libras ꝓ expēſis, ſed
tm̄ neceſſarias,vt ibi no.¶ Cūq;.[ij.pars.[Apoſtolicæ ſedis lega
7 tus.] q † ſucceſſit ſupiori,q ꝯmiſerat ipſo forſan mortuo vel reuo
cato,vt no.ſ̄.rn̄.j.ver. q cū ſm.ſup verbo noſtrā audiētiam. Et ex
hoc no.ꝙ ſucceſſor legati ſuccedit nō ſolū ī legatione,ſed etiā in
cognitione cārū a prædeceſſore cōmiſſarū & beneficiorū colla-
latione[Infra annū.]a tēpore miſſionis prędictæ numerādū,&
ſic nō erat præſcriptio cōpleta.[Ipſe.] ſ.P.& repete. ĵ. annū eun-
dem [Cautionē ſtandi iuri.] & ſic appellationi nō renunciabit,
ſed potius proſequebatur, cum comparuerit corā rectore Mar-
chiæ



chiæ,qui ſemper cognoſcit de appellationibus ad ſedem apoſto
licam interiectis,ſicut in cuiuſlibet rectoris Marchiæ ſpeciali pri
uilegio continetur.alias cum idem intelligatur ſucceſſor cū præ
deceſſore,offerendo cautionē coram ſucceſſore legati,vel recto-
ris,a quo appellauerat,vr̄ appellationi ſic renūciare, ar.in Auth.
vt nulli iudi.§.& hoc vero iubemus.col.ix.Vel dic,ꝙ per hoc nō
intelligitur renunciaſſe appellationi,ēt ſi coram legato tanquā
coram ſucceſſore priuilegiati comparuit,& cautionem obtulit,
vel non appellauerat a primo legato,ſed ab ipſis delegatis, vnde
& oblatio cautionis expenſarum non fuit ſignum renunciatio
nis appellationi factæ,quia non fuit hoc oblatum coram eo, a
quo appellatum fuit,quinimmo & ſi coram iudice,a quo appel
latum fuit,afferret plus quam deberet,mos ei gerendus eſſet.nec
debet ei imputari,ar.ff.de probatio.circa.ff.de rei ven. ꝙ ſi poſſeſ-
ſor.C.de inoffi.teſtmen.liberi.ſecundum d.n. cuius eſt mens to-
tius huius glo.cuius primam partem non plene intelligo,quam
uis inueniam, ꝙ legatus quandoque examinat appellationem
factam ad papam,non vt ei deroget, ſed vt eam plenius inſtru-
ctam mittat,quod dic,vt legitur & no.ĵ.de appel. conſtitutis.§.j.
Sed nec video quomodo poſſit eſſe, ꝙ appellationi non renun-
ciet ſi poſt ipſam veniat,vel aliquid faciat coram illo, a quo ap-
pellauit tanquā coram iudice,vt patet in eo, quod legitur & no-
tatur ſ̄.de offic.delega.gratum.§.j.& ſequenti glo.dic ergo, vt no.
ĵ.eo.ſuper verbo,coram eo.[Obtulit.]per hanc autem oblatio-
nem interrumpit annalem præſcriptionem,ſ̄.de offi.ordina.pa
ſtoralis.§.fin.ſ̄.c. proximo. & per hoc videtur etiam ſententiam
iudicum(inquantum alias iuſta eſt) approbaſſe & appellationi
ſuæ tacite renunciaſſe,ar.ſ̄.de offi.deleg.gratum.in fi.ff.de iudi.li-
cet.ff.rem ratam haberi.l.iij.§.falſus ſed contra innuitur,ĵ.vbi pa
pa mandat inquiri de appellatione, quare patet, ꝙ non intelli-
gitur renunciaſſe. ad hoc dicas,ꝙ cum non ſtetit per hūc appel
lantem quominus cautionem præberet & poſſeſſionem recupe
raret.Sed per aduerſarium & iudicem,ſtatim potuit proſequi ap
pellationem,nec obeſſe debet ei præſcriptio ad poſſeſſionem , vt
ſ̄.c.proximo.ſecundum Io.ſed hoc non eſt ſoluere contraria in
8 ducta,quæ probant,ꝙ eoipſo ꝙ†appellans aliquid propoſuit co-
ram iudice,a quo appellauit, videtur renunciaſſe tacite appella-
tioni ſuæ,vt probatur,ĵ.de ap.ſolicitudinem.in fi.& ex quo renū
ciatum eſt,non eſt regreſſus dandus,vij.q.j. quam periculoſum.
ff.de redhibi.act.quæritur.§.venditor. Nec obſtat,ꝙ iſte non fuit
idem legatus,qui commiſerat,quia iſte idem reputatur,cum ſuc
ceſſerit in onere,ac honore,vt patet ſ̄.de offic.ordi.paſtoralis.§.j.
ver.ad quod dicimus.& in eo,quod legitur & no.ſ̄.de offi.deleg.
quoniam abbas.Ideo ſolue,vt in ſeq.gl.Sed quid prodeſt hęc ap
pellatio appellanti?multum ſm Io.quia ſi legitima appareat nō
condemnabitur in expenſis, ſi vero non fuit legitima condem-
nabitur in expenſis,ſed neceſſarijs tantum,vt hic dicit,in fi.c.ſed
ſi non appellaſſet ſimpliciter, xxx. libras reſtituiſſet. hoc tamen
eſt ꝯ tex.vt ĵ.no.in fi.ver.alioquin.[Coram eo.]ſ. legato,non in-
telligas conquerendo, ſed quaſi de poſſeſſione tractando, & ita
dicendo,ſancte pater ea, quæ dicam, intendo proponere extra
iudicium,ſ̄.de ord.cog.cum dilectus.rn̄.j.ver.& ei citra & ſalua
appellatione,quam feci,cum nullo modo volo renunciare,niſi
9 verba mea ſortirentur effectum, quia † verba mea intelligenda
ſunt cū effectu,ĵ.de cleri.non reſi.relatum.ſ̄.de offi.leg.mulieris.
vbi de hoc.verum eſt, ꝙ ita proceſſit negotium, & narrauit ſe-
riem totam, ſi placet aduerſæ parti, ego darem ſibi vj.libras pro
expenſis,& cauerem ſufficienter, ꝙ ſtarem iuri coram vobis, &
ad hoc offero me paratum, & ēt ad interrumpendam omnem
præſcriptionem ipſam cautionem vobis offero non tāq̄ iudici,
ſed tanq̄ perſonæ publicæ de ſtando iuri coram papa,ſed quia ps
aduerſa hoc non acceptauit,nihil actum fuit,nec per verba præ
miſſa,vt patet appellationi ſuæ taliter offerens & proponens re-
nunciauit,ſed ipſam ſaluauit,& ſm hunc intellectum plana eſt
decre.[Paratus.]verſi.[Factas in lite.] hoc debebat ſufficere ſine
alio lucro,vt patet in eo,quod le.& no.ſ̄.ti.j.finem.& c.j.[Sed ab-
bas.]verſ. [Triginta librarum.]ſicut condemnatio facta fuerat.
alioquin quod oblatum erat,non acceptabat,& ſic locus fuit ꝓ
ſecutioni appellationis,ſm ea,q̄.ſ̄.no.¶[Nos igitur]iij.pars.[Cau
tione]ſufficienti.ĵ.de ſequeſtr.poſ.c.fi.Contra id,quod hic dr̄, ſic
obiecit d.n.& ſcripſit,ꝙ inconueniens vix poteſt vitiari. aut.n.di
ces appellationem legitimam fuiſſe,aut non.ſi legitima fuit ap-
pellatio,iniuſte hoc dicitur,certum eſt enim in hoc caſu, ꝙ nec
10 cautionem,nec expenſas præſtare tenetur,qa † quicquid fit, poſt
appellationem legitimam reuocatur,ſ̄.de dilat.c.j. §.fina.ſi vero
appellatio non fuit legitima iniuſtū eſt,quod ſequitur,ꝙ in poſ-
ſeſſionem non reducatur reus quantūcunq; caueat, niſi primo
ſatiſfaciat de expenſis,ſ̄.vt li.non conteſt.quoniam.§.in alijs.So.
quilibet iudex,ad quem eſt appellatum, poteſt de iure commu-
ni.ſi reus appellans hoc voluerit, & poterit ſtatim etiam ante-
quam conſtet an ſit legitima appellatio reſtituere ei poſſeſſio-
nem præſtita cautione & refuſis expenſis ſi certe ſint,aut de faci-
li & infra breue tempus per iudicem de his certificatum taxari
poſſint.& ſic intellige ſ̄.vt lite non conteſta.quoniam.§.in aliis.
Alioquin ſi incertę ſunt expenſę & longiores probationes requi
rant,non retardabitur propter hoc reſtitutio poſſeſſionis,ſed fiet
ſtatim ſola cautione pręſtita,& poſtea cognoſcit iudex de appel
latione,ſi inueniat eam legitimam,faciet miſſo refundi expen-
ſas,alias non.& ſic intelligitur,quod hic dr̄.Et contingit hoc du
plici ratione.Prima eſt,quia parū amittit,qui poſſeſſionem cau-
ſa cuſtodiæ ſibi aſſignatam reſtituit, ex quo aduerſarius paratus
eſt ſtare iuri.imo ei expedit,ꝙ ſic fiat,quia talis poſſeſſio nullum
ius ei tribuit,& tm̄ poſſet differri cognitio, ꝙ probationes ſuæ a
rerum natura caderent.ſ̄.vt li. conteſt. quoniam.rn̄.j.Nec ob.ſi
dicat,ꝙ per lapſum anni verus poſſeſſor efficeretur, quia non eſt
verum ex quo cautio infra annum oblata fuit,& etiam ſi hoc eſ
ſet adhuc expedit ei, ꝙ ſaluæ ſint probationes ſuæ.alioquin ad-
uerſario veniente & de iure ſuo probante neceſſe habebit rem
ei reſtituere,niſi & ipſe de iure ſuo probat,vt patet in eo,quod le.
& no.ĵ.de prob.ex literis.Secunda ratio ex appellatione facta in-
ſurgit,cui in dubio fuerat deferendum,vt no.ĵ.de ap.c.fi.§. exceſ
ſu quoq; dubio. & qua pendente nihil fuerat innouandum, vt
no.ĵ.de ap.dilecti.j.in fi.& ideo nec miſſio in poſſeſſionem fieri
debuit.Expenſarum autem refuſio ideo retardatur,quia incertę
ſunt.nec de facili poteſt fieri taxatio,vt dictum eſt, & quia in re-
ſtitutione ipſarum ſi indebitę eſſent, reo poſſet magnum dam-
num,& periculum imminere, & per hanc cautionem & reſti-
tutionem remouetur periculum,quia niſi reſtitueretur reus prę
ſtita cautione,& contingeret appellationem pronunciari legiti
mam miſſus in poſſeſſionem interim maneret verus poſſeſſor,
quod malum eſſet propter vim appellationis,de qua ſaltem pro
babiliter dubitabatur etiam,antequam fuerit diffinitū ſm d.n.
cuius eſt mēs totius huius gl.quę tn̄ eſt aliquibus declarata. [Re
ducendum]ſiue appellatio tenuerit,ſiue non propter oblationē
factam coram legato tanquam perſona publica,vt no.ſ̄.§.prox.
ſuper verbo cautionem ſtandi iuri obtulit. vnde nec lapſus anni
ſibi obfuit,vt le.& no.ſ̄.c.prox.§.fi.[Hoc etiam.]ver.[Decernen-
tes]non decretum interponendo,ſed diffiniendo,vt ſ̄.e.c.j.§.i.in
prin.[Quia ex hoc.]ſ.ꝙ laudabilis eſt conſuetudo.[Appellaſſe.]
ex hoc patet,ꝙ non videtur appellationi renunciaſſe.[Alioqn.]
ver.ſ.ſi non eſt laudabilis conſuetudo.[Appellaſſe.]alias prouo-
caſſe.& ſic perinde eſt ac ſi non appellauerit,ĵ.de ap.paſtoralis.ſ̄.
de transla.epi.c.ij.§.ſed neque.ver.ſicut iuxta. & tamen nō valet
ſententia quantum ad expenſas,vt patet ex ſequētibus, quod eſt
ꝯ id quod no.Io ſ̄.§.proxi.ſuper verbo,cautionem ſtandi iuri ob
tulit.ad finem gl.[Illarum.]i etiam earum,quas fecit pro conſer
uandis rebus,quarum poſſeſſionem tenebat,ēt ſi nō expediebāt.
dummodo credebat expedire,ff. de bon.auc.iu.poſ.§.prætor ait.
als generale eſt, ꝙ non ſufficit credere expedire niſi in veritate
expediat,nam vtiliter debet eſſe cœptum negotium licet extitū-
rum non ſpectemus,ff.de neg.ge.& an vltro.§.j.& adde,qđ no.ĵ.
11 eo.c.in fi.[Neceſſarias.] † Neceſſariæ expēſæ dicūtur quib.omiſ
ſis res omnino erat paritura,vel deterior futura,ff.de pig.actio.ſi
neceſſarias.ff.de ver.ſig.impēſę.& de hoc no.ſ̄.de reſti.ſpo.grauis.
& idem intelligas de vtilibus occaſione.ſ.litis factis,quod dic, vt
plene no.ſ̄.ti.j.finem.non ergo ſoluentur xxx.libræ ſicut iudices
ſententiauerunt,quamuis appellatio nulla fuerit quia iudicium
ordinarium omiſerunt, vt patet in eo quod no.ſ̄.eod.rn̄.j. ſuper
verbo,xxx.libras.vnde ſententia non potuit in rem iudicatā trā-
ſire, ſecus ſi lata fuiſſet contra ius litigatoris tantum.& hoc eſt,
quod le.& no ĵ.de re iudi.cum inter vos.§.fi.ver. attendentes. &
c.quod ad conſultationem.§.j.& hoc etiam eſt contra Ioā.vt ſ̄.
no.[In lite.]ex quo miſſio in poſſeſſionem facta eſt propter cō
tumaciam rei ſpeciale eſt,ꝙ contumax teneatur de expenſis nō
ſolum in lite factis,ſed etiam circa rem,& non ſolum de neceſ-
ſariis,ſed etiam de vtilibus, & etiam de his quas credidit vtiles,q
expendit. alias ſecus. ſecundum d.n. vt no.ſ̄.eo.ſuper verbo,illa-
rum.licet autem ſecundum rigorem iuris ciuilis ita poſſet dici,
videtur tamen de benignitate canonica contrarium ſentiendū,
ſ.ꝙ non teneatur contumax niſi de expenſis neceſſarijs.& in lite
factis,vt hic innuit,& ar.in eo quod le.ſ̄. de dolo & contuma.c.
j.& ĵ.de pę.ſuam.datur etiam hic in certa ſententia circa expen-
ſas.de quibus adhuc non conſtabat. Vel dic,ꝙ non datur hic ſen
tentia,ſed qualiter dari debeat declaratur. de hoc tamen dic, vt
plene no.ſ̄.de do.& contu.finem.

SVMMARIVM.

1 *Reus ſemper perſonaliter eſt citandus quantumcunque remotus.*
2 *Reus debet citari,antequam fiat remiſſio in poſſeßionem.*
3 *Abſenti cauſa rei publice datur reſtitutio.*
4 *Maritus tenetur cum vxore habitare.*
5 *Citatio facta ad domum in quibus caſibus ſufficit.*
6 *Poſſeſio reſtituitur qui ex iuſta cauſa aberat.*
7 *Contumax non cenſetur qui iuſto impedimento eſt contumax.*
8 *Contumax quas expenſas reficere teneatur.*
9 *Vagabundus vbi ſit citandus.*

CAP. IIII.

SI aduerſarius. Poſt citationis edictū] ſubaudi maxime.nā idem eſt ſi
ante.ff.ex qui.cau. ma.ergo. Alij ɔ̄. & de hoc no.ſ̄.de
offi.dele.conſultationibus.[Ad remota.] Idē eſt & ſi
non ad remota.in ciuitate autē exiſtentē bonum eſt vocare per-
ſonaliter,argu.in Aut.de exhi.& intro.re.§.ſi vero etiam quidam
iurent.col.v.Quidam tamen dicunt,ꝙ ſiue ſit miſſio in poſſeſſio
nem facienda, ſiue diffinitiua ferenda ſententia, & ſcitur vbi
1 eſt reus† q̄tūcūque ſit remotus ſemp eſt citādus ꝑſonaliter.ſi aūt
neſcitur, vbi ſit,tūc pro magna parte locū habēt iura in dicta ēt
glo.ī.eo.§.j.ſuper verbo publice.Sed do.no.inhæret glo. ibi nota-
tę.in totum & per totum ſicut & hic notauit.[Loca] voluntate
propria & extra prouinciam,ſ̄.titu.j.cum olim Daniel.§. volen-
tes.& ſequenti.[Legitimum] ſ̄m ꝙ legitur ſ̄. titu.j. c.fina.reſpon
2 ſo.j.¶ Et denunciatione]ij.pars. [Publice]†eſt enim neceſſariū,
vt citetur reus anteq̄ fiat miſſio in poſſeſſionē,ſiue reali, ſiue pſo-
nali actione agitur, vt hic.& in Auth.de exhib.& intro.re. §.ſi ve
ro etiam quidā iurent.colla.v.ff. ex quibus cau. ma.item ait præ-
tor.§.fi.& in duabus ll.ſequentibus.Et ſi non eſt pñs neceſſe eſt,ꝙ
vocentur agnati,& cognati,& affines & amici, ſiue is,qui citatus
eſt maior ſit vel minor,etiam ſi pupillus ſit,ff.ex quibus cau.ma.
ergo ſciendum eſt.ff.ex quibus cau. in poſ.eatur.hæc autem. Et
idem eſt etiam in abſente cauſa reipublicæ. ff.de reſti.mi. ignora
re.Sed contra.ff.eum,qui appella.l.fi.ſolutio. abſens cauſa rei pu-
blicæ non cogitur præciſe ſe defendere, vt in contra. cogitur au-
tem cauſatiue. ſ. per miſſionem in poſſeſſionem, vt in præmiſſis
concor. Nec dicas idem eſſe in quolibet alio abſente, quia ma-
gna differentia eſt,nam in cauſa appellationis procederetur con
tra abſentem non cauſa rei publicæ,vt ī.ſequitur, ſed cōtra abſen
tem rei publicæ cā non procedetur, ſed fiet miſſio in poſſeſſio-
nem bonorum ſuorum, quia quantū ad hoc nullo iure priuile-
giatus inuenitur. Eſt & alia differentia, quia allegata abſentia cā
rei publicæ,nō dēt iudex ꝓperare ad miſſionem in poſſeſſionem.
3 Et † ſi hoc fecerit datur abſenti reſtitutio,ff.ex quibus ca.ma.ꝑ to
tum.alius autem,qui non eſſet abſens cauſa rei publicæ nō reſti-
tueretur.& ſ̄m hoc intellige ff. eum qui app.l. fi.ꝙ autē dicta alia
lex hic pro ɔ̄.allegata.ff.de priuil.cre.eum qui. ſ.ꝙ non contrahi-
tur pignus in rebus abſentium cauſa rei publicæ intellige,ꝙ non
contrahitur pignus, ſ.tale quale in alijs, nam res aliorum abſen-
tium diſtrahuntur,ſed iſtorum non,vt C.de reſti. mili. ignorare.
alſa autē nō ſufficit citationē ad domum mittere, vt ꝓcedatur ad
diffinitiuā ſnīam cōtra aliquem,& in caſibus, in quibus procedi
tur lite non conte.ſ̄.vt lite non conte.qm̄.§. ſunt & alij.& præce.
Vel ēt ad hoc,vt excommunicetur,cum excōicationē debeat ꝓ
cedere monitio,vt leg.& no.ī.de ſen.ex.ſacro.Hæc aūt intelligas
eſſe vera,niſi fraudulenter vel malitioſe ante citationē ſe abſen-
tauerit,poſtq̄ promiſerit iudicio ſiſti.Vel ēt poſtq̄ ſemel ɔparuit,
vel poſt citationem factam, & præſumitur malitioſa abſentia
vbicunq; tenetur aliquid præſens facere,& abeſt.Vt puta cleric⁹
tenetur reſidere in eccleſia in qua eſt beneficiatus,& ei deſeruire
ēt ſi ſit beneficium tm̄ xx.ſolidorum,ī.de cle.non reſi.conquerē
4 te.†Sed & maritus tenetur cū vxore habitare, & ipſam maritali
affectione tractare,ī.de ſpon.ex parte.§.j & c.veniens.§ fi.ī.de cō
iugi.lepro.c.j.rñ.j.& §.fin.& c.ij.ad fi.Vñ;ſi tales abſint alibi ſine
iuſta cā ɔ̄ eos ꝓceditur lite non conte.Et ſufficit mittere citatio-
nē ad domū.ī.qui ma.acc.poſ.c.j.ī.qui fi.ſint leg. perlatum.ſ̄.de
dolo & contu.cām quæ.ī.de cle.non reſi.ex tuę.ī.de ap.ſuggeſtū.
ſ̄.vt li.non conte.qm̄.§.j.& §.ſi vero rñ.j.& ver.ſi autem.& ſe.vbi
5 de hoc.ad idem.ff.vbi pu.edu.de.l.fi.†Hoc autem notandum, ꝙ
licet ſufficiat ad domum facta citatio qñ vxor agit ɔ maritum,
vel eccleſia ɔ̄ clericum,vt in præmiſſis iuribus.tñ nō ſufficit hoc
in aliqua alia actione reali,vel perſonali, vel vbi etiam procedit
ɔ̄ aliquem in modū inquiſitionis,& hoc intelligas in caſibus,in
quibus proceditur lite non conte. Et eſt ratio diuerſitatis, quare
in præmiſſis caſibus,cum maritus & clericus teneantur adeſſe ad
mulierem tractandā,vt vxorem & eccleſiæ ſeruiendum,niſi pro
betur,ꝙ ex iuſta cā abſint prout ſupra dictum eſt malitioſa præ
ſumitur abſentia eorundem.in alijs vero caſibus cum nō teneā-
tur abſentes adeſſe ad aliquid faciēdum.Ideo ex ſola abſentia nō
præſumitur malitia ɔ̄ ipſos,niſi ex alijs circunſtantijs oriatur,pu
ta quia citati fuerunt,vel coram iudice comparuerunt, vel iudi-
cio ſiſti promiſerunt & ſimilibus, vt præmiſſum eſt. Sed contra,
quia ratione iſta conſiderata videtur, ꝙ ſi aliquis teneatur ſolue-
re aliquid certo loco in termino,ſi tunc abſit videtur malitioſe
abeſſe cum teneretur eſſe præſens ad aliquid.ſ.ad ſolutionem fa
ciendam,& ſic videtur,ꝙ procedi poſſit contra talem ad miſſio-
nem in poſſeſſionem & ad ſnīam.Sed non obſtat hoc,quia ɔ̄ ta
lem non poteſt procedi niſi ad miſſionem in poſſeſſionem ēt ſi
malitioſe abſens ſit.etenim non ita præciſe tenetur ad ſoluendū
ſicut maritus ad debitum vxoris reddendum. & clericus ad ec-
cleſiæ deſeruiendū.In caſibus aūt,in q̄bus proceditur lite nō ɔte.
ideo diximus,quia in alijs ēt citato reo vt abſente per contuma-
ciam non proceditur lite conte.ad diffinitiuam ſnīam.ſ̄. de ele.
dudum.ij.§.licet autē. ſ̄. vt li. non conteſt.qm̄. ſed & tunc.ſ. vbi
neceſſaria eſt litis conteſtatio,ſi actor abſit ante li. conte.vocabi-
tur tribus edictis ad domum propoſitis. Et ſi non cōparuerit ꝓ-
ceditur ad diffinitiuam ſnīam reo inſtante,C.qūo & qñ iu.con-
ſentaneum.& auth.qui ſemel.in Auth. de litig.§. omnem vero,
coll.viii.licet quidam aliter intelligunt prædicta iura dicentes,ꝙ
non poteſt procedi ad diffinitiuam ſnīam.Tu tamen certum te
neas hoc fieri poſſe, & ꝙ ſufficit citationem ad domum mitte-
re,vt in prædictis iuribus, vt in Auth.de exhiben. & intro.re.§.ſi
vero.colla.v.vt patet in eo quod le.& no.ſ̄.ti.j.cām quæ.c.fi. Poſt
litem aūt conte.ſemper poteſt fieri ad domum citatio. & ſi cita-
tus non venerit fertur ſnīa diffinitiua,vt in proxime inductis iu
ribus.C.de iud.properandum.Hæc vera ſunt,niſi reus ab inſtan-
tia iudicij abſoluatur.ex tunc.n. cum non ſolum litis conteſta-
tio,ſed etiam oīa alia acta iudicij perierint,eodem modo debet
fieri citatio ac ſi litis conteſtatio nunquam facta fuiſſet.Secus di
ceremus ſi tantūmodo circunductum eſſet edictū,quod non eſt
tantę efficaciæ cum per hoc litis conteſtatio vel alia,quæ præceſ-
ſerunt non intelligantur perempta,ſed edictum tm̄.ff.de iudi.&
poſt edictum. Ad hoc aūt vt fiat miſſio & venditio in bonis de-
functi non ſufficit citare ad domum niſi latitet is, qui citandus
eſt,ff.ex qui.ca.in poſ.ea.Fulcinius.§.illud.Et eſt iſtud vehemens
ar.quia ex quo non ſufficit citatio facta ad domū ad hoc, vt fiat
venditio niſi latitet,multominus ſufficit quātum ad hoc, vt poſ
ſit ferri diffinitiua ſnīa in caſibus,in quibus non niſi lite conte.
procedi poteſt. Fit autem hęc citatio ad domum ſuā,in qua ha-
a bitat, [a] vel ad prædiū.& ſi nō habet domū vel prædium publica-
tur procuratori,vel conſanguineis.quod dic,vt ſ̄.e.glo.in prin.&
in ſeq.gl. Et ſi nullus inueniatur in domo ſua appendi poteſt lite
ra,ſiue carta in ædibus,ff.de dam.infec.l.iiij.§.prętor.& ſequ.vſq;
ad §.in eum.ff.quod vi aut clam.aut qui aliter.§.j.& ſeq. Et ad de
quod no.in ſeq.gl.in prin.Hoc etiam ſcias,ꝙ licet aliquis miſſus
ſit in poſſeſſionem tanquam verus poſſeſſor, ſi tamen is, contra
6 quem facta eſt miſſio poſtea veniens, † probet, ꝙ ex iuſta cauſa
aberat reſtituitur ei poſſeſſio,ff. de damn. infec. ſi finita.§.ſi forte
domus.& le.& no.ī.de re iudi.cum Bertoldus.§ poſtmodum.&
idem videtur in pupillo.Nec videtur, ꝙ talis abſens teneatur re-
ſtituere expenſas, quas miſſus fecit ſuper obtinenda miſſione.
Vel eūdo ad iudicium,vel in aduocatis,vel in alijs. nam cū non
7 ſoluantur niſi ratione contumaciæ.C.de iud. ſancimus.†& talis
miſſionem paſſus,qui iuſto impedimento detinetur non debeat
cenſeri contumax,vt patet in eo,quod le.& no.ī.de cle.non reſi.
inter quatuor.in fi.& c.fi.Per ɔñs patet,ꝙ nec ad expenſas tene-
tur cum tm̄ miſſio in poſſeſſionem non ſolum cauſa contuma
cię abſentis fiat,ſed ēt rōne iuris illius,qui præſens eſt.Vnde & ſu
per hoc fit ſummaria inquiſitio,vt le.& no.ſ̄.vt li. nō conte.qm̄.
8 §.pen.ver dūm.†Credimus tamen talem abſentem cogendum
præſtare cautionem iudicio ſiſti antequam poſſeſſionem recu-
peret.Sed & tenetur ad reſtituendas expenſas,ſi quas forte poſſeſ
ſor fecerit circa fructus,ff.de pe.hę.ſi a domino.§.fi. ſ̄m d.n. cui⁹
eſt mens totius huius gl.[Domi] in qua degit, & non in qua be-
neficium vel domicilium habet, niſi & in eadem habitet,quia
etiam ſi in aliena domo degat inquirendus eſt, ff.de dam.infec.
9 iiij.§.abeſſe.†Si autem ſit vagabundus, tunc requirendus eſt vbi
habet beneficium vel domicilium.maxime illud de quo,agitur
ī.de cleri.non reſi.ex tuæ.vel ſi nunquam domicilium habet vel
domum,in qua habitet,tunc ēt moniri debent cognati,& ami-
ci,vt eum defendant,ff.ex qui.cau.in poſ.ea. hæc autem.& idem
faciendum eſt ēt vbi domum habet, in qua conſueuit morari ſi
bi reperiri non poteſt.ff.de lib.agno.l.j.§.j.ī.qui ma. accu. poſ. ca.
j.ſ̄m d.n.cuius eſt mens totius huius gl.Tantum eſt tamen con-
ſilium,vt qñcunq; aliquis perſonaliter citari non poteſt omnes
iſtæ cautelæ,& ſi quæ aliæ occurrant adhibeantur,vt videlicet ci-
tetur ad domum propriam. Et quam inhabitare conſueuit,ēt ſi
aliena ſit,& in eccleſia,vel in eccleſiis,in qua,vel in quibus bene
ficium,vel beneficia habet, vel cuius vel quarum parrochianus
eſt præſente populo & publice in platea.Et ꝙ parentes, & affines
& amici admoneantur,vt ipſum defendant,anteq̄ procedatur ɔ̄
abſentem tanquam contumacem,vt colligi poteſt ex iuribus in
ductis in proximis duabus pręcedentibus gl.& arg.ff.de inſti.act.
ſed & ſi pupillus.§.de quo placet.& ſequentibus,ī. de clan. deſpō
ſatio.cum inhibito.rñ.j.& qui ma.accu.poſ.c.fi. & ī.de ſen.excō.
ſacro.quamuis aliqua ex prędictis per ſe ſufficere videantur. [Fa
cta.]ī.qui filij ſunt legitimi.perlatum. vel in eccleſia. ſupra titu.
j.c.fina.in fine.Et de hac materia dic, vt plene nota.ſ̄. titu.j. cau
ſam quæ.& in pręcedenti gloſ.[Defendat.] ad quod quilibet ad-
mittitur

ADDITIO.

a ¶In qua habitat.Adde ad quos actus poſſit perueniri per citationem domi factam.Et an per hanc citationem domi fiendam contra doloſe, ſeu culpoſe non abſentem poſſit procedi ad transferendam poſſeſſionem ex ſecundo decreto per d.Ab.hic in vlt. col.



mittitur dummodo ſufficienter caueat,ff.de procu.ſeruum quo-
que.§.publice.& l.abſens.C.de procu.exigendi.ff.de in ius vocan.
neque.§.qui in ius.defenſor aūt tenetur facere quod dominus fa
ceret,ſi præſens eſſet.& cauere,idonee iudicatum ſolui, ff. de pro-
cur.ſed & hæ perſonæ.§.defendere.& l.omnium.Et appellare te-
netur ſi contra ipſum pronuncietur,ff.de neg.ge.liberto.§.fi.ſ̄.de
procur.non iniuſte.§.potuit.vbi de hoc. ¶Iure petere potes.] iij.
pars.C.vbi in rem acti.l.ij.ſ̄.vt lite non cōte.quoniam. §. in alijs.
[Terrarum.]ſiue eccleſiarum.ſ̄.eo.c.j.& ij.[Cauſa cuſtodiæ.] ſic
ſ̄.c.proxi.reſpon.j.verſi.ſed iudices.

¶Vt lite pendente nihil innouetur. Rubr.

*SVMMARIVM.*

1 *Ius nouum nullum impetretur lite pendente.*
2 *Proconſul vtitur inſigniis ſuis etiam in prouincia aliena.*
3 *Lis dicitur pendere nedum conteſtata.*
4 *Quod illicite factum eſt poteſt licite reuocari.*
5 *Princeps non erubeſcit errorem ſuum reuocare.*
6 *Reſcriptorum interprætatio debet iuri communi concordari.*
7 *Conſuetudo nulla ſine præſcriptione.*
8 *Quis non debet ſua poßeßione ſpoliari ſine cauſæ cognitione.*

CAP. PRIMVM.

A Memoria noſtra. [Vt literæ ꝓhibitionis.]
Et Boraceñ.archiepiſcopus tam de conſuetu-
dine,q̄ de priuilegio faciebat aū ſe deferri cru-
cē per totā Angliā.Papa ad inſtantiā archiep̄i
Cātuariē.ei ꝓhibuit ꝑ lr̄as ſuas, ne iſtud de cę
tero faceret,quouſq; de iure ſuo docuiſſet, ſed
quia dictæ literæ ɔ̄ iuſtitiā emanarūt,vt pote per quas Eboraceñ.
priuabatur quaſi poſſeſſione ſua diutina ſine cāæ cognitione ali-
qua.iō hic reuocātur. Et no,ꝙ Cātuarien.impetrauerat ſup hoc
a ɔ̄ Eboracen. Et lite pendente [a] fuerat facta dicta ꝓhibitio. Et ideo
fuit hæc litera ſub hoc titulo collocata.quo cauetur vt lite pend.
nihil innouetur.quod ſecundum d.n.ſic debet exponi.i.nullum
1 †ius nouum impetretur.& ſic loquitur C.vt lite pend.per totum.
& ī.de teſti.cauſam quæ.ij.§. j. Poſſeſſione autē ſua pōt poſſeſſor
vti.vt no.ī.ſuper verbo,ɔſueuiſtis.quia illud nō eſt innouare, ſed
vetus ius ſibi ɔſeruare,& educi.ſi.ī.de iudeis cōſuluit.Immo plus
ſcripſit hic d.n.& dixit,ꝙ ēt aliqua noua,& ante litem cōteſta.&
poſt facere pōt dūmodo non fiat in præiudicium iuris aduerſa-
rij.ī.de ap.ſignificāte.vbi de hoc.[Ad petitionē.]Sed nūquid ocu
lus Cātuariē.neque erat,q̄a Papa in cōcedendo bonus fuerat.Nā
2 †procōſul vtitur inſignijs ſuis ēt in prouincia aliena,ff.de off.pro
conſulis.l.j.& præfectus prætorio,& præfectus vrbis,& præpoſitus
ſacri cubiculi ēt poſt depoſitas adminiſtrationes, C. de præpoſi.
ſacri cubi.l.j.li.xii.Reſpon. in proconſule ſpāle eſt ob reuerētiam
& magnitudinē mittētis,ar.ſ̄.de ma.& obe.per tuas.vnde & vrbē
egreſſus ſtatim incipit vti voluntaria iuriſditione,ff.de off. procō-
ſulis.l.ij.ſicut & legatus apoſtolicæ ſedis.ī.de ſen.excō. ad eminē-
tiā.ſ̄.de offi.leg.excōicatis. In præfectis ēt ſpāle eſt in memoriam
præteritę dignitatis,& quia ex illo habitu nulli ꝑiudicatur.Ebora
ceñ.aūt nō mittebatur a papa & vtebatur cruce qñcunque intra
bat prouinciā Cantuarieñ.& iō Cātuarieñ.ſcrupuloſo corde mo
ueri poterat eo,ꝙ erat ɔceſſus alteri honor iſte.xvj.q.vij.decimas.
Nam ī Eboracēſem extollētia Cātuarieñ. depræſſio vertebatur.
xj.q.iij.ſi quis vero. Sed & cum pares eſſent ſaltem in Cātuarien.
prouincia debebat Eboracen.ab huiuſmodi inſignijs abſtineri,
vt in d.l.C.de præpo.ſacri cubi.l.j.Talia enim maioritatē innuūt,
nec conſueuerunt concedi,niſi de voluntate illius, ad cuius pro-
uinciam priuilegiatum conſtiterit declinare,quod dic,vt legi. &
no.ſ̄. de vſu pallei.c.v.in fi.[Direximus.]lite pendente,vt no.ſ̄.ſu
per verbo,ꝙ literæ prohibitionis.& innuitur.ī.in fi.Et te in diuti-
na poſſeſſione exiſtente,vt patet in ſequentibus.ſed lite pen.nihil
eſt innouandū,vt ſ̄.in rubrica.& ī.eo.c.j.& per totum.& ī.ca.j.&
c.ij.Sicut nec appellatione pendente.C.de ap.l.iij.ff.de ap.non re-
ci.ſciendum.ff. ap.pendē.nihil inno.l.vnica.ī.de ap. dilectus. §. j.
in fi.ſ̄.de elect.conſiderauimus.vel cā reſtitutionis,vt C.de temp.
in integr.reſti.petendæ.& C.de in integ.reſti.poſtulata.l.vnica.ne
quid noui.Vel relatione.ſ̄.de off.dele.licet.Vel ſuperioris reuoca-
tione.ī.e.eccleſia.ij.vel recuſatione.ſ̄.de offi.deleg.ſuſpicionis. Et
3 dicitur lis† pendere ne dum ipſa conteſtata,ī.de verb. ſign.ex par
te.ii.Quinimmo & libello principi oblato.C.quando libel. prin.
ob.l.j.& ij.& ſi adhuc impetratum non ſit.C.e.ti.l.i.multofortius
ergo ex quo eſt impetratum ſ̄m ꝙ legitur & diſtinguitur ī.de ap.
ſuggeſtum.multofortius ex quo negocium eſt commiſſum. ſi-
cut expreſſe legitur.ī.de te. cauſam quæ.ij.§.j.ad fi. Sed & multo-
fortius citatione facta,ſ̄.de offi.deleg.gratum. Ideoque ſecure di-
cas,ꝙ nedum illa,quæ poſt litem conteſt.præſumūtur,ſed & quę
ante ſaltem poſt citationem attentantur ſunt ſine libello aliquo
ex puro & mero officio iudicis in ſtatum priſtinum reuocanda,
& in melius reformanda,vt patet ſ̄.de conſti.cum M.Ferra. in fi.
& euidentius ī.de deſpon.impu.ad diſſoluendum.ī.de acti.cum
olim.v.& P.in quibus nec poteſt dici,ꝙ lis fuerit cōteſtata. ad idē
ī.c.j.& c.fi.Quod ēt facere debet iudex,a quo eſt appellatum.ī.de
ap.cum teneamur.& hoc iunge in ſumma. Et hæc eſt differen-
tia inter hunc titulum,& ſ̄.de reſti.ſpo.quia ibi libellus offertur.
& ordo iudiciarius obſeruatur,vt patet.ſ̄.de reſtitu.ſpo.olim cau
ſam.& tribus.c.ſequentibus.& c.Piſanis.hic autem de plano ne-
4 gocium expeditur.[Nullum pręiudicium.]& ita † quod illicite fa
ctum eſt poteſt licite reuocari.xxxv.q.ix.ꝙ quis.& c. ſententiam.
Immo & quod bene factum eſt,ſi incipiat eſſe occaſio mali de-
ſtruendum eſt.xij.q.j.certe.lxiij.diſt.§.verum.ī.de deci. ſuggeſtū.
5 † Et ſi princeps non erubeſcit errorem ſuum reuocare.in Auth.
de nup.poſt principium.ꝑ dimidiam col.col. iiij.ſi alius propter
pudorem ſuum errorē reuocare detractet nimis ſuperbe erube-
ſcet,& minus ſapientem ſe oſtendet,ī.de app.cum ceſſante. ſ̄. de
vſu pal.niſi.xxij.q.iiij.magne.& legitur,& no.ī.de accu.qualiter.§.
j.[Tibi faciant.] reſcriptum enim apoſtolicum non debuit præ-
iudicare Eboracen.eccleſiæ,vel conſuetudini approbatæ. ſ̄.de re-
6 ſcrip.cum ordinem.ſ̄.de cōſue.c.fi. C.ſi cōtra ius vel vti.pu.†præ-
ſcriptione.& interprætatio reſcriptorum concordare debet iuri
communi.ſ̄.de reſcrip.cauſam quæ.ſ̄.de tranſla.ep.c.fi. ſ̄m.d. n.
[Liberum ſit.]ante vos &c.vt ī.ſeqtur.[Vobis.]ſcilicet tibi & ſuc
ceſſoribus.& ſic nō obſtat.ī.de crimi.fal.ca.vj.[Conſueuiſtis.]&
7 ſic in poſſeſſione,vel quaſi eratis,†quia nulla ɔſuetudo ſine ꝓſcri-
ptione.ſ̄.de conſue.c.fi.nec aliqua ꝓſcriptio ſine poſſeſſione.ī. de
præſcrip.cām quæ.ergo a primo &c.Tñ ſ̄m d.n.ēt ſi conſuetudo
hæc præſcripta non eſſet,nihilominus tamē poterit vti poſſeſſio
8 ne ſua.quod & verum eſt,quia † non debet ipſa ſpoliari ſine cau-
ſæ cognitione.ſ̄.de reſti.ſpo.conquerente.ī.de accu.olim.l. V.&
P.§.prouiſo.vbi de hoc.& in ſequenti gloſ. Quinimmo & con-
ſuetudo in talibus nihil operatur,vt no.ī.ver.j. ſuper verbo.de iu-
re.[Crucē deferre.]No.ꝙ incorporalia non poſſidentur. ſed qua
ſi.de hoc no.ī.de foro compe.conqueſtus.& de cā poſ.cum eccle
ſia.Item no. ꝙ nullus priuandus eſt ſua poſſeſſione vel quaſi lite
pendente,vt hic patet.xvj.q.iiij.volumus viii.q.iiij.nonne.& ī.c.j.
& per totum.& C.de proba.l.ij.ff.de perit.hæredi.diuus. in Auth.
in medio litis ſacras iuſſi.non fieri.§.iudex quoque.col.viij.& no.
in præced.glo Niſi in caſibus ſicut quando quis de dilapidatione
ſuſpectus eſt.vel de fuga,vt leg.& no.ſ̄.de offi. dele. venerabilis. ff.
qui ſatiſda.cog.ſi fideiuſſor.& §.fi.ff.de his,quæ in fraudem credi.
ait prætor.§.ſi debitorem.& in alijs in quibus ſequeſtratio fit,vt le
gi. & no.ī.ti.j.dilectus.[Quouſque.]ver.[Diffinitiua].q.d. lis pen-
debat iam,vt no.ſ̄. ſuper verbo duxerimus. ſed non erat diffinita
vt hic.[Eccleſia tua.]ſunt quatuor patriarchales ſedes,vt le.& no.
ī.de priuile.antiqua.§.dominicæ.[De iure].i.de priuilegio ſpecia
li,& non repetit aliquid de ɔſuetudine,quia nihil in talibus ope-
ratur,vt patet in eo,quod leg.& no.ſ̄.de vſu pal.ca.ij. & v.§.licet.ī.
de vi.& hone.cleri c.penul.ver.fibulas.& ver.ſed nec anulos. niſi
forſan per eam non perſonis perſonaliter,ſed eccleſiæ realiter ta-
le ius acquiratur,& adeo inueterata ſit,ꝙ eius cōtrarij memoria
non exiſtit.ī.de ver.ſigni.ſuper quibuſdam.§.j.verſi.fi.vbi de hoc.

ADDITIO.

a ¶Lite pendente.Adde qñ dicatur lis pendere per tex.no.in cle.ij.e. ti. & ibi gl.& xj.q.j.c.vl.& 16.q.4.volumus.& per d.Abb.hic in rubri.& per d. An.ſic.in eius apoſtil.& per iſtum.ī.e.c.ver.& dicitur lis pendere.

*SVMMARIVM.*

1 *Titulus vt lite pendente habet locum etiam ante litem conteſtatam.*

CAP II.

LAudabilem. [Matrimonium.] In facie eccleſiæ contractum, alio-
quin contra.ī.de clan. deſpō.cum inhibitio.de ma-
trimonio contra.contra inter.ec.ca.j.§.fi.vbi de hoc.
[Statim].i.lite non conte.eo ipſo,ꝙ accuſatur,licet nihil proba-
tum ſit.& reſpondet,ꝙ nō in ſeq.§.& bene patet.ī.de coniug.lep.
1 quoniam.in fi.Et ex hoc no.expreſſe† ꝙ etiam ante litem conte.
iſte titulus locum habet,quod dic,vt no.ſ̄.c.i.ſuper verbo,direxi-
mus.[Carnale cōmertium].i.debitum.Reſpon. non vt ſequitur.
immo non obſtante exceptione regulariter eſt ſoluēdum, quod
dic,vt leg.& no.ſ̄.de reſti.ſpo.c.fi.& c.accedit.ſ̄.de offi.deleg.cau-
ſam quæ.& ī.de diuor.porro. ¶Ad quod.] ij. pars. [Alteruter].i.
ſiue vnus,ſiue alter,accuſans,vel accuſatus maſculus,vel femina.
[Ante probatam.]ſic ſ̄.de offi.deleg.cauſam.j.ſ̄.de reſti.in integr.
cum veniſſent.& ſ̄.de reſti.ſpo.ex conquęſtione.& ī.c.j.viii.q.iiii.
nonne.& xvii.diſt.c.fi.& etiam xvi.q.iiii.volumus.xv.q.fi.ca.fi.C.
de rei ven.l.fi.C.de procura.l.ii.C.de liber.cauſa.non ideo.Arg.cō
tra.ī.de re iudi.tenor.Sol.ibi,& ī.de regula.veniens.ſ̄.de reſtit.ſpo.
literas.§.propterea.& §.fi.Vbi non fit plena reſtitutio vxoris, ſed
ibi no.ratio quare hoc eſt.[Iure quod habet.]& ī cuius quaſi poſ
ſeſſione eſt tempore accuſationis.alioquin cōtra.ī.de ſpon. cum
locum.& legitur & no.ſ̄.de reſtit.ſpo.ex tranſmiſſa. Quid ergo ſi
quis

quis agat ꝯ alium ad demoliendum nouum opus petẽs,ꝙ inhi-
beatur ei ne de cætero attentet ſimilia. Nunquid id quod ædifi-
catum eſt poſt citationem factam erit demoliendum quaſi lite
penden.attentatum antequam ſentẽtia diffinitiua detur, ſi erat
in quaſi poſſeſſione iuris ædificandi? Non, alioquin contra. j̃.de
app.ſignificante. niſi edictum de noui operis nunciatione aliud
inducat, j̃.de noui ope.nun.c.j.& per totum.[Non poſſit,]i. non
debet iudice præcipiente.s̃.c.j.Priuabitur autem cõſcientia cõiu-
gis remordente.ſm̃ quod leg.& no.j̃.de ſent.exc.inquiſitionis.&
s̃.de reſti.ſpo.literas.§.pe.& fi.Secus ſi detur ſententia, ꝙ opus fa-
ctum a tẽpore motæ litis debeat demoliri.Hæc enim verba non
ad lapilli iacturam,vel etiam ad citationem factam, ſed ad litis
conteſtationem ſunt tantummodo referenda,quod dic, vt legi-
tur,& j̃.de verb.ſignifi.ex parte.ij.

*S V M M A R I V M.*

1 *Res quæ ſuccedit in locum alterius eodem iure cenſetur cum illa cui ſucce-*
*ditur.*
2 *Interdictio ſimplex rei,ipſam non facit litigioſam.*
3 *Litigioſa res quæ dicatur.*
4 *Res litigioſa alienari prohibetur.*
5 *Error tolerabilis non eſt in proprio facto.*
6 *Succeſſor poteſt iuſtam ignorantiam allegare.*
7 *Caſus, in quibus permittitur alienatio rei litigioſæ.*
8 *Res litigioſa an poſſit pignorari vel obligari.*
9 *Monaſterium poteſt fieri non ſoluendo.*

CAP. III.

ECcleſia ſanctæ Mariæ. Pars j̃. c.j. & s̃.de cõ-
ſtit.eccleſia. & debent ſic ordinari. Primo legitur iſta
vſq; ad §.prohibemus. Secundo ſequens,vſq; in fin.
Tertio illa s̃.de conſti.Quarto continuatur j̃.prohibemus. vſque
in fi.Et eſt enim talis caſus oĩum ſimul ſic ordinatarum & con-
iunctarum ſicut colligitur ex integra.extra de reſti.ſpol.eccleſia.
[Eccleſia ſanctæ Mariæ.]In via lata ꝯ Ioannem de Archeia mo
uit ſuper quibuſdam poſſeſſionibus coram Laur.iudice queſtio-
nem,vt hic in prin.lite conteſt.idẽ Ioannes poſſeſſiones illas tran
ſtulit in monaſterium ſancti Syluestri. Deinde B. ſenator occa-
ſione cuiuſdam ſtatuti ſui,in quo continebatur, ꝙ ſi quis rem li-
tigioſam lite pendente transferret in alium hoc ipſo poſſeſſio au
ferretur poſſeſſori.i.aſſignetur petitori.ſpoliauit monaſteriũ poſ-
ſeſſionibus illis,& eas reſtituit eccleſiæ ſanctæ Mariæ, vt tangitur
s̃.de conſti.eccleſia.Poſtmodum ſnĩa ſenatoris fuit reuocata per
ſucceſſorem,& per quendam conſiliarium Capitolij.eccleſia ſan
ctæ Mariæ ſpoliata,& monaſterium reſtitutum.Lite illa penden
te Cæleſtinus Papa cauſam hãc ad ſuam præſentiam reuocauit,
poſtquam reuocationem diuerſæ ſententiæ latæ fuerunt per ſe-
natores,qñq; pro eccleſia,qñq; pro monaſterio:tandem mona-
ſterium eaſdem poſſeſſiones alij locationis titulo aſſignauit. Vl-
timo coram Innocentio eccleſia ſanctæ Mariæ petiit reſtitutio-
nẽ illarum poſſeſſionũ,quibus per prædictũ conſiliariũ Capito-
lij iniuſte fuerit ſpoliata.Dñs autem Inno.auditis hincinde ꝓpo-
ſitis quicquid attentatum fuit per ſenatorem, vel alios a tpe illo,
quo Cæleſtinus reuocauit ad ſe negotium decreuit irritũ & ina-
ne.Sed & quia eidem conſtitit præfatam eccleſiã iniuſte, vt dixi
per conſiliariũ ſpoliatã,ipſam reſtituendam pronunciauit.Verũ
qm̃ monaſterium ipſas poſſeſſiones in aliũ titulo locationis trã-
ſtulerat,fecit alias æquiualentes ſupponi loco illarum ad bono-
rũ virorum arbitriũ,& illæ ſubſtitutæ fuerunt reſtitutæ eccleſiæ
ſanctæ Mariæ.Quas omnia erant pignori obligatæ, fecit ipſas re-
proinde,& ſeq.ſm d.n.cuius eſt mens totius huiuſ glo.[Peregriſe].ſ.fornicationem,& alia facinora,& dic,vt in ſeq.interli.[Dr]. i.ipſis mulieribus ſcientibus,& conſociis,puta lenonibus.[Scire]. illi enim pro aliis recipi debebant ,qui melius veritatem nouerunt.infra qui ma.accu.poſſ.videtur. [Adducere].i. mittere , vel tecum portare,non teſtes,quia hoc nimis graue eſſet,ſed dicta ip ſorum,vt.ſ.expoſui.ad hoc.ſ.de fideiuſſo.cōſtitutus.[Quatenus]. ver.[Diſtrictione].q.d.ſi nolunt teſtificari cogas ipſos per cenſuram eccleſiaſticam,vt ſic eccleſiaſtica diſtrictione &c. quod dic, vt infra,ti.i.dilectorum,& per totum.

ADDITIONES.

a ¶Mulier admittitur in teſtem.Adde Feder.conſi.23.excipiens.Titius electus in prælatum, & Arch.in c.ipſi apoſtoli circa princi.& in ſumma.2. q.7.& Fely.in c.ex parte adde.infra eo.& Henr.bo.in j.diſt.
b ¶Admittuntur.Adde quando particeps,vel ſocius criminis admittatur in teſtem Bar. & alios in l.ſi.C.de accu.& Doc.in ca.ueniens.infra eod.& Spec.hoc ti.§.3.col.ver.ſed nunquid ſocius.

SVMMARIVM.

1 *Nemo teſtis idoneus in re propria.*
2 *Denuncians in numero duorum teſtium computatur.*
3 *Monitio triplex requiritur,in euangelica denunciatione.*
4 *Correctio monitio & denunciatio facienda ad quemlibet Chriſtianum pertinet.*
5 *Allegatio optima,quando homo ex lege ſua propria poteſt conuinci.*

CAP. IIII.

IN omni negocio. Subaudi, in quo agatur in modū euāgelicę denunciationis correctionis,ſiue monitionis, a qua is,qui ipſam facit,niſi illum, quem denunciat præmonuerit,repellitur.ii.q.vii.accuſatio, & c.ſi quis erga epiſcopum,& legi.& no.infra de ſimo.licet Hely.Si ergo denūcias hac exceptione repellatur ad probandam ipſam monitionem idem monitor pro vno teſte recipitur,ſm d.n.quod dic , vt no.infra.c.
1 c.ſuper uerbo.pro teſte,† alias in re propria nemo idoneus teſtis erit.C.eo.omnibus.ff.eo.nullus.iiij.q iiii.item nullus.ſ. eo. de cœtero.vel dic,vt in ſeq.gl.[Rectiſſime]. quo ad procurationem.infra eod.§.ſi. vel quantum ad iuramenti delationem,& ideo per hanc literam,& auctoritatem domini inductam hic dixit Lanfrancus cremonen.ꝙ ſemper actori ex quo præſumptio faciebat pro ipſo erat deferendum iuramentum. Sed contrarium verum eſt,imò eſt hoc arbitrarium,vt leg.& no.infra de iureiuran.c.ſi. [Habenda eſt] .i.haberi poteſt , vt patet. C. de fideicom.l.ſi.& ſic multis modis prædictis poteſt ſaluari hæc litera , eſt tamen veritas,ꝙ in cauſa denunciationis tantum euāgelicæ videtur loqui, vnde dic.[Pro teſte].vt ſi negetur in cauſa denunciationis monitionem canonicam præceſſiſſe poteſt probari monitio per iurm
2 denunciantis & alterius,qui præſens fuit,† & ſic principalis denū cians in numero duorum teſtium,qui neceſſarii ſunt,computatur,& ſic intellige,ſ.de acc.c.ii.& c.cum dilectus.ſ.de ſimo.licet. ii.q.vii.accuſatio,& c.ſi quis erga.ii.q.i.ſi peccauerit, & hoc patet, ex litera ſequenti.quod intelligi debet de ſecūda monitione:nā prima per denunciantem tantum probatur , ꝙ dic,vt plene.no. ſ.de iudi.nouit.rñ.j.ver.ſed cum dñs,& ſ.eo.rñ.in fi.Sed nunquid ad denunciationem criminoſi vel infantis eſt inquiſitio facienda? Dicunt quidam indiſtincte,ꝙ non,imò ſunt repellendi.iii.q.vii. qui ſine,& c.poſtulatus,& §.porro.in fi.ii.q.i. multi.xxxv.q.vi.epiſcopus in ſinodo.ſ.de ſpō. cum in tua.infra de teſti.co.præterea. §.j. Sed contra.ſ.eo.ſicut.ſ.de cogna.ſpū.tua.ſ.qui ma.accu.poſ.c. ſi.So.etſi eccleſia non admittat crimnoſum,vel infame denunciantem , imò ipſum repellat, vt in primis concordan.niſi forte vbi proſequitur ſuā vel ſuorū iniuriam,vt ſ.de iudi.nouit,& ar.ſ. eo.de cetero . tñ ſi denūciatus infamatus ſit alias, ꝗ ex dicto talis denūciatoris iudex ex officio ſuo ingret,vt in ꝯriis,& ſ.e. c.prox. cū ſuis ꝯcor.& ar.ſ.de clā.deſpō.cū inhibitio.& expſſum.ſ.de præ ſump.cū in iuuētute,& cōprobatur hæc ſolutio.ſ.de acc.cū oport teat,& c.cū dilectus.ſ.de purga.cano.accedēs,& c.inter ſollicitudines.§.i.& c.cū ī iuuētute.ꝙ dic,vt no.ſ.de cogna.ſpū.tua.& pleniꝰ.ſ.de iudi.nouit.[Cui].ver.ſ.principali denūciatori. [Duo].& ſic ꝯnumerator in numero duorū.[Adhibitis]. ver.[Tres].& ſic
3 ꝯnumeratur ī numero triū teſtiū,& ex hac līa patet, † ꝙ in denū ciatione euāgelica triplex monitio requirtur. Prima p ſolū denūciatorē. Scda p duos teſtes.Tertia per tres probatur, vt & no.ſ.de iudi.nouit.& ſ.§.j.ſuper verbo.vel duos. ¶ [Quod patet].ii.pars. [Oſtendit].ſ.ꝙ principalis habendus eſt pro teſte.[Cum dicit]. Mat.xviii.c.[In te].i.ſi offenderit te.ſ.de iudi.nouit,vt quia intereſt tua,ne talem platum habeas,ſ.de accuſa.cum dilectus, & ſm hoc auctoritas iſta ſpectat tantummodo ad offenſum . Vel.i.in damnationem tuam ſi peccatum celaueris, ſi eccleſiæ non dixeris,ergo in te,quia te ſciẽte & diſſimulāte deliquit,ii.q.i. ſi peccauerit,in quo caſu ad quē licet pertinet hæc auctoritas, & ſic ſaluatur Hug.opinio in hoc caſu.ii.q.vii.qua propter.xxiiii.q.iii.tam ſacerdotes.Alii dicunt,ꝙ ad prælatos ſpectat tantum,ar.xxiiii.q.iiii. ita plane.Tertii dicunt,quod hoc ſpectat ad eos,qui aliquam ad miniſtrationem habent, & ſi prælati non ſint. xxiii. qō.iiii.duo

iſta nomina. Tu dicas, ꝙ correctio caritatiua, & monitio, ꝙ peni
teat, & denunciatio eccleſiæ facienda ad quemlibet pertinet xp̄ia
a num,[a] cohertio vero ad eccleſiam. i. ad illum tantū, qui iuriſditio
nem habet, qui tn̄ nec cohercere debet peccatorem, niſi conuin-
catur. ij. q. vij. plerūq;. vj. q. ij. ſi tantū, & c. placuit, quia eccleſia nō
iudicat de occultis. j̄. de ſimo. ſicut nobis. alias ſicut tuis. in fi. & c.
ſe. in fi. & hunc intellectū auctoritas iſta plane ſonat. nec aliquod
ius ↄdicit. [Et ipſum ſolum]. ergo hæc monitio per ſolū denun-
ciatorem probabitur, cū alius abſit ſi. j̄. de pœ. omnes iuncto. c. j̄.
de ſimo. nemo. [Qui]. ſ. peccator. [Non audierit]. i. primam mo
nitionem ſpreuerit. [Vnū]. in ſcd̄a monitione, vt ſic ſitis duo, per
quos probetur, vt ſ̄. rn̄. j. ver. cui. [Vel duos]. vel pro & ff. de verbo.
ſignifi. ſæpe. ſ. in tertia monitione, vt ſic ſitis tres, per quos probe-
tur, vt ſ̄. eo. reſpon. ver. adhibitis. Sic ergo prima quantum ad rigo
rem iuris pertinet imperfecte probatur. Secunda ſemiplene, ter-
tia vero plene, quia in ore duorum teſtium ſtat regulariter om-
ne verbum, iiij. q. iij. ver. item vbi numerus. [In ore duorum]. i.
non pauciorum, nulla enim cauſa eſt regulariter, in qua vnus te-
ſtis ſufficiat, licet multæ ſint, quæ requirūt plures. j̄. e. licet vniuer-
ſis. ad fi. ¶[Idem alibi]. iij. pars. & no. ꝙ hæc auctoritas ſequens in
telligi poteſt, quando agitur de purgatione alicuius infamati: ſu-
b perior vero quando agitur de correctione[b] peccatoris ad peniten
tiam peragendam. [Dicens]. Io. viij. c. [Ego ſum]. interlinea. q. d.
ſi duobus hominibus creditur, qui falli poſſunt, & mentiri qua-
re non potius mihi & patri, vbi eſt ſtabilis veritas. [Qui teſtimo-
nium] & c. cui credi debet, quia dolus nec mendacium inuentū
eſt in ore meo. [De me ipſo]. quem falſo infamatis, & ſic immu
nis a peccato purgat ſe, j̄. de pur. ca. per totum, de ſe ipſo teſtimo-
nium perhibet. Et pater celeſtis ei teſtimonium perhibet, ex quo
ſe veraciter purgat. vnde & vicarius patris celeſtis, ſcilicet epiſco-
pus. xxxiij. q. v. mulierem. ei teſtimonium perhibet abſoluendo. j̄.
de coha. cleri. & mu. tua. j̄. de ſimo. de hoc, & c. inſinuatum. [Pa-
ter] meus. & ſic ſumus duo teſtes veraces, quod ſufficit ad verita-
tem probandam, quod probat per l. ſuam, & hoc eſt. nam & in
lege & c. vt ſequitur. [Nam & in lege]. verſi. Deut. xvij. b. & . xix. g.
5 [Veſtra.] † Hæc eſt optima allegatio, quando homo ex lege ſua
propria poteſt conuinci, vt hic, & xlv. di. qui ſincera. xxxvij. diſt. ſi
quid veri de Deo ſibilla. quod eſt cōtra quoſdam legiſtas, qui vo-
lunt regi, ſiue duci in eccleſiaſticis, maxime in his, in quibus ver
titur periculū animæ ſuo ſenſu legum ſubtilitatem æquitati ca-
nonum præferentes, & tamen leges eorum omnino ↄdicunt, q̄
volunt, ꝙ in talibus ſm̄ cano. iudicetur. & ꝙ non ad ſeculares iu-
dices, ſed ad eccleſiaſticos recurratur, vt no. ſ̄. de offi. ordi. c. j. & de
iudi. qualiter. c. nouit. & probatur in Auth. de man. prin. §. ſi vero
canonicum. coll. iij. & vt cleri. apud propri. ep. §. ſi vero eccleſiaſti
cum. coll. vj. & de eccleſia. titu. rn̄. j. & §. j. & de ſan. epi. §. ſin autem
eccleſiaſtica cauſa. coll. ix.

ADDITIONES.

a ¶ Ad quem licet pertinet Chriſtianum. Adde an hęc auctoritas, ſi pecca-
uerit in te frater tuus & c. pertineat ad omnes & vtrum inducat cōſiliū,
vel pręceptum pleniſſime per do. Henr. bo. hic.
b ¶ De correctione. Adde an omiſſio correctionis fraternæ ſit peccatum
per Henr. bo. hic in 2. diſt.

*SVMMARIVM.*

1 *Odium priuatum, & odium publicum quid.*
2 *Peccatores puniri publice intereſt.*
3 *Homines quatuor modis corrumpuntur.*

CAP. V.

QVotiens aliqui. [Cognationem]. i. co-
gnitionem. q. d. propin-
quitas nota eſt, quod eſſe non poteſt de facili, nec for
ſan de primo, vel ſecundo gradu. j̄. de diuor. porro.
[Propinquitatis.] intranſitio eſt hic. vnde expone propter contra
ctionem propinquitatis. i. propter cognitionem, quæ eſt propin-
quitas. xxxv. q. iij. c. j. & ij. [Duobus vel tribus.] quia in ore duo-
rum & c. ſ̄. c. proxi. [Conſanguinitate.] Speciale eſt in matrimo-
nio, ꝙ tales aliis teſtibus extraneis præferātur. ſm̄ d. n. & eſt ratio
vt legi. & no. j̄. qui ma. accu. poſ. videtur. xxxv. q. vj. cōſanguineos.
arg. contra. j̄. eo. ſuper eo. Sol. ibi. [Vel totidem.] ver. quando con-
ſanguinei non ſuperſunt. ſic j̄. de frigid. laudabilem. §. penul. alias
contra. xxxv. q. vj. c. j. [Legitime.]. ſ. computando gradus, & aliis
obſeruatis, de quibus leg. & no. j̄. e. licet ex quadam. & de hoc no.
ſ̄. titu. j. & iurauit. ¶[Probatio autem]. ij. pars. [Duplici iuramen-
to]. i. in iuramento illo duo articuli continentur, qui exprimen-
di ſunt primus ſtatim ſequitur: ſecundus exprimitur. j̄. eod. ver. &
ſic ipſi. [Se non priuato.] Hic incipit primus articulus iuramen-
1 ti, & expone priuato. i. familiari, ſiue carnali. q. d. † Si odis aliquē
vſq; ad mortem, quia te, vel tuos offendit, priuatum eſt odium,
& tale odium repellit teſtem, ſi vero ideo quia peccator eſt, nec
2 vult corrigere ſe, publicum eſt odium, non priuatum, † quia pu-
blice intereſt peccatores puniri. j̄. de ſenten. excom. vt fame. §. j. &
tale odium non repellit teſtem. Sic enim diligēdi ſunt homines,
vt eorum errores non diligantur. ſicut ait Hierony. Et dicit p̄s. in
perſonam domini. Iniquos odio habui. glo. Sunt ergo diligendi
etiam inimici q̄tumcunque peccatores inquantum homines,
& obediendi, quia mali. [Amicitia.] carnali. xxxv. q. vj. de paren-
tela. d. n. quæ corruptionem inducat, & dic, vt no. ſ̄. eo. c. j. Carita
tiua igitur amicitia non impedit teſtem. [Commodo.] neq; ti-
3 more † his enim quatuor modis homines corrumpūtur, vt hic,
& j̄. eo. licet. ij. §. teſtes. & xj. q. iij. quatuor modis. j̄. ti. j. c. j. xxxv. q. vj.
de parentela. iiij. q. iij. §. item teſtium. [Et ſicut.] ver. in quo conti-
netur ſecundus articulus iuramenti vt no. ſ̄. ſuper verbo. duplici
iuramento. [Et credere ita eſſe.] Hodie vero hoc nō ſufficit, imò
oportet, ꝙ addant ſe vidiſſe aliquas perſonas graduum, quos com
putant pro conſanguineis ſe habere, quod dic, vt legitur & nota-
tur. j̄. eo. licet ex quadam.

*SVMMARIVM.*

1 *Clerici poſſunt ferre teſtium in cauſa eccleſiæ ſuæ.*
2 *Abbas nomine monaſterij ſui agere poteſt.*
3 *Alio agente nomine monaſterij, Abbas & prior poßunt eſſe teſtes.*
4 *Prælatus utrum poſſit teſtificari in cauſa eccleſiæ.*

CAP. VI.

1 INſuper. [Eccleſię veſtræ.] Et ita † clerici[a] poſ-
a ſunt ferre teſtimoniū in cauſa eccle-
ſiæ ſuæ, vt hic & xiiij. q. ij. ſuper prudentia, & j̄. eo. cum
nuncius. & c. tuis, & c. nuper. j̄ de iureiuran. & ſi Chri
ſtus. §. fi. & eſt ratio, vt no. ſ̄. de iura. cal. c. fi. [Inſtituantur.] ſubau-
di duo, quorum vnus in aliquo certo negocio ſit procurator, &
alius in alio, in quo caſu adinuicem poterunt teſtificari. [Ferre.]
ideſt alteruter in cauſa, in qua alter eſt procurator, vt hic innui-
tur. Quinimmo & ſi fuiſſet aliquis procurator inſtitutus, ſed ſi
procurationem non recepiſſet, adhuc poſſet in eadem cauſa te-
ſtificari, & etiam ſi recepiſſet, & re integra renunciaſſet, arg. j̄. eo.
dilecto. ſm̄ d. n. Vel forſan etiam ſi proceſſiſſet q̄tumcūq; ante li
tem conteſt. ar. ff. de procura. ante litem, & l. ſequentibus. Quod
enim hic dicitur ſm̄ d. n. intelligendum eſt, ꝙ procurator non
poſſit eſſe teſtis, poſtq̄ agere cœpit, quia etiam inter laicos non
repelleretur, dummodo, procurationem non exerceret, imò ad-
mitteretur, ad quod probandum iſtud ſolum ſufficit, ꝙ non repe
ritur iure cautum, vt talis a teſtimonio repellatur, ar. in eo, quod
no. ſ̄. e. c. j. ver. j. ſuper verbo. idonei. & ex hoc infero, ꝙ ex quo lai-
cus admittetur in cauſa priuata, multofortius ergo clericus in
cauſa eccleſiæ ſuæ. Sed quæ eſt ratio, ꝙ procurator in cauſa capi-
tuli a teſtimonio repellatur, & canonicus eiuſdem capituli, dum
modo non ſit procurator, in teſtem admittatur, vt ex hoc. c. col-
ligitur? Rn̄. Hoc eſt, quia procurator non eſt ſingulorum, ſed tan
tum vniuerſitatis, ſiue collegij procurator. ſm̄ d. n. & omnes per-
ſonas ſimul collectas repræſentat, ideoque cum cauſa ſit ipſius
collegij, ſicut ipſum collegium, ſi vnicam perſonam tantum fa-
ceret, non poſſet teſtificari, quia cauſa propria eſt, vt C. eo. ti. om-
nibus, & ff. eo. tit. nullus, ſic nec procurator ipſius ar. xciij. di. c. j. &
in eo, quod leg. & no. infra eod. licet ex quadam. §. j. ver. nec ta-
men ſi vnus. Nec reputes impoſſibile totum ius collegij in vnū
recidere poſſe, quia hoc fieri expreſſe dicit lex, ff. quod cuiuſque
vniuer. ſicut municipium. in fi. Canonicus vero ideo admittitur,
quia non tanquam collegium, ſed tanq̄ vnus ſingularis de col-
legio teſtificatur ſm̄ d. n. vnde nec eſt cauſa ſua propria, quia cau
ſa collegij, ſiue uniuerſitatis non eſt ſingulorum, vt in eadem. l.
§. ſi quid vniuerſitatis, & xij. q. ij. qui manumittitur. Sed quid ſi vi
ce dominus, vel procurator alicuius epiſcopi agat, nunquid idē
epiſcopus in eadem cauſa poterit eſſe teſtis? Reſpon. Non, quia
eius nomine actio intentatur, alio tamen agente iconomus,
vel vice dominus bene teſtificantur, quod ex eo probatur, quia
2 † abbas nomine monaſterij ſui agere poteſt, vt leg. & no. ſ̄. de re-
ſcriptis. edoceri. & tamen alio procuratore nomine monaſterij
agente idem abbas poterit eſſe teſtis, vt hic dicitur, ſm̄ d. no. ve-
rum eſt de priore. Scribitur enim hic priori, & fratribus ſanctæ
trinitatis, quæ religio abbatibus caret, ſed habet priores loco ab-
batum. In talibus autem prioribus idem ius, quod & in abbati-
bus eſt cenſendum. infra de ſtatu mo. c. fi. §. fi. In hoc ergo caſu
3 ſm̄ d. n. † alio agente nomine monaſterij abbas & prior poterūt
eſſe teſtes, vt hic, & j̄. de iureiuran. & ſi Xp̄s. in fi. Multofortius er-
go iconomus, & vicedominus in cauſa epiſcopi alio agente, vt
ſupradictū eſt ſm̄ d. n. cuius eſt mēs totius huius glo. licet multū
ſit declarata, & multis concor. confirmata. In ſolutione tamen
iſtius, quæſtionis videtur contrarius ſibiipſi. Certum eſt enim, ꝙ
vicedn̄s & iconomus, ſiue procurator epiſcopi perſonam ipſius
repræſentāt, imò quaſi idem ſunt cum eodem, ſicut & officialis,
qui & cum ep̄o vnum, & idem conſiſtorium habet, vt patet in
eo, quod legi. & nota extra d. n. de appel. Romana. reſpon. j. lib. vj.
Mirum

ADDITIO.

a ¶ Clerici poſſunt ferre teſtimonium in cauſa eccleſię ſuę uide do. Hen-
ri. hic in 2. di. & do. Ab. in j. col. ver. quęro igitur, & ibi remittit Andr. ſic.
ad Ale. conſi. 41. in 4. li.



Mirum eſt ergo, ꝙ dicit d. n. ſ. quod vicedomino agente epiſco-
pus repellatur, & alio agente vicedominus admittatur. vbi. n. re-
pellitur epiſcopus, multofortius & is, qui vices eius gerit, vt patet
extra. d. n. ſ̄. de off. vica. Romana. §. fi. li. vj. Et in eo, quod no. ſ̄. eo.
glo. ver. Reſpon. Hoc eſt: maxime quia & pro epiſcopo magis p̄-
ſumendum eſt ratione dignitatis, ꝙ veritatem dicat, arg. in eo, qđ
leg. & no. j̄. de voto. ex multa. rn̄. j. ver. an epiſcopi. & ſ̄. de procur.
in noſtra. §. fi. reſpon. j. Vnde & vr̄ fortius admittendus, quam vi-
cedominus, vt in eo, quod leg. & nota. j̄. qui ma. accu. poſ. videtur.
§. fi. reſpon. j. Nec obſtat, ꝙ vicedominus agat nomine epiſcopi,
non enim eſt nomine eccleſiæ agere, vt patet vij. q. j. ſcire. vnde &
idem nomine eccleſiæ ſuæ agit, & nomine eiuſdem agitur con-
tra ipſum, vt patet in eo, quod leg. & no. j̄. de fide inſtrumen. inter
4 dilectos. reſpon. j. in prin. verſi. j. Dicendum eſt igitur idem de epi
ſcopo, quod dictum eſt de abbate. ſ. ꝙ alio agente poterit eſſe te-
a ſtis,[a] vt & no. ſ̄. de iuram. calum. c. fi. & j̄. eo. cum nuncius. Nec ob
ſtat, ſi opponas, ꝙ in cauſa propria videtur ferre teſtimonium,
quod omnibus prohibetur. C. eo. ti. omnibus. quia hoc nō eſt ve
rum, immo procurator eſt tantum, & non dominus, vt legitur,
& no, j̄. de dona. c. ij. reſpon. j. Et adde, quod no. j̄. de cenſi. procura
tiones. in fi. & de app. cum ſpeciali. †. j. ver. & ſpecie. & extra. d. n. de
ſen. ex dilecto. §. & quidem. & de pęnis. Romana. §. vnico. & j̄. de
ver. ſig. ex parte. j. §. j. [Dummodo.] verſi. [Vel duo] & ſic patet, ꝙ
duo poſſunt conſtitui procuratores, quod dic, vt no. ſ̄. de procur.
non iniuſte. [Et reſpondendum.] aliter non eſſet ſufficiens pro-
curatorium, ſ̄. de procura. accedens. vbi de hoc. & no. ſ̄. de do. &
contu. c. fin. [Quorum.]. ſ. procuratorum [Reſponſales.] actores
ſunt in agendo, reſponſales in defendendo, ff. de procurat. omni.
Sed nunquid ↄ eccleſiam poſſunt alij teſtificari? ſic. maxime vbi
per alium probari non poteſt, xxiii. q. ii. ſuper prudentia. j̄. eo. ve-
niens. ij. in fi. niſi ſint liberti eccleſiæ. ſ̄. de ſeruis non ordin. de fa-
mulis. §. quibus. quorum bona occupat eccleſia poſt mortem eo
rum, contra id quod leg. & no. j̄. de teſtam. requiſiſti. §. fin. hæc tn̄
quæſtio copioſius diſputatur j̄ eo. cum nūcius. ſed hic melius ſol
uitur. [Admitti.] de quo dic, vt plene no. cx̄. d. n. de ap. Romana.

ADDITIO.

a ¶ Eſſe teſtis vtrum pręlatus poſſit teſtificari in cauſa eccleſię ſuę, in qua
agitanda conſtituit procuratorem, vide plene per dom. Abba. & Andre.
ſic. hic in apoſ. An autem pręlatus poſſit eſſe iudex in cauſa eccleſię ſuę,
vide per Oldra. conſil. lvij & Cald. conſil. vj. de iud. Et an monachus poſ-
ſit eſſe teſtis in cauſa monaſterij ſui, vide Fulgo. conſi. cv. ſecundum Ber
nardinum. hic in addi. ad Panor.

*SVMMARIVM.*

1 *Laicus presbyterum, vel clericum accuſare non poteſt.*
2 *Omnes in mortali peccato conſtituti a teſtimonijs repelluntur.*
3 *Reprobatio teſtium ſemper eſt poſt eorum receptionem admittenda.*
4 *Iudex qui de appellatione cognoſcit duplex gerit officium.*
5 *Teſtes non compelluntur ſed mouentur, vbi de crimine agitur.*

CAP. VII.

EX parte ade. Canonice. [nulla ſimonia
interueniente, & diœceſano
auctorizante. Alias cōtra. ſ̄. de elec. ſuper eo. & c. ſi ali-
cuius. & de offi. Archid. cum ſatis. & c. ſe. j̄. de inſtitu.
c. iij. ſ̄. de cleri. peregri. c. fi. [Xxx. an.] vnde in alia re temporali fuiſ
ſet præſcriptio completa. j̄. de pręſcrip. ſanctorum. [Miles quidā.]
1 ver. [Tacito.] & ideo literæ non valuerunt, † quia laicus presby-
terum, vel clericum accuſare non poteſt, ii. q. vii. c. i. & ii. iii. & iiii.
Nec prodeſt, ꝙ laicus poteſt presbyterum ſuum vitare, ſi publi-
cus ſit fornicator, quia & propter hoc non ſequitur, ꝙ ipſum poſ
ſit accuſare. Aliud. n. eſt vitare, & aliud accuſare. Nec obſt. ꝙ non
fuit qui contra ipſum exciperet, vel in exceptione propoſita per-
ſeueraret. Vel dic, quod hic agebatur ciuiliter in modum forſan
denunciationis, quia iſte miles patronus, & ideo audiendus erat.
Nam & in hoc caſu parrochianus auditur, xvj. q. vii. filiis. ij. q. vij.
c. j. & ſic ratione intereſſe admitti debuit, & literæ valuerunt. ſm̄
d. n. vt in ſeq. glo. [Quia laicus eſſet] quod ſi expreſſiſſet literas nō
habuiſſet. j̄. eo. de cætero. & ſic non valuerunt ſ̄. de tranſac. ex lite
ris ſ̄. de reſcriptis. ſuper literis. Quare ergo valet proceſſus authori
tate ipſarum habitus? Dicunt quidam, ꝙ de hoc exceptum non
fuit, & ideo cum eſſet dilatoria proceſſus tenuit. j̄. de re iud. inter
monaſterium. quod ſi verum eſſet omnino deſtrueretur hic opi
nio, quam ſequimur dicentes, ꝙ proceſſus talium literarum ha-
bitus irritus eſt ipſo iure, quod dic, vt no. ſ̄. de reſcriptis. dilectus. j.
in fi. Tu dicas maxime. narrat enim factum, quia ſic accidit. Im-
mo & hoc allegabat presbyter, qui facit hanc narrationem qua-
ſi inueniendo, ꝙ litera non debuit valere, ſed nō exauditur, vt pa-
tet ex ſequentibus. Et merito, nam contra publicum fornicato-
rem, de quo hic loquitur licuit laico impetrare, xxxij. di. §. verū.
j̄. de cohabi. cler. & mu. veſtra. Sed & in modū denūciationis, de
quo hic loquitur, vt patet in eo, quod no. j̄. eod. verſicu. tandem.
ſuper verbo. per interpoſitam. potuit laicus impetrare. ſ̄. eo. quo-
niam. Sed & poteſt intelligi, quod laicus iſte erat parrochianus,
vel patronus, vnde & audiendus erat, xvij. q. vij. filiis. q. viij. q. j. au-
dacter. Vel ideo valuit proceſſus, quia Papa primo motu non ad
iſtantiam militis. i. propter eum non motus, de hoc inquiri vo-
luit. ſecundum Goſ. argum. in eo, quod no. ſ̄. e. in omni. Sed huic
intellectui hæc litera contradicit. ideo tu dic, vt nota. ſ̄. ver. tu dic.
& ſeq. Vel vt notatur, j̄. eo. §. fi. ſuper verbo. non fuerit legitime ēt.
& ſuper verbo. moleſtari. [Impetrauit] ſubaudi, ſub hac forma, ꝙ
ſi dictus. & c. vt ſequitur. [Quia dictus.] verſic. [Qui proximo.] Et
ideo ſine diſpenſatione ſedis ap. & ſi legitimus eſſet filius, eccle-
ſiam non poterat retinere. Secus ſi media perſona interceſſiſſet,
quia tunc purgatum eſſet vitium, quod dic, vt leg. & nota. ſ̄. de fi.
presby. ex tranſmiſſa. & c. pe, & fi. [Miniſtrarat.] quamuis legiti-
mus. ſ̄. de fi. presb. conquerente. [Vel publice.] vnde ſufficiebat al
terum probari, cum ſub diſiunctione hæc duo exprimerentur. ſ̄.
de reſcriptis. inter cæteras. [Fornicariam.] In hoc caſu ſuſpenſus
eſt ipſo iure, nec debuit miles, vel alius ab ipſo eccleſiaſtica recipe
re ſacramenta, j̄. de coha. cleri. & mu. veſtra. vnde & multum in-
tererat militis, ꝙ remoueretur, quare contra ipſum potuit impe-
trare. [Ipſum]. ſ. præsbyterum. [Amouerent]. ſ. iudices. [Tandē.]
ver. [Per interpoſitam]. i. per procuratorem. Et ſic patet, ꝙ ciuili
ter agebat miles contra ipſum presbyterum non criminaliter, als
non admitteretur procurat. tue. nec ipſemet in perſona etiam ꝓ
pria, niſi ſuum, vel ſuorum iniuriam proſequeretur, j̄. eo. de cæte
ro. & ſic in ciuili actione tenuit litera impetrata, vt no. ſ̄. ſuper ver
bo. tacito & ſuper verbo, quod laicus eſſet. Sed & ſecundum d. n.
reſponderi poteſt, ꝙ hæc perſona interpoſita non fuit procura-
tor ad totam litem, ſed ad certum articulum tantum, puta ad te
ſtes producendos, vel ad videndum eos iurare, vel publicationē
eorum, ſ̄. e. c. ij. uel aliud ſimile, quod iure poteſt fieri: & ſic de cri
mine criminaliter agitur. C. de accu. veniens. ſecundum d. n. [In-
fames & notabiles.] [Huiuſmodi exceptiones debent diſputatio-
nis tempore reſeruari, nec expedit tali modo reprobari teſtes an
te aperturam, cum & præmiſſa antea proteſtatio ne poſſint po-
ſtea reprobari. quod dic, vt no. j̄. eo. præſentium. j̄. de excep. deni-
que. j̄. de ſimo. licet Hely. & c. per tuas. Quandoque tamen ſtatim
antequam deponat admittitur exceptio in caſu, puta quando ha
bet cum ipſo cauſam criminalem, in auth. eo. titu. §. ſi vero quis
dicatur, alias recipitur teſtis, & tempore diſputationis reſeruatur,
vt dictum eſt. C. eo. tit. auth. ſi dicatur. Per hoc tamen, ꝙ hic ap-
pellauit, & admittitur appellatio vr̄, ꝙ ſtatim admitti debeat, ſi
ſtatim paratus eſt hoc probare. ſed quod prius dixi ordinarium
eſt. Nec obſtat, quod hic dicit. quia non conſiſtit in hoc ius, im-
mo ſic accidit de facto. Vel dices, ꝙ hæc exceptio fuit oppoſita
poſt receptionem teſtium, vt anullaretur dictum eorum, ſed non
fuit admiſſa, & ideo recte extitit appellatum. ſecūdum B. ſed hoc
eſt contra textum ſequentem j̄. eo. §. j. vbi dicit, licet autem præſ-
byter aſſereret illos non eſſe recipiendos. igitur patet, ꝙ non poſt
receptionem, ſed ante hoc oppoſitum fuit. Ideo dicas; ꝙ illud. qđ
dicitur. j̄. eo. præſentium conſilium eſt. quod vero dicit auth. non
contradicit, quia licet reſeruetur diſputationi, non eſt tamen ꝓ-
batio repellenda, vt hic fuit, immo recipienda. Alioquin diſpu-
taretur ſuper eo, quod non eſt probatum, immo & antequam di
ſputaretur, debet eſſe publicatum. j̄. eo. in cauſis. in fi. Dic ergo, ꝙ
ſtatim admittenda eſt probatio oblata, vt patet j̄. eo. cauſam, quæ
& poſtea diſputatur. ſ̄. ti. j. licet. §. j. & §. iidem quoque teſtes. & pręce-
den. Igitur quia iſti iudices hanc exceptionem & forſan proba
tionis oblationem noluerunt recipere, fuit rationabiliter appel-
latum. Certum eſt enim, ꝙ fides non eſt talibus teſtibus adhiben
da, vt patet iij. q. ix. teſtes. [Produxiſſe.] & male ſm̄ do. n. quod hic
debet ſequi & j̄. vt & no. j̄. §. j. ſuper verbo. præſcriptio. ¶ Licet au-
tem.] ii. pars. [Illos]. ſ. teſtes. [Recipiendos.] Ergo hoc fuit obiectū
antequam reciperentur ↄ id, quod no. B. ſ̄. rn̄. j. ver. fi. [Pro eo.] ver
2 ſi. fi. [Pro eo. ver. [Latrones, & raptores. [Tales † & omnes in mor
tali peccato conſtituti repelluntur, niſi ſint de crimine emenda-
ti, j̄. eod. capit. fina. j̄. de ſimo. per tuas. xxxiij. q. v. præceptum. ij. q.
iii. §. hinc autem colligitur vj. q. j. infames. iij. q. vij. qui ſine pecca-
to. & c. poſtulatus. & arg. ſ̄. de tempo. ordina. capit. fina. Periurus
autem quantumcunque pœnitentiam egerit, ſemper repellitur,
vt ſequitur [Quidam vero.] verſicu. [De periurio.] vnde vlterius
ad teſtimonium admitti non debent, ſi de hoc conſtet. vi. q. j. qui
cunque. xxii. q. iiij. paruuli. & capit. pueri. j̄. eodem ſicut. in fine. Et
hoc eſt ſpeciale in periurio, quia nimis frequentatur, & quia tan
git cauſam, in qua teſtis producitur, vt hæc pœna quaſi ordina-
ria infligatur, & ſi in modum exceptionis, & in illa cauſa quis cō
uictus fuerit & repulſus infra eodem teſtimonium. infra, de ex-
ceptio. capit. j. alias contra. in eo, quod legitur, & notatur. ſ̄. de or-
dina. cogn. cum dilectus. §. fi. [Diceret.] non tamen offer ret. & ſic
non ob. infra de appellationibus. interpoſita. Sed nec iudices hāc
exceptionem rationabiliter propoſitam admittere voluerunt,
ideoque presbyter appellauit. vt ſequitur & ſupra nota. Vel dic, vt
notatur, in ſequen. gloſ. [Probaturum.] ſubaudi & ne contra fie-
ret appellaſſet. vt patet ex ſequentibus. Sed non fuit iuſta hęc ap
pellatio. ſ. appello, ne recipiantur iſti teſtes, quos volo probare cri
minoſos, niſi hoc ſe ſtatim offerat probaturum, quod hic non
faciebat.

faciebat,Quinimmo,& ſi hoc offerret,audiendus non eſſet, niſi
forſan quando vult teſtem remouere propter odium capitale,
quod contra eum concepit ex monitione criminalis accuſatio-
nis,j̃.de accu.cum p.Manconella.quod vix poteſt eſſe occultum,
cum tales accuſationes agantur in publico. Si vero aliud odium
probare vellet, de quo non poſſet conſtare de facili, vel propter
difficultatem ſui, vel quia teſtes reprobatorij nimis diſtant, non
eſſet audiendus,quia etiam ſuper reprobatione teſtium non ad-
mittitur inſtrumentum ante receptionem ipſorum, ſi probatio
moram longiorem expoſcat, puta quia inſtrumẽtum in dubiũ
reuocatur,s̃.de elec.ſcriptum.§.j. vt omnia hæc probantur in au-
3 then.eo.tit.§.ſi vero dicatur.& §.ſe.colla.vij. † Poſt receptionem
aũt teſtium ſemper eſt eorũ reprobatio admittenda.j̃.eo. ſup eo.
& c.ſeq.& c.præſentium.& s̃.de proba.licet.Sed nec ſemper iuſta
eſt appellatio ex hac cauſa. ſ. quia denegatur reprobatio teſtium
aliquorum.nam poteſt eſſe,ꝙ illis non innitatur iudex,cum alia
ſibi ſufficiant,j̃.de re iud.cum I.& A.§.ſi verò eos.ver.vel etiam ſi
aliqua.Licet etiam hæc ſint vera ſm moderna iura, tamen ſecũ-
dum antiqua bene tenebat appellatio in hoc caſu,& ideo manda
tur,ꝙ ſi de veritate appellationis conſtiterit, ſententia reuocetur
ſecundum d.n.cuius eſt mens totius huius gloſ. Sed & j̃. dat aliũ
intellectum [Nihilominus] ver. ſcilicet non admiſſa dicta exce-
ptione,ſed repulſa. [Talibus.]ſcilicet infamibus, & notabilibus.
[Eidem]ſcilicet presbytero. [Poſt appellationem.] pro eo,quod
dicta exceptio non admittebatur interpoſitam & bene.j̃.de app.
dilecto.§.fi.& c.cum cauſam.§.fi.[Præſcriptam]alias prædictam
in deciſione.Sed cum ſuperius in tota decre.non reperiatur deci-
ſio,nec de appellatione aliqua facta mentio,vbi fuerit pręſcripta,
ſiue prędicta non video.ideo dixi s̃.reſpon.j.in fi.ſcilicet quod ibi
debet eſſe deciſio,alias hæc litera falſa eſſet.vel dic.[Præſcriptam,
ſiue prædictam.]ſcilicet eccleſiam,vt ſequitur, & ordina ſic lite-
ram. [Nihilominus iudices receptis talibus teſtibus abiudicaue-
runt eidem].ſ.presbytero.& male ſecundum d.n.vel forſan bene.
[Abſenti præſcriptam eccleſiam.]& hoc fecerunt. [poſt appella
tionem abiudicauerunt.] ſi. s̃. de reſcriptis. inter cæteras. & dic.
[Abſenti.]ſubaudi,ex cauſa probabili, alia tamen quàm appella
tionis ſententiam præcedentis, illa enim non erat iuſta. Intelli-
gas tamen,quod hic erat caſus, in quo abſens potuit conſtituere
procuratorem, & ideo non fuit contumax,licet iudices,cum le-
gitime citatus fuiſſet ad domum ipſum reputaſſent contumacẽ.
Sed errabant, & ideo huic presbytero per beneficium reſtitutio-
nis in integrum ſubuenitur,argum.s̃.de reſti. in integ. ex literis.
& de hoc no.ibi & s̃.de procurato.querelam ideoque retractatur
ſententia in abſentia eius lata,& reſtituitur in ſtatum priſtinum,
& cauſa cępta ſuo marte decurret,vt hic ſequitur,ad hoc autem,
vt reſtituatur oportet,quod probet ſe læſum fuiſſe, quod probat
eo ipſo,quod probantur criminoſi teſtes, per quorum dicta lata
eſt ſententia cõtra ipſum,cum nulla alia probatio ſupereſſet. Vel
dicas melius, quod cum ſententia lata eſſet contra hunc presby-
terum abſentem ex cauſa probabili,& hoc ignorãtem,quam ci-
to hoc ad ipſum peruenit ab hac ſententia appellauit, quod po-
tuit,& hanc appellationem fuit poſtea proſecutus.ad hoc C.quo
modo,& quando iud.l.j.ſecundum d.n.cuius eſt mens totius hu
ius glo.Vel dic,vt s̃.& j̃.no.ſuper verbo. moleſtari. & ſequentib.
vſque in fi. [Abiudicauerunt]. hæc ſentẽtia redarguitur propter
tria.Primum eſt, quod per minus idoneos teſtes fuit lata ſenten-
tia.hoc tamen ante publicationem teſtium debuit proteſtari.j̃.
eo.præſentium.Secundum quod recepti fuerunt, & ſententia la
ta parte abſente & non contumace.ff.quæ ſenten. ſine appel. re-
ſcin.l.j.§.item cum ex edicto.Tertium poſt appellationem legiti-
mam ſecundum d.n.ii.q.vj.appellatione.s̃.de off.dele. ſuper quæ-
ſtionum.§.fi. & c.cum olim abbas.in fi.[Eccleſiam]. ſubaudi,a
qua ſentẽtia presbyter iterum appellauit.& ſic omnino plana eſt
decre.ſic j̃.eod.conſtitutis.ij.§.j.[Quam].ſ.eccleſiam. ¶ Manda-
mus].iij.pars.Poteſt autem ſic reſolui litera huius.§. & taliter or-
dinari.dicas.[Mandamus quatenus]cauſam audiatis,quod eſt j̃.
c.verſi.cauſam &c.vſque in fi.poſtea ſubaudi,& dic.& ſi vobis cõ
ſtiterit &c.vt hic ſequitur.D.tamen.n.hoc aliter intellexit, vt pa-
tet in eo,quod no.j̃.eo.ſuper verbo.eidem.[Si vobis.] de appella-
tione facta poſt ſententiam,vel etiam ante ſententiam, dummo
do poſtea ei non renunciauerit tacite,vel expreſſe. [Conſtiterit].
per euidentiam rei,vel confeſſionem aduerſarij,vel alias qualiter
cunque,quia & multis modis fit probatio,vt no.s̃.ti.j.c.fi.§.fi.Vel
ſecundum Gof.de hoc conſtat eo,quod non conſtat ꝯ. ſiue eo ip
ſo,quod probat ſe obtuliſſe probationes ad repellendum teſtes,
ſed non fuit admiſſus. vel noluit ſe presbyter probatione huiuſ-
modi onerare ſecundum Gof.Vel dic,vt j̃.no. [Non fuerit legiti
me].quia non per ſuum iudicem, cum literæ eſſent ſubreptitiæ.
vel quia poſt appellationem legitimam vel quia contra abſentẽ,
& non contumacem lata fuit,& ſecundum hoc volues literam,
vt no.s̃.in prin.huius.§.Vel dic vt j̃.in ſeq.interlineari.[Idoneos]
.i.idoneæ,ſiue canonice receptos.q.d.ſi conſtiterit, quod iudices
presbyterum offerentem ſe probaturum exceptiones legitimas
contra teſtes oppoſitas non admiſerunt.& ideo appellatum fuit,
& iudices nihilominus proceſſerunt,& ſic concordat, & non ꝯ.
dicit.j̃.de app.interpoſita.[Eorundem]verſi. [Caſſata ſententia]
.i. caſſa runciata ſecundum præmiſſam literam, vel lecturam.
[Confirmationis].ſub.communi forma impetratis, quod dic,vt
no.s̃.de conſt.c.pe.j̃.ne ſe.va.illa.[Eccleſiam illa]. ver.[Reſtitua-
tis].de eo tamen quod præmiſit primo conſtare debet, quia præ
ſumitur pro ſententia ij.q.j.nomen.vij.q.j.præſentium.Cæterum
ſi ſine ſententia fuiſſet ſpoliatus ante ingreſſum cauſa eſſet reſti-
tuendus,vt s̃.de reſti.ſpo.conquerente.j̃.qui fil.ſint leg. cauſam.q.
ij.[Eidem.]non videtur hoc poſſe ſtare, quia aut fuit appellatũ,
aut non.Si fuit appellatum legitime,non oporteret cauſam exa-
minari, immo ex quo de hoc conſtiterit reuocandum eſt quic-
quid fuit poſtmodum attentatum,vt patet in eo, quod not.s̃.§.
prox.ſuper verbo.adiudicauerunt. Si vero non fuit appellatum,
vel minus legitime,tali prætextu non debuit ſententia retractari.
j̃.eo.ſeries.Ad hoc dicas,quod presbyter facta appellatione receſ
ſit,& dicebatur,quod iudices nihilominus eandem eccleſiã poſt
ipſam appellationem ſibi adiudicauerunt. Ideoque Papa primo
mandat cognoſci de cauſa appellationis,vt ſi inueniatur iuſta ap
pellatio,& per conſequens iniuſta ſententia retractetur. Si vero
iniuſta,& per conſequens ſententia iuſta non retractabitur,& du
rat hæc forma vſque.j̃.eo. ver. ſi vero res.ibi vero mutat caſum,
& docet ibi ſecundo,quid iuris ſit inſtruendo iudices qualiter de
beant ſe habere,ſi non repererint fuiſſe appellatum, vel minus le
gitime,tunc enim debent cognoſcere de cauſa principali, & ip-
ſam ſine debito terminare,& ſic loquitur j̃.eo. verſi.ſi vero res.&
ſeq.vſque in fi.ſm d.n.cuius eſt mẽs totius huius intellectus, vel
volue literã,& dic,vt no.s̃.ſuper verbo. Mandamus quatenus &c.
vel aliter,vt no.j̃.e.ſuper verbo.ſi vero.& ver.cãm.[Ipſum].ſ.preſ
byterum.[Non permittatis].niſi ipſo iuſte conuicto,& remoto,
nec.n.intendit per hoc iuſtitiam excludere s̃.de reſt. ſpol.audita.
[Exinde].Hic notauit quidam, ꝙ delegatus datam poſſeſſionem
tueri debet,quod verum eſt vſque ad annum.s̃.de offi.delega.q̃rẽ
ti.Alij dñt,ꝙ non habet ſe intromittere de hoc,ex quo ſententia
uit,quia functus eſt officio ſuo,s̃.de off.dele.in literis. niſi hoc ei
ſpecialiter demandetur.De hoc tamen dic,vt no.s̃.de of.dele.quę
renti. Et idem dicendum eſt, ſi in literis domini Papæ dicatur,
mittas talem in poſſeſſionem,& tuearis inductum,ar. ff.ne vis fi.
ei qui in poſ.l.j.reſpon.j.§.j.& ij.& l. ſi quis miſſus. reſpon.j. Quid
aũt iuris ſit,qñ in reſcripto apoſtolico continetur ꝯdictores &c.
Dic,vt no.s̃.de pręb.per illorum.& adde,quod no.in ſeq.gl.[Mo-
leſtari]. ex hoc vr̃, ꝙ iudex delegatus non ſolum dꝫ in poſſeſſio-
nem mittere,ſed & miſſum tueri,quod dic,vt no.s̃.de of. dele. q̃-
renti.Hoc aũt hic ideo cõtingit,quia ex quo iudices, qui cogno
uerunt,quod iuſta fuit appellatio pro eo, quod presbyter nõ fuit
admiſſus ad probandum, & ideo ſententiam latam reuocauerũt
dicẽt aduerſæ parti verum velit conuincere presbyterum coram
eis,& ſic pendente lite ipſum presbyterum defenderet,j̃. de ſimo.
quærelã.in fi. Vel ſi nihil vult, vel poteſt probare ipſum penitus
abſoluent,C.de rei ven.l. fi. Et per hoc ceſſat oppoſitio & turba-
tio, quæ tangitur in gloſ. ſequentis q̃õnis. Quæritur enim circa
hanc literam, q̃uo presbyter auditur volens probare has exce-
ptiones poſt ſñiam,vr̃.n.quod non ſit audiendus,vt ar.j̃.de exce.
denique.vbi de hoc.& j̃.de re iud.inter monaſterium.Sol.dicunt
quidam,ꝙ iõ auditur hic poſt ſñiam,quia oppoſitum fuit etiam
ante ſñiam,& non fuit admiſſus.ſic j̃.de re iu.cum I.& A.ſi vero
de hoc nihil dixiſſet ante ſñiam,poſtea non audietur. vt in ꝯ.niſi
de falſo agere vellet,vt leg.& no.s̃.ti.j.licet.§.iidem.j̃.de excep.cũ
venerabilis.§.intelleximus.ex hoc vr̃,ꝙ appellans teneatur proba
re cãm appellationis eſſe veram.ſic.j̃.de excep.olim. Sed ꝯ, quia
ſufficit probare,ꝙ offerens ſe probaturum nõ fuit admiſſus,j̃. de
appellat.interpoſita.reſpon.j.& s̃.de off.deleg.ſuper q̃õnum.§.j.&
hoc idẽ fecit ſacerdos iſte,quia obtulit ſe probaturum, & nõ fuit
admiſſus,& iõ appellauit, quare ergo cogitur probare veritatem
cauſæ?Reſpon.id quod oppoſitum eſt de oblatione, locum habet
in dilatorijs,per quas non eliditur intentio principalis, vnde qñ
iudex noluit admittere probationem oblationẽ ſuper exceptio-
ne rõnabili grauauit,& reddidit ſe ſuſpectum.& ideo ſufficit pro
bare oblationem factam & denegatam ad hoc,ꝙ iudex appella-
tionis in principali procedat. alias remittetur cauſa ad eum, a
quo extitit appellatum,j̃.de app.vt debitus.§. fi. Si vero exceptio,
quæ opponitur peremptoria eſt,non ſufficit probare oblationẽ,
immo neceſſe eſt probare exceptionis propoſitæ veritatem. alias
ſtaretur ſententiæ latæ authoritate illorum teſtium,quia apparet
ipſum fruſtratorie appellaſſe.j̃.de re iu.cum I.& A.ſm B.& mul
tos alios.Et eſt rõ naturalis,quæ pro iſtis facit,quia ſi ſufficeret ꝓ
bare in peremptoria,ꝙ non fuit admiſſus cum in poteſtate iudi-
cis ſit non admittere, poſſet hoc iudex in fraudẽ facere. ſicut alſ
no.j̃.de ap.ex inſinuatione, vt ſic is, ꝯ quem appellatur cãm ſuã
amitteret,& ſi peremptoria falſa eſſet, & iõ neceſſe eſt, ꝙ veritas
peremptoriæ probetur. Et idem vr̃ in quilibet dilatoria per quã
ei, contra quem opponitur præiudicium pararetur, puta offero
me



me probaturum,ꝙ aduerſarius eſt excommunicatus.vel ꝙ fecit
mihi pactum de non petendo vſque ad certum tempus.in his &
in ſimilib.oportet,ꝙ veritas probetur,quia iniquum eſſet, ꝙ hoc,
quod opponitur verum reputaretur. Quod ergo dicit decre.inter
poſita locum habet in dilatoriis,qui opponũtur ꝯ iudicem, & in
ſimilib.in quibus vere reputentur,in præiudicium aduerſario nõ
paratur.Sed quicquid dicatur,non poteſt eſſe ſine præiudicio ſal
tem laboris & expenſarum,& amiſſionis boni iudicis, quem im
petrauerat,qui nec de facili reperitur,& ſic paratur præiudicium
arg.s̃.de tranſla.epi.q̃to.§.cæterum.& de of.dele.cum R. canoni-
4 cus.& c.ſuper q̃õnum.§.porro.in fi.Dicas ergo,ꝙ † iudex, qui de
appella.cognoſcit duplex gerit officium. Primo enim habet co-
gnoſcere vtrum bene,vel male fuerit appellatum, & ſi inueniat,
ꝙ bene.Secundo cognoſcit de principali.ſi male,remittit partes,
j̃.de app.vt debitus. in fi.Igitur qñcunque offero me probare pa-
ratum aliquam exceptionem legitimam & recipiẽdam, ſiue di
latoriam,ſiue peremptoriam,& non admittor grauior: & tenet
appellatio & ſufficit,ꝙ probetur oblatio,& non admiſſio ad expe
diendum primo officium iudicis,i.ad hoc; vt bene videar appel-
laſſe,vt in decret.interpoſita.non tñ quo ad ſecundum officium
iudicis.i.quo ad hoc,vt niſi veritatem probem perẽptorie in prin
cipali debeam obtinere,vt hic dicit,& s̃.no. Et hæc non videntur
conſideraſſe, qui ꝯrium notauerunt. Nam ſi grauamen iudicas
ex eo, ꝙ non admittar offerens probare dilatoriam, multo fortiꝰ
hoc grauamen in peremptoria eluceſcit, cum efficacior ſit,ar.j̃.
de decimis.ex parte.ff.de ſeruis expor.cui pacto. Ex hac autem li-
tera nõ habetur expreſſe,ꝙ ſe obtulerit probaturum,ſed dixit ſe ꝓ
baturum,quod non ſufficit,niſi & probetur j̃.de conceſ.præben.
cum ſuper. Sed intelligas,ꝙ hic fuit ſecundo a ſententia appella
tum,vt & omnia hæc s̃.notantur,& ideo neceſſe eſt,ꝙ cum ſolũ
in modum proteſtationis hoc dictum fuerit.In cauſa appellatio
nis probetur veritas a dicente ſi in cauſa principali voluerit obti-
nere.C.de temp.ap.per hac.ff.eo.l.iij.§.item diuus.Vel dixit,quod
hoc probaret corã iudice,ad quem appellabat, vel delegato ſuo.
ſic.j̃.de app.conſtitutis.ii.in fi. & non coram iſtis iudicibus, corã
quibus litigabat,quia eis dicebat eſſe notorium,cũ tota terra hoc
ſciret.& ideo dixit.s̃.mandamus quatenus ſi vobis conſtiterit &c.
vt ibi no.ſuper verbo.conſtiterit.Sed & ſi intelligas,ꝙ obtulit ſe ꝓ
baturum.Reſpondent s̃.ver.dicas ergo.& ſeq.vſque ad.ver.ex hac
autem.[Si vero].ver.Res aliter.]i.ꝙ non ſit ſententiatum, vel ꝙ
mali teſtes recepti non ſint.Sed oppones,& dices. ſi teſtes nõ fue
runt mali,ergo ſñia erit confirmanda,vel non erat cauſa vlterius
examinanda?Sol. primo mandat Papa in cauſa appellationis in
quiri de malis teſtibus.quia ex illa cauſa fuerat exceptum, & ap-
pellatum,ſed illa ſola ſufficiebat ad hoc,vt ſñia caſſaretur. Sed &
illa cauſa deficiente poterat appellans ad aliam recurſum habe-
re,cum a diffinitiua ſententia appellaſſet,vt patet in eo,quod le-
gitur & no.j̃.de app.conſtitutis.§ fi.ſm d.n. Vel dic,vt in ſeq.glo.
& dic aliter puta ꝙ reſcriptum non fuit ſubrepticium, nec iudi-
ces in aliquo grauauerunt.ſed abſentem & contumacem cano-
nice condemnarunt,ſubaudi,ſñiam confirmetis. & ſm hoc vo-
luenda eſt litera,vt s̃.not.in prin.§ j.Vel dic.[Aliter]. quia appel-
lationi detulerunt,& in nullo proceſſerunt cauſam audiatis &c.
vt ſequitur,& ſic legitur continuatiue,nec voluitur litera.[Cãm]
ver.ſ.appellationis præmiſſæ ante ſñiam.vel etiam principale ſu-
per obiectis criminibus,qñ ſñiatum non fuit. Vel etiam ſi ſñia-
tum fuit adhuc poterit cauſam proſequi per officium iudicis. ſ.
ꝙ ſñia,quæ eo abſente lata fuerat,caſſaret.vel etiam per reſtitutio
nem in integrum,vt patet in eo,quod leg.& no.§.prox. ſuper ver
bo.abſenti.ſm d.n.cuius eſt hæc tota glo.vel dic cauſam.ſ. princi
palem.vt & innuitur in ſeq.glo. [Audiatis]. authoritate iſtarum
literarum & non priorum.ſi.s̃.de iud.quia V.ſm Gof.ſed ſi res ſe
aliter habet,ergo non grauauerunt iudices ſed iuſte proceſſerunt.
quomodo ergo audietur cã.immo debet remitti ad priores iudi
ces,ſi non eſt lata ſñia.j̃.de app.vt debitus.vel ſi lata eſt confirma
ri,ij.q.vi.§.fi.Dicunt,ꝙ in hoc facit Papa gratiam,quia ad priores
iudices non remittit.Hoc autem nihil eſt cum hic fuerit lata ſen
tentia.vnde aut voluas literam,vt s̃.no.aut intelligas, ꝙ ſecundo
fuit a ſententia appellatum. quare fuit pronunciatum extinctũ.
i.ſuſpenſum,& ideo potuit alij delegari,ff ad turpil. l. j. in fi. & de
of.dele.paſtoralis.§.ꝑterea.& de omnibus his eſt inquirendum s̃.
de reſt.ſpol.cum ad ſedem.§.j.s̃.de reſcrip.ab excõmunicato.[Te
ſtes].ver.[Teſtimonium].circa reprobationem teſtium, vel ali-
5 quid aliud legitimum,ſiue canonicum.[Monere]. Nota. ꝙ† vbi
agitur de crimine non compelluntur teſtes,ſed monentur tantũ
vt hic dr̃ ſm d.n.Tu vero dic monere,non tñ compellere, ſi quæ
ratur de criminibus obiectis teſtibus comprobandis in alijs autẽ
ſunt compellendi,quod dic,vt no.j̃.ti.j.dilectorum. Hoſtien.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iudex mittere debet ad teſtes infirmos,& ad perſonas egregias.*
2 *Senes quomodo intelligantur.*
3 *Pauperes ſi incidant in canonem adire ſedem apoſtolicam non coguntur.*
4 *Paupertati parendum eſt.*
5 *Teſtes non coguntur proprijs ſtipendijs militare.*

C A P. VIII.

1 SI qui teſtium. Valitudinarii] &c.i. infir-
mi.d.n.Et nota.ꝙ† ad iſtos
impeditos tali infirmitate,& ad ꝑſonas egregias mit
tere debet iudex,vt in auth.e.ti. §. & quoniam mul-
tæ.ff.de iureiur.ad egregias.ij.q.ij.c.fi.& hoc in ciuilibus, & nõ in
criminalib.iii.q.ix.teſtes.& in concor.ſequentibus.ſm d.n.Vel po
teſt mittere ad iudicem loci,vt eos recipiat. & dicta eorum ſub ſi
gillo ſuo tranſmittat,C.de fi. inſtr. auth. apud eloquentiſſimum.
ff.eo.ti.l.iij.§.diuus.ſm id,quod leg.& no.j̃.de fideiuſ. conſtitutis.
a [Et ſenes].alias ſenectute, qui & recipi poſſunt lite non conteſt.
2 quod dic,vt plene leg & no.s̃.vt li.non conteſt.qm̃.j̃.eo.cũ olim.
[Aut paupertatem].hoc intelligi poteſt,qñ licet pauper ſit,tñ no
bilis & honeſtus eſt, & verecundatur venire propter paupertatẽ
nimiam.nec eſt ſuſpectus,vt propter paupertatem corrumpi poſ
ſit.alias contra.ii.q.i.in primis.iiij.q.iij.ſi teſtes. ver. item teſtium.
3 ff.eo.l.iij.†Tales etiam pauperes ſi incidat in canonem adire ſedẽ
apo.non coguntur,j̃.de ſenten.excom.quod de his alias ꝯ. j̃.eo.
ti.ea noſcitur.vt ibi no. Vel dic hoc debere intelligi non de pau-
pertate teſtis, ſed principalis ipſum producere volentis, vnde ſic
expone.[Aut].ſubaudi,hi qui eos nolunt producere. [Paupertа-
te depreſſi].ita quod non poſſunt cum expenſis principalis, qui
4 non habet vnde ſuum, nec † teſtes coguntur proprijs ſtipendijs
militare,vt patet,C.eo.ſi quando.C.de ap.eos qui.§.i.iiij.q.iij. ver
ſi. item uenturis.ideo in hoc caſu mitti debet ad teſtes recipien-
5 dos,& † parcendum eſt paupertati, ar.in auth.de mã.prin.§.ſit ti-
bi.xj.q.iij. ſi quis cum clerico.ff.manda.ſi procuratorem.§.ſi igno
rantes.j̃.de cenſi licet.lxxxvj.diſ.non ſatis. & c. paſce. [Ad ipſos.]
ver.[Idoneas].duas.ſ.loco tabellionis. Vel vnicus nuncius ſuffice
ret,ſi tabellio eſſet,& ſic intellige,& non contra.j̃.tit.j. cap.j. ad fi.
vt & probatur s̃.titu.j.quoniam.reſpon.j.§.j

A D D I T I O.

a ¶Quomodo intelligantur ſenes,vide latę per Innocen.& Dom.Anto.s̃ vt
li.non conteſta.quoniam frequenter.in prin.& per Andr.ſic.poſt Abb.in
c.quod ſedem.infra,de frigid.& per Oldr.conſil.xciij.

*S V M M A R I V M.*

1 *Teſtis cuius non valuit teſtimonium non eſt de cætero admittendus in teſtem.*
2 *Periurij penitentia.*
3 *Damnum dediſſe videtur qui occaſionem damni dat.*
4 *Periurus non eſt ad teſtimonium admittendus.*

C A P. IX.

SIcut nobis. Accepta pecunia.] Ideo non va
luit teſtimonium dũmodo de
hoc conſtaret.s̃.eo.quotiens.§.vnico.& c.j.in prin.Et,
1 no.† ꝙ talis non eſt de cetero admittẽdus in teſtem ſ.
eo.l.iij.§.lege Iulia.iiij.q.iij.item lex Iulia.[Poſtea vero] ver. ſen-
tentia diuortij lata.[Aſſerentes]. iſti ijdem teſtes. [Falſitatis]. vn-
de quæris quanta ſit eis pœnitentia iniungenda, & an ſit ſenten-
tia diuortij retractanda,& huic reſpondet in ſequentibus. ¶ Sup
quo].ii.pars.[Quia ſi vir.]M.dixit, ꝙ ex quo in hoc caſu alter cõ
iugum tranſiſſet ad ſecunda vota, non poteſt poſtea quæri de pri
ma ſententia ſine cauſa.Sed ꝯ xxxv.q.ix.§.quia ergo.& c.ſequenti
bus.per quæ dicunt alij, ꝙ ſi de corruptione, & falſitate teſtium
etiam poſt tranſitum ad ſecunda uota conſtare poteſt, retractan
da eſt ſententia,& primum connubium reparandum,Plus dicũt
alij,ꝙ quantum ad hoc ſufficit ſolam falſitatem probare,j̃ de re
iudi.lator,tenor,conſanguinei,immo & plus vr̃ hic dici. ſ.ꝙ ſuffi
cit ſolam corruptionem probare.& ſi de falſitate nihil probetur,
& agitur iſta cauſa ꝯ taliter ſeparatos per beneficium reſtitutio-
nis in integrum,vel per beneficium ex hoc canone petetur ſñia
reuocari,& primum matrimonium reparari, ſm do.n.cuius eſt
mens totius huius glo.Tu dic,vt no.j̃.§.i.ſuper verbo. inquirendi.
Tranſiuit].ſed ſi non tranſiuit, de periurio tãtum.[De periurio]
2 †quod ſtatim lato teſtimonio commiſſum fuit, & eſt pœniten-
tia vij.annorum,vj.q.j.quicunque.[Adulterio].ar.ꝙ ſi aliquid im
putatur alicui,vel puniatur de aliquo, omnia, quæ ſequuntur ex
illo imputantur eidem.ad idem s̃.de conſtit.nam concupiſcẽtiã.
Item ar.ꝙ malũ ꝓcedens per ſubſequens ex illo aggrauatur,ar.xv.
q.j.inebriauerunt. Primum non aggrauatur per ſequens. Sed de
vtroque punitur ſm B.[Vno].ſi aliter tantum contraxit cũ igno
rante,j̃.de eo,qui duxit in matrimonium. veniens. [Pluribus].ſi
ambo ꝯxerunt cum ignorantibus,vel vnus cum conſcio. [Cãm
3 dederunt].Ar.ꝙ† qui occaſionem damni dedit, damnum dediſ
ſe vr̃,& exinde tenetur ad idem,lxxxvj.diſt.paſce.lxxxvij. diſt.ſi ex
poſitus,ff.ad legem Corne.de ſicca.nihil intereſt.ff.de of.præſi.illi
citas.§.ſicuti.j.q.j.placuit.ff.ad legem Aquil.qui occidit.§. penul.
l.di.hi,qui arborem.j̃.de iniur.c.fi.vbi de hoc. Argu.ꝯ xxiij.q.v.de
occidendis.ff.de fur.verum. xxiij.q. iiij. Nabuchodonoſor. circa
prin.Solut. ſi quis dat occaſionem damni dando operam rei il-
licitæ, vel non adhibendo,quam poſſet diligentiam obligatur,
vt in primis concordantis.Si vero dat operam rei licitæ, & diligẽ
tiam,quẽ poteſt,adhibet,non tenetur,vt in contra. [Indicatur.]
& nihilo-

& nihilominus de corruptione q̄reretur,vt ĩ.ſequitur.¶[Si vero]
.iijs.pars.[Migrauerit].ſupple maxime.idē.n.eſt & ſi nō migraue
rint.hoc ſaluo,qa cū maiori diſcuſſione ſunt teſtes recipiendi, &
ipſa ſnīa difficilius retractatur ſm d.n. Vel dic migrauerint: ſub,
nō dabit pęnitētia,niſi de piurio tm̄. In vtroq; tn̄ caſu diligenter
inquirēdi,&c.hāc teneas qcquid.ĩ.no. [Inquirendi].ex offō,& ſi
1 nullus accuſet.ſi vero migrauerint ,non fieret inquiſitio, niſi ap-
pareat accuſator ſm Melend.& V.Naſo ar.pro ipſis.ĩ.de clan.de
ſpon.cum inhibitio.& de cōſan.quia circa.Sed melius eſt,vt hoc
intelligas indiſtincte,vt patet in præced.interli.ar.s̄. de of. ord. c.j.
ĩ.de frig.fraternitatis.ĩ.deſpon.iuuenis.ĩ.qui cleri. vel vouem,inſi
nuante.nam qualitercunque conſtet de falſitate, dummodo ſuf
ficiens ſit probatio,ſeparabuntur ſecunda vota , & priora reſtau-
rabuntur.ĩ.de re iud.lator.tenor.conſanguinei.xxxv.q. ix. §. quia
ergo,& c.ſeq.[Et ſi tales].ver.[Recepto eorum].ſ.non corrupto-
rum.nam ſimul non crederetur,vt ſequitur.[Reuocanda]. ſi iu-
dex dicta ipſorum teſtium tantummodo ſit ſecutus. alioquin ꝯ
in eo,quod leg.& no.ĩ.de re iud.cū I.& A.§.quia vero. & ſeq.ſm
d.n.[Non enim].ver.[Teſtimonium].ſ.ſolum.ĩ.de re iudi. con-
ſanguinei.[Cum periuri ſint] . vt patet ex confeſſione eorum in
ſecundo teſtimonio publicata. nam pœnitentialis non denuda-
retur,vt ĩ.de pę.omnis. & † ita periurus nō eſt ad teſtimoniū ad-
4 mittendus,xvj.q.j.quicunque.xxij.q.v.ſi quis conuictus.& c.hone
ſtum.ij,q.vij.non pōt.Et no,ꝙ ei creditur, & non creditur. credi-
tur.n.ei in foro pœnitentiali,vt pœnitentiam agat, quia ibi cuili
bet confitenti eſt credendum, dummodo non niſi ſibi præiudi-
cium generetur. Sed in contentioſo non credtiur contra primū
dictū,s̄. de probatio. ꝑtuas.qa hoc eſt potius ꝯ aliū,q̄ ꝯ ſeipſum.
ad hoc.ff.de interro,act.de ætate.§ j.xiiij,q.ij.§.j. [Admittēdum]
admitteretur tamen denunciatio eorundem.ĩ. de cogna. ſpi. ſu-
per eo.& hic, arg,contra.ĩ.qui ma.ac.poſ.c.fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Qui debitum remittit dare intelligitur.*
2 *Emptio & redemptio equiparantur.*
3 *Fama conſentiens probat.*
4 *Probationes in crimine apertiſſime requiruntur.*
5 *Strictius agitur quando contra ſalutem hominis proceditur.*

CAP. X.

VEniens. Canonicum] . immo ſimoniacum ,
vt patet ex ſeq.econtrario leg.s̄.eo. ex
parte.in prin,[Quia promiſiſſet].verſ. [Parochiano-
rum].ipſius eccleſiæ,ad quos forſan præſentatio per-
tinebat,vt eum repræſentarent,& peterent.s̄.de elec.Oſius.& c.q̄
Finaliter autem in hoc cõueniunt canoniſtæ, ꝙ ſuper nouis dũ-
taxat licet teſtes producere,vbi antiqua fuerũt probata per teſtes
& ſic intelligunt hanc literam.& nullum faciunt ſubauditum.Si
vero antiqua fuerunt probata non per teſtes, ſed alio modo. tũc
licet & ipſam probare per teſtes in cauſa app.& ſic intelligunt di
ctam l.per hanc.Et in hoc redeũt ad intellectum Aldrici.no.s̃.e.
gl.ver.dominus autem Aldricus.Et ſm hoc nullum ſpeciale erit
in cauſa appella. quod tamen lex intendit exprimere.nam & in
primo iudicio, vbi non eſſet per teſtes facta probatio poſſent te-
ſtes produci,dummodo non eſſet renunciatum. & ſuper omni-
no nouis etiam ſi renunciatum eſſet.j̃.e.cauſam que.§.j.& ſuper
eodem,ſuper quo eſſent teſtes producti, dumtamen alio modo
ageretur.j̃.eo.veniens.Dic ergo,vt s̃.in prima lectura, ſm quam
& veritas,& glo.y.& iura omnia ad concordiam reducantur, ſed
quia in gl.y. aliquid videtur deeſſe,ſic ipſam ſuppleas.Non oppoſi
tum in primo iudicio pertinens tamen opponam in iudicio ap-
pellationis,& hoc probat dicta pars prima.l.ſupradictę per hanc.
Et oppoſitum non probatum.ſiue per ius, ſiue per inſtrumentũ
in primo iudicio.Probabo in cauſa appellationis. & hoc probat
ij.pars.eiuſdem.l.per hanc. & ſic videtur,ꝙ ſi in primo iudicio ſit
probatum per teſtes,ꝙ tunc ſuper eodem non licet teſtes produ-
cere in cauſa ap.ſicut dicit Aldricus.& dicunt canoniſtæ,vt s̃.no.
11 †Sed dic.ꝙ in dicta.l.per hanc accipitur inſtrumentum pro car-
tis & teſtibus,& omni eo,quod poteſt cauſam inſtruere, vt ibi in-
nuit.in fi.& probatur.ff.de fide inſtru.l.j.& j̃.ti.j.ſuper eo.C.de ap.
eos qui.§.j.

ADDITIO.

a ¶Nouorum articulorum.Adde qui dicantur articuli omnino noui. per
d.Ab.hic.in pe.col.& d.And.Sic.in apoſt.ad eum.

*SVMMARIVM.*

1 *Mortale eſt teſti veritatem occultare.*
2 *Iurans temerarie a promotione non repellitur.*
3 *Teſtes in criminalibus ſunt cogendi.*
4 *Iuramentum illicitum non ſeruandum.*
5 *Teſtes minus idoneos iudex ex officio repellere poteſt.*

CAP. XVIII

INtimauit. [V.clericus.] quem dictus R.ac-
cuſauerat.[Capellanum eius.[ſ.
R.[Conſilium] &c. ſi aliud non iuraſſet intelligi de-
beret iniuſtum ar.j̃.de his,quæ fi.ama. parte cap.c.j.§.
j.j̃.de iureiu.petitio.j̃.de exceſ.præ.grauem.[Contra ipſum.]ſ. V.
[Eidem.]ſ.R.quod verum fuit,oſtendit ſe reum,& iniquam litẽ
fouere.j̃.e.conſtitutis.j.¶Ideoque.]ij.pars.[Illorum.] qui iam ꝓ-
ducti ſunt.nam ſi dicta ipſorum fuiſſent publicata,de cetero nul
a li teſtes reciperentur,j̃.e.ti.c.de teſtibus.in fi.niſi in cauſa appela.[a]
quod dic,vt le.& no.s̃.c.proxi.& dic illorum.i.aliorum,quam ſu
pra nominatorum.[Eos.] a tali iuramento abſolutos, quia nec
1 eſt ſeruandum cum † mortale ſit teſti veritatem occultare, xj.q.
iii. quiſquis.j̃.de crimine fal.c.j.& ideo denunciandi ſunt abſolu-
ti,j̃.e.conſtitutis,ij.quia nec ſeruari poſſunt ſine detrimento ſalu-
2 tis,& ſicut talis.ſ.†temerarie iurans a promotione non repellitur.
j̃.de iureiuã.ſi vero.& c.ſicut noſtris. ſic nec a teſtimonio,vt hic
quia nec de hoc poſſetis,qui iuramentum recepit excipere,arg.s̃
c.veniens.j̃.de conceſ.præben.cum ſuper.Alij dicũt,ꝙ ſuper prin
cipali nunquam recipientur,ſed tantummodo a tante callidita-
tis commercium detegendum,j̃.ti.j.peruenit.j. ad fi.quod dic, vt
ibi no.Et adde,quod no.j̃.e.in fi.ſuper verbo.poſtponas.[Recipe-
re.]ad probandam corruptionem,vel violentiam ſupradictam,
qua probata cauſam amitteret pars corrumpens, quia ſubtrahe-
re voluit aduerſario copiam probationum,iii.q.vij.§.tria.j̃. titu.j.
peruenit.j.ſecundum do.n.Et ꝙ dicit recipere cum effectu debet
intelligi,j̃.de cle.non reſiden.relatum.vnde patet, ꝙ ſi nolunt gra
tis teſtificari,cogendi ſunt, quia hoc ſimpliciter mandato,& in
merito intelligitur commiſſum omne,id,ſine quo ad hoc perue
niri non poſſet,ar.s̃.de offi.dele.præterea.ff.de mino.l.ij.Et ex hoc
3 patet† ꝙ teſtes in criminalibus ſunt cogendi,quod dic,vt no.j̃.tit.
j.dilectorum, vel poteſt intelligi quando hic recipiuntur teſtes
non ſuper corruptione,ſed ſuper principali,quod dic,vt in ſe.glo.
ſm quem intellectum vacat hic prædictum notabile. ſ. ꝙ teſtes
ſuper criminibus compellantur. [Non poſtponas.]etiam ſuper
principali quos etiam poſt publicationem recipiendos. dicimus
beneficium reſtitutionis ex illa clauſula generali,ſi quã iuſta cau
ſa mihi videbitur,ff.ex qui.cau.ma.l.j.Nec obſtat his, qui iuraue-
4 runt exceptio periurij poſt peractam pœnitentiam.quia†iuramẽ
tum fuit illicitum,nec ſeruandum,vt no.j̃.e.teſtimonium.nam
excipiẽs de tali periurio facile repellitur replicatione doli, vt no.
j̃.de adul.c.pe.Et adde,quod no.s̃.c.ſuper verbo, eos. Alias autem
5 †iudex ex officio repellere poteſt perſonas teſtium,quas notoriũ
eſt eſſe minus idoneus,vel indignas,ar.ff.de poſtu. quos prætor.ſe
cundum d.n.cuius eſt mens totius huius gl.& in eo, quod no.j̃.
de excep.exceptionem.

ADDITIO.

a ¶Niſi in cauſa appellationis.Dic,quod nec in cauſa appellationis ſuper
eiſdem articulis vel directe contrarijs teſtes produci poſſunt publicatis
atteſtationibus.ut probatur hodie per tex.in cle.de teſti.eo.ti.in cle.

*SVMMARIVM.*

1 *Res dicitur litigioſa poſtquam cauſa iudicibus eſt commiſſa.*
2 *Priuilegium quid ſit.*

CAP. XIX.

CAuſam quæ. De eodem facto loquitur.s̃.
de mutis pe.c.j.[In eorum.]
ſ.iudicum.[Et eis].ſ.teſtibus.[Priuilegium.]huic nõ
obſtabat teſtiũ publicatio,quia poſt ipſam bene poſ-
ſunt inſtrumenta produci,vt patet in eo,quod le.& no.s̃.e.frater
nitatis.ſm d.n.quouſque fuerit in cauſa concluſum,quod dic, vt
leg. & no.j̃. de fide inſtrum.cum dilectus.[Vobis indultum] litẽ
pendente,vt ſequitur.alias a nobis impetratum. & eſt idem ſen-
ſus.hoc ſaluo,ꝙ diſtinguere poſſet vtrũ princeps proprio motu
indulſiſſet.& tunc non obſtaret,ar.ff.quod quiſque iuris.l. j. C. de
peti.bo.ſubla.l.j.ver.pe.& fi lib.x.ſed indiſtincte vult, ꝙ nõ obeſt,
vt ſequitur.[Protuliſtis.]per quod aduerſæ parti præiudicum fie-
ri videbatur.[Et infra.]hoc eſt quæſitum fuit,vtrum alij teſtes eſ-
ſent recipiendi,& vtrum dicto priulegio vti poſſent, & hoc in ſe-
quentibus terminatur.¶Iudicibus.]ij.pars.[Alijs capitulis.] quia
forſan plura fuerunt omiſſa principialia. & non fuerat proceſsũ
ſuper quibuſdam eorundem.ſic.j̃.e.cum veniſſent.s̃. de offi. ordi.
cum dilecti.ff.de arb.qui tamen.rñ.j.Alij intelligunt aliis capitu-
lis.ſ.nouis.cum dependentibus ex antiquis.ſm quod no.s̃.e.frater
nitatis.& ex hoc eliciuntur ar.quod in cauſa cõſultationis, ſicut
& in cauſa appellationis poſſunt teſtes produci ſuper nouis ar-
ticulis, quamuis atteſtationes fuerint publicatæ. Sed quod prius
no.veriorem continet intellectum.[Nouiter impetratis.]ſ.poſt-
quam cauſa iudicibus fuit commiſſa,vt ſequitur,& ſic nedum li
te conteſtata dicitur lis pendere.j̃.de verb.ſign.ex parte.ij. imo ex
quo eſt litera impetrata,vt hic ſequitur.quod dic,vt no.s̃.vt li.pẽ.
c.j.& c.fi.vbi habes quaſi eundem caſum.[Nuncios]habẽtes. ſpã
le mandatum,s̃.de reſcri.nonnulli.§.fin.[Literis.]per falſi ſugge-
ſtionẽ,vel veri ſuppreſſionẽ obtẽtis,s̃.de reſcri.ſuper literis.Nec.n.
valent niſi & de primis,& proceſſus ſpãlem facit mentionem,vt
patet s̃.de do.& contu.c.ij.j̃.de re iud.inter monaſterium. [Com-
1 miſimus.]ar.ꝙ†poſtquam cauſa eſt commiſſa iudicibus,dicitur
res litigioſa,quod dic,vt no.s̃.vt lite.pen.eccleſia.j.nec valet indul
gentia poſtea impetrata,in Auth.in medio lis ſacras iuſſi.non fie
ri.§.ſi vero.col.viij.ff.de excu.tu.l.tutor.petitus.rñ.j.hoc autem qđ
hic dr̃,intelligi põt ex quo fuit litera iudici præſentata.j̃.de ap.ſu
per eo.ii.in fi.Et citatio emanauit s̃.de of.deleg. gratũ.vel ſaltẽ ex
quo pars aduerſa ſciuit ↄ ſe reſcriptũ impetratũ.ar.in eo, quod le.
& no.s̃.de ali.iu.mu.cã fac.l.j.rñ.j.j̃.de ap.meminimus.[Præpictæ
plebi]nec per ↄñs plebano,& clericis,qui plebis noĩe litigabant.
[Impedimẽtum.]repete quæ diximus,s̃.vt li. pẽ.c.fi.ſm d.n. [Cõ
cordia.]de hac ſemper primo debet tractare iudex,vt no.s̃. de trã
ſac.c.fi.¶Quia vero.]iii.pars. [Florentinus eps̃.]cui forſan cauſa
fuerat delegata. vnde & in hoc inſtruxit delegantem, vel forſan
ad inſtantiam plebis,vel proprio alio motu hoc ſcripſit.s̃.de elec.
innotuit.§.multa.& c.cum inter.s̃.de dolo. & contu. cum olim.
& c.veritatis.[Intimauit.]Argu.ꝙ literis epĩ creditur,quod dic,vt
plene no.s̃.ti.j.poſt ceſſionem.[Obuia rationi.]i.cõſuetudini rõ-

a nabili priuilegiorum.ᵃq.d.ſtilo, ſm quem conſueuerunt indulge
ri,forſan non continebatur ibi ſaluo iure diœceſani,imo omni-
no abſorbebatur,& tamen non erat priuilegium exceptionis.ad
hoc j̃.de confir.vti.c.fi.cum ſuis concor. Alias autem hoc certũ
eſt, ꝙ priuilegium & indulgentia contra ius commune conce-
2 duntur,†quia nec priuilegium eſſet,niſi ſpeciale aliquid indulge-
ret.iij.di.priuilegia.vij.q.j.petiſti.xxvj.q.ii.non ſtatim.c. di. contra
morem.C.de legibus l.iij.in fi.C.de inoffi.teſt.l.fi. circa medium.
l.C.de theſau.l.vnica.lib.x.ff.ad munici.l.j.ſed non debet de ratio-
ne totum ius alterius abſorbere,quia ſicut dicit imperator, non
eſt hoc moris noſtri,C.de eman.nec auus.& pater in eo,quod le.
& no.s̃.de offi.dele.ſuper eo.& j̃.de decimis. ſuggeſtum. [Præſen-
tiam]ſunt enim talia oculis ſubiicienda,vt patet j̃.de priui.porro.
s̃.de vſu pal.c.fi.ff.de tranſac.de his.ſicut & multa alia , de quibus
no.s̃.de corpo.vitia.c.ij.[Tranſmittatis] vt & nos comprehenda
mus vtrum ibi aliqua falſitas ſit commiſſa. ad quod accedit, qđ
le.& no.s̃.de reſcri.c.ij.

A D D I T I O.

a ¶Priuilegiorum.Adde vtrum priuilegium obuium rationi contra ſolitum curſum priuilegiorum ſit de falſitate ſuſpectum. per do.Ab. hic in vlt.no.& ibi per apoſti.in verbo,ad idem.

*S V M M A R I V M.*

1 *Criminoſus,& minus idoneus a teſtimonio repellitur.*
2 *Socij & participes criminis a teſtimonio repelluntur.*
3 *Criminoſum alium criminoſum denunciare non poteſt.*

C A P. XX.

PErſonas. Pars.j̃.de appel.perſonas.[Morbo.]i.
peccato.s̃.de reſcrip.ad audientiam,
1 †criminoſus enim & alius minus idoneus a teſtimo
nio repellitur,xv.q.iij. nemini.s̃.e. veniens.quod dic,
vt no.s̃.e.c.j.& c.quoniam.ſm d.n.Et adde,quod no. in ſequẽ.gl.
2 [Conſimili.] nam ſocij † & participes criminis repelluntur, vt
le.& no.s̃.veniens.§.fi.Vel dic conſimili morbo ſubaudi ſuſpitio
a nis.puta quia & eandem cauſam habet,ᵃquæ cauſa repellit iudi-
3 cem,vt s̃.de iud.cauſam quæ.† Sed & criminoſus non poteſt aliũ
criminoſum denunciare,iij.q.vii.qui ſine.& c.poſtulatus.& §.por
ro.in fi.ij.q.ij.multi.circa prin.j̃.de ſpon.cum in tua.neq; corripe
re.xxv.di.c.fi.xxvj.di.vna tm̃.ſi.xlii.di.§.j.lxj.di.in ſacerdotibus.ſm
B.Quod auth.s̃.innuit,ꝙ ſimilis cã teſtem repellat, intelligo , vbi
eſſent ſocii,vel alias haberetur vehementer ſuſpectus. abſurdum
enim eſſet, ꝙ vnus emptor alij emptori teſtimonium ferre non
poſſet.hæc ergo litera intelligenda eſt ſm l.C.e.ti. quoniam libe-
ri.& ex illa puto hanc ſumptam.[Si certum ſit.]i.notoriũ, quod
non eſt probandum.s̃.de filijs presby.quoniam.

A D D I T I O.

a ¶Eandem cauſam habet. Adde an teſtis ſimilem cauſam habens repellendus ſit a teſtificando Spe.e.ti.§.j.ver.item quod habet.

*S V M M A R I V M.*

1 *Infidelis contra fidelem nunquam admittitur teſtatori.*
2 *Iudicium non debet claudicare.*
3 *Excommunicatus poteſt excipere.*
4 *Teſtibus honeſtis potius eſt credendum.*
5 *Iudæi non ſunt proſequendi.*

C A P. XXI.

1 IVdæi, ſiue ſaraceni, & inf.
Pars.j̃.de iudæ.iudæi.[Præſumant.] de facto,† qm̃ de
iure nũquam infidelis ɔ fidelem.ij.q. vij. ſi hereticus.
& c.non poteſt.xxiij.q.iiii. ipſa pietas.requiritur.n.ad hoc, vt quis
teſtis eſſe valeat,ꝙ fidelis vitæ & conuerſationis honeſtæ exiſtat,
a j̃.e.licet vniuerſis ſi.expoſitio.s̃.de iudi.qualiter.Sed quidᵃ ſi iudæꝰ
excipit de aliquo crimine contra Chriſtianum, nunquid eſt ad-
mittendus?Ita vr̃,ar.j̃.de excep. cum inter priorem. Sed contra,j̃.
de vſur.quia fruſtra. So.poteſt diſtingui vtrum obijciatur crimẽ,
quod peccatum eſt ſm vtrunq; teſtamentum,& tunc admittiť.
vel quia peccatũ eſt ſm vetus teſtm̃,& ſic nõ admittitur,vel ſm
nouum dumtaxat,& tunc etiam in penam erroris ſui repellitur.
Vel dic,ꝙ tunc admittitur,quia cum ſm l.Romanam ipſos iudi
care debeamus,ſm eandem poſſunt excipere,C. de iudæis.iudæi.
2 †Etenim non debet iudicium claudicare,vt in dicta decre. cum
3 inter priorem.& ff.de arb.ſi cum dies.§.pe.& s̃.de mu.pe.c.ii.† Et
etiam excommunicatus poteſt excipere,vt j̃.de exce.cum inter.
& c.dilecte.& c.dilecti.& c.ſignificauerunt.& c.fi.[Cõcedimus.]
alias cenſemus.[Et anathemate.]verſic.[Feriendos.]omnes illos.
[Voluerint.]cum effectũ.ar.de pe.di.j.cogitationis.s̃.de eo,q mit.
4 in poſ.cauſa rei ſeru.c.j.[Præferre.]†quia teſtibus honeſtis potius
eſt credendum.j̃.e.in noſtra.§.fin.& Chriſtiani ſunt domini , ipſi
ſerui.& ſic continuatur ſequens ver.cum eos. [Cum eos]ver.ſ.iu
dæos.[Subiacere. ]tanquam ſeruos.& ſic inducitur hic ſeruitus
de iure canonico.ſicut & alias.xv.q.vlti. cum multę.ſm d.n.& j̃.
5 de iudæ.in quorundam.§.pe.ad fi.† Et tñ̃ ſcriptum eſt, ꝙ pſequẽ
di nõ ſunt iudæi.xxiij.q.fi.diſpar.& melius.j̃.de iudęis. cũ ſit. & c.
& ſi iudęos.& liiij.di.nulla.xvij.q.iiij.ɔſtituit.[Foueri]86.di.paſce.

A D D I T I O.

a ¶Sed quid.Adde do.Abba.hic,& eius apoſtilam poſt iſtum , & per Imo. in cle.j.eo.ti.

*S V M M A R I V M.*

1 *Pater,& mater non poſſunt ferre teſtimonium in cauſa filii.*
2 *Pater & filius vna perſona reputatur.*
3 *Conſanguinei potius quam extranei admittendi in teſtimonium.*
4 *Quod de vno expreſſe negatur,de alio conceditur.*
5 *Vox vnius,vox nullius,*
6 *Multa impediunt contrahenda,quæ non impediunt contracta.*
7 *Eccleſia facit differentiam inter iuramentum & ſimplicem loquelam,quod Deus non facit.*

C A P. XXII.

SVper eo. [Viro]ditiori & nobiliori filia mu
lieris,vt j̃.patet.[Affidaſſe]per verba
de præſenti.idem tñ̃ eſſet, & quantum ad ſponſalia,
& ſic acciderat de factis.[Altera mulier] de hac non
reſpondet expreſſe.ſed eſt dicẽdum,ꝙ ſic.xv.q.iii.ex eo.ſt.e. ex eo.
niſi ex nimia familiaritate ſeu vtilitate,vel aliter ſit ſuſpecta.j̃.eo.
1 mulieris.¶[Conſultationi.]ij.pars. [Quod cum mater.]& ita†vi-
detur,ꝙ pater,& mater non poſſunt ferre teſtimonium in cauſa
a filij,ᵃiiij.q.iij.ver.item teſtis idoneus . Nam cauſa filij cauſa patris
eſt , & quantum ad damnum & quantum ad emolumentum.
eſt ergo repellendus,ar.ii.q.vj.§.biduum.ver.palam.iiii. q.iii.verſi.
2 item nullus.& iii.q.v.c.j.†Item pater & filius vna perſona reputã-
tur,xxxv.q.iii.§.hac auctoritate.C.de impu.& ali. ſub.l.fin.in fi.&
3 Inſti.de inut.ſti.§.ei vero.Sed contra,† quia potius ſunt admitten
di conſanguinei,quã extranei, xxxv.q.vj. conſanguineos.& s̃.eo.
quotiens.rñ.j.& pater & mater præ cæteris,s̃. qui ma.accu.poſ.vi-
detur. So.quando quęritur de matrimonio ob cauſam conſan-
guinitatis coniungendo,vel diſiungendo,tunc in fauorem ma-
trimonij,& vt vitetur periculum animarum,& quia tales melius
veritatem nouerunt,quam extranei,præ cęteris parentes. & con-
ſanguinei admittuntur,vt in cõtra.& j̃.e.§.i. Et idem intelligunt,
vbi agitur de contractu.nec eſt nimia inęqualitas inter eos.nam
vbi vir,qui impeditur,ſatis maior eſt nobilitate, potẽtia,honore,
ac diuitiis, tunc teſtimonium non admittitur , immo repellitur
vt ſuſpectũ,ſm ꝙ hic dicitur. & merito , quia ſi admitteretur de
facili probaret plebeia, ꝙ cum rege ɔxerat,& plebeius cum regi-
na. Repellitur ergo oĩno tale teſtimonium,niſi forſan & aliæ cir
cumſtantiæ conuenirent.puta nobil' ſæpe ſollicitauit mulierem
quæ valde formoſa erat,vt cum ea dormiret,& illa ſemper reſpõ
debat,ꝙ nunq̃ cõſentiret, niſi ɔheret cum eadem, & pater & ma
ter ac conſanguinei eſſent honeſti, & alias bonæ famæ de quibus
non eſſet præſumptio, ꝙ aliquo mõ deierarent arg. s̃. de procur.
in noſtra.§.fi.& de ſepul.ex parte.j̃.de ſpon.tua.ergo hoc arbitra-
bitur bonus iudex, qa quicqd poſſumus ſcribere de hac materia
totũ eſt arbitrariũ,vt patet ff.e.ti.l.iij.& j̃.e.præterea.& c.in noſtra.
In aliis aũt ɔctibus non admittuntur pater & mater, vt j̃. qui ma.
accu ſ.poſ.videtur.& in aliis iuribus hic proxime allegatis.[Teſti-
monium eius] .ſ. matris,ergo a ɔrio teſtimonium alterius mu-
4 lieris admittitur,quia†quod de vno expreſſe negatur,de alio taci-
te ɔceditur, j̃. de prę ſump.nonne. quod dic, vt no.s̃.e.rñ.j. ſuper
verbo, altera mulier. ¶ Super alia.]alias ſuper illa.iij.pars.[Sola
mater. ] & ſic eſt hic conuerſus caſus a ſuperiore q.in qua. ſ.ſta-
bat mater pro marito.hic aũt ɔ.[ Rñdemus.] verſi.[ꝙ ſi non eſt
firmatum.] i. contractum per conſenſum mutuum de præſen-
ti,tunc eñ ad dictũ vnius ſeparari non poſſunt,vt ſequitur,quia
5 †vox vnius vox nullius,j̃.c.j.s̃.e.veniens. Sed ad vocem vnius be-
ne impeditur ɔhendum, vt hic dicit, & j̃.de eo,qui cog. conſan.
6 vx.ſuæ.c.ſuper eo. †Nam & multa impediunt ɔhendum,quæ nõ
dirimunt iam ɔctum,j̃.de iureiur.quemadmodũ. §.quia ſi poſt
huiuſmodi.& multa impediunt promouendum , quæ non deii-
ciunt iam promotũ, xv.q.j.§.fi.ſm T. Alij aũt aliter intelligunt,
vt no.j̃.ſuper verbo, firmatum.[ Quia præſumptio.] ver.non tñ
probatio,& ſic per ſolam præſumptionem impeditur matrimo
niũ contrahendum.[Non modica.]ex quo mater parata eſt iu-
rare quæ melius de hoc præſumitur ſcire veritatẽ,j̃.qui ma.accu.
poſſ.videtur.[Si vero.]ver.[Firmatũ.]ſaltem per iuramentũ ſm
quoſdam, quod ſemper eſt ſeruandum, niſi conſtet ꝙ ſit iniqui-
7 tatis vinculum,j̃.de iureiur.ſi vero.& c.verum.† Et ſic q̃uis Deus
non faciat differentiam inter iuramentũ & ſimplicem loquelã,
eccleſia tamen facit. xxvij.q.v. iuramenti.hoc ideo ne deterius in
de contineat.ſ.periurium,& hoc eſt,quod expreſſe videtur proba
ri j̃.de ſpon.prętere a.Sed ibi ſubauditur,maxime,& dic,vt ibi no.
& s̃.ſuper verbo, quod ſi non eſt confirmatũ.[ Simplici iuramẽ-
to.]alias ſine plurium iuramento.

A D D I T I O.

a ¶In cauſa filij.Adde an parentes poſſunt teſtificari per filio in cauſa matrimonii,& quid de aliis cauſis,quod plene no. do.Adre. Sic(vt hic refert)poſt do.Abb.in c.videtur.j̃. qui matri.accu. poſ. & per Franc. Areti. conſilio .viij.

S V M-



*S V M M A R I V M.*

1 *Argumentum a maiori valet.*
2 *Affirmatiua pro negatiua quandoque exponitur,& econtra.*
3 *Teſtes ſeptem in teſtamento requiruntur,& in donatione quinque.*
4 *Caſus 13.in quibus valet dictum vnius ſoli.*

C A P. XXIII.

1 LIcet vniuerſis, & infra. Multomi-
nus.]†Ar.
a maiori.ſi.xliij.diſ.diſpenſatio.xj.q.j.magnum.xxxij.
q.v.ſi Paulus.s̃.de elec. cum in cunctis. [Inimico.]i.
iudæo.j̃.de iudæ.cum ſit.[Quaſi legitimo] quo tamen iure iudęi
contra Chriſtianos vti præſumebant,s̃.eo.iudæi. quod dic, vt ibi
no.[Mandamus.]ver.[Inter vos.]ſi Chriſtianos. [Fdelis conuer-
ſationis.]non ergo iudæi,neq; criminoſi.s̃.e.iudæi.& j̃.e. c.j. & c.
teſtimonium. [Dominicum.]Mat.xviij.[In ore duorum &c.]i.
2 non pauciorum,vt ſequitur.& ſic affirmatiua†exponitur per ne
gatiuam.ſi.xxxv.q.iij.ęqualiter.ff.de manu.l.iiij.in prin.ff.de dolo.
non debet.in fin.ff.de lega.ij.cum pater.§.rogo.& l.cum quidam.
econuerſo quandoq; negatiua exponitur pro affirmatiua , ſicut
illud nõ ſuum.i.alienum.C.vnde vi.meminerint.ſicut ecõuer-
ſo exponunt quidam agrum alienum.i.non ſuum.di.j. ius natu-
3 rale.[Quia licet.]verſi.[Plures quam duos] ſicut†in teſtamento,
in quo requiruntur vij.teſtes, C.de teſta. ſi vnus. & in donatione
cauſa mortis.qnq;,C.de dona.cã mor.l.fi.& in codicillis quinq;,
C.de codicillis.l.fi.& contra epm̃ cardinalem.lxxij.vt ij.q.v. pſul.
Sed hæc intelligenda ſunt de ſuſpectis , vt dicit ibi Gra. in §. ſeq.
vel de iuris rigore,qui non eſt ſeruandus.nam in ore duorum,vel
trium honeſtorum , & fide dignorum ſtat omne verbum , quod
dic, vt not.j̃.de teſta.cum eſſes. & c.relatum.j.[Nulla tamen eſt.]
rñ,quia vox vnius vox nullius,s̃.e.veniens.in fi.s̃.e. cum a nobis.
4 s̃.tit.j.qm̃ ɔ falſam.in fi. Hæc tamen regula fallit in caſibus.†Pri-
mo in epõ,cui ſoli creditur ſm quoſdam,xj.q.j.quicunque.ver.te
ſtimonium etiam.ſed illa lex eſt correcta,vt patet iiij.q.iij. ver.itẽ
iuriſiurandi.vj.q.ii.placuit.& c.ſi tãtum.& no.s̃.de iud. nouit. §.j.
ver.vt illud dimittamus.vbi d.l. quicũq;.in partem recitatur.Vel
poteſt intelligi de epõ ſummo.j̃.e.cum a nobis.Secundo qñ quæ
ritur vtrum inſtrumentum ſit confectum per manum alicuius
tabellionis . nam ſolo tabellioni creditur in hoc caſu, C.de fal-
ſis.ſi quis decurio.Tertio in his,quibus nulli paratur prę iudiciũ,
vt quando quæritur vtrum aliquis ſit baptizatus,vel eccleſia con
ſecrata,de conſe.di.iiij.paruulos.& c.cum itaq;.Quarto vbi teſta-
tor hoc expreſſit.ff.de do.præle.Theopompus.Quinto de conſen
ſu partium.ar.C.de fideiuſ.l.fi.Sexto vt impediatur matrimoniũ
ɔhendum,s̃.e.c.proxi.§.fi.Septimo qñ quæritur vtrum aliquis ſit
de crimine emẽdatus,j̃.e.c.fi.j̃.de ſym.nemo.vbi de hoc.Octauo
quantum ad probãdam primam caritatiuam monitionem.No
no in iuramenti delatione.s̃.e.in omni.j̃.de iureiur.c.fi. Decimo
& ſi vnus teſtis non faciat plenam probationem, inducit tñ præ-
ſumptionẽ,lxxxvj.di.tanta.xxviij.diſt.de Syracuſane.xxij.q.iiij.in-
nocens.Vndecimo,qñ quæritur vtrum ſit quis de crimine emen
datus,j̃.de ſymo.nemo.quod dic,vt no.j̃.e.teſtimonium.Duode-
cimo quando quæritur de alicuius conſcientia,quod dic,vt no.
s̃.ti.j.tertio.& j̃.e.tam literis.§.fi.& j̃. de homici. ſignificaſti.j.§.fi.
Tertiodecimo creditur quandoque & in aliquibus vni teſti,tñ fa
ma conſentiente,vel alijs adminiculis , vt le.& no.j̃.e.præterea.§.
j.& de hoc no.in ſum.e.§.quoties numerus.

*S V M M A R I V M.*

1 *Teſtes,quos accuſator de familia ſua producit non valet.*
2 *Domeſticus ſiue familiaris non eſt admittendus.*
3 *Domeſtici qui dicantur .*
4 *Teſtes quales eſſe debent in cauſa matrimonij.*

C A P. XXIIII.

IN literis. [Legitime.]ſ.palã,& in facie eccle-
ſiæ.& ideo præſumitur contra ipſũ.
j̃.qui ma.acc.poſ.cum in tua. quare & requiritur cla-
ra probatio non ſuſpecta.j̃.de re iud.lator.[Cum eã]
ver.[Per ſeptennium] maxime.nam idem eſſet ſi per diẽ.vel ẽt ſi
nunq̃ tenuiſſet,ex quo per verba ɔxerat de præſenti.ſed & ex hoc
maior eſt præſumptio ɔ ipſum,ar.j̃.de fri.c.j.[Conſobrinam pa-
tris eius.]ſ.mulieris,cum qua ɔxerat,& ſic allegabat primum ge-
nus affinitatis & tertium gradum,quod vſq; ad quartum proba-
tionem habet.j̃.de conſan.non debet.olim vero vſq; ad vii.extẽ-
datur.xxxv.q.iij.§.j.& c.j.[Ad quod.]ver.ꝙ dictam conſobrinam
cognouiſſet.[Teſtes]ſuſpectos, vt j̃.ſequitur.[De ſua]puta ſeruos
vel in patria ptãte conſtitutos,vt in concor.ſigna.in princ.gl.Alii
enim ſunt familiares,quibus bene licet teſtimonium reddere, ſi-
cut ſunt monachi & cõuerſi in cauſa monaſterij,& clerici & ca-
nonici in cauſa eccleſiæ,vt in concor.ſigna.in ſeq.gl.ver. Argu.ta
men contra.Hoc caſu notandum,ꝙ iudex debet diligenter atten
dere honeſtatem & famam,& alias circunſtantias perſonarum,
nec omnino ſuſpectas,& inhoneſtas admittere debet , vel dictis
eorum fidem adhibere,argu.hic.& in eo,quod legitur & no.s̃.e.
intimauit.in fi.s̃.de proba.licet.ſecundum d.n.ideo & iudici dici
tur.tu magis ſcire potes &c.ff.e.l.iij.§.j.ver.verba epiſtolæ hæc sũt.
1 & tota lex illa bene facit ad materiam iſtam.[Familia.]†Teſtes,
quos accuſator de familia ſua producit,non valent, ff.e.l. penul.
2 †& domeſticus,ſiue familiaris non eſt admittendus,C.de his,qui
ad eccle.confu.l.fi.§.ſane.iij.q.j.& c.j.& iij. itẽ iiij.q.iij.ver.item in
iure ciuili.&;ver.item teſtes.Arg.contra.xiiii.q.ij.ſuper prudentia.
s̃.e.cum ſuper.& c.cum nuncius.cum ſuis concordantiis, Sol.in
3 præced.gl.†Vel dic,ꝙ domeſtici appellantur ᵃhi, quibus impera-
a ri poteſt iure patriæ,vel dominicæ poteſtatis,vt in dicta l.C.de his
qui ad eccl.confu.l.fi.& tales fuerunt hic,& ideo repellũtur. Nec
obſtant contraria,quia fauore eccleſiæ ſunt præmiſſa,& alia mul
tiplici ratione,vt no.s̃.eo.cum nuncius.Vel dic, ꝙ hic repellũtur
in fauorem matrimonij,& quia ſuſpecti erant,ar.j̃. e.l. ex quadã.
in fi.alioquin contra.j̃.e.veniens.§.fi.& de materia no.s̃.de offic.
dele.inſinuante.rñ.j.¶ Reſpondemus igitur.] ij. pars.[Se habet.]
ſ.ꝙ ſint de familia & ſuſpecti, ac malę opinionis,vt j̃.innuit.[Pa
tiaris.]quia hoc ad te ſpectat non ad alium,j̃.de conſan.c.j.§. fin.
¶Nec contra ipſos.]iij.pars.ſ.maritum & vxorem. Sed nunquid
maritus accuſabat matrimonium?ſic,quomodo ergo eſt contra
ipſum,immo eſſet pro ipſo?Rñ.pro ipſo eſſet.i.pro intẽtione ſua
quam falſam & prauam habere præſumitur.& ideo eſſet contra
ipſum.i.contra animam ſuam,ſi falſum probaretur, vt patet s̃.e.
ſicut nobis.Vel dic contra ipſos.ſ.contra maritum, & vxorem &
amicos vxoris,qui pro matrimonio ſtabant,vel.[Ipſos.]i. coniu-
4 gum ipſorum.[Probatæ vitæ.]†No. quales teſtes & præcipue in
matrimonio requirantur.ſ.honeſti non ſuſpecti,ſed probatæ vi-
tę & opinionis,vt hic.& s̃.e.licet.ver.j.j̃.de conſan.ex literis.ſed to
lerabilis eſt &c.vt j̃.eo.licet ex quadam.in fi. [De quibus &c.] in
his verbis,& præcedentibus innuit,ꝙ infames,viles , ſuſpecti erãt
prædicti teſtes,ſed breuiter arbitraria ſunt,vt no.s̃.eo.ſuper eo.§.j.
ſuper verbo,cum mater.ad finem gl.

A D D I T I O.

a ¶Domeſtici appellantur.Adde,qui dicantur familiares,& qui domeſtici. d.Ab.& d.Adre.Sic. hic pleniſſime.

*S V M M A R I V M.*

1 *Actio ſemel extincta non reuiuiſcit.*
2 *Inſtrumenta vnicuique ꝙ ſuum eſt tribuit.*
3 *Inſtrumenta ſummum bonum in rebus tribuit.*
4 *Actiones ſuas remittentibus regreſſus non datur.*
5 *Turpe eſt redire ad id,cui ſemel quis renunciauit.*
6 *Renunciatio qualiter præiudicat.*

C A P. XXV.

CVm veniſſet. De eodem facto videtur lo
qui s̃.de offi.deleg. gratum.
[Cauſam.] ſuper diuerſis capitulis . ſuper vna autem
fuit lata ſententia.ſuper alijs vero teſtes producti . &
non renunciatum , vel nulli teſtes producti , & hi tres articuli,
hic diffiniuntur,vt patet in inferioribus. Dominus tamen noſter
aliter intelligit,vt in ſeq.gl. [Terminandam] & hi iudices eandẽ
diffinierunt.Sed fuit ab eis appellatum pro eo,ꝙ proceſſerunt iu-
dices poſt mortem delegantis,& ideo dicebatur non tenere pro
ceſſus,ſed ſtatim reſpondet hoc non eſſe verum.ſm d.n. vel dic,
vt in præced.gl.[Mandamus.]ver.in quo primus articulus ſupra
poſitus diffinitur.[Sententiam]latam ſuper vno de capitulis cõ-
miſſis in præcedenti interlineari.[Eam.]ſ. ſententiam. [Confir-
metis.]Hęc confirmatio perinde habetur , ac ſi per papam facta
fuit,vt C.de ve.iu.enu.l.ij.§.ſed neq;.in fi. [Nec appellatio. ]verſi.
poſuerat enim vna partium,ꝙ papa,qui cauſam cõmiſerat mor
tuus erat,& ideo mandatum expirauerat,propter quod iudices p
cedere non debebãt,& quia hanc exceptionem non admiſerant
extitit appellatum,ſed poſtea tacite renunciatum,& ideo non ob
ſtat,vt ſequitur.[Occaſione mortis.] Hinc volunt quidam colli-
gere,ꝙ delegati etiam poſt mortem delegantis re integra iuriſdõ
nem habent,licet elidi poſſit ope exceptionis,ſed ſi nõ excipiatur
ɔ ipos tenet proceſſus eorum, & facit pro hac via,quia tp̃s dati re
ſcripti inſpiciendũ eſt.s̃.de reſcri.eam te.& quia per ſolã repreſen
tationem ipſis datur iuriſdõ.j̃.de ap.ſuper eo.ij.in fi.& adeo cõfir
matur,ꝙ non valet reſcriptũ ɔ illud primo poſtmodum impe-
tratum,vt no.s̃.de reſcri.plerunq;.& quia ſuper perſonis,& rebus
in libello expreſſis ſtatim exercitium iuriſdõnis,quam & ante re-
ceperat,habet delegatus,s̃.de reſcri.paſtoralis.§.ij.Alij tamen di-
cunt , ꝙ oĩno expirat per mortem delegantis re integra iuriſdõ
delegati.Nec ob.quod hic dr̃,quia hic præceſſerat citatio mortẽ
delegantis.ſm d.n.quod dic,vt in ſeq.gl.Illud autem conſtat ſm
d.n.ꝙ iuriſdõnem iſtorũ iudicũ poſſent prorogare partes p ſuos
conſenſus,vt hic,& no.s̃.de offi. dele.ſane.ſm d.n. Verum eſt de
re ad rem,vel de tpe ad tp̃s.ſi aũt intelligat,ꝙ pñt progare iuriſdõ
nem,quæ ſemel per mortem delegãtis expirauit, iſtud ɔſtat oĩno
falſum eſſe.quod dic,vt in ſeq.gl.[Cũ poſtea egerit]& ſic videtur
ſibi præiudicaſſe,ar.s̃.de offi.delega.inſinuante.& infra de appell.
ſolicitudinem. quod non eſt verum, niſi citatio mortem dele-

gantis præceſſerit,vt no.j̃.ea.glo.& eſt ratio, quia ſi non præceſſit
citatio omnino iuriſdictio iudicum expirauit. & ideo non ma-
gis præiudicat litigantibus coram eis, quam ſi corã priuatis aliis
litigarent.Nec obſtant iura in contrarium inducta, inſinuante.
& ſolicitudinem.aliud enim hic, & aliud ibi. Ratio diuerſitatis
hæc eſt,quia ibi cõſtat iudices iuriſdictionem habere, licet poſ-
ſet elidi ope exceptionis.& ideo procedens coram eis videtur ex
ceptioni ſuæ tacite renunciare, & per conſequens iuriſdictionẽ
eorum ratificare,& conſolidare,& in eos tanquam iudices con-
ſentire.ſic & s̃.de off.del.gratum.in fi.& iij.q.vj.pulſatus. Hic vero
per mortem delegantis re integra commiſſa iuriſdictio omni-
no extinguitur,& expirat,vt s̃.no.& j̃.ſequitur.& ideo iuriſdictio,
quæ non eſt nec expreſſe,nec tacite corroborari, vel confirmari
poteſt,ar.in eo,quod leg.& no.s̃.de cõſti.cum acceſſiſſent. §.j.ad
fi.Nec obſtat,quod hic dr̃, nam & hæc verba ita ſunt exponẽda.
[Cum poſtea egerit]ſubaudi,& citatio mortem præceſſerit,vt ꝓ
bat decre.quæ de eodem facto loquitur.s̃.de off.del.gratũ.vbi de
hoc.alioquin ſi citatio non præceſſiſſet,mandatum omnino ex-
piraſſet, & per expreſſum conſenſum partium ipſam reſumere
1 nõ poſſent,s̃.de off.del.ſignificantib. † nam & actio ſemel extin
cta non reuiuiſcit,ff.de ſol.qui res.§.aream.de conſe.di.iij.q̃ris.C.
de remiſ.pig cũ ex cã.& priuatorũ conſenſus,&c.s̃.de fo.cõpe.ſi
gnificaſti.Quidã vero dixerunt ↄ̃riũ,quia ſicut dicunt,non expi-
rat in hoc caſu iuriſdictio ipſo iure,ſed ope exceptionis, vt no.s̃.
ſuper ver.occaſione mortis ſed iura oĩno contradicunt, & ideo
tene,vt s̃.no [Et teſtes produxerit]& dilationem receperit ad te-
ſtes ꝓducendos.& ſic tacitæ appellationi factæ renũciauit, vt hic
patet,& ff.de pac.tale.C.de re iud.ad ſolutionem.s̃.de off.del.gra-
tum.ad fi.cũ ſuis concor.¶ Quæſtiones.]ij.pars.& explicatur hic
ſecundus articulus de capitulis illis,ſuper quibus erant teſtes pro
ducti & renũciatum,vt no.s̃.in,prin.c.ſuper verbo,cãm.[Nullius
aliis.]q̃a nec recipi debent ẽt ſi ſola publicatio facta eſſet in eadẽ
inſtantia,& ſuper eiſdem capitulis,vt j̃. c.de teſtibus,in fi. ſed ſup
aliis omnino diuerſis,& ſeparatis a primis poſſunt produci,vt ſe-
quitur & probatur vtrumque.In cã aũt appellationis,ſi appellatũ
fuiſſet rationabiliter a ſñia lata ſuper vno,nec etiam renunciatũ
fuiſſet,vt s̃. rñ.j non poſſunt proſequi hæc alia capitula omnino
ſeparata.Et per hæc duo iura,ſcilicet hoc & s̃.e.cauſam quæ.j.po
teſt exemplificari, quod dicit, quæ ad nouũ capitulum pertinẽt.
C.de tempo.appe.per hanc.quod dic,vt plene not.s̃. eodem.fra-
ternitatis accedit.quod legitur,& not.j̃. de appel inquiſitionis.&
2 c.vna ſententia.[ Ipſarum ] ſ.receptarum.[Iuſtitia.]†quę tribuit
3 vnicuique, quod ſuum eſt,Inſtit. de iuſti.& iu. rñ.j. † & ſummũ
bonum in rebus eſt.xii.q.ij. cum deuotiſſimam. ¶ Si quæ vero.]
iij.pars.nunc expedit tertium articulum, vt not.s̃. eod.c.in prin.
ſuper verbo,cauſam.[Producti.] ſubaudi,ſed nõ publicati.[ Nec
renunciatum &c.]nam ex quo quis renunciaſſet poſtea teſtes ꝓ
ducere non poſſet, quia quilibet poteſt renunciare iuri ſuo.j̃.
4 de regula.ſtatuimus.vij.q.j.quam periculoſum .& remittentibus
actiones ſuas regreſſus non datur.ff.de ædi.edi.quæritur.§. ſi ven-
5 ditor.†Et turpe eſt redire ad id,cui ſemel quis renunciauit, C. de
re.credi.ſi quis.& adde,quod no.in ſeq.gl.[Hincinde]Hic notan-
dum,quod poſt renunciationem teſtium generaliter factam ite
rũ poterit proponi alia exceptio, & admitti.& ſuper illa exceptio
ne poſſunt iterum teſtes produci,quia ex quo quis admittitur ad
excipiendum,per conſequens & admitti debet ad probandum,
ſiue per teſtes,ſiue alio modo, argu. hic.& s̃.eo.cauſam quæ.ii.Si
vero in aliquo ſpeciali articulo renunciatum ſit, ſuper illo vlte-
rius de iure communi non ſunt teſtes recipiendi,vt j̃. co. cap.de
teſtibus.& s̃.eo.intimauit.Per beneficium tamen reſtitutionis ex
illa clauſula generali:ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur, poſſet iu-
dex etiam ſuper illo articulo adhuc teſtes recipere,vt s̃.eo.intima
uit.maxime a petente præſtito iuramento, quod hoc malicioſe
non petit.Arg.opp.in authen.eo.titu.§.quia vero multi. vbi dici-
tur,quod etiam poſt concluſionem admittitur, quæ magis hoc
debet impedire, quam ſola renunciatio. Ideoq; ſic inferri poteſt,
multoſortius ergo poſt renunciationem ad idem præſtat. argu.
ff.de eden.ſi quis ex argentarijs.§.fina.& l.ſequ. Aliqui tamen di-
cunt hoc tantum permitti per beneficium reſtitutionis in inte-
grum ſpeciale,de quo legitur,& tractatur.s̃. de reſtit.in integr.c.j.
& per totum.ſed primum dictum magis placet.Illud tamen con
ſtat,quod ſi in cauſa principali generaliter renunciatum ſit teſti-
bus,nihilominus tamen in cauſa appellationis ſuper nouis arti-
culis ex primis dependentibus teſtes produci poſſunt, s̃. eodem.
fraternitatis.Si vero in aliquo certo articulo ſpecialiter renunciaſ
ſet quis in cauſa principali, tunc ſuper illo non poſſet etiam in
cauſa appellationis de iure communi teſtes producere,vt colligi-
a tur a contrario ſenſu j̃ eo.conſtitutus. §.fi.[a] Et quantũ ad hoc vi-
detur, quod nulla vel modica diuerſitas ſit inter cauſam prin-
5 cipalem, & cauſam appellationis. † Renunciatio autem, vel
concluſio generalis in cauſa principali facta non extenditur
ad cauſam appellationis, quæ eſt alia a prima cauſa, & quia
hoc non creduntur partes intendiſſe, ſiue intellexiſſe. alioquin
ſi intelligerent,vel expreſſe dicerent nos renunciamus,& conclu
dimus omni facto,& omni iuri in hac lite. ita ꝙ in cauſa princi
pali,vel appellationis de cetero nihil poſſimus dicere.talis renun
ciatio bene præiudicaret.ſm d.n.cuius eſt mens totius huius gl.
ar.C.de temp.app.l.fi.ad fi.& ff.de fer.l.j.& j̃.de regula.ſtatuimus.
& in iuribus ſupradictis.& in eo quod no.in preced.gl. Hæc autẽ
b gl.d.n.maxime.s̃.e.gl.ver.renũciatio autem.ſatis corroborat[b] opi
nionem,quam ſequimur.ſ.ꝙ in cauſa appellationis probare poſ
ſumus nouos articulos etiam per teſtes antiquos. Et antiquos ẽt
articulos per nouos teſtes.quod dic, vt plene no.s̃.eo. fraternita-
tis.[ Audiatis quæ.]alias ſi quia.[ Debitum]abſoluẽdo vel condẽ
nando ſm ꝙ fuerit plene,vel ſemiplene vel nullo modo proba-
tum,vt no.s̃.ti.j.ex literis.& j̃.de iureiu.c.fi.

A D D I T I O N E S.

e ¶ſ.fi.vide tex.in cle.fi.eo.ti.
b ¶Corroborat,& male,vt patet per tex.in d. cle.fi.eo.ti.

*S V M M A R I V M.*

1 *Filiifa.poſſunt ſtare in iudicio ſine conſenſu patrum.*
2 *Duo teſtes poſſunt probare primum gradum,& alii duo ſecundum.*
3 *De falſo quæri poteſt quandocunque etiam poſt ſententiam.*
4 *Sententia aliquid operari debet.*

## C A P. XXVI.

1 SEries. Inter filios]†etiam ſine auctoritate patrũ
habent iſti filij perſonas ſtandi in iudicio
in huiuſmodi ſpũalibus,vt le.& no.s̃.de reſti.ſpolia.ex
parte.& accedit.j̃.de ſpon.ex literis.ij.¶ Pars quæ ma-
trimonium.]ij.pars.]Accuſabat.]& contra iſtam diffinitur quæ
ſtio hic propoſita,vt apparet ex his,quæ leguntur,& no.in ſequen
tibus.[In primo gradu.]quod ſufficit,& ſi de ſtipite nil dicat,j̃.de
ſpon.tua.xxxv.q.v.c.j.j̃.eo.licet.j̃.de diuor.porro. Et credit do.n.te
ſtes poſſe probare conſanguinitatem ab vno latere.ſ.ex parte viri
2 & alios teſtes ab alio,ſ.ex parte mulieris,†imo quod plus eſt,duo
poſſunt probare primum gradum,& alij duo ſecũdum, & ſic de
aliis,ſm d.n.de quo dic,vt no.j̃.e.licet ex quadam.[B.& I. ] & ſic
ſpecificabat nomina propria,j̃.eo.licet.[Fratrem & ſororem.]iſti
enim duo faciunt primum gradum, vt patet in arbore, & xxxv.
q.v.parentelę.& c.ad ſedem.[Pars autem]verſi.[Id.]ſ B.&c.[Fal-
ſum.]No.ad improbandam conſanguinitatem ſufficere deſtru-
ctionem vnius gradus.ſm d.n.[Sororem]ſed dicebat eſſe neptẽ.
& ſic ſi ſm primam computationem hi, de quorum matrimo-
nio quærebatur,erant in primo gradu.ſm hanc diſtabant quin-
to,j̃.de conſangui.ꝙ dilectio.& c.fi.[Quod publicum]quod ſem
per poteſt produci & poſt teſtium aperturas dummodo non ſit
teſtibus renunciatum,& concluſum,j̃.de fi.inſtru. cum dilectus.
[Inſtrumentum]Sed qualiter per inſtrumentum poterit proba-
ri,ꝙ B.& I.non eſſent frater & ſoror. dixit B. ꝙ non probatur di-
recte,ſed indirecte, forſan continebatur in inſtrumẽto ꝙ B.& I.
eius neptis promiſerant aliquid facere,quæ probatio etiam ſi di-
recte quæreretur de parentela,& ad hoc ꝓduceretur ſufficiens nõ
eſſet.C.de proba.non nudis.non epiſtolis.vel pone, ꝙ Guillerma
fuit ſoror Bernardi. quam Guillermam quidam iuuenis Petrus
nomine adamauit. & ex ea hanc prolem ſuſcepit, quæ vocaba-
tur,Ioanna.Demum propter affectionem ſobolis dictus P. cum
Gulliерma vocato tabellione,& frater filia,& multis alijs contra
xit,& exinde fuit factum publicum inſtrumentum,in quo ſic di
cebat tabellio anno &c.& per hoc inſtrumẽtum publicũ omni-
bus præſentib.& poſteris fiat fides,ꝙ cum Petrus Gulliermã ſoro
rem Bernardi hic præſentis in concubinam longo tempore te-
nuiſſet,& tandem ex ea filiam hic præſentem Ioannam ſuſcepiſ-
ſet,ſic publice ſunt confeſſi. Et omnes præſentes, & tota vicinia
hoc acclamarent,tandem dictus Petrus volens legitimare dictã
filiam ſuam Ioannam neptem dicti Bernardi ſupradictam, ean-
dem Guillermam per verba de præſenti præmiſſis bannis in ec-
cleſiam,& in oĩ ſolennitate adhibita duxit canonice in vxorem.
actũ &c.teſtes,&c. & ego talis tabellio.&c. & comprobatur C.de
natu.lib.cum quis.& l.ſe.j̃.qui fi.ſint le.tanta.& c.tranſmiſſæ.& s̃.
e.c.per tuas.& ſic probatur per hoc inſtrumentum, ꝙ I.non erat
ſoror B.immo neptis.Vel factum fuit de dictæ I.natalibus inſtru
mentum,in quo continebatur quis,& a qua ipſam ſuſceperat,&
quo die & anno nata fuit,C. de inge.l.penul.ff. quod me. cau.iſti
quidem.§.j.¶ Vnde quia.]iij.pars.[Recipiendos.]cum teſtes pro
ducti iam fuiſſent publicati. aliter nõ poſſet hæc pars ſcire,quæ ꝑ
ſonæ erant poſitæ in primo gradu,ar.j̃.de fide inſtru. accepimus.
& tamen hæc exceptio non admittitur, vt ſequitur, & hoc pro-
pter cauſam matrimonialem,de qua agitur, in qua ſpeciale eſt,
quod publicatis atteſtationibus alij teſtes producuntur, vt hic, &
j̃.eodem.ex tenore.j̃. de cogna.ſpiritua.c. fina.in qua & iteratur
inquiſitio,infra de ſponſa.ſicut.s̃.titu.j. ca. penulti. in qua locum
non habet exceptio de notitia atteſtationum,infra titulo.j. cum
in tua. quæ ſententia non tranſit in rem iudicatam, infra de re
iudica. lator. tenor. conſanguinei. ſed & multa alia ſpecialia
verſantur



verſantur in ea,j̃.qui ma.ac.poſ.videtur.in fi. Alii dicunt, ꝙ nul-
lo modo recipiuntur teſtes etiam in cauſa matrimoniali teſtibꝰ
publicatis.Nec obſtat hoc c.quia non eſt decre.ſm Vincen. Alii
dicunt,ꝙ hic agitur de improbatione priorum teſtium,qui falsũ
dixerant,vt patet.s̃ §.prox.ver.pars autem oppoſita.& ſic non ob
3 ſtat,ꝙ publicatio facta eſt,quia †de falſo quæri poteſt quandocũ
que etiam poſt ſententiam.s̃.ti.j.licet.§.j.j̃.de excep. cum venera-
bilis.§.intelleximus.& ideo hic admittuntur ſecundi teſtes ad pri
mos indirecte reprobandos, ſic & j̃.co.ex tenore.alias autem pu-
blicatis atteſtationibus non audiretur,vt s̃.ti.j.iurauit.vbi de hoc.
& dic vt ibi not. Hoc tamen fateor, ꝙ hæc vltima reſponſio, & ſi
non ſufficiat quo ad reſponſionem,tamen quod ad huius decre.
quæſtionem ꝓpoſitam ſufficiens eſt. ſed per eiuſdem ſolutionis
rationem hæc opinio reprobatur.nam ſi hæc eſt ratio, quare de
falſo poteſt quæri teſtibus publicatis, & ſuper eo per alios teſtes
probari,quia etiam poſt ſententiam diffinitiuam poteſt hoc fie
ri.ꝙ & verum eſt, vt dictum eſt, ergo vbicunq; eſt iſta ratio illud
vendicat ſibi locum,ff.ad l. Aquil.illud. C.de conſtitu. pec.l. fi.C.
ad legem Fal.l.fi.s̃.de tranſla.ep.c.ij. §.j.Sed de cauſa matrimonia
li poteſt quæri poſt ſententiam, & ſuper ea iterato teſtes produci
cum in rem iudicatam non tranſeat,vt s̃.no.ergo in eadem inſtã
tia hoc poteſt fieri quandocunque teſtes fuerint publicati, quod
omnino verum eſt de mente iuris quicquid ibi ſcribant,& licet
de facto contrarium obſeruetur. Sed de illo non eſt curandum
iuſto iudici,vt patet j̃.ver.j.& ij.& ff.de offi.præſi.ſed licet.s̃. de ele.
cum cauſam quæ.§.fi.in princ. nam & ſententia aliquid operari
debet,arg.ff.de lega.j.ſi quando.j̃.de priui.ex ore. Ergo vbicunque
auditur poſt ſententiam appellatione non ſuſpenſa, multofortiꝰ
ante. Appellatione non ſuſpenſa ideo dixi, quia tunc regulariter
auditur in cauſa appellationis poſt ſententiam, quia ante nõ au-
diretur,vt patet in eo,quod legitur & no.s̃.e.fraternitatis. [Et tu]
ver.[ Affirmas.] & iuuatur hæc conſuetudo.s̃.tit.j. iurauit.ſed ibi
aſtruebat probare negatiuam directe,vt patet ex eo, quod legi. &
no.s̃.eo.§.j.verſic.pars autem.& inde auditur,j̃.eo.ex tenore.[Re-
ceptos.]ſubaudi,& publicatos, quia rr̃ conſonat iuri.in auth.e.§.
qa vero multi.[Præſenti pagina.]ver.[Aliud.]q̃ conſuetudo præ
ſcripta. [Cõſuetudine.] q̃ nõ patit,ꝙ ↄ̃ primos teſtes ſic receptos
& publicatos alij teſtes admittantur.[Iuri.]volenti, ꝙ ſemp teſtis
poſſit redargui ante ſententiam,& etiam vſq; ad tp̃s poſt ſñiam,
vt in concor.s̃.ſigna.ſuper verbo , recipiendos.in ver.gl.quæ inci-
pit.alii dicunt enim.Vel dic iuri volenti, ꝙ cauſa matrimonialis
in rem iudicatam non tranſeat,j̃. de re iudic.lator.tenor.conſan-
guinei.& ideo ſpeciale in eam , ꝙ etiam in eadem inſtantia poſ-
ſint alij teſtes produci, quamuis primo producti fuerĩt publicati,
vt no.s̃.ſuper verbo,recipiendos.ver.hoc tamen fateor, & ſequen
tibus,& in princ.iſtius gl. Et adde,quod no.in ſeq.gl. [Contraria]
nec ex certa conditoris legis ſcientia introducta.d.n.[Teſtes.] Eſt
enim nouus articulus ex prioribus pendens,& ideo admittuntur
teſtes primis receptis iã publicatis.d.n.quod dic,vt no.s̃.e.fraterni
tatis.& in prece.gl.Nec credit d.n. ꝙ per duos teſtes hoc proban-
tes præiudicetur pluribus, qui aliud probauerunt. ſed debet iudex
cõſiderare quis penſatis omnibus circunſtantijs melius probat,
& ſm hoc iudicare.xxxiij.q.j.ſi quis acceperit.& melius.s̃.ti.j.ex li
teris.& j̃.c.j.§.fi.& c.in noſtra.§.vnico.

*S V M M A R I V M.*

1 *Adulterium per præſumptionem violentam probatur.*
2 *Lenones crimini participes ad copulam probandam non admittuntur.*
3 *Celari vult ſua furta venus.*
4 *Fama præſumptionem inducit.*
5 *Adminicula copulæ carnalis,quę ſint.*
6 *Recurſus non eſt habendus ad ſimplicem iudicem quando agitur de arbitrijs.*
7 *Qui non eſt expertus, pauca recognoſcit.*
8 *Vir bonus qui dicatur.*
9 *Teſtis quis eſſe poſſit.*

## C A P. XXVII.

PRæterea. In hac decre.quæritur an ſi quando
accuſatur matrimonium.ſ.inchoa-
tum non poſſit perfici propter affinitatem,vel aliam
cauſam neceſſarij ſunt teſtes de viſu,an ſufficiat de au
ditu dum tale teſtimonium fama & alijs adminiculis fulciatur.
Et an ſufficiat teſtimonium aliquorum, qui dicunt ſe conſcios
de carnali copula habita inter eos,& ſic tres mouentur hic quæ-
ſtiones. Ad primam reſpondetur, ꝙ ſi teſtimonium de viſu alias
eſt conueniens. ſ. ꝙ teſtes ſufficientem cauſam dicti ſui reddant,
puta quia præſentes fuerunt, & viderunt, quando conſanguinei
ſimul commiſcebantur,bene valet teſtimonium,& bene ſufficit
ad hoc,vt propter affinitatem,ex tali carnali copula cõtracta mã
trimonium ſeparetur.Et hæc pars reſpõſionis eſt indubitata. Ad
ſecundam quæſtionem reſpondet idem.ſ.ꝙ teſtes de auditu tan-
tum teſtificentur,cum fama conſentiente,& alijs adminiculis ta
le teſtimonium ſufficiens reputatur. Sed contra hoc obiicitur,
quia nec fama probat,nec præſumptionem violentam inducit.,
j̃.de eo qui cog.conſan.vxo.ſuæ ſuper eo.iiij.q.iij.§.item ſępe. Ad
quod reſpondetur hoc eſſe ſpeciale, vbi agitur ad matrimonium
impediendum occaſione affinitatis contractæ. nam minores ꝓ-
bationes ſufficiunt ad impediendum matrimonium contrahen
dum,quam ad ſeparandum iam contractum,j̃.de clan. deſpon.
c.ij.j̃.e.licet ex quadam.in fi.Poteſt etiam intelligi, ꝙ fama cum
aliis adminiculis defendit matrimonium iam contractum, ma-
xime vbi nulli alij præiudicium generatur,j̃.de præſum.illud. Alij
1 dicunt hoc eſſe ſpeciale quando agitur de adulterio,quod†& per
violentam præſumptionem probatur.xxxij.q.j.dixit.in Authen.
vt li.ma.& a.§.& hoc quoque.& §.quia vero.col.ix.ſm d.n. cuius
eſt mens totius huius gloſ. & huic vltimæ opinioni adhęremus,
quod dic,vt plene no.j̃.§.j.ſuper verbo,fama conſentiens. Ad ter
tiam autem quæſtionẽ, cui ſm d.n.non videtur papa reſponde-
re.Dicas tu & reſpondeas,ꝙ ſi teſtis interrogatus de cauſa tęſtimo
nij ſui ipſam non, vel minus ſufficienter reddat,teſtimonium ip
ſius non valebit.Si vero non fuit interrogatus,valet,iij.q.iij. verſi.
item ſola.xxiiij.q.iij.ſi habes. ſm d.n. Tu vero dicas,ꝙ tribus quę
a ſtionibus hic factis reſpondetur[a] per ordinem,quod dic, vt no.in
proxi.ſeq.gl.[Accuſatur.]ad thori ſeparationẽ propter adulteriũ
commiſſum,ad quod probandum teſtes producũtur.[An ſint.]
ver. teſtes ſuper hoc producti. [De viſu.]quæro reſpondeas ſic vt
ſequitur.[An ſola.]verſi.[Sufficiat.] ſine viſu quæro. ſecundo re-
ſpondeo. non ſine adminiculis, vt ſequitur.[Vel ſi iuratis.] verſi.
[Et edendum]quæro tertio.Rñ.hoc eſt arbitrarium, vt ſequitur.
[Qui ]ſ.teſtes.[Conſcios.].i.certos. ſed ſm conſcientiam proba-
bilem teſtificantes,quia hoc audierunt ab vtroq; de ſuo pecca-
to publice gloriante.xxii.q.v.hoc videtur.j̃.de.exceſ.prælа. quam
ſit graue,vel quia viderunt ſolum cum ſola,nudum cum nuda,
& in lecto apto ad peccatum cõmittendum, j̃.de præſump. lite-
ris.& c.iij.Vel quia viderunt ambos intrantes cameram, nec mo
ra audierunt verba apta,& demum ſtrepitum, cum non diſtarẽt
niſi tenui pariete intermedio,non tamen viderunt ipſos ad inui-
cem commiſcentes.vnde & hic ſequitur. Sed de viſu &c. vtique
bene debet ſufficere talis præſumptio violenta,vt in dictis decre.
literis. & tertio. & xxxij.q.j.dixit dominus. Aliqui vero dixerunt
conſcios,quia ipſos intromittebant in domibus ſuis ad peccatũ
2 ſuum perpetrandum,& ſic erant omnino conſcij.†Sed hæc ex-
poſitio eſt omnino cauſa celanda, quia lenones cum ſint parti-
cipes criminis nunquam admitterentur, vt patet in Auth.de le-
nonib.col.ij.& s̃.e.perſonas.& c. veniens.C.e.quoniã. ¶ Reſpon-
demus.]ij.pars.& ſoluitur hic prima qõ ſupradicta.[Conueniens
de viſu.]Hoc enim indubitatum eſt,ſi ipſos cõmiſceri viderunt.
ſm d.n. Vel dic de viſu.q.d. cum agatur hic de probatione actus
corporalis naturale,& cõueniens teſtimonium eſt de viſu. quod
dic,vt plene no.s̃.de conſue.c.ij.j̃.e.cum cauſam quæ.Vnde ſuffi-
ciens eſt omnino ſi dicant,ꝙ viderũt tales quos bene cognoſcũt,
3 & tunc ſe cognouerunt ad inuicem.†Vix tamen accidit, ꝙ tale
teſtimonium ferri poſſit,quia non quæruntur hic teſtes, nec lux
ſed tenebrę ad hoc aptæ.s̃.de offi.dele.conſuluit.Vnde & debent
ſufficere probabilia argumenta,vt ſequitur.& ar.ff.de re mili. nõ
omnes.§.a Barbaris.& s̃.de cle.peregri. c.ij.§.vnico.cum ſuis con
cor.& hic ſequitur.Semel tñ coram nobis fuit facta tam euidens
probatio,ꝙ niſi officium nos cogeret, vix poſſemus audire. nam
cogitare eſt pudibundum.[Vel etiam de auditu.]ver.& hic ſolui
tur ſecunda quæſtio propoſita.s̃.rñ.j.ver.an ſola. Et dicas de audi
tu omnium vicinorum,qui hoc affirmãt, vel de auditu ſtrepitꝰ,
vt no.s̃.rñ.j.ver.vel ſi iuratos.ſuper verbo conſcios. Vel de auditu
qui ſolam præſumptionem violentam inducit, maxime ſi.[Et p̄
ſumptionem &c.]alioquin niſi ſubaudias videtur hic,ꝙ præſum
ptio violenta non probat niſi & fama conſentiat,quod & falſum
eſt,vt no.s̃.rñ.j.ſuper verbo,conſcios.[Fama conſentiens]i.ſimul
cum præſumptione ſentiens.videtur tamen,ꝙ hæc non ſufficiãt,
quia teſtimonium de auditu non eſt ſufficiens in hoc caſu, imo
requiritur de viſu,vt no.s̃. ſuper verbo, conueniens de viſu.† Sed
& fama per ſe non probat,licet præſumptionem inducat,ar.j̃.de
eo,qui cog.conſan.ſuæ vxo. ſuper eo.iiij.q.iij.ver.item ſępe.& hic
etiam patet,quando dicit conſentiens. q.d.ſentiens nihil probat
ſufficienter, ſed conſentiens tantum.i.cum alijs probationibus,
ſeu pręſumptionibus ſentiens. Sed contra,quia violenta præſum
tio probat.xxxij.q.j.dixit.arg.j̃.de accu.repellantur.Sol. Quidã in-
telligunt,quod hic dicitur,quando agitur ad impediendum ma-
trimonium contrahendum,puta aliqui volunt contrahere,obij
citur,quod non poſſunt,quia vir cognouit ſororem, vel conſan-
guineam illius, cum qua intendit contrahere, in hoc ergo caſu
tale teſtimonium ſufficit,quia vnus teſtis ſufficeret.ſupra eodem
ſuper eo.ad finẽ.j̃.de ſpon.præterea.ij.Nec obſtat,quod dicit.s̃.in.
princip.c.accuſatur,quia exponi debet.i.denunciatur.& hunc in
tellectum

A D D I T I O.

a ¶Reſpondetur.Idem dicit poſt iſtum d.Ab.hic contra Inn.

tellectum videtur proſequi d.n. vt patet in eo, quod no.s̃.eo.c.in
prin. Et hic intellectus planus, ſecundum B. Immo omnino fal-
ſus, vt patet per ſuperiorem ȷ̃l. & per tex. quia in hoc caſu nunq̃
requireretur teſtimonium de viſu, nec de fama cũ præſumptiõe,
nec alia adminicula, immo vnum ex his ſufficeret, vt & s̃. pro-
batũ eſt. Alij hoc intelligunt quo ad probationem adulterij viro
accuſanti in modũ exceptionis oppoſiti, xxxij.q.vj. nihil iniquius.
ȷ̃.de adult.c.pe.& ſi. Tu intelligas ad literam ſicut ſonat, & ſic no.
s̃.in prin.c.ſ. quando maritus intendit probare adulterium vxo-
ris, de quo ipſam accuſat ad thori ſeparationẽ, nã & præſumptio
violenta in hoc caſu probat per ſe. vnde, & ſubaudi maxime, vt
s̃.ver.vel etiam de auditu. Sed & fama conſentiens.i. ſimul cum
vno teſte ſentiens, in hoc caſu eſt probatio ſufficiens. ſ. Rog.lo.
vero dixit, ꝙ ſi fama conſentiat dicto meo, & alijs adminiculis
certis, & probabilibus ſufficiens eſt probatio. & ſic ĩtellexit, quod
hic dicitur de fama conſentiente.iiij.q.iij.ver.item ſæpe. & ff.e l.
iij.§.j.& ij. Et hoc de antiquis factis, de quibus non extitit memo
ria. Et in delictis, quæ occulte fiunt nec teſtes haberi poſſunt, eſt
potiſſime exaudiendum, vt patet in eo, quod no.s̃.e.ſuper verbo,
conueniens de viſu. Finaliter tamen omnia ad arbitrium boni iu
dicis redigũtur, vt ſequitur ȷ̃.§.j.& no.s̃.e.ſuper eo.§.j.[Submini-
5 ſtret] ſupple teſtimonio de auditu.d.n.[Legitima.] puta quia fre-
quenter ſimul ſecreto loquebantur, & ſimul conuerſabantur, &
conabantur oportunitatem captare, ſm d.n.ȷ̃.de præſum.literis.
& c.iij.† De adminiculis etiam ſunt viſus, tactus, riſus, iocus, miſ-
ſio nunciorum.i.iocalium cohabitatio, amplexus, oſculum, &
multa alia, vt colligitur in eo, quod legi. xxxij.q.v.nec ſolo tactu.
& c.ſequentibus.& ȷ̃.de eo qui cog.cõſan.vxo.ſuæ. veniens.& de
matrimonio contra.contra inter.ecc.c.j.C.de dona. ante nup.ſi
a ſponſo.[Standum eſt] ver.[Teſtimonio.] qui dicunt ſe conſo-
cios, & ſic ſoluitur hic tertia quæſtio propoſita.s̃.rñ.j.vel ſi iuratis.
hoc tamen arbitrium eſt.ideo ſequitur, etenim circunductus &c.
hoc modo dicentes,& petimus quartam productionem cum ſo
lemnitate,& ipſam nobis denegaueritis,appellamus.talis appella
tio nulla eſſet,& ideo nec effectum interlocutorie late poſtmodũ
impediret,ſed neceſſarium eſt iterum ab interlocutoria appella-
6 ri.Et eſt ratio,†quia non poteſt iuſte appellari a futuro grauami-
ne,ſed eſt a præterito tantum,vel ſaltem præſenti,puta commina
torio,vel alio iuſto grauamine appellandum,vt patet in eo,quod
legitur,& no.j̃.de appel.conſuluit.ij.& c.ex parte.j.& c. vt debitus.
& c.cum ceſſante & c.dilectus.§.fin. & c.ex parte.ij.Quid ſi iudex
ſimpliciter quartam productionem denegaſſet , & monachi ap-
pellarent,hoc modo petimus reuocari hoc grauamen, & niſi ip-
ſum reuocaueritis appellamus? talis appellatio iuſta eſt, quia non
fit a futuro grauamine,ſed p̃nti,vt patet in eo,quod legitur,& no.
j̃.de ap.ex parte.& c.cum ceſſante.& c.dilecto.& s̃.de ſup.neg. pre.
c.j.Nec obſtat,ꝙ hic videatur a futuro grauamine appellatum,vt
patet in illo verbo niſi reuocaueritis,quod extenſiuum eſt,vt ff.ad
Tertulian.filij mater.& futurum coniunctiui modi,quia reuoca
tio,quæ petitur,& quæ eſt de futuro,non eſt grauamen,ſed præce
dentis grauaminis releuamen,grauamen autem præcedens fuit
quarte productionis denegato,a quo,& ſine illo verbo extenſiuo
recte potuit appellari ſecũdum dominum noſtrum,cuius eſt to-
ta mens huius glo.Sed & prædictum verbum extenſiuum in ap-
pellatione poſitum ipſam non vitiat , quia videtur appoſitum ad
cautelam,& ad reuerentiam iudicis,qui id,quod petitur , ſcilicet
reuocare grauamen de iure communi poteſt,& debet facere per
ſeipſum,vt patet in eo,quod legitur,& no.j̃.de app.cum ceſſante .
7 Et hanc rationem probat euidenter lex dicens.quia †ea,quæ cau-
ſa dubitationis tollendæ(q.d.ad cautelam)in contractibus inſerũ
tur,ius commune non lędunt,ff.manda.qui mutuam pecuniã ,
[Niſi forte.]ver.[Voluerint.]Nota,ꝙ non dicit examinauerint ,
ſed voluerint.videtur ergo iſtud in voluntate eorum poſuiſſe , &
non neceſſarie examinationi iuris ſuppoſuiſſe,ff.de iud. non quic
quid.q.d.iſte iudex melius nouit,quam alius.vtrum productio te
ſtium iam facta reputari debeat effrenata.Ideoque non imponi-
8 mus ei neceſſitatem examinandi hanc cauſam † quia qui certus
eſt certiorari non debet,ff.de act.emp.& ven.l.j.in fi.ſed potius ve
ritatem iſtius cauſæ ſuæ committimus rationabili voluntati , ad
hoc.ff.de offi.præſi.ſæpe adiui & l.generali.& patet in eo , quod le
gitur,& no.j̃.eo.cap.j.§.fi.rationabili ideo dixi,quia ſi falſo arbitra
retur,& ſuperior,ad quem appellatum eſſet,hoc reperiret.ſ. ꝙ pro
ductio teſtium eſſet neceſſaria,quam iudex reputauerat effrena-
tam,ipſius iniuſtum arbitrium & proceſſum poſt talem appella-
tionem habitum reuocaret,vt patet in eo,quod legitur,& no. s̃.e.
ſuper

ſupe. verbo,quartam productionem in ipſius glo.ver.ſi vero cau-
ſa vera eſt.& ſeq. & præced.[Effrenatam.]No.nouitatem iuris,ſed
ratio eſt antiqua,j̄.c.j.ff.e.l.j.in fi.Et adde quod no.s̄.c.§. reſpon. j.
in prin.verſi.ſed nec ius aliquod,& ſequentibus. Et ex eadem cau
ſa poſſet iudex denegare tertiam,& etiam ſecundam,ar.ff.de iudi.
nonnunquam.xxiiij.q.iiij.de illicita,s̄.de do.& cotu.cum dilecti.
nam ex quo eadē ratio ſubeſt in ſecunda,& tertia,quæ & in quar
ta,idem ius eſt obſeruandum,s̄.de tranſla.epi.c.ij.§.j.j̄.de conſan.
tua.Sed & negari poſſet propter breuitatem temporis. j̄. quod ſe-
cundum formam reſcripti cām neceſſe eſt diffiniri,s̄.de of. dele.
de cauſis.quod dic,vt no.j̄.de re iud.ꝙ ad conſultationem . §. ſed
nec executionem.Item ſi renunciatum ſit,vel ſi teſtes ſint publi-
cati,s̄.de teſti.ad fi.[Vos ad quartam.]verſi.[Solemnitate legali ]
in Auth.c.t.§.quia vero multi col.vij.j̄.eo.vltra.s̄.eo.in cauſis. [Ip
ſos.]ver.monachos.[In probatione]appellationis infra decē dies
ex prædicta cauſa factæ.nec refertur hoc ad.verſi.ſuperiorem,niſi
iudices &c.quia ſi hoc eſſet innocens,& in culpabilis, damnare-
tur,niſi forſan iudices hoc in ſnīa expreſſiſſent,quod non tenen-
tur facere,niſi velint,j̄.de re iud.ſicut. [Defecerint] eo enim ipſo
præſumitur calumniari,quod dic,vt no.s̄.de do.& contu. finem.
[Condemnantes]& ſic patet,ꝙ appellans ſi in appellationis cau-
ſa ſuccumbat condemnandus eſt in expenſis,& ad illum iudicē,
a quo appellauit remittendus,j̄.de app.cum eccleſia.& c.vt debi-
tus ad fi.quare ergo non fit hic remiſſio?Reſponſio , quia priores
iudices retulerunt negocium domino papæ,vt patet.s̄.in prin. hu
ius c.& ſic per relationem iudices eſſe deſierunt,s̄.de of.le.licet ſe-
cundum.Ber.vel forſan iudices appellationi ob reuerentiam ſe-
dis ap.detulerunt,& ſe omnino exonerare voluerunt, ſupplican-
tes domino papæ,ꝙ ſi commiſſionem fieri contingeret, alijs cō-
mitteret,quibuſcunque vellet,ad hoc.extra de app.cordi.Vel dic',
vt j̄.§.j.in prin.[Et niſi adeo.]iii.pars.Potes ſi volueris hoc ius cō-
cordare cum eius cōtrarijs,in hoc loco ſic ſubaudire dicas,& ſub-
audi partes ad priores iudices remittatis,alioquin cauſam princi
palem audiatis,j̄.de ap.vt debitus.& niſi adeo ſit in petitorio &c.
& ſecundum hoc nullum continet inconueniens decre. [Lique
re.]non vr̄,ꝙ plene liqueat,niſi poſtquam renunciatum fuerit,&
concluſum.cum antea adhuc ſuper nouo articulo teſtes produci
poſſunt,& inſtrumenta,s̄.eo.ex tenore, j̄. de fide inſtru.cum dile-
ctus.& arg.s̄.de elec.dudum.xiiij.q.ij.§.j.C.ſen.re.non poſ.perem-
ptorias.[Recurſum.]Sed eſto,ꝙ moniales obtineant in poſſeſſo-
rio,ergo habebunt rem cum fructibus a tempore deiectionis ꝑ-
ceptis,s̄.de reſti.ſpo.grauis.ff.de vi,& vi ar.l.j.§. qui vi eſt deiectus.
Quid ergo ſi monachi poſtmodum obtineant in petitorio.habe
bunt enim fructus perceptos a tempore lit.conte.ſuper proprieta
te,& imputent ſibi moniales,quia primo petitorium intentarūt.
nam litis conteſtatio omnes poſſeſſores exequat,& omnes per li-
tis conteſta.malæfidei fiunt,& ideo fructus poſt litis conteſta.per-
ceptos reſtituere tenentur,C.de rei ven.certum eſt.ff.de peti.hære.
ſed & ſi lege.§.ſi ante legem ſed forte inſpicitur hic litis conteſta-
tio de nouo facta ſuper proprietate,quia & moniales primo con
veniebant,modo conueniuntur,& hoc verum eſt ſm quoſdam
legiſtas,quia ex toto renunciandum eſt iudicio proprietatis, ante
quam ad poſſeſſorium admittatur . Secus autem eſt ſm ſnīam
Martini,quam ius canonicū approbat,quod dic,vt legitur,& no.
s̄.de cauſa.poſ.paſtoralis,quia & ibi dr̄ iudicio proprietatis ſuſpē-
ſo habetur recurſus ad poſſeſſorium , ſicut hic factum fuit.& ſm
hoc videtur,ꝙ moniales,vt dictum eſt,fecerunt ſibi præiudicium
ɔ̄ fructus poſt litē conte ſuper proprietate, ſi monachi poſtea in
petitorio valeant obtinere.ſm.B.[Terminetis.]& executioni mā
detis. [Proceſſuri ] ſi hoc voluerint moniales.alias non.Alij vero
dicunt idem eſſe dummodo monachi hoc velint,& ſi noluerint
moniales,quod dic,vt no.s̄.de cauſa poſ.paſtoral. ſecundum.d.n.
[Alioquin.]ver.i.ſi iam concluſum eſt.& ita! habes hic , ꝙ etiam
poſtq̄ in petitorio eſt concluſum poteſt tranſire! pars ad poſſeſſo-
rium,ſed tunc debet vtrūq; ſimul terminari,vt hic dicit ſm. d. n.
Vel dic alioquin.i.ſi de neutro liquet , nec antea poſſit liquere de
vno,q̄ de reliquo,videtur ſi tantum proceſſum eſt in petitorio, ꝙ
de ipſo iam liqueat .[Vtramque.] & ſi prætermiſeritis poſſeſſoriū
in pronunciatione ad minus in executione petitorium præfera-
tis.s̄.de cauſa poſ.cum dilectus.

*S V M M A R I V M.*

1 *Boni prætoris eſt arctare,& diffugia abbreuiare.*
2 *Probatio ſuper obiectis teſti,eſt,ſtatim admittenda.*
3 *Quæ ſunt attendenda in receptione teſtium.*
4 *Teſtis debet iurare ſuper quinque ſenſus corporis.*
5 *Qui repellantur,a teſtimonio ſecundum naturalem rationem.*
6 *Teſtis officium.*
7 *Magnauis eſt in verbis,herbis,& in lapidibus.*
8 *Solus ſolum examinat.*
9 *Locus non eſt ad angulum reſtringendus.*
10 *Iudex ex dicto teſtis debet eiicere falſitatem ſicut veritatem.*
11 *Teſtimonium valet licet non recordetur de anno.*
12 *Periculum vertitur,circa maiora.*
13 *Examinator teſtium an poſſit examinationem ſibi commiſſam alij committere.*
14 *Iudex debet eſſe fidelis & cautus.*
15 *Lites dirimere ad officium iudicis pertinet.*
16 *Quę conſideranda ſunt circa teſtes.*
17 *Quæ conſideranda circa dicta teſtium.*
18 *Aduocatus eſt teſtis iuris,& alius facti.*
19 *Quæ interrogationes fiant teſtibus.*
20 *Examinator teſtium qualis eſſe debeat.*
21 *Teſtis & ordinandus equiparantur.*
22 *Crimen ſuum prodere nemo tenetur.*
23 *Eccleſia non inquirit,nec iudicat de occultis.*
24 *Forma mutata,ſubſtantia quaſi mutata videtur.*
25 *Teſtes ex varietate loci & temporis reprobantur.*
26 *Teſtis Iuuenis reddit quandoque ſuſpectum teſtimonium.*
27 *Teſtes non compelluntur ad teſtes reprobandos.*
28 *Effrenata teſtium multitudo quando dicatur.*
29 *Teſtes milia quandoque pauci dicuntur.*

## C A P. XXXVII.

CVm cauſam quæ. Pars.s̄.de iura.ca.cū cām Et no.ꝙ hęc cā
primo fuit ɔmiſſa ferra.epo & ɔiudici ſuo,& corā qui
bus eccleſia Rauennas teſtes ſuos ꝑduxit,vt patet in §.
ſi.ver.ita videlicet.ſecundo vero ɔmiſſa fuit epo placentino ꝑ hāc
literam,& de hac commiſſione,quæ per hanc literam fit epiſco
po placentino fit mentio.s̄.ti.j.licet.reſpō.i.[Quia vero]ver.[One
roſum][quod vitandum eſt,ar.j̄.de app.vt debitus & ideo fit ɔmiſ
ſio.ſi.s̄.eo.cum olim.§.j.ver.partibus.& ca. ſi qui teſtium ſm.vnā
lecturam.j̄.de fideiuſ.peruenit& c.conſtitutus.[Recipiatis] infra
tres menſes.& hæc ſuppletio probatur s̄.ti.j.licet reſpon.j.verſi.ſu-
per quo.[Tam ſuper principali]&c.ideo hic a princ. ſimul man-
dantur teſtes recipi tam ſuper principali,quā in perſonas teſtium
productorum,quia præſumptio erat contra fauentinos , vt no.in
ſeq.gl.Idem vbi a principio fit tantum proteſtatio de dicendo in
perſonas,arg.s̄.eo.in præſentium.Idem vbi teſtis ex leui cauſa di-
citur odioſus,vel ſeruilis conditionis,nec eſt in præſentiarum car
ta manumiſſionis.In auth.e.ti.§.ſi vero dicatur.co.vij. & no.in ſe.
gl.in his nempe caſibus recipitur ſtatim teſtis , vt teſtificetur ſuꝑ
eo,ad quod producitur,non obſtantibus prędictis exceptionibus,
ſuper quibus vel ſimul recipitur probatio,vel in aliud tempus dif
feretur,alias autem cōtra teſtem aliqua exceptione propoſita ſta
tim recipitur probatio ſuper ea,antequam teſtis ad ferendum te-
ſtimonium admittatur,s̄.e.ex parte.& C.de prob.ad probationē.
j.& C.eo.ti.ſi qñ.hoc verum eſt,ſi probatio ſit parata,alioquin dif
fertur receptio,vt in dicto.§.ſi vero dicatur ſm.d.n.& adde, quod
no.in ſe glo.quæ & ſi eadem videatur,tñ in aliquibus differt. [Qđ
in perſonas]ſed cum hæc exceptio,quæ in perſonas teſtium op-
ponitur,ſit diſputationis tempore reſeruāda,poſtquam teſtes fue-
rint publicati,s̄.eo.præſentium.quare dicit papa , ꝙ teſtes ſtatim
recipiantur?Reſpon.quia præſumptio erat contra fauentinos ne
diffugia quærerent.vnde boni prætoris fuit ipſos arctare, & diffu-
gia abbreuiare ar.s̄.de do.& contu.c.fi.in prin.ff.ſi cer.pe.quidam
æſtimauerunt.Vnde & quia fauentini infra hunc terminum ni-
2 hil probauerunt contra teſtes,& poſtea obijciebant,non fuerant
auditi,s̄.ti.j.licet & de hoc dic vt no.s̄.eod.ex parte ade.Vnum ta-
2 men no.†ꝙ ſi teſtis dicatur odioſus ex cauſa criminali excipiens,
ſtatim admittitur,ſi vero ex leui cauſa,vel pecuniaria tp̄e diſputa
tionis reſeruatur,in Auth.e.ti.§.ſi vero,C.eo.auth.ſi dicatur. Si ve
ro obijcitur teſti,quia ſeruus eſt,& ipſe dicit ſe eſſe liberum , non
auditur,niſi primo oſtendat inſtrumentum manumiſſionis,ſi ve
ro dicat ſe liberum,ſtatim recipitur eius teſtimonium & tempo-
re diſputationis reſeruatur,vt ī dicto auth.ſi dicatur.[Ac eos.] ver.
ſ.teſtes.[Diligenter]nihil omittens de contingentibus, & ſecun-
dum quod habebis ſuſpectum,vel non ſuſpectum acrius , vel le-
uius poteris pertranſire.ar.in eo quod no.j̄.c.ex tenore in fi. vt ta-
men caueas,ꝙ aliquam interrogationem in ſcriptis a partibus tra
ditam & neceſſariam,vel per ius comprobatam nō omittas , qđ
dic,vt legitur,& no.j̄.eo.per tuas.[Examinare.]ad partem & ſigil
latim.j̄.e.venerabilem.j̄.de accu.inquiſitionis.§.j.C.eo.ti.nullum.
arg.s̄.de elec.quia propter.Habeat tamen ſemper ſecum tabellio
nem,cui ſolus iſtud officium committat,licet videatur contradi
cere,j̄.ti.j.c.j.vbi de hoc.alias ſi tabellio ſit ſolus,vel iudex ſolus,&
ei crederetur quicquid vellet,poſſet ſcribere,& falſitatem verita-
ti præferre,ar.s̄.de elec.cum dilecti.§.ad fi.ſed nunquam credere-
tur ſoli.quod dic,vt legitur,& plene no.s̄.ti.j.quoniam.& adde hic
quod no.s̄.de conſe.c.ij.§.j.ſuper verbo confeſſus.[Et de ſingulis.]
aliter enim non peruenitur ad veritatem,xxiii.q.viii.occidit Exa-
minet igitur , an lucri gratia , vel inimicitiarum teſtificentur, &
alias circunſtantias,de quibus legitur.ff.eodem.titu.l.iiij. Item iiij.
3 quæſtio. iij. ſi teſtes . [Prudenter inquirens. ] † In receptione te-
ſtium aliqua ſunt attendenda circa iudicem , ſiue examinato-
rem eorum , aliqua circa ipſos teſtes , & aliqua circa dicta ip-
[ſorum,



ſorum,circa iudicem ſiue examinatorem hoc attende, vt ſit pru-
dens & expertus,diligens & attentus,fidelis & cautus. Prudens &
expertus,ideo dixi,vt diſcere & prudenter attendat, quod ſit teſtis
officium,& proferētis teſtimoniū. verbi qualitatem , & vultum .
Officium nempe teſtis,quod primo debet iudex attendere,eſt ve
ritatē dicere planā ſine admixtione falſitatis ſuꝑ illo ſuꝑ quo pro-
ducitur,& hoc iurat,quod dic,vt notatur in ſumma eo.tit.§.quid
4 debeat iurare . †Debet autem hanc veritatem dicere de his , quæ
conſiderato articulo,ſuper quo producitur,quinque ſenſibus cor
poris percipere poteſt,iij.q.ix.teſtes,& ſequitur j̄.eo.cap. Quinque
ſenſib. corporis dico,viſu, auditu,guſtu,tactu,& odoratu.Si enim
queſtio eſt inter aliquos,an aliquis aliquam rem tenuit,vel cuius
coloris ſit albi,vel nigri, vel alterius , hic debet teſtis perhibere te-
ſtimonium de viſu.& poteſt ſic reddere teſtimonium . Ego vidi
de facto,ꝙ Petrus tenebat rem talem,nec eſt hic neceſſe , nec vti
le quærere vlterius cauſam ſcientiæ, quia non poteſt eſſe alia bo-
na cauſa ſui dicti, niſi quia hoc vidit , & hanc iam reddidit & ex-
preſſit . Non tamen negamus quin vtile ſit quærere ab eo de alijs
circunſtantijs , puta vbi eras tu, quando audiſti , & quando vidi-
ſti,& qui erant tecum,& de conſimilibus,ſed hæc non ſunt cau-
ſa dicti ſui , immo quædam circunſtantiæ ad veritatem plenius
indagandam . Quia ſi teſtis dicat ſimpliciter, Petrus de facto te-
nuit talem rem,& non dicat,ego vidi,adhuc eſt bonum teſtimo-
nium,ſed tunc vtile eſt quærere ab eo cauſam ſui teſtimonij : nā
ſi dicat,ego ſcio,quod de hoc nullus dubitat , vel quod ſic omnes
dicant malam & inſufficientem cauſam reddit, & ideo teſtimo-
nium non valebit ſed ſi dicat , ego ſcio , quia vidi , tunc bonum
eſt eius teſtimonium,& valebit,etiam, ſi non fuit de cauſa quæſi
tum , nec alias reddidit cauſam dicti ſui,vt patet in eo, quod no.
j̄.ſuper verbo.de cauſis videlicet.Idem eſt, quando quæritur de co
lore.hic enim nulla bona cauſa reddi poteſt,niſi de viſu,ideoque
in talibus non poteſt cecus teſtimonium ferre,quia caret illo ſen
ſu , ſcilicet viſu,ſine quo non poteſt ſufficientem cauſam redde-
re dicti ſui.Sed in ſequenti caſu dummdo audiret , bene poſſet te-
ſtimonium ferre . Si enim quæratur an aliquis habeat vocem al-
tam , an ſubmiſſam, & planam, groſſam,vel gracilem,bonam,
vel malam , hic reddenda eſt cauſa de auditu , & nulla alia ſuffi-
ciens eſt . Idem ſi quæratur de qua materia aliquis epiſcopus, vel
alius præiudicauit, vel de quo poteſtas , vel alius concionatas eſt.
Idem quando quæritur de obligatione , vel venditione alicuius
rei,vel cuiuſcunque alterius contractus habiti inter duos & ſimi
libus, in quibus nulla cauſam teſtimonij poteſt reddi ſufficiens ,
niſi de auditu , nam ſi diceret ſcio hoc verum eſſe, quia vidi, fal-
ſum dicit,nam voces vel verba videri non poſſunt, ſed audiri tan
tum,& idem eſt de alijs ſenſibus,qui tali actui congruere non poſ
ſunt.Ideoque in tali caſu ſurdus omnino quantumcunque ocu
latus, & linguoſus non poteſt teſtimonium ferre , ſed in primis
caſibus.in quibus non de auditur, ſed de viſu cauſa requiritur,be-
ne poſſet teſtificari etiam in his caſibus , ſi non eſſet omnino ſur
dus,ſed ſurdaſter.i.qui cum difficultate audit . Mutus autem non
videtur , ꝙ in aliquo caſu recte poſſit teſtificari , niſi forſan ſciret
literas,& ſcribendo redderet teſtimonium ſuum , vel aliqua alia
ſigna indubitata haberet , per quæ ad plenum poſſit in intelligi .
Nec obſtat.quod no.in ſumma.eo.titu.ſuper quibus ſub.§ & cun-
cta.ver.quid ſi teſtis ſcribat . quia illud intelligitur de illo , qui po-
teſt loqui . Comprobantur hæc.C.qui te.fa.poſ.diſcretis.ff.deleg.
iij.nutu.& in eo,quod legitur,& notat.j̄.de ſpon.cum apud. & de
hac materia nota.s̄.de conſue.c.ij.reſpon.j.ſuper verbo. videntiū
5 & audientium . † Sed dices cum hoc edictum prohibitorum ſit,
aut oſtendes per ius expreſſe ſcriptum, quod cæcus, & mutus , &
ſurdus in prædictis caſibus a teſtimonio repellantur , aut ipſos ad
mittam,argum.ff.eo.ti.l.j.& ff.de probatio.ab ea parte . reſpon. &
ſi non occurrat ius expreſſum,habeo tamen naturam,& natura
lem rationem,quibus tales impediuntur, vt ff.de iud. cum præ-
tor.§.ſi autem omnes . naturalis enim ratio ſatis euidenter pro-
bat, quod nō recipiatur in teſtem ille,qui naturaliter impeditur
ſufficiens teſtimonium ferre.quæ & pro lege ſcripta ſeruāda eſt,
vt diſtin.j.conſuetudo.inſtitu.de iure natu.§. quia vero naturalis
ratio.& patet in eo,quod nota j̄.de præbend.cap.iij.Sed ſi quæra-
tur de aliqua re,an pulcis ſit,an amara,neceſſe eſt,quod hic redda
tur teſtimonium de ſenſu,qui ei congruit.ſ.de guſtu . Vnde ſi ali
quis teſtis aſſerat, quod talis eſt , quęrenda eſt ab eo cauſa ſcien-
tiæ,nec poteſt reddi ſufficiens niſi de guſtu,vt ſi dicat ego ſcio, qa
guſtaui . Aliquis enim aliorum ſenſuum , nec ſufficiens,nec ap-
tus eſſet,vt patet cuilibet intelligenti . Si autem quæratur vtrum
aliqua res ſit aſpera,vel lenis,ſiue ſuauis,non poteſt reddi teſtimo
nium,niſi de tactu aſperitas enim,vel ſuauitas rei corporalis non
comeſtibilis,nec videri , nec audiri,nec guſtari , nec odorari po-
teſt.vnde in hoc caſu vtile eſt quærere cauſam teſtimonij ſui , q̄
non eſt ſufficiens niſi vna,vt ſi dicat teſtis,ego ſcio , quod aſpera,
ſiue lenis eſt talis res, quia ego tetigi,ſiue palpaui ipſam . Verum
& ſi quæratur de aliqua re an ſit odorifera,vel fœtida, hic non po
teſt reddi cauſa teſtimonij,niſi vna de odoratu.l.vt dicat teſtis,ego
ſcio, quia odoratus ſui eam . bene tamen poteſt iudex vltra pro-
cedere,& dicere,ex quo ex dicis , quod ſenſiſti malam odorem ,
quæro an eſſent ibi aliæ res vicinæ de quibus poſſet venire malus
odor , ſiue fætor, an tempore illo,quo odoratus fuiſti ſpecies in-
gurgitatus eſſe vino,vel cibo vſq; ad crapulā. vnde forſitan potius
ex te ipſo malum odorem poteris exalare,quam ex ſpeciebus ha
bere. talia enim & ſimilia quærere vtile eſt, non ſolum hoc caſu,
ſed etiam in præcedentibus,dummodo ſint talia , quę eis cōgrua
6 ſint,& valeant aptari . † Officium etiam teſtis eſt , vt nec priuato
odio , nec amicitia , nec timore, nec odio, prece,vel precio,nec
modo aliquo corrūpatur . & ad hoc debet ipſum iudex aſtringe-
re iuramento,vt patet in eo,quod legitur,& no.s̄.eo. quotiens.§.
probatio.& j̄.ti.j.c.j.Et de hoc no.plenius in ſumma.eo.ti.§. quid
debent iurare,& adde,quod no.j̄.eo.glo.ſub.§.ſed & aliqua. Secū-
do debet iudex attendere proferentis teſtimonium verba , vt &
no.j̄.eo.glo.ſub §.ſed & aliqua,ne forſan vacillet, vel contraria ꝑ
ferat,s̄.ti.j.licet.§ quanquam,aut negatiuam probare aſtruat,s̄.de
cauſa poſ.cum eccleſia.§.nos igitur.ſuper quo videtur , quod ple-
ne no.in ſumma.eo.tit.§.quæ diuerſitates.& ideo dicitur.

*Quanquam difficile eſt crimen non prodere vultu.*
*In facie legitur hominis ſecreta voluntas .*
*Eſt animi facies lingua ſecunda ſui.*

Sæpe enim pallor,vultus,rubor,titubatio,faciunt, vt minus fidei
adhibeatur.Sicut dicit Marcus Tullius in Topicis.& adde hic, qđ
plene no.de hac materia s̄.titu.j.quoniam contra falſam. §.j.ver.
inſtrumentorum.in princ.circa me.glo.ver. ille etiam,& ſeq. Ter
tio debet attendere qualitatem teſtis,quod dic,vt no j̄.eo glo.ſub
§.aliqua vero.nec non & vultum eius, ex cuius qualitate plerun
que percipitur,vtrum verum vel falſum teſtimonium reddat.De
bet etiam iudex eſſe diligens,& attentus ad omnia & ſingula,s̄.&
j̄.ſcripta ,& vt caueat, ne perfunctorie tranſeat. Sed inquirenda
diligenter & attente inquirat, & teſtimonium per eadem verba,
7 ſi vnquam poteſt vel quaſi in latino, alioquin † ipſum ſecūdum
vulgare patriæ ſcribat,quia magna vis eſt in verbis,lapidibus,& in
herbis,vt no.in ſumma de.verb.ſignific.§.quæ eſt diſtinctio. ſub,
§.diligenter ideo niſi ſibi caueat iudex, taliter poterit verba teſtis
interpretari,& in latinum transferre , ꝙ cauſam auferet ius hēn
ti in quo & ſe ad ſatisfactionem obligabit.Ideoque & bonum cō
ſilium eſt,ꝙ etiam teſtimonium ponat extenſiuum,non dicat,ſi
cut aliqui faciunt,vt cito expediant ſe, Petrus iuratus dicit idem,
vt Martinus,quia quamuis ɔ̄ ius ſit,no.j̄.de ver.ſigni. nihil obſtat
in princ.ipſius glo.tamen hodie talia teſtimonia in curia nō im-
merito reprobantur. Igitur extenſiue ponat tabellio , ſiue iudex
dictum ſingulorum , ſicut ab vniuſcuiuſque ore exit nihil mutā
do,vel detrahendo,vel addendo,ſuper quo vide,qđ no. in dicto c.
nihil obſtat ante fi.glo.ipſius verſi.dominus Vrbanus. & ſequen-
tibus.& de confirma.vti.cum dilecta.Reſpon.j.ſuper verbo. & te-
8 norem.†Cum enim ſolus ſolum examinet. C.eo. nullum. ſicut
& ſacerdos peccatorem.j̄.de pœni. omnis. & totum committa-
tur ſuæ fidei,vt patet in eo,quod not.s̄.ti.j.quoniam §.j.ſuper ver
bo.inſtrumentorum.ex hoc magis debet eſſe fidelis , diligens, &
attentus.Ideo vix occurrit magis periculoſum , & laborioſum of
ficium in iudicio examinationem teſtium , ſed nec magis meri-
torium,ſi fideliter & non perfunctorie res agitur,ſicut alias dr̄,xl.
di. multi. quare & multū dʒ cauere iudex , cui & hoc offm̄ ɔmit-
tit,ar.in eo,qđ leg.& no.s̄.de of.archi.ea q̄,& j̄.e. ad fi. ſuꝑ quo vi-
de,qđ plene no.s̄.e.gl.ver. offm̄ nēpe.& ſeq.& de hoc ēt no.copio
ſe in ſumma.e.ti.§. ſuꝑ qb. Dʒ ēt diligenter attendere loca, & tp̄a
cās,& ꝑſonas,vt pʒ in eo,qđ leg.& no.s̄.de trāſla c.fi.ac ꝑſumptio
nes.j̄.de ꝑſum ꝑ totū, & vt ſciat multitudinē teſtiū refrenare,j̄.c.
c.§.fi.ſuꝑ quo vide,qđ no.j̄.e.gl.ab illo.ſub,§. ſed & dʒ iudex. vſq;
ſub,§.aliqua vero ɔſideranda. Attendat ergo locū,& tp̄s, in qbus
actū eſt id,de quo q̄ritur iij.q.ix.nihilominus.iiij.q.iij.in teſtib.lo
9 cus † aūt non eſt ad angulū reſtringendus,ar ff.de vi, & vi ar.l.j.§.
ibi aūt,ſed & ſufficit,ꝙ exprimat annus,& menſis, & dies,q̄uis te
ſtis de qualitate tp̄is nihil dicat.vtrū.ſ.eſſet ſerenū vel nubiloſum,
ar.ij.q.viij.libellorū.ff.de ꝑb.ſi arbiter.nec de talib.vel ɔſimilib.ni
mis ſubtiliter eſt q̄rendum,niſi qñ teſtes forte ſuſpecti ſunt, tunc
.n.ſubtilib.interrogationib.aliis modis oībus , quibus pōt labora
re,dʒ iudex,vt eum per aliquas ɔ̄rietates intercipiat.ſuper quo vi-
10 de,qđ no.s̄.ex tenore.§.j. † & eliciat falſitatē,ſicut & veritatem, ar.
xxx.q.v.iudicantē.C.de eden.l.ij.ff.e ti.curēt,& in eo,qđ leg.& no.
11 j̄.de fi.inſt.cū Ioā.§.verū.ver.cū iudex & ꝑ totū † alias aūt & ſi de
anno,mēſe,& die non recordet, nihilominus teſtimoniū valet,
arg.j̄.de fi.inſt.cū Ioan.§.j.ver.fi. Sed & cās & ꝑſonas litigantiū at
tēdere iudex dʒ , nā ſm qđ graues, vel leuiores ſunt, grauius exa-
minabit teſtes,vel leuius ꝑtranſibit,ar.in eo,qđ leg. & no.s̄. de re-
ſcr.ſedes apl̄ica,s̄.d.e of.dele.ſane qa.in auth.de mā.prin.§.ſi ti. col
la iij.In grauib.ergo perículoſis(maxime quo ad aīam)cauſis gra-
uib. & grauiores probationes exiget.Sed & ſm quod requirit ne
12 gocij natura dilationes longiores,vel breuiores dabit.†quia circa
maiora periculum vertitur.& ideo cautius eſt agendum. xlij.diſ.
qeſcamus.lxj.di.miramur.ff.de car.eo.l.j.§.ſi j & l.iii.& l. iii. §. cāę

cognitio.& §.duę.& patet in eo,quod legitur,& notatur,infra de
ſpon. ſicut ex literis.§.fina.& j̄.de frigidita. capit. fina. §. nos vero
& ſequenti.j̄.de app.oblatæ.§.pen.ſ̄.vt lite non conteſt.quoniam.
§.porro.& ſeq.Præſumptioni etiam quandocunque attendet iu-
dex,nam & atteſtationes, quæ non valent quandoque ratifican-
tur,non ſolum per expreſſum conſenſum partium, ſed etiam ta-
citum,ar.iiij.q.iij.ſi quis teſtibus.& in eo,quod leg. & no.j̄.c.tuis.
& ca.præſentatam.& c. conſtitutus. Secus in lite non conteſt. vel
re iudicata, & alijs quæ ſunt ſpecialia iudiciorum . talia enim ex-
preſſe ratificare non poſſunt,vt patet in eo,quod legitur, & not.ſ̄.
libel.ob.c.j.& de litis conte.c.vnico.& de of. deleg. prudentiam.§.
ſexta. Atteſtationes autem vires ſumunt ex pactione partium,ita
ꝙ ſi alterutra opponat,ꝙ non valent, quia in hoc iudicio produ-
ctæ non ſunt,talem exceptionem tollet replicatio pacti, vt patet
in iuribus ſuperius allegatis,ff.de re iudi.ſi conuenerit.ff.commu
ni di.iudicem.ff.de no.ope.nunc.l.j.§. & poſt operis, & ſequenti.
13 & patet in eo,quod leg.& no.ſ̄.de pac.§.j.& iij. † Et hac ratione ꝯ-
ſiderata videtur,quod quamuis ille,cui commiſſa eſt receptio,ſi-
ue examinatio teſtium,non poſſit ipſam de iure commiſſam,de
conſenſu tamen partium etiam tacito,talis commiſſio ratificari
poteſt,dummodo non obſtet error iudicis, vel facti, vt patet ex
præmiſſis,& in eo,quod legitur,& no.ſ̄.de off.dele.quoniam apo
ſtolica.§.is autem.& §.cæterum. & j̄. de re iud. cum Bertholdus.
§.poſtmodum.ver.& ſequenti.expreſſius.j̄.eo.veniens.§. verſ. lite
igitur.& ſequen.& §.ii.Quidam tamen ſecundum d.n.dicunt(&
forte bene)ꝙ conſenſus partium tacitus non ſufficit, quia quan
do præſumuntur tacite conſentire,potius præſumendum eſt ip-
ſas ſentire,ꝙ iudex ratione iuriſdictionis ſuæ hoc faciet, quam ꝙ
velint ſe ex pacto obligare. Iudex autē ratione iuriſdictionis ſuæ
ſolius hoc facere non poteſt, & ideo per ſolum tacitum conſen-
ſum partium,atteſtationes quæ de iure non valent, ratificari nō
poſſunt. Sed & alij dicunt, ꝙ & iudex ratione iuriſdictionis ſuæ
hoc poteſt facere,dummō ſaltem tacite cōſentiāt in hoc partes,
14 ar.ſ̄.de off.deleg.prudentiam.§.ſexta † Sed & debet eſſe iudex fide-
lis & cautus,vt fideliter veritatē ſcribi faciat, vt patet in eo, quod
no.ſ̄.ſub.§ ideoque & ſequen.& vt interroget caute.vt patet in eo
quod no.ſ̄.eo.ſub.§.ver.attendat ergo.& ſequen.tit. & j̄. ſub.§.ſed
& aliqua vnde caueat. & ſeq. Attendat ergo iudex cum ſuis aſſeſ
ſoribus videndo diligenter dicta teſtium, ne multitudo effrenata.
i.ſuperflua producatur. Si enim videt, quod teſtes iam producti
bene probāt articulos, ſuper quibus producuntur teſtes alios pro
duci vlterius prohibebit. non tamen dicerem parti, quod hoc fa
cit pro eo quod plene probauerit, quia nulla interlocutione de-
bet diiudicare quin ſentiat, C. de fal. vbi. Sed dicet,quod hoc fa-
15 cit, † quia ad officium ſuum pertinet lites dirimere,ff.ſi certum
petatur,quidam eſtimauerunt in fi.ſ̄.de dolo. & contum. finem.
Dilationes amputare.C.de temp.app.l.ij.in prin. & ſine cauſæ co
gnitione non concedere.eas.iij.q.iij.§.ſpacium & multitudinem
teſtium refrenare,j̄.e.c.§.fi.Prudenter tñ faciet iudex ſi ad refrena
tionem huiuſmodi,quam ex ſua ſecreta inſpectione facit,non ꝓ
cedat,niſi prius faciat renunciare partem,contra quam produci-
tur, quia nihil dicet in teſtes, vel ea admiſſa ad dicendum appa-
reat teſtes non reprobatos per teſtes reprobatorios, quos contra
primos produxit,& hoc bene poteſt facere iudex, argumē.in eo,
quod leg.& nota.ſ̄.tit.j.licet reſpon.j.& §.j.extra d.n.eo.tit.ad hęc.
præſentium.hodie incipit præſentium.li.vj.§.pe.& fi.Immo nec
ad refrenationem teſtium debet iudex vnquā procedere, niſi de-
mum poſtquam ei conſtat pro certo,ꝙ reprobari nequeunt per-
ſonæ vel dicta teſtium productorum ſecundum dom.no. & ad-
de,quod no.de hac materia,j̄.eo.tit.c.fi.& ſ̄.eod.ſignificuerunt.§.
j.Et etiam materia copioſius vtilius & cautius expeditur in ſum
ma de dilationibus.§.& quibus ab illo.ver. videtur tamen vſque
16 ad ver.ſolennitas.† Aliqua vero conſideranda ſunt circa ipſos te
ſtes,puta an teſtis ipſe ſit maſculus vel fœmina, liber vel ſeruus,
maior vel minor,furioſus vel ſanæ mentis, bonæ famæ vel infa-
mis,diues vel pauper, ſine crimine vel criminoſus, fidelis vel in-
fidelis,quod dic,vt no.ſ̄.c.j.& ij.ſuſpectus vel non. ſ̄. eo. in literis.
Attendendum eſt circa teſtes vtrum vnum eundemque ſermo-
nem pręmeditatum proferant,& alia multa,quod dic, vt not. in
17 ſumma.eo.tit.§.quis poſſit.verſic.fi.& per totum . † Sed & aliqua
conſideranda ſunt circa dicta ipſorum . puta an aptam cauſam
teſtimonii ſui reddant ſecundum illud,quod no.ſ̄.eo glo. ver.of-
ficium nempe & ſequen. Quid ergo ſi aliquis petat fundum rei
vendicatione,& teſtis qui iurauit ſuper tota cauſa dicere veritatē
dicat ſcio,ꝙ talis dñs rei petitæ,nunquid ſufficit tale teſtimoniū?
Reſpon. non . immo abſoluetur reus, niſi actor illud probet, &
eſt ratio,quia talis teſtis non de facto reddit teſtimonium, ſed de
iure quod non licet nec neceſſarium eſt,cum ius certum ſit & li
18 mitatum.† Hęc etiam eſt differentia teſtis & aduocati,quia aduo
catus eſt teſtis iuris,ſed alius teſtis facti . Debet ergo iudex talem
teſtē interrogare qualiter ſcit,quod actor ſit dominus, & ex qua
cauſa habuerit dominium.ſi reſpondeat, quod ex cauſa emptio-
nis,vel alterius contractus interrogetur a quo emit,quia nec om-
19 nes vendere poſſunt.† Interrogetur etiam de quantitate precij, &
an res fuerit tradita. Et ſi hoc vidit,vel præſens fuit, nam quantū-
cunque emerit & precium ſoluerit, nunquam tamen ſine tradi-
tione dominium acquiſiuit,inſt.de re.di.§.per traditionem.& §.
vendite.& C.de pac.traditionibus.excipe.C.de ſacroſan.eccle l.fi.
quod dic,vt no.ſ̄.de cōſue.c.ij.Sed & interrogari debet vtrum in
totum vel partem, & pro quota emerit,& multæ aliæ interroga
tiones poſſunt concurrere,de quibus plene no. ſ̄. de iuram. calū.
c.pen.in fi.Veruntamen ſi teſtis dicat vidi, ꝙ talis geſſit ſe pro do
mino talis rei tanto tempore)intelligas,ꝙ ad præſcriptionē ſuffi
ciat)bene probat vtile dominum, etiam ſi non reddat cauſam,
quia ab eo non quæritur,arg.C.de præſcri.xxx.an.ſi quis emptio
nis. Debet & iudex attendere vtrum teſtis officium ſuum exer-
ceat dicendo veritatem de his,quæ quinque ſenſibus corporis per
cipi pñt ſ̄m ea,quæ no.ſ̄.eo.ſub,§.& in glo.in princ. Vnde & ca-
ueat iudex,ne quærat ab eo ſicut aliqui qñque faciunt ita dicen-
do,quæro a te,an Petrus ſit dñs talis rei,an ſit iracundus,an ebrio
ſus,ad has enim quæſtiones & conſimiles rñdere nō tenetur, qa
nullo ſenſu corporis apprehendi poteſt,ꝙ Petrus ſit dñs alicuius
rei,vel ꝙ ſit iracundus,vel ebrioſus,ſed oculo mentis tantum.ſ.ra
tione hoc apprehendi pōt,ipſa enim ratio ex his, quæ medianti-
bus corporis ſenſibus apprehendit, bene poteſt ipſum Petrum
ebrioſum,vel iracundum, vel dñm iudicare, ipſe tamen non in
iudicem adducitur,ſed in teſtem,non iuris,ſed facti, ergo non aſ
ſumat partes aduocati,vt patet in eo,quod legitur,& no.ſ̄.ead.gl.
& ſub,§.ver.& eſt ratio,& ſeq.quia ſi fecerit, tale teſtimoniū non
præiudicat,neque valet,niſi vltra procedat,videlicet cauſam ſuffi
cientem ſui teſtimonij reddat,vtpura ſi ſic dicat, ſcio Petrum do-
minum panni, quia vidi & præſens fui, vbi emit lanam, de qua
fecit pannum, in hoc caſu probat dominium non ratione pri-
mæ partis dicti ſui,in qua dixit,ꝙ vidit & præſens fuit &c. vt ſ̄. in
qua reddit cauſam iuſtam & ſufficientem ſui iudicij. Nec eſt ma
lum,ſi teſtis,vel ratio bene,& vere iudicat ex his,quę ſenſibus cor
poris apprehendit,ꝙ iudex concordat cum eo,ex quo ſufficientē
cauſam reddit,aliter non,& idem ſentias, ſi ſic dicat, ſcio iſtum
hominem ebrioſum, quia fui cum te & vidente bibebat vinum
purum ſine aqua,& in tanta quantitate,ꝙ vix tranſibat diem ſine
ebrietate,quia ita ſoporabatur,ꝙ nec intelligebat ſe ad plenum,
nec vti poterat ratione.hic enim tale teſtimonium valet, non ra
tione primæ partis,in qua dixit ipſum ebrioſum , ſed ratione ſe-
cundæ partis in qua ſufficientem cauſam ſui teſtimonii, ſiue iu-
dicij ſui reddidit,vt dictū eſt ſupra.Et idem eſt etiam, ſi hoc mo-
do dicat. Scio Petrum iracundum, quia multo tempore ſteti cū
eo,& vidi & audiui,ꝙ de facili mouebatur, & miſcebatur ſine iu
ſta cauſa,& ſpecialiter cum ſuis male reſpōdēdo,vultum atrocē,
& quandoque pallidum,& quandoquę rubeum oſtendendo,ma
ledicendo,comminando,percutiendo ſcipſum dilacerando. hic
enim valet teſtimonium non ratione primæ partis, ſed ſecundæ
partis,vt præmiſſum eſt,& idem in ſimilibus tenendum eſt, ſ̄. de
reſcrip.inter cæteras.Sed & hoc notandum, ꝙ quædam ſunt,quę
non ſolum ad iudicium rationis, ſed etiam ad teſtimonium ſen-
ſuum corporis trahi poſſunt,vt ſi dicat teſtis, ſcio, quod Petrus ta
lem rem tali tempore poſſidebat,vel iuſte poſſidebat,nam poſſeſ
ſio maxime quando iungit iuſte aliquid iuris habet, vt patet in
eo,quod legitur,& nota.j̄.de conceſſ.præb.cum numerus.§. audi
tor ad fi.habet & multum facti,vt ibi.vnde & dictum teſtimoniū
ſic intelligendum eſt,poſſidebat.i. de facto tenebat. & ei corpora
liter incumbebat, quia & talis eſt communis intelligentia huius
verbi quam ſequi debemus,vt patet in eo,quod legitur, & not.j̄.
de ſpon.ex literis.Sed dices a ſimili dicendum eſt,ꝙ ad iudicium
rationis ſpectat,an Petrus bene vel male cantet, & an res ſit odo-
rifera vel fœtida,& idem in ſimilibus. Reſpon. non eſt ita, quia
hæc ſenſibus corporis tantum proprie apprehendi poſſunt. licet
in his ſecundum,quod ſenſus magis vel minus in hominibus vi
get,poſſit hoc vnus melius & fortius apprehendere, quam alius.
& ideo magis vel minus credendum eſt in hac parte. & iſtud in-
ſenſu viſus manifeſte apparet. Aliquis enim habet curtiorem vi-
ſum,quam alius.Et ideo magis creditur illi,qui habet curtiorem
de viſu ad propinqua,& illi qui habet lōgiorem de viſu ad remo-
ta.vnde & in teſtimonio ſenſuum ſæpe ratio iuuat, & adminicu
lum præſtat . quare etiam ſi de teſtimonio viſus, ſiue inſpectio-
nis agatur,magis credendum eſt illi teſti,qui perſpicatus & ſubti
lius videtur, quam alius, & ideo in talibus magis credendum
eſt iuueni,qui habet perſpicacem & ſubtilem viſum, quam ſeni,
qui obtuſum,puta quando agitur, & quæritur vtrum mulier ar-
ta ſit,vel apta ad viriles amplexus, quod etiam per inſpectionem
mulierum perpenditur & iudicatur,vt patet in eo, quod legitur,
& notatur.ſ̄.ti.j.capit.penulti.& j̄.de frigidita.fraternitatis aliquæ
etiam mulieres in talibus aptiores,& peritiores ſunt quam aliæ .
vnde & eis magis credendum eſt, & in tali caſu ſufficit, quod te-
ſtis dicat vidi,& palpabi eam artam, quia hoc ſolo ſenſu corpo-
ris apprehenditur, vt eiſdem iuribus, j̄. de frigidita. capitu. fina.
Et idem no.hic dom.no.ſi quæratur,an quis frigidus ſit,& impo-
tens



tens ad coeundum.ſed non videtur,quod hoc de facili apprehen
di poſſit per ſolam inſpectionem, vnde & hic requiritur alia cer-
ta ſolemnitas, antequam matrimonium diſſoluatur ſecundum
quoſdam.Tu vero dicas,quod illa ſolemnitas ſeruanda eſt, quan
do agitur de maleficio.Frigiditas autem, vel alia impotentia quā
doque per ſolam inſpectionē probari poteſt,& dic, vt plene not.
j̄.de frigid.c.j.& c.laudabilem.Debet etiam iudex attēdere, quod
non indifferenter intetroget de odio, & lucro & aliis ſimilibus,
quæ non ſunt de negocio principali, vt no.j̄. de accu. inquiſitio-
nis.& ſ̄.eo.glo.ſub.§.debet etiam iudex.ver.attendat ergo locum.
& ſequen. Sed de ſubſtantialibus ipſius negocij principalis ſem-
per debet interrogare,puta de cauſis,perſonis,tēpore,& loco, &c.
illa enim appellat circunſtantias principalis negocij,vt ſequitur.
& adde,quod notatur,j̄.eod.per tuas.& c.venerabili,& c. cum cla
20 mor.† Ex præmiſſis autem patet,quod examinatio teſtium non
eſt cuilibet committenda.Sed fideli,& directo, & probato, & ex-
perto circunſpecto,ac ſedulo,& attento, vt patet in eo quod legi-
tur,& notatur.j̄.eod.per tuas.& c.venerabili.& c.cum clamor. &
ſ̄.de offi.delega.Cum te conſulente,& C.de fide inſtru. iudices,&
autem.apud eloquentiſſimum.ibi ſign.& ſ̄.eod.glo.reſpon.j.ver.
debet etiam iudex eſſe diligens . Et hoc eſt contra iudices quoſdā
qui id quod in cauſa carius & periculoſius eſt. ſ. examinationem
teſtium,& ex qua potiſſime pendet abſolutio vel condemnatio
committunt aliis quandoque vilibus & ſuſpectis.Cætera vero au
diunt . Sed tutius eſſet, quod cętera committerent & ſolos teſtes
audirent . vnde & dicit.l.ego ipſos interrogare ſoleo. ff.eod. titu.l.
iij.§.item diuus.Sed & noua lex imponit eis neceſſitatem,vt prin
cipium.ſcilicet litis conteſtationem,& medium ſcilicet teſtium
receptionem, & finem ſcilicet diffinitiuam ſententiam per ſeip-
ſos expediant,cætera vero poſſunt per ſuos conſiliarios expedire,
C.de iud.ad hæc ſi adminiſtrator,quamuis ius canonicum aliud
innuat.quod dic,vt plene nota.ſ̄.de off.delega.ſuper queſtionum
§.intentionis.Hæc glo.quamuis diffuſa videatur tamen ſecundū
materiam,quam comprehendit, quæ etiam valde practicatoria
eſt,debet compendioſa & vtilis reputari . & tam ex his, quæ hic
ſcripſit.dom.no.quam ex multis aliis eſt collecta & per ordinem
compilata.[De cauſis videlicet.]Ecce prima circunſtātia,de qua
eſt inquirendum.cauſa enim ſcientiæ ſemper debet queri a teſte
quam ſi non reddiderit,non valebit.iiij.q.iii.§.item ſola.ar.xxiiii.
q.iii.ſi habes in authen.eo.tit.§. & licet dudū . Idem eſt ſi cauſam
reddat]ſed minus aptam,ſ̄.eo.præterea.& argum.ſ̄.de tranſla. epi.
c.j.§.ſed neque.verſicu. ſicut iuxta. Si vero iudex non quæſiuit,&
teſtis teſtimonium ſuum ſimpliciter tulit, valebit, j̄. de re iudi.ſi-
cut.argum.ff.de.no.ope.nun.de pupillo.§.qui opus nouum . [De
perſonis] iſtorum teſtium an ſint honeſti,iiij. q.iij.§.ij. Sed nun-
quid teſtis tenetur reſpondere,vtrum ſit crimínoſus? Videtur,ꝙ
ſic,quia hoc eſt de circunſtantiis, de quibus eſt inquirendum , vt
hic & ff.eo. l.iii.& j̄.de accuſa.inquiſitionis.verſicu.& an fides.vbi
21 de hoc. † Item teſtis & ordinandus æquiparantur,ii. quæſtio. vii.
ipſi apoſtoli.& c.teſtes.ordinandus autem tenetur prodere crimē
ſuum.l.diſt.ex pœnitentibus.xxiiii.di.c.fi.& no. ſ̄. de corpo. vitia.
expoſuiſti.ergo & teſtis argum.op.j̄.de excep.c.j.Sed contra vide-
22 tur, † quia regulare eſt,quod nemo tenetur prodere crimen ſuū
de pœ.diſt.j.not. tibi dico. Item teſtis non iurat ſuper hoc,ſed ſu-
per negocio principali . Si ergo reſponderet,& confiteretur,non
prodeſſet,quia deponeret non iuratus, argumē.ſ̄.eod.de teſtibus.
Item ipſe non cogitur alium prodere,ff.de condi.ob tur. cauſam.
l.iii.§.fi. multominus ſe ipſum, argum. ſ̄. de vſu pal.niſi ſpecialis.
Item alii teſtes non coguntur teſtificari in talibus contra teſtes,
j̄.ti.j.dilectorum.multominus ipſi teſtes contra ſeipſos ſunt cogē
di,argum.ſ̄.de prob.c.j.Solu.dicunt quidam, quod cogitur reſpō
dere ad illa,de quibus traditur,ff.eod.titu.l.iii. & iiij.q. iij. ſi teſtes
Tu dicas,quod ſi de alio crimine ſpecialiter agitur, aut quæritur.
cuius particeps ipſe dicatur eſſe, tunc licet de aliis non credatur ei
in omnibus, de ſe tamen reſpondere debet, & ei creditur, ſ̄. de
confeſſ.c.j.& iij.de excep.c.i.C.eod. tit. nullum alias autem poſſet
dicere teſtis. domino eſtis vos confeſſor meus? & nonne ueni ad
hoc ego,vt vobis peccata mea confitear?q.d.non. nam & licet iu
dex tales poſſet facere interrogationes, ipſe tamen teſtis non co-
gitur reſpondere,vt in contrarijs. Nec obſtat,ꝙ teſtis & ordinan-
dus æquiparantur, quia illud verum eſt,in quibuſdam, non ta
men in omnibus.ipſe enim teſtis præciſe tenetur teſtificari,j̄.ti.j.
c.j.ordinandus vero non cogitur pręciſe ordinari,ſ̄.de ęta.& qua.
quæris.xxviii.di.de his.Dicas igitur,quod in hoc, de quo hic quę
ritur,eſt differentia,& quod aliud eſt in teſte, aliud in ordinando,
ordinandus enim quantumcunque occultus repellitur ab ordi-
nando teſte conſcientia & Deo iudice.ideoque debet prodere ſe,
ne in detrimentum animæ ſuæ ordinem recipiat,quo etiam re-
cepto ſuſpenſus eſt quantum ad Deum, & quantum ad ſe ipſo iu
re,j̄.de cohabi.cler.& muli. c. fi. Teſtis vero ſi occultus peccator
23 ſit,non repellitur a teſtimonio, † quia eccleſia non inquirit, nec
iudicat de occultis,j̄.de accu.inquiſitionis.j̄.de ſimo. ſicut in fi.&
c.ſe.in fi.& ideo teſtimonium non eſt actus,qui interdicatur pec
catori occulto . Si vero dicas,ꝙ notorius eſt vel famoſus. primus
repellitur ſine inquiſitione aliqua,ſ̄.de fil.præſ.quoniam. ſ̄. eo.ex
parte.Secundus vero redditur inſpectus.Sed nec obſtat, ff. eo.l.iij.
quia licet ibi.& iiii.q.iii.ca.item teſtium fides . dicatur in perſona
eorum.ſ.teſtium talia eſſe exploranda, non eſt intelligendum, ꝙ
hoc exploretur a teſtibus. Sed ꝙ iudex debet hoc cōſiderare apud
ſe,qui forſan nouit qualitates teſtium, vel ab aliis hoc explorare
debet,ita ꝙ exploratio fiat in perſona cuiuſlibet ſigillatim, & iō
ſequitur ibi. tamen magis tu ſcire potes &c. Sed ſi hoc exploret
a teſte,& ipſe ſe prodiderit, ſibi imputet, quia nec reſpondere te-
netur,vt ſ̄.nota.Et hoc iungas in ſumma.eo.ti.§.ſuper quibus.ver
ſic.de perſonis,ſed & hoc.quod hic dicitur,nō obſtat, quia ſi hoc
intelligas de perſona teſtium,reſpondere potes,vt ſ̄. ſ. ꝙ quamuis
iudex de his quærat,teſtis non reſpondebit . Vel dic,ꝙ hoc intelli
gitur de perſonis litigantium,a quibus & econtra quos inducun
tur,quas teſtis debet cognoſcere,aliter non videtur, ꝙ congrue te
ſtificari poſſit,ar.in auth.eo.ti.§.j.& de fide inſtru. circa princ. §.ſi
quis igitur vult caute deponere.coll.v. Sed ſi dubitetur vtrum te-
ſtes ipſas perſonas cognoſcant exhibendæ ſunt ipſis teſtibus in ip-
24 ſa forma,in quæ eſſe conſueuerunt,quia † mutata forma,& ſub-
ſtantia quaſi mutata videtur,ff.ad exhib.Iulianus. §. ſed & ſi quis
& hoc frequenter fit, præcipue vbi habetur aliqua præſumptio ꝯ
teſtem.caute tamen facienda eſt exhibitio.ſ. inter plures alias,vt
ſic teſtis inter illas perſonas cognoſcat de qua agitur,& diſcernat
vel de perſonis pręſentium,coram quibus.ſ.id,de quo agitur actū
fuit,j̄.de teſt.cum eſſes,& ca.relatum & ſ̄.de conſue.c.ij.ſ̄.ti.j.qm̄.
25 [Tempore & loco]exemplo Danielis.nam & † teſtes ex varieta-
te loci, & temporis reprobantur,iii.q.ix.nihilomonus.xxxv.q.vj.
de parentela.ſ̄.eo.ex tenore.non tamen de qualitate temporis,ni-
ſi vbi teſtis ſuſpectus eſt,nam & ex tempore.i. mora temporis,qñ
26 teſtis † eſt iuuenis,redditur quandoque ſuſpectum teſtimonium,
iii.q.vi.ver.item in teſtibus conſiderandum eſt, vel quia vacillat,
ff.de quæſtio.ex libero. vel quia aſtruit negatiuam probare,ſ̄. de
cauſa poſ.cum eccleſia.§.nos igitur. Ex quo autem ſuſpectus eſt,
tunc cum omni ſubtilitate eſt examinandus, vt veritas eliciatur,
& falſitas comprehendatur,xxx q.v.iudicantem.& xxxv.q.ix.gra
ue.C.de eden.is apud quem.ff.eo.tit.curent.inſt.de act.§. curare.j̄.
depoſiti.c.j.ſ̄.titu.j.quoniam.reſpon.j.De aliis circunſtantiis,quæ
hic ſequuntur,dic,vt plene no.in ſumma.eo.ti.§. ſuper quibus,&
ſ̄.eo.ſuper verbo.prudenter inquirens.[Teſtes autē,&c.]hæc clau
ſula non reſpicit omnia ſuperior,ſed principale tantum, de quo
27 agitur,nam † ad teſtes reprobandos non compelluntur teſtes j̄.ti.
j.dilectorum.[Quia ſi forte]ij.pars.[Tu ipſos].ſ.impediētes. [Cō
pellas]per excommunicationem.ſ̄.eo.tam literis.§.j.verſic.ex cō-
municantes.quia iuriſdictio extenditur ad omnia ſine quibus ex
pediri non poteſt,ſ̄.de offi.deleg.c.j.& c.præterea, & c. prudentiā
§.ſexta.& §.pen.& fi.& c.ſuſpicionis.ff.de iuriſd.om.iud.l.ij.Quid
ſi nec ſic poteſt compeſci,quia nec excommunicationem vere-
tur impediens?ſi erat principalis in cauſa, videtur confiteri id, de
quo agitur.Idem ſi erat alius,quem potuit prohibere argum.j̄.e.
conſtitutus.§.fi.iii.q.vij.ſi quis autem. Argumen. contra.j. qō.iiij.
quia præſulatus.Dic poteſt,quod ſi principalis, vel alius eo man-
dante hoc faciat,habetur teſtis pro producto.argu.ff.ſi quis cau.l.
ij.§.ſimili modo.idem eſt,ſi per alium amicum principalem,eo
ſcilicet principali tacente,& diſſimulante,argum.j̄.de ſimo.ſicut
nobis alias ſicut tuis.& c.nobis. ſecus ſi hoc fiat ab inimico, vel ēt
ab amico eo contradicente ſine fraude,vt ibi. & in dicto. capitu.
quia præſulatus.ff.quibus ex cau. in poſſ.ea.l. pen. hoc tamen ali-
ter expeditur,j̄.eod.conſtitutis.j.¶ Volentes autem].iij. pars. [Ef-
frenatam]ſic.ſ̄.c.prox.ff.eo.l.j.& fi. [Quadragenarium ſic habes
28 hic determinatum † quę intelligatur effrenata circa receptionem
teſtium multitudo . Dicitur enim effrenata, ex quo. ſ. vltra qua-
dragenarium numerum excedit numerus teſtium productorū,
argum.ad idem.j̄.de cleric.ex.mi.latores.Aliud circa impetratio
nem reſcriptorum.quod dic,vt nota.ſ̄.de reſcrip. ſedes. §. ſed nec
liceat.hoc autem regulariter intelligas:nam conſiderata qualita
te & quantitate cauſæ & perſonarum quandoque plus quando-
29 que minus recipientur.cum † & quandoque.xxiij. milia pauci di
cantur.xlv.di.diſciplina,& patet in eo,quod notatur.ſ̄.eod.præte-
rea.Et adde,quod no.ſ̄.eo.reſpon.j. ſuper verbo prudenter inqui-
rens ſub.§.ſed & debet iudex eſſe fidelis,& verſic.ſequen.vſque ad
ſub.§.aliqua vero.[Excedere]niſi ex cauſa.argum.xxix.di. c. j. ſed
ex cauſa minus potes recipere,ſ̄.eod. de teſtibus. in fi. [Ita videli-
cet].verſicu.[Teſtium]ex parte archiepiſcopi productorum.[Ra
tas]habere. Hæc litera poteſt intelligi ſecundum diſtinct. illius.l.
C.eod.titu.l.fina.j̄.eo.præſentatam.& c.vltra. Vel dic, vt dicebant
Lauren.& Ioan.quod quamdiu atteſtationes ſunt clauſæ poſſunt
adhuc iidem teſtes iterato induci,vt quid addant, quia forte quā
do tulerunt teſtimonium omnia in memoriam non habebant,
ar.in auth.e.ti.§.quia vero multi.C.qui te. fa. poſ. hac conſultiſſi-
ma.§.at cum humana.ff.de quæſtio. repeti. vel vt corrigant errō
rē ſuū ſed in hoc ꝯtinēti nō ex interuallo.j̄.tit.j.ꝑterea & ar.xxxv.
q.vj.de parentela.verſicu.diſcordaſſe.Prior tamen intellectus ma

gis placet.Sed quid ſi teſtis ſecundo inductus dicat contrariũ hu-
ius quod primo dixit?tunc non valet dictum ſuum , nec ei credi-
tur.argum.s̃.e.ſicut,& j̃.eo.cum in tua.s̃.ti.j.per tuas.j̃. de app.ſoli
citudinem ad fi.Niſi forſan prima atteſtatio nulla eſſet. puta , q̃a
a non ſuo iudice recepta erat.s̃.de iud.at ſi clerici.vbi habetur pro
non ſcripta,vel potius eſt incidenda,argum.ff.de iud. & poſt perē
ptorium.[Voluerint]& archiepiſcopus ſimiliter: nam cõſenſus
etiam illius,qui produxit,eſt requirendus , j̃.eo.titu. §.j. vel dic,vt
ibi no.[Ferra.epiſcopo & abbate Pompoſiano]quibus cauſa fue-
rat delegata,vt no.s̃.eo.reſpon.j.ſed forſan teſtes fuerant recepti li
te non conteſt.vel in alio iudicio.vnde non valebant,s̃. vt lite nõ
conteſta.per totum.Alii dicunt,quod fuerunt arbitri,C. eo.l.fin.
Sed idem eſt in iudicibus,j̃.eo.conſtitutis.ij.[Alioquin].verſi.ſi ip
ſas depoſitiones nolunt habere ratas . [Clauſæ] maxime vt patet
j̃.eo.preſentatio.§.j.& §.fi.ver.optione & ſequenti.ſaluo eo, quod
no.Laur.& Io.s̃.ſuper verbo.ratas habere noluerunt. Item ſubau
di dummodo extent.alias dontra.s̃.ti.j.c.fi.Sed & ſi extãt & teſtes
mortui ſint , & fuerunt etiam producti coram arbitris lite non
conteſt.eis ſtandum eſt,C.eod.titu.l.finali.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia lata ſi ius tertij leditur non eſt executioni mandanda.*
2 *Præiudicium non debet fieri abſenti & ignoranti per ſententiam.*
3 *Dicta teſtium ſi in ſecundo dicto primo contradicant non valent.*
4 *Edictum de teſtibus prohibitorium eſt.*
5 *Aliud eſt iudicium aliud modus agendi.*
6 *Pronunciandum eſt ſuper incidenti.*
7 *Quæ domi geruntur per alios qui domum habitant explorari oportet.*
8 *Sententia excommunicationis relaxari non poteſt ex quo ſemel iuſte ligat.*
9 *Quis poteſt abſolui ad tempus.*

CAP. XXXVIII.

VEniens. De eodem facto loquitur. j̃. de appell.
conſtitutus.& ibi datur ſententia. [Su-
per decanatu.[Ad quem tam ipſe.G. ex parte vna. q̃.
P.domini Papæ ſubdiaconus infra ſcriptus ex parte al
tera in diſcordia nominati fuerant & electi,j̃.patet.[Cum autē].
verſi.[Procuratores.]qui contra dictum.G.venerant. [Et poſt ap-
pellationem.]bene allegabant iſti procuratores,dummodo hoc
probare potuiſſent,ii.q.vj.appellatione.a.l.autem.& ſi contra iuſti
tiam.i.contra ius litigatoris lata fuiſſet ſententia,tranſiſſet in rem
iudicatam,j̃.de re iud.cum inter vos.§.fin. [Interpoſitam.] iuſta
erat hæc exceptio,ſed propterea repellebatur , non quia eſſet cõſti
tutus ab excommunicatis,quia excõmunicati bene poſſunt ap-
pellare,& appellationem ſuam proſequi & ſe defendere , & in cã
appellationis.& alias ad defenſionem procuratorem conſtitue-
re,vt patet in eo,quod legitur,& nota.j̃. de excep.cum inter prio-
rem,& c.venerabilem.& s̃.de iud. intelleximus. Sed ideo repelle-
bat procurator,quia erat excommunicatus.vel alias illegitime ɔ-
ſtitutus,ſm d.n.s̃.ti.j.poſt ceſſionem.]Et idem.] verſi. [Admitte-
re.]quia non faciebant fidem de mandato,nec ſe offerebant de-
fenſioni, neque cauebant,ſecundum ea quæ not.s̃. de procur.c.j.
Vel dicebat, ꝙ inſtrumentum procuratorij non erat per manũ
tabellionis confectum,& ſic vertebatur in dubium,s̃.de elec.ſcri
ptum.vel dicebat ipſos excommunicatos eſſe,s̃.ti.j. poſt ceſſionē.
vel ab excommunicatis conſtitutus,s̃.de procura. cap. [Reſpon-
dere]q.d.amen dico vobis, neſcio vos. [ P. ſubdiaconus noſter.]
verſic.qui in multis priuilegiatus eſt.s̃.de ma. & ob. per tuas. s̃. de
tempo.ord. cum in diſtribuendis. [ Propter quod]. ſ. quia in de-
canum canonice electus fuerat, nec electioni de ſe factæ renun-
ciauerat , ſed potius conſenſerat , in dicto decanatu ius habebat.
1 [Vnde & dictus archidiaconus.]&c. † lata enim ſententia inter
2 me & te non executioni mandanda,ſi ius alterius tertij læditur[a],
j̃.de re iud.cum ſuper.s̃.de offi.deleg.ſuper eos.ff.de app. a ſenten-
tia.¶[Cum igitur].ij.pars[Super his].ſ.vtrum.P.ſubdiaconus præ-
dictus,qui ſe electum aſſerebat,eſſet ſuper hoc audiendus. [In cõ
tinēti]ſic habes hic,ꝙ ſententia lata mandãdã eſt executioni, niſi
incontinenti probetur exceptio.Si.s̃.de reſt.ſpo. literas. C. de cõ-
pen.l.fi.C.de ord.cogni.cap.j.& de hoc nota.j̃.de reſti. in integrũ
ſuſcitata.[Intentionem]ſe fuiſſe canonice electum. vt s̃. præmi-
ſit. vel dic,vt in ſeq.gl.quod melius & verius eſt.[Fũdaret , ꝙ dicit
incõtinenti fundaret, eſto boni iudicis arbitrio relinquendũ for
te vſq; ad octo dies, vel plures,arg.in eo quod leg.& not.extra.d.
n.de ſenten.excom.ſolet.§.in prima.lib.vi.vt tamen ſcias , ꝙ nõ
expectabuntur teſtes vltramarini,ſupra, de reſtitutione ſpoliato
rum , literas.§.quod ſi non habeat. in princip. Debet autem in-
tentionem ſuam fundare , vt ſcilicet, probet ſe electum ſaltem
de facto , non dico canonice, ſed electum tantum quantum ad
hoc,vt ipſius contradictio admittatur , quę admittenda non eſ-
ſet,ipſi probaret,quod ſua intereſſet,quod probatur eo ipſo,quod
probat ſe electum & hoc ſufficit quantum ad contradictionem.
Secus ſi peteret confirmationem , quia tunc haberet neceſſe pro
bare . non ſolum ſe electum , ſed canonicæ,vt probatur, & nota
tur ſupra, de electio. poſtquam is.& capit.nihil eſt . Item ſecus ſi
peteret conſecrationem , quia & tunc neceſſe habet probare nõ
ſolum ſe electum canonicæ ſed etiam confirmatum , vt proba-
tur per ordinēm in eo,quod legitur, & notatur ſupra , de electio.
cum in cunctis.§.cum vero. Sed & hic notabis ſententiam exe-
cutioni mandant,niſi is , qui ſe opponit incontinenti probet, ꝙ
ſua intereſt , ne mandetur executioni , vt patet in eo, quod no-
tatur ſupra eodem ,ſuper verbo incontinēnti , quod ieutelligas ve
rum eſſe, quando petitur res vacans,quæ a nemine poſſidetur,ſi-
cut hic petebatur decanus ſcilicet,qui vacabat.ſi autem peteretur
res ab alio ſcilicet, victo per ſententiam poſſeſſa in hoc caſu non
obſtante contradictione illius , qui diceret ſe habere ius in re vel
ſua intereſſe , ſtatim mandaretur ſententia executioni, præſtita
tamen cautione ab illo,qui in ſententia obtinuit illi contra quē
lata eſt,vt ſeruet eum indemnem contra alium petitorem, ff.de
rei vendi. is a quo.& l.ſequen.ff.de re iudica.ſæpe.§. fina. Et eſt ra-
tio diuerſitatis hæc,quia vbi res vacans transfertur in alium , de-
terioratur petentis conditio,leuius enim petitur res vacans , quã
poſſeſſa.Ideoque non mandatur ſententia executioni , ſi contra-
dictor probet,quod ſua intereſt.vbi vero de vno poſſeſſore tranſ-
fertur in alium,non poteſt dici quantum ad poſſeſſionem con-
ditio petitoris deterior , quia & ita primus poſſidet , vt ſecundus,
& ideo non obſtante contradictione ſtatim, vt dictum eſt,man
datur executioni ſententia præſtita cautione.Eſt & alia ratio,qua
re quando res vacans eſt,non recipitur cautio , quia non eſt, qui
ipſam recipere poſſet. Vel dic,quod l.illa. ff. de rei vendi.is , a quo
loquitur , contra, quando contra eundem agunt duo , quorum
vnus primo ad ſententiam peruenit. Sed hæc decret. locum ha-
bet , quando duo inter ſe tantum de re aliqua litigat , & tertius
nunc occurrit . Sed contra , quia ſemper videtur præmittenda
aliqua ſummaria cognitio,antequam ſententia executioni mã-
detur.argum.ff.de re iudica.a diuo Pio. §. ſi rerum & ſequen. So-
lutio.ibi loquitur,quãdo non in re petita fit executio. Sed in aliis
quæ capiuntur in cauſam pignoris, tunc enim ſi aliquis occur-
rat , qui in rebus vel dicat ſe ius habere , fit ſummaria cognitio,
vt ibi dicitur . Secus vbi in ipſa re petita fit executio , tunc enim
locum habet diſtinctio ſupradicta.Item in illis rebus,quæ in cau
ſa pignoris capiuntur , ſufficit ſummaria cognitio . Sed in rebus
vacantibus non ſufficit , vt hic. Hoc etiam aduerte, quia hic dici-
tur , quod iſte Petrus poteſt ſe opponere contra eum pro quo eſt
lata ſententia . Sed non dicitur , quod poſſit executionem ſen-
tentiæ impedire . Sed dic , quod licet iſtud expreſſe hic non dica-
tur , ſatis tamen videtur hoc dictum tacite , vt ex quo conſtite-
rit , quod ſua intereſt,vt nõ mandetur ſententia executioni,ſed re
2 tardetur , quia † per ſententiam non debet fieri præiudicium ab-
ſenti & ignoranti.ff.de mino.etiam.§.ſina.C.res inter alios acta.
in rubro & in nigro.Sed contra infra,de re iudica. cum ſuper cõ
trouerſia,vbi dicitur,quod is,cuius intereſt,ſibi præiudicat,niſi ap
pellet . Solutio.ibi loquitur quando is.qui lædebatur tempore la
tæ ſententiæ præſens erat . Sed nos loquimur de abſente,& igno
rante. Alii intelligunt,quod hic dicitur eſſe ſpeciale in beneficiis
in quorum collatione maior , quam in alijs in rebus eſt diligen-
tia adhibenda , & hæc ſola ſolutio videtur poſſe tolerari ſecun-
dum iura. Aliis videtur, quod ſi in executione ſentētiæ appareat
contradictor , ſemper antequam executioni mandetur,eſt ſum-
maria cognitio præmittenda,argumen.ff.de re iudic.a diuo Pio.
§.ſi rerum.& ſequen.ſecundum do.no. cuius eſt mens totius hu
ius glo.Et adde,quo nota.de hac materia s̃.de reſtitutione in in-
tegrum,ſuſcitata. [Qui].verſicu. ſcilicet P. ſubdiaconus . [ Super
hoc . ] quod electus fuerat canonicæ,& ideo audiri debeat. [Pro
duxerit.]de plano & ſummariæ , ad oſtendendum , quod ſua in-
tererat , quod ſe opponeret , & admittendus erat.de prædictis no
bis fidem fecit . [Memorato.]& ſic fuit libellus admiſſus.[Super
electione]vtriuſque dom.nõ.[Lite igitur].ver. [Quæſitum]cau-
ſa abbreuiandi litem.argumen.C.de fideicommi.l.fina. [In arti-
culo]ſcilicet,quod ſua intererat opponere ſe, quia canonice fue-
rat electus. [In hoc iudicio.]in quo poſtea libellus oblatus fuit &
lis conteſta.s̃.eo. ver.in princ. [Admittere] vt non tantum vale-
rent,ac ſi modo de nouo poſt litem conte.eſſent inductæ.[Qui]
ver. ſ.archidiaconus.[Dummodo poſſet]nec pręciſe reſpondere
tenebatur,C.eo.l.fin. [In perſonas] forſan cum intendebat teſtes
aduerſæ partis poſſe repelli,teſtes vero ſuos minime . [Quo audi-
to.]ver.[Pars aduerſa.]P.ſubdiaconi.[In hoc iudicio]ſed contra,
quia in oppoſitione illius,contra quem teſtes producti ſunt , eſt.
vtrum ſtetur teſtib. productis vel non,& non in optione illius,q
ipſos produxit,vt C.eo.l.fi.§.j.j̃.e.pñtium.§.fi.ver.optione.s̃.e.cau
ſam quæ.§.fi.ver.ita videlicet.So. illud verum eſt, quando fuerũt
producti ſuper principali,& lite conteſtata, ſecus qñ ſuper acceſ-
ſorio ante litem conteſt.vt hic.Ratio diuerſitatis hæc eſt,quia in
primo caſu mero iure tenet receptio quo ad ferendam ſenten-
tiam

ADDITIO.

a ¶ Lęditur Tertius ergo comparens pro ſuo intereſſe poteſt impedire,ne ſententia lata mandetur executioni cum ſuo pręiudicio.Adde dom.Ab. hic in iij.no.cui Andre.Sic.addit.petr.de Ancha.conſil.cccxxiiij.



tiam diffinitiuam.In ſecundo vero nullo modo.item quia cum
primo inquiretur ſummarie leuior ſufficiebat probatio , quam
in principali.ar.in his quæ no.s̃.de ſo.competē.cap.v. [Nolebat]
Quid ſi conſenſiſſet,ꝙ valerent?Reſpon.ſtãdum eſſet eis , ex quo
vtraque pars conſentiret. Et ſic habes hic expreſſum,ꝙ partes poſ
ſunt ſe opponere probationibus minus ſufficientibus . & etiam
ſe cauſæ periculo obligare.vt hic & s̃.de elec. cum dilectus. §.fin.
ver.præfatum.B.j̃.de cri.fal.c.fi.j̃.eo.tuis.& ar.C. de tempo. app.l.
fi.in fi.nec mirum, quia teſtimonio ſolius aduerſarij poteſt con-
ſentire,ſi velit,C.de fideicommiſ.l.fi.& patet in eo, quod no. s̃.e.
c.prox.ſuper verbo.prudenter inquirens.ſub. §. attendat ergo lo-
cum.ver.atteſtationes.& ſequen.[Super principali] bona eſt hæc
allegatio,j̃.eo.cum in tua.d.[Incidenti]Vtrum.ſ.dictus.P.ſubdia
conus ſe poſſet opponere.& an ſua intereſſet,vel nõ. [Vel eoſdē]
Mirum videtur,ꝙ iidem teſtes , qui dixerunt in exceptione iterũ
teſtificentur ſuper eodem in principali. & videtur ɔ id, quod leg.
& no.C.eo.l.fi.& s̃.eo.cauſam quæ.j. Item aut hi teſtes inducun
tur ad hoc,vt dicant illud idem, quod in primo teſtimonio dixe
runt,aut vt dicant contrarium.Si adhoc,vt dicant idem ſuperua
cuum eſt,s̃.de elec.in Geneſi.& ideo reſecandũ vt s̃.in proœmio
§.pen.Si vero ad hoc, vt dicant contrariũ tunc inconuenientius
eſt,quia ex hoc ſunt puniēdi tanquam periuri.nec eis debet cre-
di,vt patet in eo,quod le.& no.s̃.e.ſicut nobis.& ar.C. de non nu.
pecu.l.generaliter . Sed publicatis atteſtationibus , quomodo ad-
mittentur?hoc eſt contra id,quod leg.& no.s̃.eo.intimauit. Sol.
Ad hoc dicas,ꝙ ſi inter diuerſas perſonas de rebus eiſdem ſit con
ſimilis quęſtio , ſicut eſt cum vnus cohæredum pro parte debiti
hæreditarij egit,vel ɔ eum actum eſt: nihilominus alius cohæres
aget pro parte ſua,& contra ipſum agetur,ff.de app.a ſententia.&
l.ab executore. Et a ſimili dicendum eſt, ꝙ teſtes ſuper vno capi-
tulo in cauſa vnius inducti inducentur, & in cauſa alterius ſuper
eodem capitulo.Et idem dicendum eſt,ſi etiam inter eaſdem ꝑ-
ſonas agatur & teſtes primo ad vnum.Secundo ad aliud inducã-
tur ita,ꝙ diuerſi ſunt fines,& effectus probationum: puta primo
agebatur ad intereſſe , ſecundo agitur ad vindictam , vel primo
agebatur ad repellendum aliquem a litigando, vel ad probandũ
agentis intereſſe. ſecundo autem inducuntur ſuper principali,vt
videlicet agenti res petita adiudicetur.Hæc enim fieri poſſunt,ſi-
cut ſatis probatur hic.& C.de vi publi. ſeu priua.ſi quis ad ſe fun-
dum.& ar.s̃.de elec.cum dilectus.Si enim non obeſt ſentētia in-
ter alios lata vel etiam inter eoſdem quando ad aliud agitur.j̃.de
re iud.cum ſuper controuerſia.& no.j̃.de purga.ca. cum dilectus.
multo minus obſtabit teſtium receptio habita ad vnum . & ad
aliud,nec productio eorundem,vel atteſtationes in alio iudicio,
& ad aliud receptæ ſecundum d.n.& facit pro eo hoc, quod dici
mus teſtes recipiendos in cauſa matrimoniali atteſtationibus pu
blicatis,quia in ea non obſtat exceptio rei iudicatæ, quod dic, vt
no.s̃.de proba.licet.§.j. Obiectioni autem de indemnitate & cõ-
trarietate teſtimonii ſupra factæ ſic reſpondeo,ꝙ teſtis non indu
citur ſimpliciter ad idem , vel contrarium proferendum . Sed vt
pro vtraque parte veritatem dicat,quam nouit. & vtraq; pars po-
teſt dare capitula,ſuper quibus vult eum interrogari,& teſtis ſuũ
teſtimonium dicet,& ab vtraque parte quantum licet de iure po
3 terit dictum ſuum redargui & perſona. † Hoc tamen certum eſt,
ꝙ ſi ſecundum primo teſtimonio contradicat non valebit ſecun
dum,niſi legitime ſe excuſet.puta quia aliter in primo, quam in
ſecundo,& in alio ſenſu intellexit,arg.C.de non nu. pec.generali
ter.j̃.de accuſ.cum dilecti.§.j.& ii.Sed oppones,& dices. ſi priores
atteſtationes valent ad reprobandas ſecundas atteſtationes con-
trarias,quare non valent in hoc ſecundo iudicio ad probationē
faciendam in principali?Reſpon.quia ad hoc non fuerunt indu-
ctæ,quando teſtes ipſas depoſuerunt , nec. n. tunc ad hoc imò ad
aliud agebatur,& neceſſe eſt,ꝙ cauſa incipiat antequam inſtrua
tur. Ad reprobationem autem ipſorum eorundem teſtium ſuffi
cientes ſunt,quia per eas notorium eſt iuris ipſos teſtes periuros
& falſos,& ideo a teſtimonio repelluntur,vt s̃.eo.ſuper eo. Ad ſe
cundam vero obiectionem occaſione publicationis teſtium fa-
ctam.Reſpon.ꝙ publicatio ipſorum teſtium facta fuit in alio iu
dicio.ſ.in primo,in quo ad aliud agebatur.ideoque non obſt.quo
minus recipiantur iidem teſtes iterum ſuper eodem in hoc alio
iudicio in quo & ad aliud agitur , quia hoc nullo iure prohibitũ
inuenitur,argum.in eo,quod legitur,& nota.s̃.de tranſla.epi. in-
4 ter corporalia.§.ſed neque.ad fi.† nam & hoc edictum prohibito
rium eſt,ff.eo.ti.l.j.Quid aũt iuris ſit, qñ ad idem & inter eaſdem
perſonas agitur,dic,vt no.s̃.e.cãm quæ ſm d.n.cuius eſt mens to
tius huius gloſ. ¶ Pars autem altera.] iii.pars.ſ.G. Archidiaconi.
[Reſpondit]minus bene.[Sñia]quia forte eo ignorãte lata erat.
vnde præiudicium non faciebat.alias.n.ſibi præiudicaſſet.s̃.de re
iud.ſæpe.[Electione].ſ.ſubdiaconi.[Super eiſdem]optime allega
bat dummodo fuiſſet idem modus agendi,quod dic, vt no.s̃.eo.
fraternitatis.[Præſertim].ver.[Cum in hoc iudicio]ſuper quo lis
eſt conteſtata.[Viſus]per quod vr̃ ipſas approbaſſe,ar.s̃. de off.de-
le.inſinuante.j̃.de cenſi.cum olim ſed per hoc non vr̃ renuncia
ſe itetatæ productioni,vt patet ex ſeq.§.vel dic,vt in ſeq. gl.] Fuiſ-
ſet]bona videbatur hæc allegatio,ar.iiii.q.iii. ſi quis teſtibus . xix,
diſtinct.ſi Romanorum,& tamen non eſt ita,quia ad hoc, vt at-
teſtationes valerent,non ſufficeret vnius conſenſus,imò ambarũ
partiũ conſenſum interuenire neceſſe eſt,& adde,quod no. j̃.§.j.
circa prin. Potuit etiam allegare aliquid ex illis atteſtationibus
non ad plenam probationem faciendam,ſed ad præſumptionē
aliquam inducendam . Vel forſan Archidiaconus falſum dice-
bat, quia Petrus in principali de illis atteſtationib. nihil penitus
allegauit,ſm d.n.cuius eſt mens totius huius glo. ¶ Nos igitur.]
iiii.pars.[Iuſtitia]ergo non prodeſt de iure allegatio ex parte Ar-
chidiaconi,s̃.§.prox.facta. [Recipiendi] quia niſi partes conſen-
tiant,neutra tenetur ſtare teſtibus in alio iudicio introductis, vel
etiam in eodem & ſuper eodem dummodo non ageretur ad idē
ſed ad aliud,vt ex hoc c.colligi poteſt.& C.eo.ti.l.fi.& adde,quod
no.in ſeq.glo.[Vtraque pars]Sed quare neceſſe eſt . P. teſtes indu
cere contra ſententiam ſupradictam,nã res inter alios acta &c.j̃.
de fide inſtru.inter dilectos.j̃.de præbē.dilecto. in fi. Reſpon. quia
de hoc agebatur,an ſententia ei præiudicium generaſſet,cum ſci
ret ipſam cauſam ad ſe pertinentem tractari, & ſiluiſſet . & quia
permiſit forſan , cum ſibi primo actio competeret ſequentem a-
gere,ideo præiudicium ſibi fecit,j̃.de re iudicata.capitu.penulti.ff.
de re iud.ſepæ.ex hoc tacita renunciaſſe præſumitur,ar.j̃. de his,q̃
fi.a ma.par.ca.ex ore.& tacite conſenſiſſe,liiij.di. ſi ſeruus ſciente.
j̃.qui ma.ac.poſ.inſuper;ſecus ſi cauſam agi ignoraſſet, ff.de acc.
ſi cui.§.eiſdem.[Producendos].ſiue iſtos,ſiue alios s̃.e. cum cãm
quæ.in fi. & tñ hic timeri poteſt de ſubornatione cum teſtes fue
rint publicati.& ſuper eodem producantur,& ideo contra . in au
then.eo.ti.§.quia vero multi colla.vii.Sed non eſt illa ratio finalis
quare prohibetur hoc immo & alio vt ſ.lites citius terminentur,
& illa nunquam fallit.ff.ſi cer.pe.quidam æſtimauerunt, s̃.de do.
& contu.finem.& ſic etiam non obſt.s̃. e. fraternitatis. quia ſic ēt
iam dictũ eſt, hic eſt alius modus agendi,ſi.j̃.e.cum cauſam & c.
cum in tua.Quia ſi idem teſtes producti in hoc ſecundo iudicio
5 dicant ɔ id,quod in primo dixerant,non valebit: licet † ſit aliud
iudicium,& alius modus agendi,arg.j̃.eo.cum in tua.j̃. de ꝑſum.
literas.s̃.de prob.per tuas.Quid ſi dicant, ꝙ modo mandant me-
lius memorię veritatē,quia forſan habuerunt tractatum cũ aliis
qui interfuerunt,& melius recordantur nec ſunt teſtes ſuſpecti.vi
de quod no.j.e.cauſam q̃ & s̃.ti.j.præterea.& c.cum cãm quæ.ad
fi. & j̃.ti.j.ꝑterea.[Quo circa].ver.[Tam ſuper principali].i.ſuper
electione.[Quia ſuper incidenti].ſ.ſententia,quæ in hac quæſtio
ne,de qua nunc agitur incidit,vt patet s̃.eo.c.rñ.j.& §.j.Et eſt.arg.
6 † ꝙ ſuper incidenti eſt pronunciandum,vt hic, & s̃.eo.§. in prin.
& §.j.ver.quo audito.quod dic,vt no.s̃.de ord.cog.c.j. ¶ Quia ve-
ro].v.pars.[Non facile.] Hoc ideo dicit,quia raro interſunt ibi a-
alii,interſunt tamen quandoque,vt patet,s̃.de offi.ordin.vt iux.&
tunc per alios probari poſſunt . [Niſi per canonicos] vel alios,q
neceſſe habent in c.eſſe de conſuetudine vel priuilegio ſpeciali,s̃.
de elec.cum terra.& c.ſcriptum . & c. conſtitutis. vbi de hoc & c.
quia propter.no.Per alios autem qui ibi non ſunt, neque vocan
tur non poſſunt ea,quæ fiunt in ipſo capitulo comprobari,ſic &
7 quæ domi gerũtur per alioſqui domum habitant explorari opor
tet,C.de diuor.& repu.cõſenſu.§.ſuper plagis.C.de quæſtio.inter-
rogari. ff. ad Silleianum. ſi quis in graui. § ſi pupillus.& §. ſeq. &
l.ii.§.ſi vir, aut vxor, licet alias inter domeſticos facile quid con-
fringat.alias confringatur.C.de dona.data alias iam data.Item ɔ,
s̃.eo.in literis.ſo.ibi.Quia vero ea,quæ in capitulo aguntur,ꝑ ipſos
probari oportet,qui ſunt in capitulo,vt hic patet.ideo canonicus
cogitur ferre teſtimoniũ ɔ eccleſiam ſuam , vt veritas rerum ſit
ſalua,xiiii.q.ii.de prudentia.& ar.j̃.e.dilecto.§.fi.& j̃.tit.j.c.fin.Nec
debet propter hoc beneficium amittere,q̃a hoc facit ɔpulſus, ar.
ff.de bo.li.qui cũ maior.§.pe.Secus in aduocato, vel procuratorę,
cum officiũ illud ſit voluntariũ non neceſſariũ.s̃.de poſtul.c.fin.
niſi forſan & ex cã cogeretur.quod dic,vt no.in ſumma de poſtu
la.[Volumus.]ſic.s̃.de do.& contu.cum olim.§. volentes. vbi de
hoc.[Ad cautelã].ſi.j̃.de ſen.ex.per tuas.§.nos igitur. & s̃. venera-
bili.& de hoc no.j̃.de hoc no.j̃.de exce.apſtice.& extra.d.n. de ſen.
exc.ſolet.rñ.j.Nec mireris ſm d.n.ꝙ non mittuntur abſoluēdi ad
excõicatorē,vt s̃.de off.deleg.prudentiam.§.penul.& fi. s̃. de offi.
ord.ad reprimendã quia primũ obtinet in delegato,qui non niſi
in ſubſidium habet abſoluere,vt pȝ in eo,quod leg.& no. s̃.de re-
ſcrip.ab excõicato.Scdm non habet locũ,qñ non negatur, quin
excõicatio ſit ſeruanda,q̃uis iniuſta ſit.hic autem loquitur, quan-
do excõicatus aſſerit excõicationis ſñiam nullã ęſſe, vtputa quia
poſt appellationem legitimam lata fuit,in quo caſu ſuper, a quo
petit abſolutio,deferre põt inferior,ſi vult,& excõicatũ ad ipſum
remittere abſoluendum.vel ſi malit põt ipſum abſoluere ad cau-
telã,vt colligitur hic.& in eo.quod leg.& no.in d. c. ad reprimen-
dã.& j̃.de ſen.excõ.ꝑ tuas.& j̃.eo.ti.extra.d.n.ſolet. Hãc autē ɔrie-
tatem d.n.mouit hic,ſed non ita plene ſoluit . Non tamen hoc ſe
cundum d.n.generale intelligas,quia excommunicatus quilibet
ad teſtimonium vocatus abſoluat.ſed hoc ideo ſpecialiter hic ac

cidit,quia ipſi canonici excommunicati fuerant poſt appellationem,ſicut continetur in regiſtro. & eccleſia Romana tales conſueuit abſoluere ad cautelam,ĩ.de ſen.excom.venerabili.Vocatis tamen his,pro quibus ſunt excommunicati,vt audiantur, ſi forſan dixerint latam ſententiam pro manifeſta offenſa,vt in dictis decre.per tuas.& ſolet.Vel hoc fuit factum de gratia, ſiue prouidentia ſpeciali.Alij dicunt hoc tantum obtinere,quando probationes aliæ deſunt ſecundum d.n. cuius eſt maior pars mentis totius huius glo.ar.ff.eo.ti.curent.& in eo,quod legitur,& notatur. ſ̃.vt lite non conte.quoniam.reſpon.j.& ĩ.titu.j.c.fi. Quicquid tamen dicatur hodie, quaſi de leui & indifferentur de conſuetudine Romanæ curiæ obtinet, quod tales & ſi dicantur excommunicati pro manifeſta offenſa, tamen abſoluuntur ad tempus. ſ. quouſque teſtimonium ſuum dixerunt,ita quod ipſo ꝓlato ſciãt ſe redactos in eandem ſententiam ipſo facto. quæ abſolutio & ambaſſiatorum & ad eandem curiam venientium,& qui quam cito curiam exeunt, in eandem recidunt ſententiam, potius eſt verbalis,quam realis, & potius ad hominem,quam ad verum.i. Deum. cum nec ipſi pœniteant,nec ex corde veniam poſtulẽt, nec etiam in aliquo conterentur,& ideo de rigore iuris non eſſet talis abſolutio facienda,vt patet,xj.q.iii.cum aliquis excommuni
8 catus.vltimo.colum.[Abſoluatis]ſententia† enim excommunicationis relaxari non poteſt,ex quo ſemel iuſte ligat,vt & no.ĩ.de app.ad hæc.& c.dilectis.§.j. ſuper verbo. ad tẽpus. Immo nec eſt communicandum excommunicato quantumcunque iurauerit.quantumcunque epiſcopus ipſum communioni reddiderit quouſque iuxta formam eccleſiæ poſt iuramentum præſtitum fuerit abſolutus.ĩ.de ſen.excom.cum deſideres.Et hoc eſt contra conſuetudinem erroneam quarundam eccleſiarum, in quibus officiales, & iudices de facto relaxant excommunicationis ſententias tota die,quod nullo modo fieri poteſt, nec cum tali rela-
9 xato participant alij ſine culpa. † Poſſet tamen abſolui vſque ad tp̃s,ita ꝙ ſi interim non feciſſet quod promittit,& iurat, redigeretur in eandem ſententiam ipſo iure,arg.ĩ.de appel. præterea.nec poſſet interim iuſte appellare,licet ibi hoc innuat, ex quo iurat p̃ciſe ſtare mãdatis eccleſiæ ſuper eo, ſuper quo excommunicatus exiſtit,vt patet ĩ.de app.ad hæc.ĩ.de ſen.ex.ſacro.§. pe. Sed ꝯ,quia ſententia excommunicationis relaxatur.ĩ.de ſolu.Odoardus.Solu.illud eſt,verum,quando conſtat,ꝙ iniuſta eſt.Item ꝯ, quia reuocatur.ĩ.de ſen.ex.ſacro.§.fi.in prin.Solu.illud verum eſt, quando iudex recognoſcit errorem ſuum,in quo caſu dummodo nõ contemnetur talis ſententia,non ligauit. & quia nunquam ligauit,nudo verbo poteſt reuocari. Item contra, quia in caſu conſimili relaxatur.ĩ.de accuſa.olim.I.V.& P. Solu. ꝙ ibi dicit de relaxatione, ponitur proprie quo ad ſententias ſuſpenſionum, quæ relaxari poſſunt,vt ibi,& ĩ.eo.dilecto.ad fi.improprie vero quo ad ſententias excommunicationum,quod dic,vt ibi no. [Eoſdem] .ſ.de capitulo.[Vt]ſubau.& ſic abſoluit & relaxati.[Vocati]. &c. [Libere]quod excommunicatus non poteſt facere, vel ſuſpenſus,vt hic & ĩ.de excep.apoſtolicæ.ĩ.de accuſ.olim.I.V.& P. [Pro vtraque parte]quia ad hoc tenetur vt no.ſ̃. e.ti. fraternitatis ad fi. nec præce,amore,timore, vel odio debet declinare ad dexteram vel ad ſiniſtram,vt patet in eo,quod legitur,& notatur.ſ̃.eo. quotietns.§.vnico.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iuramentum in priuatam vtilitatem redundat ſicut ferie menſium.*
2 *Iuram calumniæ tacite poteſt remitti.*
3 *Prohibitio tacita plus operatur quam expreſſa.*
4 *Remiſſio in cauſa matrimoniali fieri non poteſt.*

CAP. XXXIX.

Vis quæſtionibus, & infra. Pars,ĩ.de præben.tuis. [Proprijs] quod fieri poteſt, ſ̃. eo.inſuper & c.cum nuncius. quod dic, vt ibi not.& ĩ.de iureiur.& ſi Chriſtus.§.fi.dum tamen iurati deponant, vt ibi & ĩ.ſequitur,alias quantumcunque religioſus ſit teſtis non creditur ei,ĩ.eo.nuper.vbi de hoc.[Niſi forſan] ver. [A parte] ſic pa-
a tet,quod iuramentum teſtis poteſt remitti[a] nec mirum,quia ſimplici verbo aduerſarij poteſt totum relinqui.C.de fideicom.l.fin. inſufficientibus probationibus ſe ſubmitti vt legitur, & notatur.
1 ſ̃.eod.veniens §.cum igitur ad finem.Et eſt ratio,†quia iuramentum in priuatam vtilitatem redundat, ſicut & feriæ menſſium.ſ̃. de fer.capitu.fina.§.fi.ſecus de iuramen. calumniæ, quod non ꝓ priuato commodo,ſed propter vtilitatem publicam eſt inductũ. Ideoque nec etiam tacite per diſſimulationem aliquam remitti
2 poteſt.C.de iuramento calumniæ.l.ij.§.ſed quia veremur. Aliqui
b tamen dixerunt, quod ſaltem tacite poteſt remitti[b], argumen. ff. de procurator. filiuſfamil.§. veterani, C.de procurato. ita demum.in quibus excepto procuratoria,quæ contra militem competit expreſſe remitti non poteſt. ſed tacite poteſt, vt ibi dicitur.
3 †Sicut & alias prohibitio tacita plus operatur, quam expreſſa,ar. ff.de ſolu.vero procuratori.§.alia,& l.ſi quis.x. ſtipulatus in melle.§.j. Ali dicunt, ꝙ etiam expreſſe põt remitti, ſicut iurm̃ teſtis, quia vtrumque in fauorem partium præſtatur, ne veritas occultetur,ſicut patet de iuramento teſtis,xiiij.q.ij.q̃q̃. & C. de iur.cal.
c l.ij.ſinautẽ ad fi.Sed certe magna eſt diuerſitas[c] aliud omnino in vno,q̃ in alio:iurm̃.n.teſtis ideo remitti poteſt, quia in hoc caſu nullum fit p̃iudiciũ,niſi illi,ꝯ quem producitur,qui & ſine teſte, & ſine aliquo peccato poteſt de ſuo dare, & quodlibet facere, vt patet.C.de man.in re mandata.C.de Iudæis.nemo. iurm̃ vero calumniæ ideo remitti non poteſt expreſſe, vel etiam tacite, quia nemo calumniari poteſt ſine periculo animæ ſuæ, in quo Deus offenditur,res publica læditur,hoc eſt eccleſia ſancta Dei,quæ & animam amittit,exinde corrumpitur,& ſcandalizatur. Ideo q̃ illud iurm̃ nullo modo remittitur,quia non licet in talib. renunciare,ſ̃.de fer.c.fin.§.pen.quod dic, vt plene not. ſ̃. de iur.calum.
4 cæterum.]Remittatur.]hæc †remiſſio in cauſa matrimoniali fieri non poteſt,arg.ĩ.de eo.qui cog.conſang.vx.ſuæ ſuper eo. d.n.& melius in eo,quod leg.& no.ĩ.de ſpon.ſicut ex literis.§.fin.

ADDITIONES.

a ¶ Remitti.Adde,an iuramentum poſſit teſti per partes remitti, & an credatur teſtibus abſque iuramento Roma.conſil.xx.& Ioan.in ſum. de teſt. ver.qui teſtes debent iurare.

b Remitti.Adde, quod hæc opin. videlicet quod iuramentum calumnię poſſit tacite remitti,hodie probatur per tex.in c.j.de iuram.calum.lib.vj. expreſſe vero non poteſt,vt ibi.

c ¶ Diuerſitas.Adde quod hæc diuerſitatis ratio non placet do. Abb.indiſtincte,nam & quando teſtis deponit ſine iuramento, poteſt concurrere periculum animę,ſicut cum omittis iuramentum calumniæ. nam falſidicus teſtis eſt obnoxius Deo iudici,& parti,infra de cri.fal. c. quare reddit aliam,quam videas.

*S V M M A R I V M.*

1 *Dilatio nulla danda eſt,ſine cauſæ cognitione ad teſtes recipiendos.*
2 *Reus in probatione ſue exceptionis actor efficitur.*
3 *Delegatus vice fungitur delegantis.*
4 *Teſtes in cauſa criminali non coguntur.*
5 *Prætor teſtimonium debet habere.*
6 *Copia probationum arctanda non eſt.*
7 *Nullus poteſt eſſe teſtis, & iudex.*
8 *Iudex poſt depoſitum officium non poteſt eſſe teſtis.*

CAP. XL.

Dilecto. Inter ipſum].ſ.prępoſitum ex parte vna. [Et comitiſſam Fiandren.]ex alia parte quę patrona eſt in aliquibus eccleſiis.in quibus & cõfert præbendas.ĩ.de conceſſio.præben.c.fi. [Sacerdotalium]loquitur ſecundum conſuetudinem quarũdam,eccleſiarum,in quibus præbenda tertio, vel quarto vacans ſemper eſt ſacerdotalis.i.oportet,ꝙ ille,cui confertur ſit,vel fiat ſacerdos, & ei in propria perſona deſeruiat, nec eſt hoc annexum præbẽdæ vacanti,ſicut ĩ.de præben.ſignificatum:immo vacationis numero vnde plerumque ſacerdotalis efficitur non ſacerdotalis, & econuerſo.ſicut tertio,vel quarto contingit ipſas vacare. Dicebat ergo iſtæ præpoſitus, ꝙ licet comitiſſa poſſet conferre non ſacerdotales præbendas,nõ tñ ſacerdotales, immo ad ipſum præpoſitum ſpectabat collatio,& ſuper hoc quæſtio vertebatur.]Sex præbendarum]quas contulerat comitiſſa.Sed præpoſitus ſe opponebat, vt ſ̃.nota.Vel præpoſitus eas contulerat, & comitiſſa conquerebatur ſecundum quod duobus modis poteſt intelligi,vt ſ̃. not.[Decano] cuius teſtimonium erat neceſſarium prępoſito, vt ſequitur.¶[Idem præpoſitus].ii.pars.qui ſcilicet cõtra comitiſſam agebat.]Citra litis conteſtationem]proteſtando, quod per verba illa non intendebat litem conteſtari,ſic.ſ̃.de ord.cogn.cum dilectus. reſpon.j.B.quod dic, vt ibi nota. vel hoc ideo dicit,quia ſi litem conteſtatus eſſet videretur teſtimonio eiuſdem decani renunciaſſe,nam poſt litem conte.non de facili remoueretur iudex, arti.ff. de procurato.ante litem.C.de procurato.ita demum.& l.procuratoribus. & l. nullam.niſi de nouo, quod decanus exinde veritatem ſciebat ad præpoſiti noticiam perueniſſet,argum.ĩ. de exceptio.paſtoralis.& ſ̃.de offi.delega.inſinuante. Et hic videtur verus intellectus, quia cum præpoſitus actor eſſet non erat ſibi neceſſaria hæc proteſtatio, ſed potius reo, per cuius reſponſionem litis conteſtatio fit præmiſſa petitione actoris,vt legitur, & notatur ſ̃. de litis conteſta.cap.vnico, vel ideo dicit hoc, quod cum vere iudex fiat per litis conteſtatio. quo ad fundamentum iudicij corã eo habitum,& ſic habeat negocium diffinire, ff. de iudic. vbi de cætero proprie poteſt iudex appellari,argumen.ſ̃.de procurator. nulla.Vnde de cætero non poterit ſuper principali teſtificari, vt ij.quæſtio.vj.ſtatuendum.& argum.extra.dom.no.de appellatio. Romana.Vel dic,vt notatur ſupra eodem,cum a nobis. R. verſicu.nec vnius.Nec enim poteſt hoc negari,quin iudex fuerit, dũmodo citatio emanauerit & ſi lis non fuerit conteſtata, vt patet ſ̃.de of.dele.gratum & tamen teſtificatur ſuper principali, vt ſequitur.q̃uis reſponderi poſſit, ꝙ hoc ſit propter defectum probationis,vt innuit.ĩ.§.j.alias autem ſtandum eſſet d. capit. ſtatuendum. Sed certe etiam poſt litis conteſtat. teſtificatur,vt notatur, infra eod. ver.nos autem.Sed & intelligere potes ſi vis, quod prępoſitus erat reus,vt innuit.ĩ.eodem.§.j.in fine, & tunc prima nota locum



ta locum habebit.& adde, quod notatur in ſequenti gloſ. [Teſtimonium] non putes,ꝙ quam cito,& quandocunque aliquis dicit iudicem ſibi datum ſe velle in teſtem producere, & ideo ſibi petit alium ſubrogari,ſemper audiendus ſit:immo prius neceſſe habet oſtendere aliquam veriſimilem coniecturam, per quam præſumatur,ꝙ ſibi neceſſarius eſt,& quod de re,de qua agitur,nouerit veritatem,argu.in eo,quod legitur, & notatur ſ̃. vt lite non
1 conteſt.reſpon.j.& §.ſi vero aliter.verſi.ſi autem. † Si enim ad recipiendos nulla ſit ſine cauſæ cognitione danda dilatio, arg.iiij.q. iij.§.ſpacium.& notatur ſ̃.eod.in cauſis, multo fortius eſt neceſſarius eſt neceſſaria cauſæ cognitio in hoc caſu,in quo aduerſæ parti,quæ forſan habet iudicem,quem deſiderat, in aliquo præiudicium imminet iudici rubor aliquis,& forſitan multiplicantur expenſæ,& ideo dici poteſt, ꝙ quandocunque iudex eſt paratus iurare ſe nihil ſcire de re, ſuper qua eius teſtimonium inuocatur, dimittendus eſt.nec habet vnde quæratur ille, qui ipſum petebat in teſtem.nam ex quo fidei ſuę committit,vt teſtimonium dicat de principali negocio,quod plus eſt,ſequitur,ꝙ multo fortius ei tenetur credere,quando dicit de ipſo ſe nihil ſcire,quod minus eſt, ar.C.e.ti.ſi quis teſtibus.canonizata.iiij.q.iij.ſi quis teſtibus.& melius.argum.in eo quod legitur,& notatur ĩ.de donatio.inter virũ & vxorem.per veſtras.§.fina.reſpon. j. Eſt etiam hæc facienda petitio,antequam lis inchoetur in principali. Nam poſtea etiam ſi denouo ſcire inciperet non poſſet eſſe teſtis,ij. q. vj. ſtatuendum. in quo tamen aliqui contradicunt. Hanc etiam decre. intelligas in caſibus,in quibus cogitur quis teſtimonium ferre. alias enim in optione ſua remaneat,an velit teſtis fieri, vel iudex potius remanere.Sed nunquid huius ratio decre. erit ad ordinarios iudices extendenda? Reſponſio. Credo, ꝙ ſic. procedit enim hæc ratio ex naturali equitate,hac videlꝫ, ne probationũ copia minuatur,vel anguſtetur,vt rerum veritas ſalua ſit.ergo eſt etiam ad ordinarios extendenda,quia & in eis eadem ratio locum habet,ergo & idem ius,arg.iiij.q.iij.§.ſi res.ff.ad exhiben.ſi ad exhibendũ. & C.ad exhibendum.l.ſi res.ad fi. ſecundum d. n. cuius eſt mens totius huius glo.& arg.in eo,quod legitur,& notatur ſ̃.vt lite non conteſt.quoniam reſpon.j.ſ̃.de conſti.tranſlato. ĩ. de conſangui. tua.ĩ.de confir.vti.cum dilecta.§.nos igitur ſ̃.de tranſla. epi.cap.j. & §.j.& de his nota.in præcedenti glo.[Sibi]agenti. & ideo incũbebat probatio ei. vj.q. fina. actor. ſed & ſi ipſum dicas reum: in
2 † probatione exceptionis ſuæ actor efficitur,ff. de exceptio. l. j. & etiam poteſt ſe offerre ad probandum, & mos ei gerendus erit, ſ̃. de reſti.ſpo.c.j.Non eſt in hoc magna vis, qua qualitercunque intelligas,ius iſtud propter hoc non mutatur. [Per ipſum].ſ.decanum Atrebaten.qui forſan in dicta præpoſitura nutritus & conuerſatus fuerat ab antiquo. [Et alium] idem crederem & ſi plures haberet,quia iſte forte melius ſcit veritatem, ſed & eſſe poteſt quod alij ſint ipſam oblati ſecundum d.n.quod dic,vt no.in ſe gl. Sed nunquid talis delegatus poſſet alii totam cauſam committe
3 re,& ſic eſſet teſtis? Reſpon.non quia † delegatus vice fungitur delegantis,ff.de off.eius,cui man.eſt iuriſdictio.l.j.§. fi. ſecundum d. no.q.d.quod adhuc delegans iudex remanet,ex quo delegatus vice ſua fungitur.Et ideo delegans,quia adhuc iudex eſt, nõ poteſt eſſe teſtis.Sed ſalua.d.n.reuerentia,ex quo ponit,quod totam cauſam commiſit iudex non remanet, quia nec de iuriſdictione remãſit aliquis pænes ipſum.vnde etiam nec ipſam poteſt reſumere,vt patet in eo,quod legitur,& notatur ſ̃.de offi.deleg. venerabili.§.fina.quod poſſet ſi iudex remaneret,ff.de iudi.iudicium ſoluitur.Nec obſtat contra,ſ̃.ſigna.ſ.quod delegatus vice fungitur delegantis,ff.de offi.eius,cui man.eſt iuriſd.l.j.§. fin. quia illud verũ eſt indiſtincte,quando delegans ordinarius eſt. Porro in delegato delegãte diſtinguitur,vtrum aliquid ſibi retinuerit de iuriſdictione,& tunc quantum ad hoc idem eſt,quod in ordinario, vel nihil ſibi retinuerit de iuriſdictione.ſed totam commiſerit, vt in q̃ſtione.ſ̃.poſitum eſt. & tunc omnino aliud eſt, quod in ordinario,quia talis delegans in nullo iudex remanet, & per conſequẽs delegatus ab ipſo vice iuriſdictionis ſuæ non fungitur,quia nec ipſam habet,vt patet in eo,quod legitur & notatur,ſ̃.de offi. deleg. ſuper quæſtionum. § porro. & §.ſi vero duo. Igitur ſi taliter totã cauſam delegauerit poteſt eſſe teſtis, dum tamen hanc commiſſionem fecerit,antequam de cauſa cognouerit tanquam iudex, quod dic,vt notatur, ſupra eodem,ſuper verbo teſtimonium.verſicu.eſt etiam facienda.& adde,quod notatur,ſ̃.de offic. deleg.ſuſpicionis cauſa.vbi & not. quaſi conſimilem quæſtionem. & adde,quod no.ĩ.ſuper verbo recuſaſtis.vbi & hæc quæſtio no.[Vnicum.]Quid ſi haberet duos preter iſtum nunquid eſſet idem? Nõ videtur,quia duo teſtes ſufficiunt, ſ̃. eodem licet, ĩ. de teſtamen. cum eſſes,& cap.relatum.iiij.q.iij.verſicu.item ubi numerus.ij.q. iiij.§.j.Dicas contra,tum quia duo poſſunt eſſe inſufficientes, vel criminoſi, ſupra eodem, ex parte, tùm quia multitudo teſtium conſideratur in noſtra præſentia,tum quia nec certi ſumus,vtrũ duo concordent, quia ſæpe aliud dicunt, & aliud proferunt, vt notatur ſupra eodem præſentium,& ſic poſſet probationis copia deperire, cui debet occurrere iudex,& quod ſalua rerum veritas ſit curare,ſ̃.tit.j.quoniam.ſ̃.vt lite non conte.quoniam. cum ſuis concordan.Si autem plures haberet,& ſufficienter & de hoc cõſtaret,non debet iudex remoueri,quia ſi is, qui probare intendit, poſſit alias de intentione ſua fidem facere, teſtes aliqui non co-
4 guntur,ſ̃.e.c.de teſtibus.§.j. †Quid ſi cauſa eſſet criminalis in qua teſtes non coguntur,ĩ.tit.j.dilectorum? Adhuc eſſet idem,quia p̃cibus induci poſſet,vt teſtificaretur ſ̃m d.n.ar.C. ſi quis aliquem teſta.prohi.l fi. Eo modo,quo intelligit, verum dicit. Sed quid,ſi vult probare crimen contra teſtem,ad quod teſtimonium decani ſibi neceſſarium eſt, in quo caſu intelligo dictam decret. dilectorum,nunquid tunc remoueretur decanus? non puto propter cauſam prohibitionis,quam facit decr. eadem dilectorum. niſi forſan aduerſa pars corrupiſſet procuratorem, & eum induxiſſet ad hoc,quod talem iudicem impetraret,vt ſic prępoſito ſubtraheretur facultas probandi,tunc enim ſubueniendum eſſet, ff.de dolo.eleganter.§.pe.& arg.ĩ.de ſimo.nobis. & c. ſicut nobis. alias ſicut tuis.& ſ̃.de reſcrip.ſuper literis.[Vnde]ver.[Poſtulauit].ſ.prępoſitus.[Eo].ſ.decano.[Procederetur].Hæc petitio iuſta erat ſi in literis continebatur hæc clauſula, quod ſi non omnes. &c. hic enim qui a iudicando cauſa reddendi teſtimonii euocatur de iure intelligitur impeditus, ergo alii duo procedere poſſunt, vt in ſequen.gl.alia vero ſecunda ſequens petitio.ſ.quod expectetur ſubſtitutio alterius iudicis tanquam iniuſta repelli debuit, ſi tamen dicta clauſula erat ibi, alioquin ſi non erat, tunc tanquam iuſta fuit hæc ſecunda petitio admittenda. Et idem crederet d.n.ſi vnicus iudex eſſet.Sed quid ſi iſte fuerat nominatus a parte præpoſiti,qui tunc ignorabat, quod veritatem ſcire? Vtique in hoc caſu iuſta eſt petitio,nam expedit præpoſito,quod inter tres iudices ſit aliquis nominatus ab eo.[Excluſo]authoritate clauſulæ,quod ſi non omnes.argum.ſ̃.de reſcrip.ſciſcitatus. quia hic conſtabat, ꝙ decanus qui tertius erat non poterat ibi ſine partis præiudicio intereſſe. Vel dic,vt in pręceden.glo.[Vel ſuperſederetur]hoc omnino fuit admittẽdũ[Et ius] ſ.decani.[Vos autem].ver. [Eius].ſ. præpoſiti. [Admittere]& ideo appellauit, vt ſtatim innuit. ĩ. de
5 app.dilecto.[Recuſaſtis]& male,†quia etiam pretor teſtimoniũ debet habere,iiij.q.iii.§.item in criminali. verſic. ſi res exigit. ff.e.
6 tit.ob carmen,nec†enim eſt arctanda probationum copia, ff.de incend.ne quid.§.de his. Sed quid ſi impetras iudicem cõtra me illum,de quo ſperabas,quod eſſet aduocatus meus, ideo vt ipſum mihi ſubtrahas.Non videtur ſuper hoc remouendus,niſi de fraude fiat fides,argum.ff.de probatio.qui dolum.ĩ. eodem conſtitutis.j.& nota.ſi.ſ̃.ſuper verbo.& alium vnicum, in illa quæſtione, ſed quid ſi vult. Quid ſi ei reuelaueram ſecreta cauſæ meæ? Nec iſtud ſufficit ad remouendum, cum debeat ſecundum allegata, non ſecundum conſcientiam iudicare,iii.q. vii iudicet, & nota. ſ̃.de offi.ord.ſi ſacerdos,& ſ̃.de poſtul.præl.bonæ.j. Quid ſi iſte iudex alii committit vices ſuas nihil ſibi retinendo. Valet commiſſio, ſ̃.de offi.deleg.venerabili. Et nunquid coram illo ſubdelegato poterit teſtificari? dixit Ioann.quod non. tum quia fungitur vice illius, qui delegat, cum per alium expediat, quod mandatur ſibi,& ſic ipſe hoc facere videtur,argum.ſ̃.de of.delega. paſtoral. § præterea.ff.de of.eius,cui man. eſt iuriſdic.l.j.§. qui mandata.& l.& ſi prætor. tum quia ſufficit,quod iudex fuit ad hoc, vt a teſtimonio repellatur,ii.q.vj.ſtatuendum.Et hoc approbant communiter omnes.& hanc etiam ſolutionem approbauit dom.n. Sed probabiliter poteſt dici contrarium,quod dic,vt no.ſ̃. eod. ſuper verbo.& alium. Nec obſtat capit. ſtatuendum. Reſponde enim, vt nota.ibi.& ſ̃.eodem,ſuper verbo.citra litis conteſtationem, & ſ̃.eodem,cum a nobis,& extra.d.n.eo.tit. Romana. Illud autem
7 fateor,quod † nullus poteſt eſſe teſtis ſimul & iudex,ii.qõ. vi. ſtatuendum.aſſeſſor & iudex.C.de aſſe.nemo actor, reus, & teſtis, ſ̃. eodem,inſuper,ſ̃.de iuram.calum.cap.fina.aduocatus vel procurator & iudex.ff.de iuriſdic.omnium iudicum,prætor.nec etiam
8 talis † poſt depoſitum officium poteſt teſtificari.extra.d. n.eo.tit. Romana,& eſt ratio,vt ibi no.[Quin]pro certe.[Immo poſt appellationem.] ad nos ex præmiſſa cauſa factam, vt ſupra notat. [Ipſarum.]ſacerdotalium.ex hoc videtur, quod præpoſitus erat in poſſeſſione conferendi præbendas iſtas.& quod comitiſſa ageret contra ipſum,ſed dic,vt in ſequen.interlineari.[Suſpendiſtis] ſi quod ius in hoc habebat. & hoc notauit, quando dixit a donatione, & non dixit donationis quaſi poſſeſſione. Vel poteſt dici,quod prępoſitus erat reus, & quod ſatis apparet in eo, quod iudices tam animoſe proceſſerunt contra ipſum. vnde præſumitur, quod comitiſſa fuerunt impetrati. [Eundem.] & male propter rationem hic aſſignatam. alias enim bene competit ita procedere contra contumaces, quando agitur de incorporalibus,ſupra de eo, qui mit. in poſſeſſio.cauſa rei ſeruan. capit.j. ſecundum dom.no. Vel dic, & male, cum adhuc conuictus non eſſet,ſupra vt lite penden.capit.j.ſupra de reſtitutio. in integrum. capitulo. ij. ¶ Ne igitur].iij.pars.[Ob teſtis defectum,] & ſic eo remoto poterit teſtificari, quamuis iudex fuerit in hac cauſa, quod eſt contra Ioannem. Sed nunquid comitiſſa poterit obiicere in perſonam ipſius, eſto quod in ipſum conſenſerit tam

quam in iudicem? Non videtur, quia ex quo ſemel ipſum approbauit, non poteſt ipſum poſtea reprobare, ff. de neg. geſt. Pomponius. xxxii. q. v. horrendus. iii. q. iij. offeratur. & s̃. titu. j. per tuas. in dicta tamen ipſius obijcere poterit, iiij. q. iij. §. ſi quis teſtibus [Loco illius] ſ. de ani. [Subrogandum] cum vnus iudex alii conceſſum fuerat, ff. de iud. ſi iudex. & hoc cum res eſt integra, tunc ſi eſt delegatus, hꝫ reſiduũ, ſi ordinarius nõ minus anno, ff. de iud. edictũ. C. de iud. ꝓperandũ. §. ſin autẽ in medio triẽnij. [Relaxata] quatenus de facto tenuit. ſm B. & d. n. ff. de fer. l. j. j̃. de appel. ad præſentiam. ii. q. vj. arguta. q. d. quia ipſo iure fuit nulla, cum iam præpoſitus appellaſſet, vt patet in præmiſſis iuribus. & s̃. §. prox. in fi. & s̃. de of. dele. cum olim abbas in fi. & ſic quantum ad appellationẽ impropriè ponitur, ſed quantum ad hoc lite pẽdente proceſſum fuit, vt s̃. no. proprie, vt patet s̃. vt lite pen. c. j. ſi. j̃. de acc. olim. I. V. & P. Vel melius dic, ꝙ etiam proprie ponitur reſpectu appellationis, quia antequam hæc decre. emanaſſet iſte caſus non erat in iure expreſſus, & ſcribebatur iudicibus appellatione remota. vnde proceſſus tenuit mero iure. Sed debet per ſuperioris officium retractari, j̃. de app. paſtoral. [Procedatis.] De voluntate partium ꝓceſſit, ꝙ cauſa remitteretur ad eos, a quibus fuerat appellatum. alš enim hoc non liceret, ij. q. vj. ſi epiſcopus accuſatus fuerit ſm d. n. quod dic, vt leg & no. j̃. de app. interpoſita. §. ille denique.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtes ad perpetuam rei memoriam non poſſunt ratificari nec valere.*
2 *Futuris caſibus cautæ, & prudenter, eſt, occurrendum.*
3 *Graue eſt aſſumere partes actoris.*
4 *Pro proceſſu iudicis quando præſumitur.*

CAP. XLI.

SIgnificauit. Hæc forma receptionis teſtiũ, de qua ſequitur, in qua non tm̃ ſenes & valitudinarii, ſed etiam omnes alij idonei indifferenter recipiuntur, & in qua ſtatim fit publicatio non expectato anno, locum habet, vbi quis eſt in poſſeſſione alicuius iuris, quod dicit ſuum. ſed dubitat ne mortuis aliquibus teſtibus, qui huius iuris ſunt conſcij, & veritatem norunt aliquis ſibi in poſterum moueat quæſtionem, & deficientibus teſtibus de facili poſſet in litem ſuccumbere, & alius obtinere, iuſtum eſt ergo, quod hic ſtatuitur, quia niſi modus iſtius prouiſionis inuentus eſſet, perire poſſet ius talium poſſeſſorum, cum ipſi non poſſent ab alio id, quod poſſident vendicare, vt patet in eo, quod legitur, & no. s̃. de iud. examinata. nec alios, donec eis placeret cogere ad agẽdum. C. vt nemo inuitus in rubro, & in nigro. Propter hoc igitur eiſdem taliter prouidetur, ꝙ teſtes ſui ſtatim recipiantur & publicenter perpetuo valituri, vt hic, & j̃. eo. Albericus. Quid ergo ſi talis poſſeſſor actionem habeat, puta vti poſſidetis, vel confeſſoriam, vel aliam competentem? Reſpõ. planum eſt, ꝙ in hoc caſu deficit prædictæ prouiſionis ratio ſiue cauſa, per conſequẽs & effectus, vt patet in eo, quod legitur, & notatur. j̃. de app. cum ceſſante, in prin. & j̃. de voto magnæ. ad fi. ſupereſt tamen ei alicuius prouiſionis modus, ad quem in caſibus ſuis poteſt recurrere, quod dic, vt legitur, & no. s̃. vt lite non conteſta. quoniam frequenter. reſpon. j. & §. i. Nec obſtat, ff. ad l. Acqui. ſi deletum: quia dicendum eſt, ꝙ in illa l. proceditur ſm tenorem illius decr. quoniam frequenter, vt no. ſm Azo. j̃. eod. §. j. ſuper verbo teſtes idoneos. Sed & ſolennior ſummaria cognitio requiritur in forma ꝑ allegatæ decr. quoniam frequenter, quam in forma decr. iſtius ar. præallegatæ le. in lege Aquilia. atteſtationes autem ſm formam huius præſentis decr. receptæ non videntur valere, ſi ille, qui cas produxit ꝯ alium agat, ſed tunc tantum, cum agit alius ꝯ eum, vt ex præmiſſis patet. Vbi vero recipiuntur teſtes ſm formam illius conſtitutionis, quoniam frequenter, & ante litem conte. aperiuntur de conſenſu partium. In hoc caſu non ſolum ſunt in illa inſtantia iudicij, ſed etiam ad æternam rei memoriam valituræ ſecundum d. n. inter eaſdem partes tantum, ſiue ille agat, qui teſtes producit, ſiue alius contra quem producuntur, quia tunc ad iſtam formam forma illius conuertitur decem. Sed ſi aperiãtur parte altera neſciente, tunc non valent niſi & poſtea conſenſus partis accedere ignorantis. Et hæc videntur locum habere, vbi tenet receptio teſtium eorundem, puta, quia recepti ſunt ex cauſa, & in caſu conceſſo in iure. Quid ergo ſi in hoc caſu. i. lite non conte. recepti ſunt ſine cauſa? Reſpon. tunc nullæ ſunt ipſo iure. & ideo quantumcunque partes conſentiant publicationi &
1 atteſtationi eorum teſtium, nullo modo † poſſunt ratificari, nec valere ad æternam rei memoriam. C. de iuram. calum. l. ij. §. ſed quia veremur. & in eo, quod legitur, & no. s̃. de ele. auditis. §. ipſe vero decanus ad fi. licet aliqui contradicant ſecundum d. n. cuius eſt tota mens huius glo. quod & magis placet. de quo dic, vt no. s̃. eo. cum cauſam, quæ. reſpon. j. ſuper verbo prudenter inquirens ſub §. debet etiam iudex eſſe diligens. ver. atteſtationes autem & ſequentibus. [Volentes]. i. ſpontanei. [In ea]. ſ. eccleſia [Nihil iuris] ſi hoc non dixiſſent, aliqua videbantur retinere, quæ patrono ipſo iure debentur, de quibus no. j̃. de iure patro. nobis fuit. §. fin. Sed & vltra aliquid de conſenſu epiſcopi ibi potuit retineri, vt legi. & nota. j̃. de cenſi. quanto.] Vnde timens]. ver. ſ. dictus presbyter. [Ne proceſſu temporis] mortuis. ſ. teſtibus qui præſentes fuerent, & hoc audierunt, s̃. de conſue. c. ij. Sed videtur, ꝙ nullum periculum hic immineat, nam ſi fundationis tempore hoc dictũ fuit, per eoſdem teſtes, per quos patroni probabunt fundationẽ, per eoſdem probabit presbyter, & libertatem. Reſpon. non eſt ita quia omnes poterũt videre, & ſcire fundationem, pauci vero audierunt hæc verba. Item de fundatione fecerant patroni fieri forſan publicum inſtrumentum, ſed de libertate non curauerunt, & ideo caute fecit presbyter qui ſibi & eccleſiæ petiit prouideri. [De-
2 perire]. Argumen. † quod futuris caſibus caute & prudenter eſt occurendum. ſi. s̃. vt lite non conteſt. quoniam reſpon. i. & j̃. eo. Albericus. s̃. eo. ſi qui teſtium. j̃. de confir. vti cum dilecta. j̃. de priuilegiis cum olim eſſemus. ff. loca. & conduc. ſi quis domum. §. hic ſubiungi. ad fi. ff. ad le. Acquil. in lege Aquilia ſi deletum. ff. de vſufruc. l. j. C. de vſur. pupilla. l. fi. ff. de fur. qui vas. xxiii. di. in nomine domini. s̃. de elec. licet. s̃. de ſeruis. non ord. c. j. s̃. de oblig. ad ratio. c. vnico. & inſtrumenta omnia propter hoc fiunt. j. q. vij. ſalubérrimum. ff. de pigno. contrahitur. ad fi. [Prouideri ſibi] alias ſine ſibi. ¶ Quo circa] ii. pars. [Teſtes idoneos]. Hæc publicatio fit in fauorem rei. vt quandocunque poſſit probare defenſionem, ſeu exceptionem ſuam, nec habet locum ex parte actoris, qui habet in poteſtate ſua, quando agat, ff. de excep. do. pure. §. fi. Nec obſtat. ff. ad l. Acquil. in le. Aquilia ſi deletum. quia ſicut intellexit Azo. ibi conſignantur teſtes videlicet vſque ad annum, ꝙ quando teſtes producuntur actoris ſemper eſt obſeruandum, s̃. vt lite non conte. quoniam. reſpon. j. Et non ſolum hæc eſt differentia inter publicationem, quæ fit ex parte rei, & illam, quæ fit ex parte actoris. Sed & alia multiplex, quod dic, vt plene no. s̃. vt lite non conteſt. quoniam. §. ſunt & alii. Sed nũquid poteſt hic agere preſbyter & rector eccleſiæ contra patronos, vt de libertate ſic facta ſibi faciant fieri publicum inſtrumentum, ſi. ar. C. de lib. cauſa. ſicut datã. C. de fide inſtrum. plures. C. de condi. ex lege. l. j. ergo vr̃ deficere ratio ſupradicta quare hæc publicatio fit ex parte rei, qa. ſ. non habet poteſtatem conueniendi, quando vult, vt s̃. no. Nec etiã eſt recurrendum ad extraordinarium auxilium, quam diu habetur ordinarium, ff. de mino. in cauſæ. ij. Quomodo ergo auditur hic presbyter lite non conte. contra s̃. vt lite non conte. per totum? Sol. vbi vterque poteſt eſſe actor habet forſan locum, qđ hic dicitur, quia inuitus agere &c. C. vt nemo inuitus in rubro, &
3 in nigro. & † graue eſt aſſumere partes actoris, ff. de rei ven. is qui deſtinauerit. s̃. tit. j. ex literis. Vel hoc admittitur in fauorem eccleſiæ, cui nec expedit ſuper hoc litigare. Quid enim ſi patroni hoc denegarent, & vellent ſuper hoc litigare? Vtique expedit eccleſiæ ne grauetur laboribus, & expenſis. ar. ff. de mino. l. minorib. xxv. an. & ideo extraordinarium auxilium plenius eſt, quia magis expedit, quare eſt admittendum, ff. nau. cau. ſta. & ita. §. ex hoc edicto. ibi igitur cur oneraria &c. Vel ideo dicit citandos patronos, quia ſi hoc, vel aliud rationabile oppoſuerint, audirentur. Quod autem prius dixi, verius eſt, & adde, quod no. s̃. eo. gl. in prin. [Munimenta] ad æternam rei memoriam, j̃. eo. Albericus. C. de re iudi. geſta. C. de dona. in donationib. extra. d. n. de verb. ſig. ad æternã. lib. vj. & j̃. e. c. in fi. ¶ Denunciando]. iii. pars. aliter ergo non valet, hæc publicatio, ſiue receptio teſtium, niſi fiat hac præmiſſa denunciatione, arg s̃. eo. c. ij. j̃. de fideiuſſo. conſtitutis. iij. q. ix. charte. s̃. vt lite non conte. quoniam. Quid ergo ſi ſunt abſentes? Reſpon. videtur, ꝙ expectandi ſunt. ar. in præmiſ. concord. Sed contra, qa ſufficit, ꝙ ad domum citentur. arg. j̃. de cleri. non reſidẽ. ex tua. ff. de dam. infec. l. iij. §. ait prætor. & s̃. de eo, qui mit. in poſ. cauſa rei. ſer. capi. fina. vbi de hoc. Solu. vbi ſine periculo expectari poſſunt, expectari debent quouſque ipſis perſonaliter denũciatio iſta fiat, argum. ff. quæ ſenten. ſine appella. re. l. j. §. item cum ex edicto. Si vero ſine periculo expectari non poſſunt, tunc etiam ipſis abſentibus recipiendi ſunt, argum. in eo, quod legitur & notatur infra, de confirma. vti. cum dilecta. §. nos igitur. ſupra, vt lite non conteſta. quoniam reſpon. j. ſecundum d. n. Sed & ſi in hoc caſu fiat renunciatio ad domum non improbamus. argum. iurium prædictorum quamuis ſecundum d. n. caſus contineant ſpeciales.] Receptioni.] ad hoc, vt ipſos iurare videant, & ſi voluerint interrogatoria ſua faciant. s̃. eo. in nomine domini. j̃. eod. per tuas. ¶ Si volunt] quia nec coguntur. immo, ex quo citati ſunt, ſufficit. quia ſiue venerint, ſiue non, nihilominus valet receptio poſtea facta, ſupra eodem, capit. ij. [Et ſuper denunciatione] verſicu. [Sic factam] vt, ſcilicet interſint ſi voluerint. [Publicum inſtrumentum] per manum ſcilicet, tabellionem confectum, vel ſigillo authentico ſigillatum. j̃. de fide inſtrum. c. ij. extra. d. n. de ſen. exc. cum medicinalis. §. excommunicatio. Sed & teſtes ſufficerent. j̃. de ſen. ex. ſacro. Verum quia poſſunt teſtes mori, & probatio per inſtrumentum facilior eſt, ideo hic dixit de inſtrumento, ff. de pigno. contrahitur. Fit enim ad hoc, vt ſi patroni quandoque negarent ſe citatos fuiſſe, per inſtrumentum conuincerentur, ff. pro derelicto. l. fina. ff. ex quibus cauſis. maior. legẽ. ergo. Sed nunquid poteſt antiquari probatio inſtrumenti? quid etiam ſi poſt



poſt. c. vel. cc. annos negatur, ꝙ non fuit tabellio is, qui confecit? Rñ. non obſtat, quia in prima probatione debet ſibi prouidere inſtrumentum cuſtodiens per ſecundam publicationem & renouationem, j̃. de confir. vti. cum dilecta. Sed nec obſtat ſecunda quæſtio. quia forſan extant inſtrumenta plura alia eiuſdem manus, per quorum comparationem poterit roborari, C. de fide inſtru. comparationes, vel præſumendum eſt contra illos, vel illũ,
4 qui tam diu ſiluerunt, ar. j̃. de frigid. c. j. Hic ergo patet, † ꝙ non ꝑſumitur pro proceſſu iudicis, niſi quatenus conſtat legitimis documentis, vt legi. & no. s̃. ti. j. quoniam.

*SVMMARIVM.*

1 *Tempus contractus inſpiciendum eſt.*
2 *Claudicatio in iudicijs reprobatur.*
3 *Contrahentes naturaliter in precio poſſunt decipi.*

CAP. XLII.

CVm cauſa. Pars. j̃. de contrahen. emp. & vẽ. cum cauſa, & ibi probatur, ꝙ tu debes habere cũ cauſa, & non cauſam. [De monte.] ex parte vna, & ciues viterbios ex parte altera, ſuper quibuſdam caſamentis, vt in prædicto. ca. cum cauſa, & ſm dñm nr̃m monaſterium petebat ſibi reſtitui caſamenta prædicta refuſo a precio, quod de rebus venditis receperat, vel ſi ciues nollent reddere res, legitimum precium ſupplerẽt. ¶ Cum igitur]. ij. pars. [Eiuſdem loci]. ſ. ſancti Martini. [Intendant] nunc. q̃uis primo probaſſent exceſſum deceptionis. [Vẽditionis tempore] tempus
probatione ipſius ? non videtur prædicta ratione conſiderata ,
quia non ſufficit probare ſententiam , niſi probetur & crimen,
ſcilicet ſic excommunicatum in ſolutione ceſſaſſe quamuis poſ-
ſet reſponderi , quòd ſufficit probare ſententiam niſi aduerſa-
rius contrarium probet , & de hoc no. plenius , infra de ac-
10 cuſa.ſuper his,& c.inquiſitionis . † Per præmiſſa patet , quòd ad
probandum peccatum notorium coguntur teſtes , ad proban-
dum autem occultum non coguntur , niſi eſſet tale crimen , ex
quo in eccleſia Dei periculum immineret, niſi corrigeretur , ſi-
cut eſt hæreſis , blaſphemia , dilapidatio , in his enim , & aliis ſi-
milibus , cum diſſimulari nequeant ſine graui periculo eccleſiæ
imminenti , vel ſine euidenti offenſa Dei, teſtes ſunt compel-
lendi,infra de hæreti ad abolendam, & cap.excommunicamus,
§. adiicimus , & §.ſi qui autem,& §.ſi quis autem epiſcopus.xxij.
quæſtio. j. ſi quis per capillum , & no.infra de accuſationibus,
qualiter.ij.ſecundum do.no.cuius eſt mens totius huius glo.Ve-
rumtamen non placet nobis , quòd vbi de crimine criminali-
ter agitur,non coguntur teſtes , quia tunc non eſt peccatum,ſed
meritorium celare veritatem,vt no. do. no.s̃.eod.glo.verſicu.vbi
vero agitur , & ſequen.hoc enim verum non eſt , nec aliquo iu-
re cauetur , quòd ex quo aliquis in teſtem inducitur, merito-
rium ſit veritatem celare , imò expreſſe probatur contrarium in
diuerſis iuribus ſuperius allegatis, hoc autem confiteor , quòd
vbi non inducitur quis in teſtem , tunc peccatum eſt crimen
occultum proximi denudare , vt in illis pręmiſſis canonibus.ij.
quæſtio.vj.ex merito , & capitu.deteriores , & quæſt.ii.cap.penul.
& fi. quia hoc vix poteſt fieri , niſi ad infamandum , quod om-
nino prohibitum eſt , vt patet in eo,quod no.j̃.eod.dilectorum,
quod dic,vt ibi no.

---

ADDITIO.

a ¶Peccatum eſt.Adde,an ſit peccatum nõ teſtificari pleniſſimas remiſſio-
ues per d.Andr.ſic,hic in apo.ad Panor.

*SVMMARIVM.*

1 *Qui ueritatem occultat ſuper ſe iram Dei prouocat.*
2 *Veritati ſubueniendum eſt.*
3 *Quilibet chriſtianus cogitur, de peccato ſatisfacere.*
4 *Pœna incipit a contumacia.*
5 *Citationes plures in una litera fieri poſſunt.*
6 *Reprehendere, noſtrum non eſt.*
7 *Quilibet abſoluendus probato impedimento.*
8 *Iudex non poteſt quem ad impoſſibile obligare.*
9 *Sententia in ſe errorem continens, nulla eſt.*

CAP. II.

CVm ſuper cauſa. [Neceſſarium, ] vel quia per alios proba
ri non poteſt, 14.q.2.quamquam.& infra eo.cap.j.vel
quia non poteſt probari per confeſſionem. quia nul
la fit, immo totum negatur, nec per inſtrumenta, quę de hoc nō
extant, s̄.de reſtitu.ſpo.cum ad ſedem.§.fin.in princ.vel quia etiā
ſi alij teſtes non habeantur, facilius eſt iſtos producere, vel neſci-
mus vtrum bene teſtificari velint. ſuper quo vide, quod no.s̄.tit.j.
dilecto, vel expone neceſſariū.i. vtile alias innueret, quod nullus
teſtis ſit, cogendus, niſi vbi aliter fides fieri non poteſt de veritate
ſed tunc quilibet cogendus eſt, quod quidam concedunt, ſed ſm
hoc non eſſet differentia inter priuilegiatos & non priuilegiatos
quod dic, vt no.s̄.c.proxi.§.j.¶ Mandamus[.2.pars. [Veritati] nā
1 † quiſquis veritatem occultat ſuperſe iram Dei prouocat. xj.q.3.
quiſquis, & ideo teſtis cogitur per iudicem maxime eccleſiaſticū
2 † quia ſubueniendum eſt veritati, s̄.vt lite non conteſt. quoniam
3 frequenter.reſpond.j.& † quilibet Chriſtianus cogitur ſatsfacere
de peccato, ex quo eſt eccleſiæ facta fides.xxij.q.j. prædicandum.
xxxij.q.j.præceptum.j̃.de ſpon.ad audientiam.in fin. ſed eccleſiæ
conſtat de peccato eo ipſo, quod montius non vult teſtificari, vt
patet, in eo, quod hic dicitur, & no.s̄.c.proxi.§.ſi autem.[Præſen
tetis]. ſubaudi infra certum terminum, qui in reſcripto contine
batur.¶ Si vero ].3.pars.[Non ueneritis.] in termino uobis, vt s̄.
interlineauimus aſſignato. ſufficit enim, quod tunc veniat tali
hora, qua poſſit ſuum officium congrue expedire, s̄. de offi.dele.
conſuluit.& arg.ff.de condi.& demonſt.l.4.in fi. [ Ab officio]. is
4 eſt ordo cum pœna incipit a contumacia.xxiij.q.iiij. forte. ſecus
ſi a crimine.lxxxj.diſt.dictum.quod dic, ut plene no.s̄. de iudi.cū
non ab homine. [Suſpenſos ] ſubaudi, & ad veniendum talem
diem iterum aſſignauimus, & ſic continuatur ſequens.ver. [Sed
ſi nec ſic]ver.[Veneritis.] in ſecundo termino, vt s̄.interlineaui,
quia creſcente contumacia augmentari debet, & pœna. [Excō-
municationis,] quia eritis excommunicati, & iterum vobis talē
tertium terminum peremptorium aſſignamus. & ſi non in ter
5 tio veneritis.[Depoſitionis] &c. & ſm prædictam lecturam, &
expoſitionem eſt hic expreſſus caſus † ꝙ in vna litera poſſunt fie
ri plures citationes. maxime quando difficulter poteſt fieri cita-
tio, ſicut fit de conſuetudine tota die, quandoque etiam proponi
tur ex cauſa vnum pro tribus, quod dic, ut not.s̄.de dilationibus.
ca.j. & ij. [Formidare].& ſic creſcente contumacia creſcere de-
bet & pœna, vt hic patet, & s̄.vt lite non conteſta.quoniam.s̄.fin.
ff.de penis.relegati.Hoc autem, quod hic dicitur intelligas, vbi ci
tatus nullo iuſto impedimento detinetur, alias contra.ff. de arb.
celſus.§.idem ait, j̃.de iureiuran.breui.j̃.de pign.ſignificante.non
ergo in omni caſu intelligitur velle excommunicare citatum,
ff.de ſolu.ſi ſeruus.x.in fine. Quid ſi excōicet non venientem in
omni caſu.i.nulla exceptione obſtante? Reſpon.ſi Papa talē ſen-
tentiam ferat omnino excōicatus uidetur, arg.s̄. de offi.dele.ex
6 parte ij. † nec eſt noſtrum reprehendere, ix.q.iij.aliorum. Si vero
inferior Papa ſententiam tulerit adhuc dicūt, quidam, ꝙ tenet
7 ſententia, † ſed probato impedimento eſt ſine difficultate aliqua
abſoluendus, j̃.de ſentent.excomm.ſacroſ. & extra do.No.in eo.
titu.cum medicinalis.Tu dicas, quod in hoc ſecundo caſu.ſ.quā-
do inferior Papa tulit hanc ſententiam: aut taliter citatus detine
tur impedimento commoditatis, quia.ſ. commode venire non
poteſt, uel ſine danno ſuo temporali, ff.de iudi.ſi longius. & ſic li
gatus eſt. tamen probato impedimento, niſi iuſta cauſa eſſet ex-
preſſa in citatione, propter quam debuit intermittere propria ne
gocia ſine difficultate debet abſolui, vt dictum eſt, alias ſatis fieri
oportebit. Aut detinetur impedimento facti.& tunc probato im
8 pedimento, nec abſolutione indiget † quia nec ipſum potuit iu-
dex ad impoſſibile obligare, ff.quæ ſen.ſine appell.reſcin. paulus.
9 ff.de reg.iur.impoſſibilium.ff.de pac.c.fin. † Et ſi hoc intendebat
ſententia continet in ſe errorem intolerabilem.& ſic eſt nulla ip
ſo iure, ſupra de offic.delega.cum contingat.j̃. de ſenten.excom.
per tuas.nec eget talis abſolutione, ſed ſufficit, quod relaxetur ſo-
lummodo nudo verbo.infra de ſolu. Odoardus. quod alias non
ſufficeret, ut patet in eo, quod not.s̄.tit.j.veniens.ſecundo.§.fina.
Sed nec obſtat, ſi fiat abſolutio ad cautelam, j̃.de ſentē. excōmu.
venerabili. Nec mirum, ſi probato iuſto impedimento fiat abſo-
lutio: nam & eadem cauſa diffinitiua ſententia reuocatur, & ip-
ſius executio impeditur, ff.de iudi.ſi prætor. §. Marcellus.alias eſt
lex.& incipit.ſi per dolum.& legitur, & notatur j̃.de re iudicata.
cum Bertoldus.§.poſtmodum.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtes primo monendi, & poſtea cogendi.*

CAP. III.

SVper eo. [Factum ].i.delictum in quo aliqs
accuſatur, nec enim conſueuit dici
contractus notorius, ſed delictum, j̃.de cohabi.& cle
ri.& mu.veſtra.& c.tua.& c.fi.j̃.de accuſa. euidentia.
s̄.de fil.preſ.quoniam. [Iudiciarium]. ſubaudi, & examinatoriū:
niſi ad cautelam, s̄.de ſelec, bonæ.j.§.contra, j̃.de iureiuran.ad no-
ſtram.iij.requirit tamen condemnatorium, vt ibi.& s̄.de fil.præſ.
quoniam, j̃.de diuor. porro. ſimilis expoſitio.ff.ad legem aquil.p-
inde.¶ Verum]. ij.pars.[Notorium].& pro id eſt, quia is &c.]nec
euidens eſt facti, vel iuris, j̃.de cohabi.cleri. & mu.veſtra.[Conue-
nitur].i.accuſatur.& ſic eſt caſus, ꝙ in criminalibus coguntur te
ſtes, ſi ar.j̃.c.j.quod dic, vt no. j̃. eo.dilectorum.[Negauerit].& ſic
per negationem fit res dubia ſic.s̄.de reſtit.ſpol.piſanis. [Interfue-
runt].q.d.de viſu non de auditu auditus teſtificari oportet, quod
dic, vt not.s̄. tit. j. præterea.& c.licet ex quadam.[Facto].i.delicto
1 commiſſo.[Monendi, non cogendi].q.d.† primo ſunt monendi,
& poſtea cogendi, vt ſequitur.ſimilis expoſitio.j̃. de ſpon.requiſi-
uit.in fi.& probatur, ff.de tabu.exhi.locum.§.hoc interdictum, &
§.exhibere.¶ Niſi forte[.iij.pars.]Timore[.No.etiam in crimina
li cauſa teſtem cogendum, ſi timore, vel alias malitioſe per partē
aduerſam a teſtimonio retrahatur, arg.hic expreſſius.j̃.ca.proxi.
ſecundum d. n. [Conſtiterit]. Hoc conſtat eo ipſo, quod moni-
tus teſtificari renuit, quod malitioſe hoc fecit, vt not.s̄. eo.c.j.§.fi.
ex quo enim monitus eſt, non requiritur alia probatio, immo
conſtat eo ipſo, quod non conſtat contrarium, argu.C. qui mili.
non poſſ.ſuper ſeruis libr. xij. & ſi pars aduerſa impediat, eſt per
cenſuram eccleſiaſticam coercenda, ſupra titu.j. [Reuocari]. in
quo caſu tantum cogendi ſunt ſm canones, & ſm quoſdam, qđ
poteſt in criminalibus, de quibus intelligo loqui hanc literam
exaudiri.[Licet ex hoc].ver.ſ.ad ferendū teſtimonium.[Paſſim]
ideſt nulla diſtinctione habita ideſt criminalia, & ciuilia poſſint
aliter probari, vel vt impediatur per aduerſam partem, vel non,
C.de teſti.ſi quando.alias autem ſecundum leges etiam ſunt mo
nendi, ff.de tabu.exhiben.locum.§.exhibere. [De iure humano]
ideſt ciuili, quod dic, vt no.s̄.de iuramen.calum.cap.j. §.præterea
ver.j.alias de iuris humani rigore.

*SVMMARIVM.*

1 *Inſtrumentorum appellatione teſtes continentur.*
2 *Abſentiam quis procurat ex diffidentia cauſæ.*

CAP. IIII.

PEruenit. [Accuſatus].ergo criminaliter age
batur.[Contra eum].ſ. I. accuſatū.
[Ducendus].de quo certum erat, ꝙ veritatem crimi
nis nouerat.[Iuramento].quia temerarium, & illici
tum fuit, & ideo non ſeruandum, vnde & eo non obſtante ad fe-
rendum teſtimonium cogi debet.s̄.ti.j.intimauit, & c.conſtitu-
tis.in quibus de hoc nec expectanda eſt ſuperioris auctoritas, ex
quo certum eſt, ꝙ iuramentum non tenet. ſecus in dubio, vt le-
gitur & no.s̄.de elec.venerabilem.§. penul. ver. item etiam con-
tra proprium iuramentum, vbi de hoc. [Et j̃.] Quæritur utrum
nihilominus ſit cogendus ferre teſtimonium veritati, & reſpon-
detur, ꝙ ſic, vt.j̃.ſequitur.§.fi.¶ Nos igitur].ij.pars. [Quorum ap-
1 pellatione].ſic, † appellatione inſtrumentorum, ſiue documen-
torum continentur & teſtes, vt no.s̄.de proba.quoniam.§.fi. &
probatur hic, & ff.de fide inſtru.l.j.ff.de verb.ſign.notionem.§.in
ſtrumentorum.[Et ꝙ tam ille].ver.[Defenſionis]. ſic.s̄.tit.j.con
ſtitutis.j. C. de poſtul. prouidendum.iij.qō. vij.§. ſi quis autem.
[Oſtendit].præſumptiue, vnde hoc ipſo, quod hoc probatur pro
conuicto habetur, C. de probat.ſi de poſſeſſione, ſicut & quando
tentat iudicem corrumpere, C. de peda. iudi. qui male iudi.l.j.&
ideo videtur de crimine confiteri, ar.ff.de his, qui no. in fa.l.quo-
2 niam, † ſic ex diffidentia cauſę procurat quis abſentiam, iij.q.ix.
decernimus. Sic & pręſumitur contra dilationes petentes, in-
fra de pręſump. nullus dubitat. [In ſe].id eſt contra ſe. pœna do
cente. [ Eluſam ] quia inſtrui non potuit ſuper cauſa illo pro-
curante, ff.de offi. proconſul. nec quicquam. §. fi. ideo ex quo
de hoc conſtiterit, debet puniri tanquam conuictus, vt patet in
eo, quod no.s̄.eod. ſuper verbo, oſtendit, & ar.s̄. de ali. iudi.mu.
cauſa fac.cap.j.& ad hoc probandum eſt cogendus, vt ſequitur.
¶ Reſpondemus].iij.pars. [ Ad detegendum]. q.d. ſi ſuper prin-
cipali non cogitur, cum queſtio ſit criminalis.j̃.eod.dilectorum,
hic tamen de cœtero punitur tanq̃ conuictus, ſm Laur.& ſic ſer
uabit iſte iuramentum, & delinquens in hoc punietur, & hoc
videtur colligi ex antiqua, ſed non eſt verum. ideo ſubaudias hic
& nihilominus ſuper principali, s̄.titu.j.conſtitutis.i. & c. intima
uit. ſecundum B. idem tamen no.contra, j̃.eo.dilectorum. ſed ve
rius



rius eſt, quod hic dicit.ſ.vt & ſuper principali cogatur, vt præmiſi
& hoc, vt puniatur in quo deliquit is, qui hoc iuramētum extor-
ſit, s̄.de tranſla.epi.quanto.§. cæterum. alias hæc fraus per parti-
cipem probari poſſet, s̄.titu.j.ſicut & c.veniens. Vel dic, ꝙ hic ad-
mittitur, cum aliis iudiciis, quod gn̄ale eſt quęcunq; pſona turpis
admittitur, & alias de veritate liquere non poteſt, iiij.qō. iij.§. itē
in criminali. verſicu.item ſi ea rei conditio.C.de hæreti. quoniā.
in fine, ſecundum Goffre.& ar.j̃.eo, quod not. s̄. de confeſ.ca.j. &
quamuis vtraque lectura ſit probabilis lectura, tamen Lauren.
ſaluo eo, quod iungitur de criminibus magis placet, vt tamen
hoc redigas ad arbitrium boni iuri, prout notatur, s̄.titu. j. præte-
rea.§.fina.[Calliditatis].Hic dixerunt quidam iſtum vim paſſum
non ferre teſtimonium ſuper principali, ſed ſuper coactione tā-
tum. De hoc notatur s̄.titu.j intimauit d.n.& c. conſtitutis.j §.i.
& præceden.gloſ. [Commentum]. i. inuentionem, ſecundum
Gof. ſiue mercimonium, quia exinde conſueuit dari ſalarium,
& fieri certum forum, ſi.s̄.de reſcrip.nonnulli.§.ſunt & alij. [Cō
pellendum].argum.igitur, quod teſtis in criminalibus eſt cogen
dus, quod dic, vt no.j̃.eo.dilectorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtes compelluntur quando agitur ciuiliter de iniuria.*

CAP. V.

PEruenit. Commiſiſſe].in quo caſu ſi laicus la
boret infamia, aut purgat ſe, aut ab-
ſoluitur ad cautelam, aut tanquam excommunica-
tus vitatur, j̃.de ſenten.excommu.cum deſideres. §. ſe
cundæ.¶ Et cum læſus]ij.pars.ſ.clericus. [Nolunt.] ideo ſunt co-
gendi, vt ſequitur, & nota. s̄. eod.capit.j §.fina.[Et infra.]hoc eſt,
quæris vtrum ſint compellendi.¶ Cōſultationi].iij. pars. [Tuę]
.ſ.qua quæſiuiſti, vtrum teſtes cogēdi ſunt.[Taliter reſpōdemus.]
Attende conſultationem, & reſponſionem, & ſic videbis, quod
non directe reſpondet ad interrogata, ſi.s̄.titu.j. cum in tua.ita in
directe reſpondet. Sed dic, quod eo ipſo, quod reſpondet, quod ſu
per rebus eccleſiaſticis compellendi ſunt, ſatis a contrario ſenſu
reſpondet, quod ſuper illa iniuria minime ſunt cogendi, quia qđ
de vno conceditur &c.j̃.de præſump.nonne.xxv.diſtin.qualis.&
hoc ideo, quia in criminibus non coguntur, j̃.eo.dilectorum. Ar
gum.contra.j̃.eo.ſuper his.& c.ſequen. Solu.ibi B. Intellectus iſte
etiam ſecundum B. ſtare non poteſt, quia hic agitur criminali-
ter, in quo caſu etiam ſecundum ipſum teſtes compelluntur, vt
hic nota.ideo dic, vt j̃.no.[Quia hi] etiam ſi ſint priuilegiati. Nā
alij, & ſi aliter poſſet fides fieri cogerentur, quod dic, vt no. s̄.eod.
cap.j. [De rebus]. No. hic appellari rem eccleſiaſticā perſecutio-
1 nem iniuriæ. † Et nota, quod quando agitur de iniuria, compel-
luntur teſtes, quod intelligas, quando de iniuria ciuiliter agitur
conſequendum proprium intereſſe. Vel eſt hoc in fauorem cle-
ricorum & eccleſię introductum. Et ne culpa laicorum rema-
neat impunita. ſecundum dom.no. Tu dic, vt in ſequen.glo. [Ec
cleſiaſticis[.i.negocijs, & ſic reſpōdet directe conſultationi factę.
Nam hoc de quo hic quæritur negocium eccleſiaſticum eſt ra-
tione perſonæ læſæ, xj.q.j.§ ex his omnibus.j̃. de verb. ſigni. ſuper
quibuſdam.§.fina. verſicu.j. vbi de hoc. ſed & de hoc notatur, j̃.
de ſta.mona.in ſingulis.§.fina.ideo autem dicit eccleſiaſticis. qa
in foro canonico indiſtincte ſunt teſtes cogendi, etiam ſi ad de-
poſitionem agatur, vbi ſaltem aliter fides fieri non poteſt, vt ſe
quitur. ſecus vbi ageretur ad vindictam ſanguinis coram iudice
ſeculari, quia de illo non habet ſe intromittere eccleſia, j̃. ne cle-
ri.vel mona.ſententiam ſanguinis.vbi de hoc. [Nequiuerit].ſub
audi maxime, vel hoc intelligitur quoad priuilegiatos, vt notat.
s̄.ſuper verbo, quod hi, vel quando agitur criminaliter, vt nota-
tur, in præceden.glo. alias autem non priuilegiati cogerentur, vt
notatur, ſupra eodem capitu.j.[Compellendi] .ſequebatur autē
hoc in antiqua. [ Et ſi forte clerici paſſi iniuriam, veritatem ali-
quorum teſtimonio probare nequiuerint, licet iuxta rigorem ca
nonicum vnius non ſit ſtandum teſtimonio, tamen iuxta con-
ſuetudinem Romanæ eccleſiæ propter reuerentiam clericalis or
dinis ipſius iuramento fidem volumus adhiberi.] Sed hodie tan
quam iniuſtum, & irrationabile eſt deciſum, ad hoc s̄. titu. j. ve-
niens.j.& c.licet.j.C.de teſtibus.l. omnibus. ideo autem hoc reci-
taui, vt ſcias, & ex hoc elicias, quod conſultationi factæ reſpon-
detur directe. Nam ſi Papa iſte ſic ſentiebat, veriſimile eſt, quod
ſentiret multo fortius, quod teſtes cogerentur, ſed quia poſſent
eſſe indurati nimis, & potius vellent ſuſtinere ſententiam quam
teſtificari, ideo hoc duxerat adiungendum.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtes in cauſis ſpiritualibus cogi poſſunt.*
2 *Teſtis quando cogendus ſit.*
3 *Iudex animoſus debet procedere contra teſtem, quando timetur de hæreſi.*

CAP. VI.

1 CAEterum. Super conſanguinitate]. No.
† in cauſis ſpiritualibus cogi te-
ſtes, s̄.eodem capitu.j.dom.no.[Non dubitatur]. nec
Pomponius dubitat, nec nos dubitamus, ff. de tribu-
to.ac.procuratoris reſpon.j. [Ius ſcriptum]. ſcilicet canonicum,
xiiij.q.ij.quanquam, & in hoc titu.per totum. Et ciuile.C.de teſti
bus. ſi quando. quæ iura indiſtincte dicunt teſtes eſſe cogendos,
ergo indiſtincte intelliges, argum.ff.de offic. præſid. l.iij.in fine, ff.
de publiciana.de precio.j̃.de teſtam.relatum.ij.j̃. de priuile. quia
circa ergo in omni cauſa, ſiue ſit ſpiritualis, vt hic, & ſupra ca p.
proxi.& j̃.c.j.ſiue ciuilis.xiiij.q.ij.quanquam, ſiue criminalis.j̃.eo.
ſuper his, & cap.ſequen.exceptis priuilegiatis, iiij. q.iij. verſic.item
lege Iulia.quod quidam intelligunt, quando ciuiliter agitur de
crimine, s̄.titu.j.teſtimonium.alias contra, j̃.eod.dilectorum, qđ
2 dic, vt ibi notatur. † Ita demum autem aliquis eſt cogendus, cum
ſe ſubtrahit gratia, odio, vel timore, vel per alios veritas liquere
non poteſt ſecundum quoſdam, vt ſequitur. tu dic, vt nota.s̄ eod.
cap.j.& cap.prox.[Conſuetudo].ſecundum quam indiſtincte co
guntur teſtes, ex quo moniti non obediunt; etiam ſi per aliquos
fideiuſſores fieri poſſit.& quamuis alias non conſtet, quod ſe gra
tia, vel odio &c. vt ſequitur.[Actibus vtentium].tangit quandam
diſcretionem conſuetudinis. Eſt enim conſuetudo quoddam ius
moribus vtentium approbatum, quod pro lege ſuſcipitur, cum
deficit lex, diſtin.j.conſuetudo. & eſt optima legum interpres, s̄.
de conſue.cum dilectus.§.ij.in fi.quod dic, vt ibi not. deſcriptio-
nem autem proſequere, vt not.plene ſupra, de conſuetu. ex par-
te.[Si ipſum].ſcilicet teſtem. [Conſtiterit]. hoc conſtat eo ipſo,
quod monitus teſtificari renuit. hæc enim leuis præſumptio ſuffi
cit in hoc caſu, argum.ff.de peti.hæredita.ſi quis libertatem.§.pla
ne, & notetur, ſupra eodem cap.j [Timore].perſonæ alicuius, vel
corruptione, ſupra titu.j.intimauit.& cap.conſtitutis.j.s̄. eod per-
uenit.ii.ſiue timore, vel odio ſacramenti, C. de fide inſtrumen.
3 l.fina.j̃.de ſimo.& ſi quæſtiones.in quo caſu † iudex animoſus de
bet procedere contra ipſum, quia de hæreſi eſt timendum, j̃. de
hæreti.excommunicamus.j.§.antepenul.

*SVMMARIVM*

1 *Peccata nocentium, nota eſſe oportet.*
2 *Quod legitime factum eſt, ex cauſa ſuperueniente non retractatur.*
3 *Semel approbatus reprobari non poteſt.*
4 *Variare, contradicere vel vacillare quando teſtis dicatur.*

CAP. VII.

PRæterea. Sinodales]. eo quod in ſinodo ſta-
tuuntur, vel in concilio prouinciali,
j̃.de accuſationibus ſicut olim, ſed & publici dicun-
tur, j̃.eo.§.j.[Coram te].ſede inſtituta. [Vel tuo capi-
tulo j.ſede vacante, argum.j̃.de hæreti. ad abolendam. alias autē
epiſcopus tantum de cauſis matrimonialibus habet cognoſce-
re, quod dic, vt legitur, & not.j̃.de conſan.c.j.§.vnico. s̄. de reſtitu.
tio.ſpol.literas.reſpon.j.s̄.titu.j. Albericus. in hoc autem teſtimo-
nio reddendo talis non repręſentat proprie officium teſtis, ſed po
tius officialis, vel denunciatoris, ſecūdum dom.no. ſicut & alias.
C.de accuſationibus.ea quidem.ff.de rebus eorum, qui ſub tute.
ſunt magis puto.§.cuius officio.ff.de offi.præ.vrb.l.j. §. penult.vel
dic, vt in ſequentibus glo. ¶ Teſtimonium]. quia illud ſufficit, &
faciet fidem coram iudice, coram quo cauſa matrimonialis vē-
tilatur, argum.s̄.titu.j.cum cauſam quæ.§.volentes.& c.præſenta
tā, vel expone.[Teſtimonium reddiderūt]. id eſt pro teſtimonio
a reddendo veraciter iurauerunt, & ſic non eſt vlterius iurādum [a],
niſi nouus articulus emergat, vt hic ſequitur, quia ſufficit, quod ſe
mel iuratum eſt in hoc caſu, & iuramentum omnia reſpicit, cū
& iurauerit de futuro, argum.j̃.de iureiuran. veritatis C. de iura.
calum.authen.hoc ſacramentum. Et eſt hoc generale in omni-
bus officialibus, qui iurant officium ſuum fideliter exercere. ſiue
ſint teſtes, vt hic, ſiue iudices, in Auth.iuſiurandum quod præſta.
ab his.§.& equus.colla.ii.j̃.de iureiuran. venientes. ſiue tabellio-
nes, vel quicunque alij, etiam ſi agatur de nunciis infulatis, j̃. de
pręſumpt.illud.j̃.de præſcrip.ad audientiam. j̃. de appellationib.
cum parati.alias autem iuramentum præfatum futura non re-
ſpicit, niſi ſpecialiter ſit expreſſum.j̃.de iureiuran. clericus. & ad-
de, quod not.in ſequen. glo. [Compelli]. hoc vult dicere, ꝙ ſi te-
ſtes ſinodales ſemel, ſicut iurauerunt, denunciauerunt, ꝙ contra
veritatem, chriſtianitatem, ſiue bonos mores fieri intellexerint, ſi
ue in matrimonio, ſiue in alijs non debent compelli, poſtea teſti
monium in publicum dicere ſuper eodem negocio, niſi quan-
do alij teſtes ſuper eodem negocio nequeunt reperiri, & hoc iō
dicitur, ne propter redditionem teſtimonij plures ſibi inimicos
acquirant, vel dic, quod teſtimonium præſtabunt. ſed non iura-
bunt. ſecundum dom.no. cuius eſt mens totius huius glo. & hoc
vltimum concordat cum intellectu pręceden. glo. [Iuramen-
tum].niſi forte &c. [Dummodo aliter fiat fides ] .& fieri poſſit,
s̄. eodem ſuper eo, & cap.peruenit. ergo a contrario, ſi alias non
fiat fides, iterum coguntur iurare, & hoc eſt, quod notatur, s̄.in
præced.

ADDITIO.

a ¶ Non eſt vlterius iurandum. Adde, an iterato productus iterato debeat iurare Domin. Andre. Siccu. hic in apoſtil.ad Panor.

præceden.glo.ideo ſubaudiunt hic quidam maxime. Tu vero ſic
ordinabis literam, & expones [Iterato præbeant iuramentum].
ſubaudi, vel teſtimonium. [Dummodo aliter] &c. quia ſi aliter
non poteſt fieri fides, tunc cogitur iterum teſtificari, non tamen
iurare. [Niſi forte articulus] &c. tunc enim cogitur non ſolum te
ſtificari ſed etiam iurare. [Nouę quæſtionis]. talis forte, quæ non
pertinet ad officium ſuum, ſicut eſt adulterium, ſecundum do.
no. ſed iſtud exemplum non placet, quia cum adulterium cri-
men ſit, & ipſi iurent ſuper criminibus, bene ſpectat hoc ad offi-
cium ſuum. Dic ergo nouæ quæſtionis ciuilis, & acceſſoriæ, puta
hæreditatis, j̃. qui fil. ſint le. cum cauſam. vel dotis. j̃. de dona. inter
virum, & vxo. de prudentia. Hic ergo cogitur iterum iurare, & ſic
teſtificari, quia iuramentum primo præſtitum crimina tantum
reſpiciens, vt patet j̃. de accuſationibus, ſicut olim. ad hunc ciui-
lem articulum nouæ quæſtionis non extenditur, & ſic non vale-
ret teſtimonium, niſi iuraret, s̃. titu. j. de teſtibus, & c. nuper. Sed
nec obeſt primum iuramentum quo ad eundem nouum arti-
culum comprobandum, vt patet in eo, quod legitur, & not. s̃. ti-
tu. j. fraternitatis, & c. cum cauſam, & cap. cum veniſſent. & c. cũ
in tua. immo & ſi prima acta eſſent amiſſa, iterum deberent teſti
ficari. ſuper principali, s̃. de probatio. cap. fina. ¶ Huiuſmodi].
ij. pars. [Publico]. eo quod rei publicæ ſeruiunt, cuius intereſt, ne
crimina remaneant impunita, j̃. de ſenten. excommu. vt famæ.
1 §. j. peccata † enim nocentium nota eſſe oportet, ff. de iniur. eum,
qui. ſic & tabellio vocatur ſeruus publicus eo, quod publice ſer-
uit. ff. rem pu. ſal. fo. l. ij. in fi. vocantur, & hi teſtes ſinodales, vt s̃. e.
cap. princip. [Infamiam]. infamis enim repellitur a teſtimonio,
vt hic, & xxxv. q. vj. epiſcopus in ſinodo. s̃. tit. j. licet ex quadam. §. j.
ad fi. Et a denunciando. j̃. de accuſationibus cum oporteat. & c.
cum dilectus, & c. ſicut olim. j̃. de ſpon. cũ in tua. Et a proſecutio
ne popularis actionis, ff. de popu. act. l. iiij. [A prohibendo]. ſecus
2 de iam prohibito, quia † quod legitime factum eſt cauſa ſuperue
niente non retractatur, s̃. de reſtitutio. ſpolia. audita. ar. j̃. de eo, qui
cogno. conſan. vxo. ſuæ. ſuper eo, & c. diſcretionem, & c. tuæ, & c.
Iordanæ. & C. de teſta. l. j. iij. q. vij. §. verum. [Sic eam] ſcilicet infa-
miam. Sed contra. in eo, quod not. ij. q. j. ſi peccauerit. vbi patet, ꝙ
illud mandatum, quod factum eſt denunciando peccatum pro-
ximi omnes aſtringit, tam infames, quam alios. Sed magis vide-
rentur remouẽdi, qui ante officium ſunt infames, quam qui po-
ſtea fiunt, Solutio. non eſt ita. quia per ſuper infamia præceden-
te officium, ex quo ad ipſum aſſumuntur, videtur diſpenſatum.
3 pro eo ſiue in tantum, † quia approbatus reprobari non poteſt;
xxxij. q. v. horrendus. ff. de procuratoribus. Pomponius. & patet in
ſequen. gl. Sed & ſi poſt aſſumptum officium aliquid committãt
illicitum, grauius eſt, quam ſi antea. xj. q. iij. præcipue. & j̃. de voto
magnæ, §. j. & idcirco fortius poſtea quam antea repelluntur. Vel
dic, quod ideo non vult valere teſtimonium talium, ſi poſt aſſum
ptum officium incurrant infamiam, quia cum ratione officij
teſtimonium iſtud reddant, & eis magis credatur, quam alijs in
dignum eſſet, quod eccleſia infames officiales haberet. Vel dic, ꝙ
infamis poteſt reddere teſtimonium, ſicut & quilibet alius. ſed
non ſicut teſtis ſinodalis. Vel dic, quod infamis non admittitur
ad teſtificandum, vt hic, & ij. q. j. in primis. s̃. ti. j. ex parte reſpon. j.
verſic. fina. Sed non bene admittitur ad denunciandum. ſecun-
dum dom. no. cuius eſt mens totius huius glo. quod dic, vt no. s̃.
ti. j. in omni. Verum, & quod s̃. notatur, ſcilicet, quod crimen com
miſſum antequam aſſumeretur teſtis ad officium, non poſſit ei
obiici, videtur eſſe intelligendum de notorio, vel ſaltem famoſo,
ſecus de occulto, de quo imputandũ videtur potius teſti, qui hoc
tacuit, argumen. in eo, quod legitur, & notatur ſupra, de cor. vi-
tia. expoſuiſti. & adde, quod notat. j̃. de præbend. cum non igno-
res. §. fina. [Poſtquam]. non ergo ſi ante. & argumen. quod præ-
latus non poteſt remoueri, niſi propter delictum poſt promotio
nem ſuam commiſſum. ad idem ſupra, de ætate, & qualita. acce-
pimus. §. j. j̃. de purga. cap. circa fi. in fi. j̃. de iureiuran. quemadmo
dum. reſpon. j. quaſi approbatus videatur, quo ad præterita, argu
men. viii. q. ij. dilectiſſimi. xxxii. q. v. horrendus. Eſt tamen argum.
s̃. contra. j̃. de præben. cum non ignores. & in eo, quod legitur, &
notatur ſupra de corpo. vitia. expoſuiſti. ante fi. [In communi]. i.
in capitulo, ſiue ſinodo. vbi ab initio hoc officium fuit ſibi com-
miſſum. ¶ [Quorum]. iij. pars ſcilicet teſtium ſinodalium. [Incõ
tinenti] id eſt, antequam partibus, vel alicui alij perſonæ loqua-
tur, alias præſumitur contra ipſos, nec ſtabitur correctioni, ſed
primo dicto tantum argumen. s̃. titu. j. ſicut nobis. Quamuis ibi
loquatur non ſolum poſt publicationem teſtium, ſed & poſt ſen
tentiam latam. ſed eadem ratio eſt, ſi ante. licet etiam primo di-
ctorum iſtorum ſtandum ſit, vbi etiam ſecundo contrarium di
cunt, tamen & propter ſecundum dictum debilitatur primum,
& minor fides eſt adhibenda. Si vero teſtis antequam exeat con-
ſpectum iudicis corrigit dictum ſuum, attendere debet iudex mo
dum, & cauſam correctionis, argumen. in eo quod legitur, & no
tatur infra de accuſationib. cum dilecti. §. j. & ij. nam niſi cogno-
ſcat, quod ſe probabiliter corrigat, incidet in ſuſpicionem vacil-
lationis, vel variationis, ff. de teſtibus. l. ij. & l. qui falſo. Quia ſi non
corrigat ſe, ſed addat, & hoc faciat, antequam a iudice recedat,
conſtat licitum iſtud eſſe. ſi autem poſtea, & hoc facit, poſtquam
potuit loqui partibus audiendus eſt. ſed minor fides ei adhibetur,
argumen. hic, & in authen. de teſtibus. §. quia vero multi. collat.
4 vij. † Et quod varians dicitur ille, qui primo dixit vnum, & ſe-
cundo dixit eius contrarium nullam cauſam variationis aſſi-
gnans. contradicens vero ſibi, qui duo impoſſibilia ponit, vt qui
dicit ſe ſciuiſſe contractum celebratum fuiſſe certis loco, & die,
puta in craſtinum reſurrectionis Pariſius, & ſtatim interrogatus,
vbi fuit illa eadem die ſcilicet, in craſtino reſurrectionis, reſpon-
det, quod Romæ ſecundum dom. no. vel ſi prima vice dicat cã-
cellariam, de qua agitur non contuli, ſecunda vero vice dicat,
ego contuli, infra vt benefic. eccle. cap. vnico. §. j. verſic. quoniam.
& ſi locum. & §. in omnibus. Sed hoc videtur exemplum varia-
tionis, ſecundum id, quod notat. s̃. eod. glo. verſic. præceden. Ideo
poteſt dici, quod ille ponit duo incompoſſibilia, qui dicit aliquẽ
eſſe vſufructuarium, & proprietarium alicuius rei, argumen. ff.
de acquiren. poſſeſſio. naturaliter. vel dominum, & colonum, ff.
de vi, & vi arma. colonus. j̃. de locato. propter ſterilitatem. & cap.
potuit. correlatiua autem ſunt hæc, vt vnum non ſit reliquum.
immo vno poſito, vel ſuppoſito excluditur aliud, vt patet ff. de re
rum permutatio. l. j. vel ſi quis dicat, originale tantum peccatum
in baptiſmo dimitti, ſed actuale, vt patet, j̃. de baptiſmo. maio-
res. §. ſed adhuc quæritur. Vel dic, quod varians, & ſibi contradi
cens idem ſunt in effectu, hoc ſaluo, quod varians dicitur ille,
qui pro ſeipſo variat dictum ſuum, contradicens vero ille, qui in
tercipitur per interrogationes ſibi factas, vacillans autem dicitur
ille, qui dubitando & timendo loquitur, ff. de fal. eos, qui. vel etiã
is, qui duo proponit varie & aſſerit, quod neſcit eligere, quod ve-
rius ſit de illis duobus, argumen ff. de teſtibus. l. ij. & l. qui falſo. ani
moſus vero, vel nimis partialis, & fauorabilis, quinimmo & fal-
ſus poteſt dici teſtis ille, qui ad hoc, vt pars, cui fauet, obtineat,
conatur probare impoſſibile iuris, vt ſi quis probare aſtruat nega-
tiuam, quod dic, vt legitur, & notatur. s̃. de cauſa poſ. cum eccle
ſia, §. nobis igitur. horum autem omnium teſtimonium repro-
batur, vt ibi, immo & puniuntur tales, vt C. de teſtibus. nullum.
& adde, quod not. in ſeq. glo. [Incontinenti]. licet ſuper hoc ver-
bo multa ſcripta fuerunt, tu tamen dicas hoc arbitrio iudicis re
linquendum, qui qualitatem perſonarum attendat, & vtrum te-
ſtes habuerunt tractatum cum partibus, vel non, & ſecundum
hoc & alias circunſtantias correctionem reprobet, vel admittat,
argumen. in eo, quod legitur, & not. s̃. titu. j. præterea, qualiter au-
tem alias hoc verbum incontinenti, vel mox diuerſis modis ex-
poni poſſit notatur, ſupra de elec. quia propter. ſuper verbo. mox
publicent in communi. [Secus autem]. verſicu. [Interuallum].
nimium. & ſic perſona ſuſpecta habuit tractatum cum alteru-
tra partium. & adde, quod not. s̃. tit. j. cum clamor. hoc tamen to-
tum arbitrium eſt, vt no. in præced. glo.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtes non coguntur ad infamiam alicuius denudandam.*

CAP. VIII.

SVper his, & infra. Pars j̃. de accuſatio-
nibus, ſuper his, &
de eodem, s̃. tit. j. tam literis. & colligitur ſic caſus ex
iſtis iuribus. Quidam electus fuit in epiſcopum Lu-
can. contra quem cum deberet cõſecrari, obiiciebatur infamia,
& bigamia, illi vero, qui hoc obiiciebant, hoc nomine capituli
proponebant. ſuper hoc literas eiuſdem capituli exhibentes. ſed
electus dicebat capitulum dicens, quod non fuit conſcium hu-
iuſmodi literarum. Et de his mãdatur inquiri, & quod teſtes co
guntur dicere veritatem. [De fama. [Quidam dicunt, quod ſpe
a ciale eſt hic, quod teſtes compelluntur, [a] quia quæritur de crimi
ne falſi, & agitur in modum inquiſitionis. Tu vero dicas hoc eſ
ſe generale. [Literis]. cum ſuper his procederetur in modum
inquiſitionis, & aliter non cogerentur teſtes, cum talis exceſſus
criminalis ſit, & qui ipſum committit falſi crimen occurrit. Vel
hoc ideo eſt, quia iſtud crimen lite pendente commiſſum fuit.
& iõ in tali caſu conceditur, quod teſtes compellantur dicere ve-
ritatem, ſed eſt ſpeciale, & ne iuriſdictioni eludatur in fauorem
iudicum introductum, argumẽ. ff. de iud. ſi prætor. & in eo, quod
legitur, & notatur s̃. de poſtula. p̃la. bonę. ii. §. nec nocebat. Vel hoc
ideo conceditur, quia hic procedebat Papa ex officio ſuo infamia
pręcedente, in quo caſu peccatum mortale eſt veritatem celare,
& etiam Papa prouidere debuit, ne talis infamis aſſumeretur in
epiſcopum, ſi verum erat, quod infamia prædicabat, ne populus
in eum ſcandalum pateretur, argumen. lxxxj. diſtinct. tantis Da-
niel. & patet in eo, quod legitur, & no. j̃. de accuſationibus. omni
potens ſecundum dom. no. cuius eſt mens totius huius glo. hoc
autem ideo ſic notauit, quia ſequebatur opinionem illorum, q
dicunt, ꝙ teſtes in criminalibus non coguntur, quibus videtur cõ
tradicere hæc decre. j̃. eo. c. j. ſed quantum ad nos, qui tenemus
contrariũ, non oportet circa hoc laborare, ſed dic, vt nota. s̃. eod.
c. j. in fi. & j̃. eodem dilectorum. [Longe maioris], quod electus
& capitulum Lucan. negabant, & bene, vt poſtea apparuit. & pro
1 batur, ſupra, titu. j. tam literis. §. fina. [Cogatis]. contra, † quia non
coguntur teſtes ad infamiam alicuius denudandam, j̃. eod. dile-
ctorum. Solu. illud verum eſt, vbi is, de cuius infamia agitur in
nullo puniretur principaliter, niſi quia de facto infamaretur, vt
ibi. ſecus vbi repelleretur a dignitate, vel alias principaliter ſentit
pœnam, vt hic, quicquid alij dicant.

ADDITIO.

a ¶ Compellantur. Qualiter compellantur teſtes vide per Speculum. ti-
tu. de teſte. §. de teſtium compulſione. verſicu. ſed qualiter coguntur.



*SVMMARIVM.*

1 *Iudicium idem de ſimilibus.*
2 *Peccatum eſt veritatem celare in proximi detrimentum.*

CAP. IX.

CVm contra. Commiſſio, Conſulta-
tio, Reſponſio. [Eis] ſci
licet literis falſis. [Vſum fuiſſe]. nam citra vſum eſt
quandoque locus pœnitentiæ, j̃. de crimi. fal. cap. pe
nult. & c. ad falſariorum. & c. dura. ¶ [Poſtulaſti]. ij. pars. [Compel
lere]. & videtur quod non quia ſecundum quoſdam in crimina
libus nõ coguntur, ſed tamen contrarium reſpondetur infra. §. j.
¶ [Nos igitur]. iij. pars. [Compellere]. Hic dicunt quidam ſpecia-
le eſſe in crimine falſi, vt & s̃. capitu. proximo. Quibus conſenti
rem, ſi euidenter rationem ſpecialitatis redderent, quam non ha
bent, nam ſi dicant, quod hoc crimen eſt odioſum, quid dicent
de hæreſi, ſimonia, & crimen læſæ maieſtatis? Dic ergo, vt no. j̃.
eo. c. j. & adde, quod not. in ſeq. glo. [Veritati teſtimonium perhi
bere.] Hic habes expreſſe in crimine debere cogi teſtes, quod qui-
dam aſſerunt ſpeciale propter enormitatem criminis. vnde &
idem tenendum eſt in alijs grauibus, & enormibus criminibus,
1 ſicut eſt hæreſis, ſimonia, homicidium, & alia ſimilia, † quia de ſi-
milibus idem iudicium, s̃. de reſcrip. inter cæteras. cum ſuis con-
cordantijs. Alij vero hoc ideo dicunt contingere, quia is, qui hic
de falſo accuſabat, ſiue agebat, ſuum proſequebatur ſpeciale, & ꝓ
prium intereſſe, ne videlicet contingeret ipſum per falſas literas
2 fatigari. & ideo † peccatum eſſet veritatem celare in proximi de
trimentum. xj. q. iij. quiſquis metu. Quid ergo ſi in modum exce-
ceptionis obijciatur crimen teſtibus? Reſpon. ſi obijciatur poſt
ſententiam, quod corrupti falſa dixerint, cogẽdi ſunt teſtes, quia
cum ſententia proximus iniuſte damnificaretur mortale eſſet
in hoc caſu veritatem celare. ad hoc ſupra, de probationibus, li-
cet. §. j. Si vero de falſitate, vel corruptione nihil obijciatur, ſed tã
tum quod criminoſi ſunt, tunc non coguntur teſtes ad proban
da crimina, & eſt ratio, quia in nullius præiudicium tacetur ve-
ritas, ſed tantum ei pœna infligeretur, ſi crimina probarentur, ſe-
cundum dom. no. hæc tamen bimembris ratio in vtroque mem
bro ſalua tanti patris reuerentia falſa videtur, certum eſt enim,
quod illi, contra quem probatum eſt, fit etiam graue præiudi-
cium, qui conuictus eſt per teſtes criminoſos, & quod multum
alleuiaretur, ſi crimina probarentur, quia forte in primo caſu
cõdemnabitur, in ſecundo caſu abſoluetur, ſed certum eſt, quod
propter crimina ſic probata non puniuntur teſtes, vt patet in eo,
quod legitur, & notatur, s̃. de ordin. cog. cum dilectus. §. fina.
Dictum autem, dom. no. verum eſt, ſcilicet, quod ad talia crimi-
na probanda non compelluntur teſtes. Sed & eſt alia melior ra
tio huius dicti, quod dic, vt plene notatur. j̃. c. j. Vel dic (quod plus
placet dom. no.) quod vbicunque aliquis ex probatione crimi-
num conſecutus eſt lucroſam, vel vitaturus damnoſam ſenten-
tiam, ſemper cogendi ſunt teſtes, quia tunc peccatum eſſet, vt ſæ
pe dictum eſt veritatem celare in proximi detrimentum, ſecun-
dum dom. no. cuius eſt mens quaſi totius huius glo. ergo ſecun-
dum hanc regulam vltimo traditam patens eſt, quod in crimi-
nalibus etiam quando criminaliter agitur, cogendi ſunt teſtes di
cere veritatem. alioquin accuſator in probatione deficiens dam
noſam ſententiam conſequetur, cum pati debeat talionem, vel
alias extraordinarie puniri, vt patet in eo, quod legitur, & no. j̃. de
calum. c. j. & ij. Nec obſtat, ſi dicas. frater etiam ſi cogatur ex hoc
accuſatus, qui forſan degradabitur, damnoſam ſententiam con-
ſequeretur, & magis ſubueniendum eſt reo, quam accuſatori, ar
gumẽ. ff. de regul. fauorabiliores. Ad hoc enim reſpon. quia ea-
dem obiectio etiam in ciuilibus locum habet. & tamen ibi dicis
teſtes cogendos, ſed quod opponis, verum eſt in dubio, & quan-
do ſententia imminet proferenda, quod dic, vt legitur, & notat.
ſupra de procurationibus, ex literis. §. fina. reſpon. j. porro in alijs
non debet iudex, vel iudicium magis fauere reo, quam actori.
ſed eſt eis æqualiter ius reddendum, vt patet in eo, quod legitur,
& notatur, ſupra iudi. nouit. §. j. verſicu. cæterum. s̃. de mu. pet. cap.
ij. §. nos vero. in princip. & potiſſime non eſt reo fauendum in
hoc, vt veritas occultetur per coactionis negligentiam, vt patet
in eo, quod legitur, & notatur. s̃. vt lite non conteſta. quoniam.
reſpon. j. & per conſequens is, qui vere reus, id eſt culpabilis eſt ab
ſoluatur, & accuſator, qui innocens eſt condemnetur. cõtra id,
quod legitur, & notatur. ff. de pœnis. abſentem. §. j. & quod legi
tur, & no. in ſumma. eodem. titu. §. & quare. verſicu. ſatis igitur.
& ſequentibus, vſque in finem. quod dic, vt plene notatur j̃. eod.
§. Hoſtienſis.

*SVMMARIVM*

1 *Procurator admittitur etiam in criminalibus.*
2 *Vniuerſitas vel collegium non ſe defendit vel agit niſi per ſindicum.*
3 *Qui detrahunt mihi pudore induantur.*
4 *Actor debet habere probationes paratas.*

CAP. X.

DIlectorum. Procuratoribus]. Per hoc patet,
quod hic non agebatur in mo
dum accuſationis nec criminaliter alioquin procu
rator non admitteretur, vt ff. de pub. iudic. l. penul §.
ad crimen. v. q. iij. in criminalibus. & legitur, & notatur, s̃. de pro-
cura. tuæ. j̃. de accuſa. veniens. Nec obſtat, quod quidam dicunt
procuratores datos non ad principale, ſed & ad excuſationes pro
ponendas, quia hoc non eſt verum. immo ad principale, vt hic
innuit, & in integra plenius continetur. Alij dicunt, quod hic e-
1 rat lis conteſtata, in quo caſu † procurator admittitur etiam in cri
minalibus, ſm Azo. C. de accuſa. reos. v. quæſtio. iij. reos. ſed hoc
diuinatio eſt. nõ eſt vera hæc opinio, maxime ſm ius canonicũ.
Item hic erat conuentio, & reconuentio, vt patet in integra, quæ
in criminalibus locum non habet, iij. quæſtio. xj. neganda. Item
quomodo poſſet capitulum accuſare, vel accuſari. nec enim poſ
ſet deponi, vel amittere gradum, quem non habet, ſuper quo vi
de, quod legitur, & notatur, extra. dom. no. de ſenten. excommu.
Romana. §. fina. lib. vj. nam & vbi plures ſunt, qui accuſant, non
admittuntur omnes. immo magis idoneus eligitur, nec poſſunt
eodem tempore accuſare, ff. de accuſatio. ſi plures. & l. hos accu-
2 ſare. §. lege Iulia. Præterea nulla † vniuerſitas, nullum collegium
per ſe agit, vel defendit ſe, ſed ſindicum, vel procuratorẽ, ff. quod
cuiuſque vniuer. l. j. ſupra, de procura. quia in cauſis, & de ſindico.
vnico. ergo, nec accuſari poteſt ad minus quo ad pœnam ſan-
guinis, vel degradationis, quia in criminalibus, vt dictum eſt,
non admittitur procurator cum ergo capitulum faciat hic vnã
partem, reſtat ipſa vi, quod nõ erat hic quæſtio criminalis. Quid
eſt ergo, quod ſequitur j̃. quia in criminibus non compelluntur
teſtes? dic, vt infra, eodem. §. j. in princip. [Et infra,] ſequebatur
hic in antiqua ſic. dilectum filium M. ſanctorum Coſmæ & Da
miani diaconum cardinalem conceſſimus auditorem. coram
quo, cum per conuentionis, & reconuentionis modum ſuper di
uerſis capitulis, quæ ſub bulla noſtra vobis tranſmittimus inter-
cluſa, lis fuerit legitime ꝯteſtata, ꝑ quod pꝫ qđ hic agebatur ꝑ mo
dum conuentionis, & reconuentionis. non ergo criminaliter, vt
& no. in præceden. glo. ¶ [Teſtes]. ij. pars. [Super criminibus]. ſub-
audi, obiectis teſtibus, vt a teſtimonio repellantur, vel procurato
ribus, vt a iudicio excludantur. in talibus igitur, & ſimilibus, in
quibus criminoſus nihil amitteret, quod multum ſua interſit.
ſed infamia tantum ſua denudaretur, ſecundum aliquod ius nõ
ſunt teſtes cogendi, quia ſecundum præs. Detrahẽtem proximo
3 ſuo hunc proſequebar. Item † induantur, qui detrahunt mihi
pudore. Prouer. xxiiij. Abominatio hominum detractor. c. e. cũ
detractoribus ne commiſcearis. Roma. j. Detractores Deo odibi
les, ſed & omne ius abhorret talia, vt patet. C. quemadmo. teſta.
ape. l. iiij. C. de famo. li. l. vnica. vj. quæſtio j. ex merito. & tribus ca-
pitulis ſequentibus, niſi & aliquis graui damno afficeretur, ſi te-
ſtes non cogerentur, infra eodem cap. j. Nec obſtat, s̃. titu. i. cum
cauſam, quæ. reſpon. j. in fi. verſicu. teſtes autem, quia ibi ſoluitur.
alias autem vbicũque criminoſus prælaturam, vel aliquid amit
teret, & puniretur crimen, quicquid dicant magiſtri commu-
niter, & quicquid hactenus ſeruauerit Romana curia. de mente
iuris eſt, quod nedum in ciuilibus compellantur teſtes, vt C. de te
ſti. ſi quando. ff. de tabu. exhiben. locum. §. exhibere. in authen. de
teſti. §. & quoniam. collatio. vij. xiiij. q. ij. quanquam. immo & in
criminalibus, vt ff. de teſtibus. l. j. & iiij. & s̃. eodem, cum contra, &
capitu. ſuper his, & cap. præterea, & cap. cæterum, & præceden. &
cap. ſuper eodem, & ſequen. & j̃. de iureiuran. ad noſtram. ij. & in
fra, de ſimo. licet Hely. & patet in eo, quod notatur ſupra, eodem
cap. proxi. Hoc autem fateor, quod vbi agitur ad pœnam ſangui-
nis etiam coram temporali vicario epiſcopi, qui vtrunque habet
gladium, non eſſent teſtes per eccleſiam compellendi, quia nõ
ſpectat hoc ad officium iuris eccleſiaſtici, vt patet in eo, quod
legitur, & notatur j̃. ne cleric. vel mona. cap. clericis. & cap. ſentẽ-
tiam ſanguinis. & j̃. de immu. ec. inter alia. Alij dñt, quod in cri-
minalib. ubi criminaľr agitur, nõ coguntur teſtes, vt hic. ſed hic
non agebatur criminaliter, vt probatur in præceden. glo. & ideo
baculo arundineo quantum ad hoc innituntur, ſi vero ciuiliter
agatur &c. coguntur exceptis mediatoribus, quod dic, vt notatur.
s̃. titu.

ſ. titu.j. extra. Grego. mediatores.& ſic intelligunt iura. ſ. proxi-
me inducta . ſed non eſt ſufficiens reſponſio,quo.d iura. ij.de te-
ſtibus.l.j.& l.iiij.& iiij.q.iij.verſicu.item lege Iulia de vi.Hæc igitur
opinio eſt abijcienda tanquam illa , per quam Deus offenditur,
res publica læditur,proximus corrumpitur,materia delinquendi
& corrumpendi teſtes miniſtratur, mens vtriuſque iuris peruerti
tur.obediens,qui remunerandus eſſet, opprimitur , & præmitur
inobediens,& rebellis,qui pęna debet affici,ſua malicia gloriatur
nocens abſoluitur,& innocens condemnatur . Vnde ad vitandā
tantam abſurditatem dicendum , & ſentiendum eſt, quod teſtes
a etiam vbi criminaliter agitur,compellantur[a].& ſic criminoſi,&
crimina puniantur.Nec obſtat,quod aliqua iura dicunt teſtes in
ciuilibus compellendos , quia & alia ſupplent , & innuunt in cri
minalibus idem eſſe.Sed nec obſtat,quod accuſator debet caue-
re , vt probationes paratas,& luce clariores habeat, ij.q.viij.ſciāt.
C.de probationib.l.fin.v.q.vj.Epyphanium.quia poſſet eſſe,quod
haberet,& poſtea corrumperentur.ſicut patet ſ.eodem peruenit.
ij.& ſ.titu.j.tam literis.& c.conſtitutis.j. vnde debet per iudicem
ſubueniri , vt ibi legitur,& notatur. Præterea idem eſt & in ciuili
4 bus,†quia actor debet habere probationes paratas,ſupra, vt bene-
fi.eccle.cap.vnico.reſpon.j. & tamen ibi teſtes ſecundum omnes
compelluntur,& quod in criminalibus ſint compellendi,diffini-
nitum fuit per dominum Vrbanum quartum in cauſa electio-
nis eccleſiæ Toletanæ.Cætera,quæ circa hāc materiam deficiūt,
collige in ſumma,eodem titu.

ADDITIO.

a ¶Compellantur . Adde vtrum teſtes cogantur teſtificari in cauſa crimi
nali per Archidia.in ca.ſtatuendum.ij.q.vj.& apoſtil.ad Panor.hic.

*SVMMARIVM.*

1 *Clerici coniurantes contra ſuum epiſcopum deponuntur,& curiæ ſeculari tra
duntur,laici excommunicantur.*
2 *Sedicioſi capitalis eſt pœna.*
3 *Quilibet tenetur coniurationem reuelare.*

## CAP. XI.

1 VEnerabilis. Pars,ſ.de iud.venerabilis. [Cō-
iurationem].tales clerici.1.†cō
tra epiſcopum ſuum coniurantes,& ei parantes inſi-
dias deponuntur,& traduntur curiæ ſeculari, xj.q.j.ſi
quis ſacerdotum,& cap.coniurationum,& tribus cap.ibi ſequē.
laici vero ſunt excommunicandi,xj.q.j.conſpirationum. & ſin-
guli in vna libra auri condemnandi ex l.Federici,vt in lib.feudo.
de pace tenenda . hac edictali. §.conuenticulas . ſed & ſi quis tu-
2 multum contra aliquem fecerit,†vel ſedicioſas . voces emiſerit ,
capitalis eſt pœna,C.de his,qui ad eccle. confugi. denunciamus.
C.de ſedicioſis.l j.& ij.& ff.de pœnis.aut facta.reſpon.j.& l.ſi quis
aliquid.§.authores.C.de epi.& cleri.conuenticula.ff.de iniur. præ
tor ait.ff.ad legem Iul.maieſta.l.j.ff.de reipubli.qui cætu. in quib.
inuenies,quod nec turbam , vel conuentum debet quis congre-
gare,quia omnia talia ſunt prohibita,niſi probentur conceſſa,ff.
de illici.colle.l.iij.[Ad hæc celanda]. verſicu. [Conſtringentes].
alias aſtringentes . ſuper quo prouidetur j.eodem c.§. fi. ¶[Vnde
humiliter].ij.pars.[Super his]. ſcilicet ſuper coniuratione facta.
& iuramento præſtito de prædicta coniuratione occultanda,do.
no.[Et ipſe]. verſic. [Ciuium].Hęc eſt cauſa, quare compellun-
tur , & admittuntur,argumē. C.de hæreticis.quoniam multi.C.
de rebus cre.generaliter ſupra titu.j.dilecto.vbi de hoc. [Prouide-
re].verſicu.quod fieri debet ſupra,vt lite non conteſta.quoniam.
ſ.de probationibus.quoniam.¶[Ideoq;].iij.pars.ſcilicet quia ſup-
plicatio iuſta fuit,& exauditione digna.[Vt ab huiuſmodi]. ver-
ſicu.quod ſi non fecerint , quia forſan abſentes , vel pertinaces
ſunt,tu idem abſoluas eos,ſecundum dom. no. quia nec tale ſer-
uandum eſt iuramentum,vt patet in ſequē.gloſ.[Abſoluant].ad
cautelam,quia nec iuramentum tale eos aſtringit,ſ.titu.j.intima
uit.& cap.conſtitutis.j.cum ſuis concordantijs. etenim principa-
le , ſcilicet coniuratio illicita eſt , vt patet in eo, quod notatur ſu-
pra,ſuper verbo.coniurationem.per conſequens ergo & acceſſo-
rium,ff.de reg.iur.cum principale.ſ.de elec.qualiter.j. de fide in-
ſtrumen.inter dilectos.§.cæternm.in fi.,ſic ergo , neç in primo ,
nec in ſecundo iuramentum aſtringit,cum tale ſit , quod ſerua-
tum verget in diſpendium ſalutis æternæ,j.de iureiuran. ſi vero.
xxij.q.iiij ſi aliquid.& cap. ibi ſequentibus & præcedentibus . im-
3 mo † & quilibet tenetur coniurationem reuelare. vj. q. j. ſi quis
cum militibus.lxxix. diſtinct. ſi quis Papa. [Eos] &c. ſubaudi &
eos ſiue abſolutos, ſiue non (quia hic non eſt vis, vt patet in præ-
ceden.glo.) moneatis,vt veritatem dicant , qui ſi non acquieue-
rint.[Eos nihilominus] . Sed contra,ſ.de confeſ.capitu.j.ſ. titu.
j.veniens.j. Sol.hoc ideo admittitur,quia nec per alios probari po
teſt,vt notatur.ſ.§. proxi.argumen.ſ.titu.j.veniens.ij. in fi. in quo
caſu minus idonei teſtes admittuntur,vt hic,& C.de hæreti.quo
niam multi.in fi.iiij.q.iij.verſicu.item ſerui reſponſio , & tales, q
alias non admittentur,ſ.de electio.cum dilectus.& notatur, ſ. de
probationibus.iij.ad prohibendum.ſi.ſ.eodem peruenit.ij.& ſ.ti.
j.intimauit.

¶De fide inſtrumentorum. **Rubrica.**

*SVMMARIVM.*

1 *Scriptura authentica,quæ dicatur.*
2 *Publica ſcriptura quæ dicatur.*
3 *Priuata ſcriptura quę dicatur.*
4 *Tabellionis ſoli uerbo non creditur .*
5 *Contractus vel diſtractus non eſt,vbi contrahentes nou conſentiunt.*
6 *Notarius,ſemper rogatus præſumitur.*
7 *Inſtrumento publico,an ſcripturæ epiſcopi magis credendum.*
8 *Exemplo,ſiue ſumpto an fides adhibeatur.*

## CAP. PRIMVM.

1 SCripturam. Authēticam† ſcriptu
ra eſt , (vt quidam di-
cunt)illa,quæ fit authoritate iudicis per quaſ
cunque perſonas,ſ.de probationi. quoniam,
quod alij non concedunt, vel quæ fit per ma
num publicam etiam ſine auctoritate iudi-
cis cum ſubſcriptione trium, vel ſaltem duo
rum teſtium,in authen.eodem titu.§.ſed & ſi quis. C. de tabul.l.
iij.lib.x.C.de donatio.in donationibus.ſ.de teſtimo.cum a nobis.
vel quæ habet ſigillum authenticum,vt ibidem cum ſubſcriptio
ne teſtium,ſ.de procurato.c.j.& j.cap.j.vbi de hoc. niſi in leuibus
in quibus creditur etiam ſine ſubſcriptione teſtium,cum nō ſint
multum præiudicialia,qualia,ſunt illa, de quibus legitur xj. q. iij.
curæ.lxxij.diſtin.& lxxiij.diſtin.per totum. xcvij. diſtin. nobiliſſi-
mus.xcviii.diſt.tranſmarinos.& cap.affros. xcix.diſtinct.capit.j.&
ij.ſecundum dom. no. Veruntamen & aliqua de prædictis ſunt
multum præiudicialia,& in aliquibus ex ipſis non ſufficit vnum
ſigillum,ſed requiruntur plura,vt in illis.c.xcviii.diſtin. tranſma-
rinos.& cap.affros.ſ.de cleri.peregrinan.cap.j.& ij. Item ſecundū
dom. no. non ideo eſt neceſſaria ſubſcriptio in priuato inſtru-
mento , quod quis de facto ſuo facit, ff. de procuratoribus. ſi
procuratorem . dummodo conſtet ſuam eſſe ſcripturam ,C.de
non numerata pecunia cum fidem . & in authentica contra,
qui propriam.Idem etiam vbi conſuetudo eſt, quod tali ſcriptu-
ræ credatur,infra eodem,cum dilectus.Quidam etiam dicūt au-
thenticam ſcripturam illam , quam facit priuatus cum ſubſcri-
ptione teſtium , in authen.eodem titu.§. ſi tamen quiſquam.C.
qui po.in pigno.hab.ſcripturas. Sed verius eſt , quod priuata eſt ,
2 ſecundum dom.no.quod dic,vt no.j. eodem capitu.j. † Finaliter
a tamen dom.no. publicam[a] ſcripturam appellat generaliter om-
nem illam cui de iure, vel de conſuetudine ſpeciali creditur ſine
alio adminiculo j.eodem cum dilectus . alias autem ſi ceſſet ſpe-
cialis conſuetudo omnes ſcripturas præter cartas tabellionum,&
veniſſet.ſolue,ut no.ſupra de eo qui mit. in poſ.cauſa rei ſer.c.j. in
22 fi.[Nequiuiſſet.] † Et ita talia debent eſſe ſubiecta,qualia prædica
ta permittunt,Laur.[Confirmari.]verſi.ſubaudi enim intelligun
tur aliqua.[Tanquam prius habita.].i.conceſſa.[Et conceſſa.].ſ.
de nouo.in quibus antea ius nullum habebat. quantum ad id,ꝙ
conceditur de nouo.Eadem ergo res non poteſt cōfirmari,& do-
23 nari, † Sed nunquid idem homo poteſt confirmare,& dare?non
videtur,ff.de iuriſd.omn.iud.& quia.Sed contra,63.di.in ſynodo.
xxiij.diſt.in nomine domini.ſ.de elect.cum inter vniuerſas.in fi.
& c.cum inter canonicos.[Ac propter hæc.]ver.quę proxime di
cta ſunt apparet euidenter [Quod illa] de quibus agebatur.[Nō
poterant intelligi]ſecundum intentionem & allegationem Ab-
batis aſſerentis,quod Luitardus comes ,& epiſcopus ea cōtulerat
monaſterio ſuo.[Donata]quia ante dictum priuilegium fuerāt,
ſicut abbas aſſerit habita,& poſſeſſa.[Cum inxta].verſi. [Legum
ſanctiones]ſm quas,quod meū eſt,nequit iterum meum fieri,ni
24 ſi deſierit eſſe meū,vt ſequit,† quia titulus dn̄ij duplicari non p̄t ,
vt Inſt.de act. §.ſic itaq; diſcretis. vnde & hæc verba ſumpta ſunt.
& idem ff.de acq.poſſ.poſſideri.§.ex pluribus.C.de ꝯhen.emp.cū
res.& l.ſi ancillā.& l.ſi mater.ff.de contrahen.emp. ſuæ rei,& arg.
25 ff.de iur.dot.ſi auia. † Quandoque tn̄ aliquis ex duplici titulo,ex-
cipit,j.de conceſ.præben.poſt electionem.& eſt ratio,quia nemo
ꝓhibetur pluribus exceptionibus (q̄uis etiam ꝯrijs) vti.ff.de exce.
26 nemo.ff.de inoffic.teſt.contra veterani.§.ſed nec impuberis.† Ex
pluribus etiam cauſis aliquid nobis deberi poteſt,ff.de re.iur.non
vt ex pluribus.Et ſolui,ff.de ſol.cum quis.§.de peculio. Et ex plu
ribus cauſis poſſumus poſſidere, quia vnum genus eſt poſſeſſio-
nis,ſed multæ ſpecies,ff.de acquiren.poſſ. poſſideri.§.ex pluribus.
27 & §.fi. † Ex vna tamen tantum cauſa dominium acquiritur , vt
dictum eſt,& arg.ff.ad l.fal.in fundo.& l.ſi auiæ.& C.loca. & con
ducti ad probationem.[Quod eſt meum].Sed dicet,ꝙ cum non
eſſet ſuum,quia falſum erat priuilegium Luitardi,dicendum eſt
quòd donatio imperatoris tenet,ar.ſ.de reſti.in inte.conſtitutus.
Reſpon.ideo non tenet donatio,quæ ſecuta eſt ex priuilegio Lui
tardi,quia non intendebat imperator ea donare,vt crederet ea eſ
ſe monaſterij ex donatione Luitardi,& intentio neceſſaria eſt,vt
Inſti.de dona.§.in ſumma.& ſeq.item ſicut ſententia lata ex fal-
ſo inſtrumento nó tenet,ita & priuilegium ex falſa cauſa,vel fal-
ſo inſtrumento conceſſum,C.ſi ex fal. inſtrum.l.j.& ij. Si autem
non apparuiſſet falſitas in primo & originali priuilegio , nec ei
inniteretur imperator,ſed diceret generaliter talia,& talia tibi cō
cedimus,& confirmamus.Non quererem quæ ſint conceſſa , &
quæ ſint confirmata,quia in quibus non valet confirmatio, & ꝑ
conſequens non valet conceſſio.Hæc enim videtur fuiſſe inten-
tio imperatoris , q.d. imperator.in omnem euentum volumus,
quod monaſterium hoc habeat.ſiue vt donata, ſiue vt confirma
ta.Et hoc intelligas verum eſſe, niſi monaſterium per obreptio-
28 nem priuilegium obtinuiſſet,vt hic, & infra c.j. † Sic ergo in du
bio facienda eſt interpretatio,ut res potius valeat, quam pereat,
xij.quæſt.ij.ſi quos,ſupra,de reſt.in integ.conſtitutus,& in alijs cō
cor.ſigna,ſupra eod.§.ver.vt tamen ſuper verbo,valere.[Nō poſ-
ſit.] ſequitur igitur ipſa vi, ꝙ ſi ex donatione Luitardi facta fue-
runt monaſterij,vt abbas intendebat,quòd poſtea ab imperatore
non poterant donari effectu primæ donationis durante.& ſic ne
ceſſe eſt quantum ad hæc,de quibus agitur,vt priuilegiū Henrici
confirmatorium intelligatur,& ſic etiam nihil operatur , vt ſeq.
[Cum igitur.] verſi [Confirmatorium] ſi dicamus,quòd valeat
& vt fiat interpretatio,ſecundum quam valere poteſt. [Quæ de-
ducta] quia cum ſemel fuiſſent ex cauſa donationis Luitardi ac-
quiſita,iterum ex donatione imperatoris ſequente acquiri non
poterant . [ In iudicium ] & ſi ad alia donatio referatur nihil ad
nos,cum de ipſis ad præſens non agatur. [Principale] vera dona-
tio Luitardi. [Non tenuit].i.tenuiſſe non probatur,quia non ha
betur alia probatio,niſi priuilegium inductum,quod multiplici
ter eſt improbatum,ſ.eo.§.ſed contra.[Nec acceſſorium].i.con-
firmatio imperatoris,quia illud, quod non eſt , confirmari non
poteſt,arg.ſ.de conſti.cum acceſſiſſent.cum ſuis concord.Hic au
tem habes ſciſſum notabile,ad quod hæc frequenter inducit de-
29 cre.ſ.† ꝙ ſi principale non tenet.&c.quod regulare eſt vt hic . &
C.de legibus.non dubium.ff.de reg.iur.cum principale.j.de don.
inter virum & vxor.& ſi neceſſe.ff.ad Maced.creditorem.ſ.de e-
lect.qualiter.Inueniuntur autem quædam iura ſpecialia, in qui-
bus tenet acceſſorium.& ſi deficiat principale, vt j. de iureiuran.
debitores.C.ſi aduerſus vendi.l.j.ff.quibus mo.vſufr.amit. quid ta
men.in prin.& l.præced.C.de epiſcopa.audien.aut.liberi. C.de li-
ber.præte.auth.ex cauſa.¶ Per inſtrumenta] vij.pars.in qua elidi-
tur quarta intentio abbatis poſita,ſ.eo.§.uerſi.iiij [Vtcunque].i.
aliquo modo.[Poſſeſſio] ff.de acquiren.poſ.ſi quis autem condu
xit.& l.ſi aliquam rem poſſideam.[Cum ad probationem]. verſ.
30 C.locati.ad probationem. [Non ſufficiat] †fatemur tamen, ꝙ q
rem locatam accipit,non poteſt referre quæſtionem de proprie-
tate,ſiue de poſſeſſione ſm do.N. [Facta locatio]ſed hoc falſum
videtur,quia ſi locaui tibi aliquam domum , tu non potes mihi
exinde referre dominij quæſtionem,ff.de pigno.actio.ſi pignore.
§.ſi prædo.& melius.C.loc.ſi quis conductionis.C.de pign. actio.
nec creditores.ff.commodati.l.ita vt ſi fur. Solu. illud verum eſt,
ſi agatur illa actione , quæ oritur ex contractu habito inter par-
tes,ſicut eſt actio locati,pignoratitia commodati . Secus ſi aga-
tur reali actione , quia illa non proponitur tanquam contra in-
quilinum,vel commodatarium,vel creditorem, ſed tanquā con
tra quemlibet poſſeſſorem,ff.ad exhiben.de eo.§.fi.ff.de rei vend.
officiū,ſed nec intentans rei ven.per ſoiam locationē rei,quā vē-
dicat ab eo factā ꝓbat intentionē ſuā vt hic,& C.locati.ad proba
tionem.& ar.C.de preſc.30.an.male agitur.C. de do. cēſual.ſ.de
31 cā poſ.c.fi.† Nā & conductorem,quam conduxit locare p̄t , [b] &
b tn̄ conſtat,ꝙ domus non eſt ff.loc.qui inſulā.ergo non ꝓbat hoc
eſſe&c.C.de ꝓba.ad ꝓbationem dn̄ij.¶ Cū aūt]. viij.pars.in qua
datur ſententia diffinitiua . [ Probata non fuerant] actore enim
non ꝓbante reus eſt abſoluendus,C.de edendo. q̃ accuſare. C. de
rei uen.l.fi.C.de proba.actor.j.vt benefi.eccleſia.cap.vnico.§.j.vbi
de hoc[Procuratorem tuum nomine tuo ] hic ergo formatur
ſententia in perſonam procuratoris.Contra,ſ. de prob. licet.§.fi.
dic,ut plene no.ſ.de elec.querelam.§.fin.Notandum eſt tamen,
ꝙ dicit noīe tuo & Mediol.eccl'ię,qa in petitione nihil fuit dictū
de no-

ADDITIONES.

a Conductor non pōt locatori exceptionē de proprietate , ſiue de poſſeſ-
ſione referre. Adde ad hoc Fel.hic in antepe.col.verſi.in glo.qui extendit
hoc dictum ad alios caſus .

b ¶Locare poteſt. Adde vtrum & cui conductore quā conduxit alteri poſ-
ſit locare Spe.ti.de iud.§.2.uer.circa hoc quæritur.& Fel.hic in pen. col.
poſt eum.& Do.Abb.hic ad fi.qui adducit hoc ad q.an ſcholaris recedēs
poſſit alium ponere loco ſui in domo vel camera etiam inuitis ſociis.



de nomine archiepiſcopi , ſed nomine Mediolan. eccleſiæ tm̄,vt
patet ſ.rn̄.j.verſic.j.ſed perinde eſt, ac ſi dixiſſet hoc nomine Me-
diolanen.eccleſiæ tm̄, quia illud tuo nomine nihil operatur , ut
patet in his,quæ ibi no. [Quoniā cum obſcura]ver.[Cōſueuit.]
ſic fieri debet,quod dic,vt le.& not.ſ.de prob. ex literis.j.de re iu.
cap.fi.licet in communi apparatu no.hæc materia hic, & ibi.ſed
ſufficit ſemel,& plene in vno loco eiuſdem libri notaſſe.

SVMMARIVM.

1 *Omnia nobis eſſe nota non poßunt .*
2 *Cardinalium literis quando credatur .*
3 *Litterę Papæ quandoque dubię ſunt*
4 *Literæ generales , non abſoluunt a uoto .*
5 *Qui abſoluit ex falſa cauſa,abſoluere non intendit.*

CAP. VII.

QVod ſuper his. Pars j. de voto. ſuper his
[Super abſolutione]a vo
to peregrinationis. [ Ignota ] vbi nulli fit præiudiciū
ſufficit ſigilla apparere illæſa,& in prima figura. C.de
edicto diui Adr.Tol.l.fi. ſi vero ſunt ignota plura requiruntur , ſ.
de cler.peregr.c.j.ij.& iij.quod dic,vt ibi no.ſin aūt ſigilla ſint fra-
cta in parte,vel abolita ſuſpecta redduntur,ff.qui te.fa.poſſ.ad te-
ſtium.§.ſi ſignū.& ſ.c.prox.§.eadem.ver.nec ſigillum.vbi de hoc
& tunc recurrendum eſt ad conſignatores,ſi ſuper ſunt , vt reco-
gnoſcant ſigna ſua,ff.quemadmodum.teſt. ap. ſed ſi quis ex cōſi
gnatorib.C.de fal.ſi quis decurio. & ſi non recognoſcunt ſigna ,
ſuſpectum eſt.ff.quemadmodū.te.ap.l.j.in fi.Quādo uero fit alij
præiudiciū,dūmodo ſigillum notum ſit,& cōſtet, qđ ſit autenti-
cum,prima facie ſtatur ei,niſi ꝯrium quid probetur,ſ.e.c.2.& ꝓ-
ba.iij.& c.poſt ceſſionē ſi uero is,ꝯ quem producitur, dicit,ꝙ nō
eſt uerum ſigillum illius,cuius dicitur eſſe,ex quo notū reputatur
ei incumbit probatio,vt in d.c.iij.ſed in dubio poſſet fieri collatio
literarum,& inſtrumentorū,vt ſ.c.prox.§.inſtrumentum.verſ.tū
quia ſubſcriptio.C.e.ti.comparationes.[Super impedimentis]q-
bus occurrentibus, ſicut aſſerunt , votum nequeunt adimplere .
[Deleui] vel nullo modo,quia ipſa conſtat eſſe falſa , vt innuit.
§.fi.¶ Ad quod] ij.pars. [ Literas ] in quibus ſemper cauſas, ſiue
impedimenta exprimimus.[Indulgemus]hoc modo ſcribimus
1 illis,qui perſonas, &c. [Plenius].i.plene,vel plenius,q̃ nos† nobis
enim non pn̄t omnia eſſe nota,vt patet ſ.de poſtul.prælat. bonæ
ij.§.fi.recurrimus ergo ad eos,qui hoc plene nouerunt.ſ.de renū.
poſt tranſlationē.§.fi.in prin.quia eſt ad tales in talibus recurren
dum,ſ.de elec.poſtq̃.is.& j.qui ma.accu.poſ.vr̄.cum ſuis concor
de. [ Expoſitis] ab impetrantibus. ideo ſi ſtilus hic non ſeruatur,
q̄uis vera ſit cauſa,quæ prætenditur lr̄a non valebit,ar.j.de crimi-
ne fal.quā graui.j.de ſenten.excom.ad hæc.ſ. de conſtit.ex literis
[Saluti & ſuccurſui] hic autē diſtinguendū eſt,vt legitur, & no-
tatur j.de voto.quod ſuper his.§.rurſus,& c.ex multa.§.ij. [Proui
dentes]verſi.illis,quibus ſcribimus.[Ne quid]. &c.hæc igitur re-
gula eſt conſideranda,arg.ſ.de reſcrip.c.ij.& c.cum dilecta.¶ Vn
de] iii.pars [Per ſuppreſſionem] Hic.poteſt colligi,arg.a contra-
rio ſenſu, ꝙ ſi non per ſuppreſſionem falſitatis lr̄æ Cardinalium
2 ſunt obtente, credendum † eſt eis . [a] & ſi ſigilla cardinalium ſint
a ignota,quod & referas ad caſum iſtum , de quo hæc loquitur de-
cre.arg.j.de crim.fal.c.pen.Sed ꝯ,quia ex quo ſigilla ignota ſunt,
vr̄,ꝙ quinque ſunt requirenda,vt ſ.de cleri.peregri.c.ij.Sol. aliud
hic,& aliud ibi,hic enim loquitur,qn̄ & ſi ſigilla ignota ſint,Car
dinales tamen vel cardinalatus ſunt noti.ibi uero loquitur, quā-
do non ſolum ſigilla ignota ſunt,immo & epiſcopi, & epiſcopa
tus.Alias in caſu iſto minus,& in illo maius periculum vertitur,
& ideo ibi cautius prouidetur ſm dn̄m noſtrum.cuius eſt mens
totius huius gl.ad hoc xlij.diſt.quieſcamus.[Veritatis.]quia tacue
runt ea,per quæ vtiles erant terræ ſanctæ. ſm dn̄m nr̄m.& ſic nō
exprimunt exprimenda,vel cauſam aliquam, vel quia impetrāt
hac forma omiſſa.[Aut falſitatis]quia ſcilicet ſuggeſſerunt ſe de
biles cū ſint fortes ſm D.N.& ſic exprimunt certam cauſam &
iuſtam,ſed falſam.vnde non valent litteræ.ſ.de reſcrip.ſuper litte
ris.[Non ſolum cardinalium.ſed etiam noſtras] veras & indubi
tatas vt ſequitur.Sed cōtra,ſ.de teſti.cum a nobis.in fi.ſo.ibi.Vnū
tamen notabis hic,ꝙ ex quo ex tali cauſa Papæ litera reprobatur,
non debet moleſte gerere Cardinalis, ſi & ſua littera reprobetur .
3 [Nec ſolum] alias non ſolum. [Dubias ] quia † & noſtræ quan-
doque dubiæ ſunt,vt patet j.de cri.fal.ſuper eo.& c.licet.[ Carere
volumus] quia ex quo votum reuocant,veritatem continere de
bent.nam nec præcedentes literas aliter reuocarent, ſ.de dol.&
contu. ex litteris.ſ.de of.deleg.ex litteris ſ. de reſcri.ceterum.j.de
re iud.inter monaſteriū,ſed ad hoc,vt valeant dēnt rei ſeriē con-
4 tinere.j.de cohabi.cle.& mu.ſuper eo †. Et ſic patet, ꝙ literæ ge-
nerales non abſoluunt a voto, nec a ſententia excommunicatio
nis,vt his,& ſ.de offi.ord ex parte.j.de ſen.excom. cum pro cau-
ſa.& c.officij.[Et eis]. ſ. literis ſic impetratis. [Non obſtantibus,]
denegabit enim delegatus ſuam cognitionem, ubi delegans de-
negaret ſuam commiſſionem,ſ.de reſcr.ſuper litteris.§.fi.[Com
pelli] quia non tenet abſolutio.ſi ar.ff.de natal.reſti.l.j. ſi quæras ,
quare non tenet abſolutio ex falſa cauſa obtenta, vt hic , ſicut &
tenet excommunicatio ex falſa cauſa lata, 11.q.iij.cap.j. Reſpon.
5 quia † is qui abſoluit ex falſa cauſa abſoluere non intendit . ſed
qui ex eadem cauſa excommunicat, intendit excommunicare ,
quod dic,vt no.ſupra de offi.ord.ex parte ſecundum d.N.

ADDITIO.

a ¶Credendum eſt eis. Adde an & quando credatur literis,vel dicto cardi
nali do.Abb.& eius apoſtillatorem hic .

SVMMARIVM.

1 *Reſcripta quando ſint admittenda vel reijcienda.*
2 *Quod eſt contra ius ſcriptum,ſtatim abijciendum eſt .*
3 *Principem ſubuertere multa iura non eſt uerisimile.*
4 *Extrauagans non iuri contrarium ſeruatur.*

CAP. VIII.

PAſtoralis. Et j.[Aliqua decretalis.] quæ nō
eſt poſita in corpore decretalium
ſed tamen aduocati eam pro decretali allegant.unde
ſi non ſit contraria iuri,non eſt ſtatim reijcienda, ſed
Papa ſuper ea potius conſulendus,ut ſequitur. Secus in reſcriptis
contra ius impetratis, illa enim ſtatim abijcerentur,xxv.qu.2.re-
ſcripta . Vel loquitur hic de illis decret. quæ olim erant poſitæ in
corpore decretalium tempore illo,quo nullum corpus decre. e-
rat autenticum,excepta compilatione domini Innocētij.iii.Vel
loquitur quando etiam bulla depēdet in litera , quia nec ſtatim,
ideo pro iure eſt habenda,C.de legi.l.2.ſecundum d.N. cuius eſt
mens totius huius gl.Tu uero dic,ut no.in gl.ſequentibus. [Me-
1 rito dubitet] Ad declarationem huius cap. notabis † quod ſi re-
ſcriptūm apoſtolicum prætendatur clarum,& uerum,& iuſtum
& æquum,& indubitatum de facto,& de iure.puta quia certum
eſt,quòd verum,& ſecundum ſtilum eſt, nec aliquid iniuſtum ,
vel iniquum continet.ſequendum eſt omnino,vt infra.§.j. & ſ.
de reſcrip.ſi quando & c.cum dilecta.§.fi.& ſ.de offi.dele.pruden-
tiam.& cap.venerabili.Si autem ſuſpectum eſt de falſitate conſu
latur princeps,& vtens retineatur, & caute cuſtodiatur, & mitta
tur principi,ſi hoc mandet infra de cri.fal.ſuper eo.ſupra de reſc.
cap.ij.in fi.ſ.de teſti.cauſam quæ.ij.in fi. Quod ſi de falſitate nul-
2 la ſuſpicio habeatur,ſed de tenore , puta quia † omnino eſt con-
tra ius ſcriptum,ſtatim abijciendum eſt, xxv.qu.ij.reſcripta. C.de
præci.impera.offi.reſcripta.& de tenentis manibus euellendum.
C.de ſacrifici.paga.l.iij.non enim obtentu reſcripti eſt a iure cō-
muni recedendum ſupra, de reſcrip. cauſam quæ.niſi dicatur in
reſcripto non obſtante tali iure,ut ſ.de reſcri.nonnulli.ſ.de ætat.
& qual.eam te.ſ.de offic.deleg.ſuper quæſtionum.& arg. ff.dele.
3 iij. ſi quis. in principio † quia nec eſt uerisimile principem velle
ſubuertere multa iura, ſupra de elect. eccleſia.ij.§.denique.Sed ſi
non eſt expreſſe contra ius,ſed præter ius expectanda eſt ſecunda
iuſſio.& ſic poteſt intelligi,j.eo,§.fin.ar.in autenti.vt nulli iud.§.
& hoc vero iubemus.coll.ix.& C.de legibus.l.fi.& idem fiat ſi ali
quam continet iniquitatem.licet ſit cōtra ius impetratum, ſ.de
offi.dele.ſi quando in auten.deman.prin.§.ſi quis autem. coll.4.
Verum ſi æquum ſit , & ſecundum ius ſequatur omnino ſupra ,
de tranſac.cap.fina.Sin autem ſit contra terrę conſuetudinem ra
tionabilem & præſcriptā præualet conſuetudo ſ.de eo,qui mitt.
in poſ. cauſa rei ſer.cum ueniſſent.ſ. de conſtit.cum omnes.ſ.de
conſue.cap.fin.niſi pro certo liqueat,ꝙ princeps intendat per re-
ſcriptum ſuum expreſſe talem conſuetudinem reuocare,ff.de ſe
pul.uiola.l.ij.libr.xij.§.diuus.j.de re iud.cum cauſa quæ.Sed & qa
contingit quandoque extrauagantia vacillare,alij dicunt, quòd
eſt extrauagans.alij dicunt,quòd non,vt patet in prohemio.§. ſa-
4 ne.† Sed ſi extrauagans,quod allegatur omnino concordat iuri
ſicut eſt illud,quod quidam libri habent,ſ.de teſti.extra greg.me
diatores.ſ.de reſcri.iu extra.greg. ipſo iure.tunc iudex ſecundum
ipſum non timeat iudicare.j.eo.§.j. Si uero ſuper materia ipſius
occurrant multa iura contraria,& diuerſæ opiniones . ſicut ſ.de
temp.or.extra.greg.nullum.& de reſti.in integ.extra.grego.eccle
ſia.couſulatur princeps.j.eo.§.fin.Si eadem].ij.pars. ſcilicet decr.
de qua dubitatur vtrum ſit decr.[Iuri communi].ſcilicet diuino
vel canonico.j.de accuſ.qualiter.ij.ſupra,de elec.ſignificaſti.infra
qui fil.ſunt le.per venerabilem.§.rationibus.j. de vſur. ſuper eo.j.
de iuram.calum.cap.j.vel ciuili.nobis non contrario infra,de no
ui ope.nunc.c.vnico.x.diſt.c.j.& ij.& per totum.quod dic,ut ple-
ne no.infra,de ſol.capi.fi.uel naturali ratione deficiente iure.l.di.
conſuetudo.inſtitu.de iuram.nat.§. quod uero naturalis,ſiue cō-
ſuetudini.inſtitut.de iur.natu.§. ex non ſcripto ſupra,de conſuet.
cum dilectus.§ primo. [ Non metuat] quia tale inſtrumentum
vere eſt autenticum.xix.diſt. ſi Romanorum . & ideo plene pro-
bat , ſupra eodem capitulo ſecundo, & hac ratione conſiderata
fuit hęc decr.ſub hoc titulo collocata,potuiſſet tamen poni.ſ.de
conſt.vel de reſcri.vel de offi.dele.[Non tam ipſius] auctoritate ,
quod ſequitur.[Verum.iii.pars.[Diſſona]vel non conſona.[Cō
ſultat]vt no.ſ.reſpon.j.in magna gl.ſuper verbo merito dubitet .
licet autē aliqui ſcripſerunt,ꝙ ex eo, qđ reperitur inter alias decr.

præſumitur eſſe decretalis ad inſtar moniale. xx. q. j. quem pro-
genitores. nos tamen non putamus hoc verum eſſe niſi omnes
libri communiter habeant ipſam,alioquin quilibet poſſet facere
nouam decre.ipſam in libro ſuo ponendo. quod no eſt ſentien-
dum,vt no.ſ.in prohemio.in fi.& ideo dic,vt no.ſ.eod. reſpon. j.

*SVMMARIVM.*

1 *Quod vni licet,alii licere debet.*
2 *Teſtes & inſtrumenta habent eandem vim in litibus exercendis.*
3 *Corruptio de facili comprehendi non poteſt.*
4 *Melius eſt ante,quam poſt vulnus remedium quærere.*
5 *Renunciatio aliud,& aliud concluſio.*
6 *Conſuetudo approbata reddit inſtrumentum autenticum.*
7 *Mulieri poteſtatem iudicandi tribuit conſuetudo.*
8 *Inſtrumentum ex qualitate perſonæ approbatur,vel reprobatur.*

## CAP. IX.

Cum dilectus. Pars.ſ.de cauſa poſ.& ꝓprie.
cum dilectus.ſ. de arg. cum
dilectus.[Ad ſecundam]epiſcopus enim ſancti An-
dreæ & abbas,quibus ſcribitur,quatuor fecerunt quæ
ſtiones.primam habes.ſ.de arbi.cum dilectus.ſecundam & ter-
tiam in hoc c.quartam.ſ.de cauſa poſ.cum dilectus. [Vtralibet]
1 alias vtraque.ſ.tam actor,q̄ reus,† quia quod vni licet,& alii lice-
re debet,j.de excepti.cum inter priorem.ff.de regu.iur.non debet.
Etiam poſt publicationem ] Dubitatio forte fuit quia nimis ta-
cuiſſe videbatur,cum nec proteſtatus fuiſſet,vnde edere debuiſſet,
ar.ff.de edendo.l.j.§ edere.& § edenda.ſed non eſt hic neceſſaria
proteſtatio,cum ſciat ius ſuum adhuc durare,arg.ſ.de teſti. præ-
ſentium.ff.quibus.mo.pig.vel ypo.ſol.ſicut re corporali.§.non vi
detur.Vel dubitatio fuit,quia poſt publicationem teſtium non li
cet alios teſtes producere,ſ.de teſti.in cauſis.& c.fraternitatis.& c.
de teſtibus.in fi.vnde videbatur,ꝙ inſtrumenta produci non poſ-
ſunt,cum nomine inſtrumentorum contineantur,& teſtes.ſ. de
2 teſti.cogen.peruenit.j.ff.eo.ti.l.j.† & eandem vim obtinent teſtes,
& inſtrumenta in litibus exercendo,j.e.cum Iohannes. §. porro.
ſed alia ratio reformat pactum in teſtibus,qui corrumpi poſſunt
3 priuatim,& familiariter,†nec poteſt corruptio de facili compre-
hendi,ſ.de proba.licet.§.idem quoque.ſ.de teſtib. ſicut nobis.&
in inſtrumentis,quæ non ita frequenter falſantur.& ſi hoc fiat fa
cilius deprehenditur,vt patet.ſ.eo.inter dilectos.Ideoq; licet poſt
publicationem admittantur inſtrumenta,non tamē alij recipiū-
tur teſtes, quia timetur de corruptione plus in teſtibus, quam in
inſtrumentis in auth.de teſtibus.§.quia vero col.vij.Vſque ad dif
finitiue].i circa excluſiue enim ponitur.quia nec poſt concluſio-
nem reciperentur,vt ſequitur.ſic.ſ.de æta.& qua.a multis.& j.eo.
c.j.§.verum.ver.cum iudex.incluſiue vero ponitur.xxxij.diſt.de il
lo.xiij.q.ij.ebron.xxxv.q.iij.porro.ff.de pig.ac.l.j.& adde, quod no.
in ſe.gl.[ſententiæ calculum]Dicunt quidam, ꝙ ēt poſt conclu-
ſionem poſſunt inſtrumenta produci,quia & in cauſa appellatio
4 nis produci poſſunt, † eſt ergo melius ante cauſam vulneratam
ſubuenire,quā poſt vulnus remedium quærere. C.in quibus cau-
ſis reſt.in inte.non eſt neceſſaria.ſancimus. Alij vero dicūt,ꝙ nec
ēt in cauſa appellationis, poſtquam concluſum eſt licet ea pro-
ducere,ar.j.eod.c.j.§.verum reſponſionem. vbi loquitur in cauſa
appellationis,& dicitur ibi,ꝙ poſt concluſionem poteſt iudex in
terrogare partes ex officio.ergo a contrario ſenſu poſt concluſio-
nem non licet parti interrogare,nec ad eius inſtantiam debet in
terrogatio fieri,ſi nō licitum interrogare, quod magis videtur cō
ceſſibile,& quod minus eſt,multo minus poteſt inſtrumēta pro
ducere,quod maius eſt & quod minus videtur conceſſibile, & ꝙ
minus eſt,multo minus poteſt inſtrumentum produci,quod ma
ius eſt,& quod minus videtur conceſſibile.Tu vero dicas, ꝙ in cā
principali licitum ad concluſionē,& non poſt inſtrumenta ꝓdu
cere,vt hic dicit.in cauſa vero appellationis poſt cōcluſionem in
prima cā principali factā non ſolū inſtrumenta, ſed & q̄nque in
aliquibus licet teſtes producere,cū cā appellationis alia ſit a prin
cipali,qđ dic,vt le.& no.ſ.de teſt.fraternitas ſm.d.n.cuius eſt mēs
totius huius gl.Nec obſtat.j.c.j.§.verum reſpōſionem. quia illud
intelligitur non de concluſione principali,ſed in cā appellationis
facta.[Antequā]& non poſtea.ſed contra.j.e.c.j.§.verum.ver.nō
obſtante.& ſeq.io.ibi.& in præcedenti gl.[Concluſum].i.renun-
ciatum allegationibus,& probationibus.i.omni iuri & omni fa-
cto.ſic.ſ.de cauſa poſ.paſtoralis.ſ.de procura. auditis. Pōt tñ dici,
5 †ꝙ aliud eſt renunciatio,& aliud concluſio,vt ſ.in d.cap.paſtoral.
6 ¶[Super tertio vero.]ij.pars.[Conſuetudo]†conſuetudo igitur ap-
probata reddit inſtrumentum autēticum,quod alias reprobare-
tur priuatū.Nec mirū,qa illegitimū ad honores admittit tanquā
legitimum.j.de cleri.coniuga.cum olim. Et perſonas illegitimas
ad ꝯhendum legitimas reddit,j.de cogna.ſpiritua.ſuper eo·Et pri
uato dat iuriſdictionem.ſ.de fo.ꝯpe.cū contingat.Sed nūquid in
ſtrumentum regis fidē faciet in ſpūalibus, & corā eccleſiaſtico iu
dice,ſi ꝯſuetudo,hoc habeat?Dicas,ꝙ non,quia talis conſuetudo
irrationabilis eſſet,vt patet in eo,qđ le.& no.ſ.de arb.ꝯtingit. ſ. de
iu.decernimus.& c.clerici.& j.ne cle.vel mona.ſicut te. Qđ ergo
hic dicit intelligas,quo ad tpalia,ſicut ſunt ꝯctus,vel actus iudicia
les,nō matrimoniales,vel alias ſpirituales,ſed ciuiles & tpales vel
vbi inducūtur tanq̄ priuilegia ab codē rege alicui eccleſiæ ꝯceſſa.
ſ.de teſti.in integ.auditis.vel quo ad feudalia.ſ.de fo.ꝯpe. ex tranſ.
miſſa.in fi cū ſuis concor.& adde,quod no.in ſeq.gl.& j. ne cleri.
vel mo.ſicut te.[Obtinet]intim.ꝙ & ſi inſtrm in ſcriptionem te
ſtiū nō habeat,nihilominus credetur ei,ſi & hæc conſuetudo ob
tinuit approbata.vt & de hoc no.ſ.e.c.ij.ſuper verbo.ſigillum ſm
d.n.Magnæ ergo virtutis eſt conſuetudo,q̄ & priuatæ ſcripturę,&
cui alias non crederetur efficacē virtutē probationis dat.vt hic ꝓ-
7 batur.† Nec mirū qa & priuatę pſonæ & ēt mulieri poteſtatē tri-
buit iudicādi.& eis ordinariā iuriſdictionē cōcedit,vt patet in eo,
qđ le.& no.ſ.de fo.ꝯpe.cū ꝯtingat.& de arbitris dilecti. Et ēt a cri-
mine falſi excuſat,vt patet in eo,qđ legitur,& no.ſ.e.c.ij.ſuper ver
bo ſigillū.aū fi..pſius gl.ver.qcqđ tñ dicat in pdictis ciuitatibus &
pcedentibus,& ſequētibus.& adde qđ no.in præceden.gl.[Præſer-
tim].ver.i.tm.nā ſi eſſet malæ famæ,& vilis opinionis,& qui con
ſueuiſſet inſtrumenta falſa facere, & vendere nō crederetur eis.
8 †Et ſic no.ꝙ ex qualitate pſonæ approbatur inſtrm, vel reproba-
tur,vt hic patet.& ff.de edendo ſi quis ex argētarijs, §.i.j. de pſum.
illud.& c.mādata,j.de pſcrip.ad audientiā.[Supradictus rex]in de
ciſione.ſic.ſ.de off.or.dilecta.§.j.ver.dictus.[Honeſtatis.]hoc ſem
per pſumitur eſſe in homine.niſi ꝯ.probetur.j de præſump. c.fin.
quod verum eſt de baptizato.ſecus de in fideli,ſuper quo vide,qđ
no.ſ.de tranſla.epiſcopi.c.ii.§.ſed neque.ver.& quod non eſt.

ADDITIO.

a ¶An poſt concluſionem in cauſa poſſunt produci inſtrumenta.Adde ro.
conſi.xx. et an in criminalibus concludatur in cauſa.Et an ſententia lata
omiſſa publicatione teſtium valeat per domi.Abba.& apoſtillam ad eum
hic.Item an renunciare,& concludere ſint idem,vide per do. Abb.& apo
ſtil.hic in fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Actionem exprimere,non eſt neceſſe.*
2 *Teſtes in cauſa appellationis ſuper antiquis capitulis produci poſſunt.*
3 *Poſſeſſio vacua quid importet.*
4 *Venditor præciſe tenetur,ad traditionem rei.*
5 *Nouæ probationes poſſunt induci in cauſa appellationis.*
6 *Conditio apponitur, per ſi,& modus per vt.*
7 *Inſtrumentum propter admixtionem falſitatis,in totum reprobatur.*
8 *Scriptus de facili mutari non poteſt quin appareat.*
9 *Memoria hominis labilis eſt.*
10 *Inſtrumentum per quot teſtes poteſt reprobari.*
11 *Quæſtio habita in curia romana.*
12 *Sexui muliebri parcendum eſt propter fragilitatem.*
13 *Veritas non ſubtilitas in iudicio eſt ſequenda.*
14 *Electio omnis in facto conſiſtit.*
15 *Veritas ſepius examinata magis ſplendet in lucem.*
16 *Super incidenti pronunciandum eſt.*
17 *Dies cedere in contractibus conditionalibus,quando dicatur.*
18 *Sententia lata prætextu exceptionis omiſſe retractari non debet.*
19 *Quod in modum exceptionis opponi nō poteſt,admittitur, in modum actionis.*
20 *Cui datur Actio,multo fortius exceptio.*

## CAP. X.

Cum Iohannes hæremita. Alias hære-
mitæ.[Ex cā mutui.]Sine expreſſione enim cāæ non
1 cogeretur reus reſpondere,ſ.de libel.obl.c.iij.ſed † nō
eſt neceſſe exprimere actionem,idem formulam actionis, vt di-
cat ad hoc propono conditionem certi ex mutuo,ff.ſi cer.pe.cer
ti conditio.& de hoc no.ſ.de iu.dilecti.& c.examinata.[Perijſſet]
ſubaudi,q̄dā domū,q̄ ei vendideras ſibi vacuā tradi. & quædam
alia,vt in antiqua.& colligitur ex ſequentibus.[Quod cum idē].ſ.
Ioannes.[Domus]ſibi venditæ,& quā ſibi tradi petebat vt ſ.inter
lineaui.[Ex illis].ſ.clxxx.libris.cū cā liqda eſſet ex ꝯfeſſione vtriuſ
que partis.alias debiti dubij ꝯpenſatio obiecta non admitteretur,
C.de ꝯpenſa.l.fi.& le.& no.j.depoſiti.bona fides. [Compenſare.]
& l.lib.q̄ ſupererant,& quas petebas tibi ſolui reddere. [Tādem.]
ver.[Articulis]qui integri remanſerunt.ſed in ipſis iuſte pronun-
ciatum fuit.vt patet.j.e.§ fi.ver.ſententiam.[Iudices.]ver.[Te ſen
tialiter]& male.cum de his.ſ.de traditione domus nihil actum eſ
ſet.Vel dic,ꝙ domum etiam petijt ſibi tradi actione exempto, vt
& innuitur.j.eo §.ad hæc,quæ.in prin.& ibi no.& idcirco bene iu
dicauerunt iudices ſecundum probata.ſed iudex appellationis co
rā quo probatū fuit de conditione appoſita in contractu contra-
rium ſententiauit,& bene.nec fuit in hoc primis iudicibus, qui
2 in nulla culpa fuerunt aliquid imputandum,j.eo.c.§.fin.† Et ita
habes hic,ar.ꝙ in cauſa appellationis poſſunt partes ēt ſuper an-
tiquis articulis teſtes producere.ſiue ſuper eo,quod depēdet ex eis,
licet illud ſciuerunt,vel ſaltem ſcire potuerunt in c principali.nā
Ioannes bene ſciebat hāc ꝯditionē & bene ſcire poterat, ꝙ ex quo
domus ab eo vēdicabatur,fuiſſet ꝓ actore data ſnīa, niſi ꝯditionē
probaſſet.Alij tñ dicūt,ꝙ ex quo ante apertionem teſtium ſciuit,
vel ſcire potuit articulum ſibi neceſſarium fore, & illum propo-
nere,



nere,ac probare neglexit,nunquam poſt apertionem admittitur
ad probandum,& hæc decre non contradicit,quia hic non fue-
runt primo teſtes producti ſuper venditione,ſed inſtrumentū. &
ideo nihil fuit hic probatum poſt apertionem teſtium, qa teſtes
non poterunt aperiri,qui nec fuerunt producti,& ſic de ſuborna-
tione non potuit hic timeri.quare valuerunt hic teſtes producti.
non obſtante quod legi.in Authen. de teſtib. §. quia vero multi.
coll.vij.Tu vero dicas,ꝙ in hoc non eſt magna vis,vtrum vnum
articulum,quem in cā appl'onis probare vult ſciuerūt in cā prin-
cipali ſibi neceſſariū,vel nō,ſed in hoc eſt vis, an oblatus fuit ille
articulus in cauſa principali probandus,vel an comprehendatur
ſub articulis in cauſa principali datis, an non.In primis duobus
caſibus ſi in principali cauſa aliquid probauit per teſtes poſt aper
tionem ipſorum,iterum ſuper eiſdem non poteſt teſtes produce
re.Si vero de articulo nulla eſt facta mentio,vel facta eſt,ſed nul-
lum teſtem produxit,tunc non obſtat apertio,quæ facta non eſt.
& ſic probare poteſt,vt hic ſm d.n.cuius eſt tota mens huius glo.
Tu tamen dic de hac materia,vt plene no.ſ.de teſti. fraternitatis.
[Condemnarunt]ſubaudi,& compenſationem obiectam admi
ſerunt & bene.vnde & confirmatur in fi. huius ca. [Vt eidem.]ſ.
Ioanni.[Domus]quam petierat,vt no.ſ.eo. ſuper verbo, petiiſſet.
a [Poſſeſſionem vacuā][a] i.† alij nō obligatam,vt ſequitur, ar.ſ.vt
3 li.pen.eccleſia veſtra.ij.nec ab alio poſſeſſam ventris nomine,vel
fideicommiſſariorū cauſa, ſeu etiam legatorum. ad hoc enim
pertinet vacui poſſeſſio.& hæc tradi debet, vbi pura eſt venditio,
ff.de act.em.& ven.l.ij.§.i.& l.ſe.& ar.ff.de vſuris.ſi ſtipulatus.Si &
reſtitutio poſſeſſionis fieri debet plane,ac libere.ſ.de reſti.ſpolato.
4 Piſanis.Et hoc verum eſt ſecundum M.qui dixit † venditorem p-
ciſe teneri ad traditionem rei venditæ.ff.de act.emp.& ven.ex vē-
dito.Sed ſm Io.ſufficit intereſſe præſtare,ff.de act.emp. & ven.l.j.
Ius autem canonicū videtur adhærere in hac parte opinioni M.
vt poteſt colligi ex hoc,quod dicitur hic,& j.c.§.fi.& argu. in eo,
quod le.& no.ſ.de arb.per tuas.ſ.de pa.c.j.& iij. ¶[Cum igitur.]ij.
pars.[Ad noſtram] cui hæc ciuitas temporaliter ſubiacet. alias
non appellaretur ad papam in temporalibus.j. de ap.ſi duobus.ſe
cundum B.Sed contrarium eſt verum , ſaltem vbi appellatur a
iudice,qui nullum temporalem recognoſcit ſuperiorem , vt pa-
tet in eo,quod le.& no.j.qui fi.ſunt le.per venerabilem.§.rationi
bus.& ſ.de fo.comp.licet.& in Auth. vt diff.iudi.§.ſi tamen con-
tigerit.& §.in ciuitatibus.coll.ix.& ij.q.vj. ad Romanam.j.& ij. &
c.ideo.j.& ij.& extra d.n.de ap.Romana.§.dēt.li.vj.[Ex parte tua.]
ver.[Propoſitum] nunc de nouo in cauſa appellationis, quia in
primo iudicio de hoc nihil fuit dictum,vt j.e.c.§.fi.[Conditiona
lem] melius dixiſſet conuentionalem,& non abſolutam . nam
pura fuit non conditionalis,nec abſoluta,immo ſub certo pacto
ſiue modo appoſito contracta,vt patet j.verſi.tali videlicet,vbi de
hoc.[Ac nullatenus]verſi. [Ipſius]domus ,quod & verum eſt,vt
patet j.§.fi.[Ad hoc]ſ.quod conditionalis fuerat venditio,& nō
pura.[Quod & ſi]verſi.[Nouum]quia de nouo propoſitum , vt
no.ſ.verſi.ex tua.[Pendebat tamen] De hac materia dic,vt no.ſ.
de teſti.fraternitatis,& per hoc poteſt exemplificari,quod ibi dici
tur de nouis capitulis dependentibus ex antiquis. Et ex hoc etiā
5 patet,†ꝙ in cauſa appellationis poſſunt nouæ exceptiones & no-
uæ probationes induci.C.de ap.eos,qui.§.j.& §.fi.j.de priui. cum
olim.ij.§.fi.C.de tem.ap.per hanc.C.ſententiam reſcin.non poſ.
l.ij.[Qui iurati]ſcilicet teſtes.alias non valerent,ſ.de teſti. nuper.
[Interfuiſſe]tali teſti credi oportet,ſ.de teſti. pterea.ſ.de elec. per
inquiſitionem.rñ.j.ver.ſeque vidiſſe.ſ.de conſue.c.ij.quod dic, vt
ibi no.& ſ.de teſt.cu cauſam quę.īter archiepiſcopum.[Pro qua]
ſ.domo.[Tali videlicet.]ver.[Conditione,]i.modo, vel pacto , vt
6 ſequitur,quia † conditio apponitur per ſi,[b] modus per vt. ſed allu-
b dit vulgaribus,qui plerunque abuſiue loquuntur,ff.de leg.iij. non
aliter. Et probatur per hanc decret.ſm Gof. ꝙ ſi ego appello , ob
vnam cauſam,poſſum nihilominus & aliam proſequi,vt hic , &
ff.de pa.ſcio.C.de rebus cre.generaliter.§.ipſe autem.& §.ſeq. ſed
hoc verum eſt,quando appellatur a ſentētia, vt probant dicta iu-
ra.Et eſt ratio,quia nō eſt neceſſe cauſam exprimere, ſed ſufficit
ꝙ appellans dicat apud acta appello. ff. de appellationibus. l.j. §.
fi.& l.ij.Porro ſecus videtur,quando a grauamine ante ſententiā
appellatur.ibi enim neceſſe eſt,ꝙ iuſta cauſa exprimatur,j.de ap.
conſtitutis.ij.§.fin.quod dic,vt ibi no.[Inhabitares.] & ideo iniu-
ſte proceſſerunt iudices , qui te ad tradendā poſſeſſionem vacuā
condemnarunt,vt ſ.e.c.rñ.j.in fi.[Et poſt obitum.]ver. [Natis].i.
filiis.[Nepotibus]filijs ſororis ſuæ forte , vel filiæ.nec fuit omni-
no hoc inutile,quia forſan P.venditor pater nepotum omnia tā
quam prodigus diſſipabat.& ideo nihil habuiſſent filij eius ab in
teſtato venientes,niſi eis hoc modo prouiſum eſſet,licet alias ſuc
cedere deberent in hæreditate patris,in qua eſſet.in Auth.de hær.
quæ ab inteſta.defe.circa prin.& de hæredum quali. & dif.rñ.j.§.
ſui.colla.ix. Videtur etiam Ioannes in hoc caſu pretium dediſſe
nepotibus,ar.ff.de condi.indeb. quod quis ſcien .ff. de regu. iuris.
cuius per errorem.ff.de act.emp.& ven.l.j.in fi. [Cuius conditio-
nis.]ver.i.pactionis.C.de pac.in bonæ fidei.[Ex minori ratio.]
in xx libris,vt patet in pretio ſequenti.[Anni vero. ]ver.[ Menſis
& diei]& tamē nihilominus valet teſtimonium, quamuis enim
teſtes debeant interrogari de hmōi circunſtantijs vt ſ.de teſti. cū
cauſam quæ.nihilominus valet teſtimonium,ſi dicat ſe de tem-
pore non recordari,vt patet hic,& in ſequētibus, quod verum eſt
niſi inducantur ad certum tempus probandum.C. de contrahē.
ſti.optimam.tunc enim non valeret teſtimonium , ex quo non
probarent id ad quod principaliter inducuntur,ar.ſ.de teſti. c. de
teſti.ff.de peti.hær.ſi quis libertatem.§.fi.& hic.Sed cauendum eſt
iudici,ne ſic inſtructi ſint, & ne dicant eundem præmeditatum
ſermonem ad hoc,ne poſtea valeant reprobari,quod dic , vt no.
ſ.de teſti.ex tenore §.verum.ver.cum teſtes. ¶ Dictus vero Ioan-
nes.] iij.pars.[Ad hoc.]ver.[Probandum.]ſ.ꝙ venditio pura fuiſ
ſet non conditionalis.[Publicum]per manum.ſ. publicam i. ta-
bellionis confectum,vt ſequitur,quod ſi authenticum eſt,fidem
facit.ſ.e.c.ij.[Tabellionem.[ver.Si omnes teſtes veniunt, & vna-
nimiter contradicunt inſtrumento,in quo inſcripti ſunt , repro-
batur inſtrumentum,& ſtatur teſtibus,ſ.de proba.iii. & in Auth.
de fide inſtru.§.ſi vero fideiuſſor,& ſequentibus.coll.vj.ſi vero vnꝰ
tantum de ipſis teſtibus dicat, non interfui huic ꝯtractui,de quo
loquitur inſtrumentum,in quo inſcriptus ſum,ſuſpectum reddi
tur inſtrumentum,ff.quemadmodum teſt.ape.l.j.§.fi.& ideo nō
probatur quouſque melius fuerit approbatum.C.de proba.iube-
mus.Et eſt hoc adeo verum ſecūdum quoſdam,ꝙ & ſi ſint decē
teſtes inſcripti in inſtrumento,& vnus ſolus ex eis, vt dictum eſt,
contradicat alijs nouem tacentibus,vel mortuis ſuſpectum red-
dit inſtrumentum . Alij dicunt, ꝙ licet vnus de teſtibus dicat ſe
non interfuiſſe,nihilominus tamen valet inſtrumētum.& ſi alij
omnes taceant, vel aliqui ex ipſis mortui ſint , vel etiam omnes,
dummodo tot alij,qui interfuerūt ꝯctui,ſuperſint,per quos poſ-
ſit probari veritatis inſtrumenti. Nec obſtat. ff.quemadmodum
te.ap.l.i.§.fi.quia loquitur,qñ ſeptem tm teſtes fuerūt ad teſtimo
nium vocati.& vnus ex illis negat ſe īterfuiſſe in teſtamēto, quo
dempto propter defectum numeri teſtium,qui ſm leges ad mi-
nus regulariter ſeptennarius requiritur inualidum remanet te-
ſtamentum,C.de teſt.& ſi vnus ſm d.n. Licet ſecus ſit ſm cano-
nes,quod dic,vt no.j.de teſta. cum eſſes.& c.relatum.& c.cum ti
bi.Secus aūt eſſet,ſi octo & nouem,vel plures fuiſſent teſtes,vt ſic
vno educto ſufficiens numerus teſtium remaneret. Vel vt dicit
Ioā.illud eſt ſpeciale in teſtamento propter ſolennitates, quæ ibi
requiruntur.alias aūt ſi per duos de inſcriptis teſtibus, vel alios ꝓ
baretur veritas , & ꝙ teſtes, qui negant ſe interfuiſſe ꝯctui inter-
ſint,ſtaretur veritati, non obſtante ꝯdictione vnius, vt patet ſ.de
elec.cum dilectus.§.nos vero.immo & idem videtur,& ſi non ꝓ
betur ipſum teſtem negantem ꝯctui interfuiſſe , nam & ſi teſtis
negat ſe teſtificatum fuiſſe,vel pars ſe confeſſam, vt ſcriptum eſt
in actis, vel dicat in aliquo alio contractu ſoli ſcripturæ tabellio
nis crederetur,& per ipſam conuincetur.ſ.de proba. quoniā con
tra falſam.ſm d.n.Tu vero dic,vt ibi no. Sin aūt non ſolus vnus,
ſed plures de ipſis inſcriptis teſtibus dicāt ſe non interfuiſſe, tunc
omnino adeo debilitatur inſtrumentum, ꝙ nihil probat,ſ.de te
ſti.tñ literis.§.fin.& in tm eſt hoc verum, ꝙ etiam ſi per centum
teſtes probaretur contractus,qui in inſtrumento continetur,nō
tamen propter hoc probaretur illi teſtes interfuiſſe , qui hoc ne-
gant.& ideo inſtrumentum inualidum eſt,quia & ſi continet ve
ritatem , quantum ad contractum continet tamen falſitatem,
quantum ad iſtos duos, quos aſſerit præſentes interfuiſſe, & tñ
7 non interfuerunt.& ideo † propter iſtam admixtionem falſitatis
in totum reprobatur,ar. iij.q . ix . pura & ſimplex ſm quoſdam.
Nec negant iſti, quominus veritas contractus poſſit probari nō
ſolum per alios teſtes,ſed etiam per illos qui in ipſo inſtrumento
inſcripti ſunt,dummodo non fuerint participes falſitatis.Sed op
ponitur ſic.Nonne iſti duo teſtes, quorum vterq; negat ſe inter-
fuiſſe contractui reperiuntur in ſuis teſtimoniis fuiſſe ſingulares?
vtiq; hoc negari non poteſt,vt patet ſ.de elec.bonæ me. Magun.
§.contra legati.ver.quamuis. & ſequentibus. So.ſi ageretur ad ꝓ
bandum , ꝙ alter abſens fuiſſet tempore confecti inſtrumenti,
ſiue contractus,qui in inſtrumēto continetur,non ſufficerent te
ſtimonia eorum,quorum ſinguli dicerent ſe non interfuiſſe. ſed
cum agatur hic ad probandum inſtrumentum falſum , ſufficiūt
hi duo , qui probant idem . ſ.inſtrumentum falſum ex abſentia
horum duorum, & maxime cum ſimul eos affuiſſe ſcriptum ſit
in inſtrō , vel quaſi ſimul & pariter teſtificari vr̄ , ꝙ nec ipſi,nec
alij īterfuerūt,cū ſi interfuiſſent,oēs ſimul ſe pariter vidiſſent ſm
quoſdam.D.tñ n.ꝯ.nam ſi cētū eſſent teſtes,quorū quilibet dice
ret

ADDITIONES.

a Nota quid importet vacua poſſeſſio . Et adde, quando dicatur tradi va-
cua poſſeſſio per Ange.& legiſtas.in l.in conuentionibus.§. ſi quis in va-
cuam.ff.de verb. obli. & remiſſiue per Andre. Sic. in apoſtil. ad Panor.
hic in princi.
b Conditio apponitur per ſi. modus per vt. Adde de conditione, modo,
cauſa,& demonſtratione.glo.in §. longe magis.Inſti.de lega.

ſet de ſe non interfui.& duo tantum dicerẽt, quilibet per ſe,ego interfui,vbi inſtrumentum hoc fuit præceptum,vel vbi contractus,quem continet,fuit celebratus eo modo & loco & die, quo continet,& inſtrumentum ſufficiens eſt teſtimonium, & validum inſtrumentum,& non obſtante teſtimonio aliorum negã tium ſe contractui interfuiſſe,quia duo ſufficienter probant affirmatiuam,alii vero omnes negantes ſuam præſentiã ſunt in ſuis teſtimonijs ſingulares,vt patet in dicta decre.ſ̃.de elec.bonæ.j.§. contra.& c.cum dilectus.§. nos vero. Nec obſtat.ſ̃. de proba.iiij. quia ibi per nullum teſtẽ reprobatur fides inſtrumenti.vel dic, ꝙ ibi non ſunt teſtes ſingulares,immo bene & plene licet indirecte probant falſum inſtrumẽtum. & eodem modo reſpondetur ad c.ſ̃.de teſtibus.tam literis.§.fi.vel dic,quod ibi expreſſe probatum fuit,ꝙ inſtrumentum continebat falſum ſ̄m d.n.Vel dic,multũ referre,vtrum agatur de actibus probãdis per teſtes ſine ſcriptura, vel per ſcripturam per teſtes reprobandam.In primo caſu.ſ. quãdo agitur de aliquo probando per teſtes ſuper quo nec ſcriptura producitur,ſufficiunt duo teſtes idonei, qui ſufficienter probant affirmatiuam, etiam ſi mille negarent ſe illi contractui interfuiſſe,quia duo affirmantes id actum,de quo agitur ſufficienter probant, alii vero omnes negantes non teſtificantur de contractu,ſed de ſua præſentia tantum.quare vnuſquiſque ſingulariter de ſe tantum negat,& ideo non eſt ſufficiens eorum teſtimonium,quia reperiuntur in ſuis teſtimoniis ſingulares,& ſic loquitur prima iura allegata,ſ̃. de elec. bonæ me.j. & c. cum dilectus. cum ſuis concor.In ſecũdo vero caſu.ſ. quando aliquid aſſeritur facto fuiſſe ſuper quo & ſcriptura inducitur in qua & teſtes ſunt inſcripti,qui vnanimiter negant inſtrumentum,& id quod actũ fuiſſe dicitur eſſe verum,& ſe interfuiſſe.nec per alios teſtes poteſt iuuari ſcriptura,quia nec alij teſtes interfuiſſe dicuntur,in hoc caſu tam inſtrumentum,quam ea,quæ ꝑtinet ſufficienter reprobata intelliguntur.& ſic loquuntur illa iura,ſ̃.de prob.iij. & de teſti. tam literis.§.fi.Quod ſi non omnes hoc negant, vel etiam ſi oẽs hoc negauerint.& alij duo,qui licet non ſint inſcripti in ſcriptura,tamen fuerunt præſentes,quando fuit factum id , quod aſſerit inſtrumentum, de his,quæ inſtrumentum continet,& perſonis & loco,& die,& alijs circunſtantiis omnibus idoneum teſtimonium reddant.quicquid ſit de inſtrumento ad minus, tenor ipſius videtur ſufficienter probatus,quia teſtimonium duorum affirmatiuum eſt. & ambo idem probant, aliorum vero teſtimonium negatiuum. & magis credendum eſt in hac parte duobus affirmantibus,quam mille negantibus, quia poſſibile eſt, ꝙ vbi etiam præſentes multi ſunt, duo tantum ad id quod agitur ſunt attenti alijs non aduertentibus,vel non curantibus, ſed habentibus aures ſurdas.& ideo apertius, & naturalius eſt teſtimonium affirmantium,quam negantium veritatem.& adde, quod no.j̃. c.gl.ver.nec obſtat,quod dictum eſt.vi,ꝙ.vlt.actor.ff.de proba.ei q dicit.ſ̃.de proba.quoniam contra falſam.Et idem videtur,ſi ſaltẽ duo teſtes de inſcriptis idem teſtificarentur,quamuis alij hoc negarent, vt dictum eſt. Vbi vero nulli teſtes inducuntur ad iuuandam ſcripturam,ſiue tenorem ipſius,dic,vt no.ſ̃.e. gl. in princ. & ver.ſinautem.non ſolum.& j̃.e.gl.& ſequentibus.Et quod dixi de duobus teſtibus intellige verum eſſe ſ̄m d.n.in illis actibus, ſiue contractibus,in quibus duo teſtes ſufficiunt,quod ſemper regulare eſt,vt patet ff.de teſti.l.vbi numerus.& in eo,quod le.& no.ſ̃.de teſti.in omni.& c.licet.j.ad finẽ. vbi vero plures requiruntur,puta quinque in codicillis,vel ſeptem in teſtamentis, aliis negantibus non ſufficeret duorum teſtimonium aſſerentium ſ̄m do.n.Hoc tamen non eſt bonum exemplum ſecundum opinionem, quã ſequimur,quod dic,vt no.ſ̃.de teſta.cum eſſes.& c.relatum.j. Aliqui tamen dicunt,qui ſecundum d.n.nõ minus quam alij ratione nituntur,ꝙ etiam ſi omnes inſcripti negent ſe interfuiſſe contractui,vel confectioni inſtrumenti,nihilominus tamen valet inſtrumentum publicum,quod per ſe habet auctoritatem,& hi teſtes ſingulares ſunt, nec poſſunt directe probare , C.de probatio. actor.Nec obſtat,quod dictum eſt.ſ̃.e.glo.ver.ſo.ſi ageretur. & ſequenti.ſ.ꝙ cum dicit teſtis ſe non interfuiſſe pariter illud dicit,& de alijs,qui adeſſe non poſſent,qui eos vidiſſet , quia hoc non eſt verum,vt patet in eo,quod no.ſ̃.e.gl.ver. aliorum vero teſtimonium. Quinimo & vbi maior multitudo eſt, minus videt vnus
a omnes alios,& cognoſcit.ᵃNec obſtant decre.ſ̃ de proba.iij. & de teſtibus.tam literis.ſæpius allegata. quia in eis indirecte probatur negatiua,vt dictum eſt.ſ̃.Si autem aliquid de inſcriptis teſtibus ꝑ duos teſtes tantum probantur alibi fuiſſe tempore contractus celebrati,quam continet inſtrumentum , vel tempore ipſius inſtrumenti præcepti,eſto quod centum remaneant,qui interfuerunt nihilominus falſum eſt inſtrumentum , non quia contractus non probetur per teſtes,qui remanent,quia illum bene probare poſſunt,ſed quia ſcriptum eſt in eo teſtem fuiſſe præſentem, qui fuit abſens,vt patet in eo,quod legitur & no.j̃.de his, quæ ſi. a præla.quanto.§.abſentium. ſed ſi teſtes inſcripti in inſtrumento,vel alij dicant ipſum teſtem interfuiſſe in celebratione cõtractus,vel inſtrumenti præcepti,præualebit inſtrumentum , niſi ꝑ probationes luce clariores probetur abſens fuiſſe, C.de contrah. ſti.optimam.Dicunt tamen quidam, & non male, ꝙ ſi vnus ſolus de teſtibus neget ſe interfuiſſe reliquis mortuis (etiam ſi centum ſint) vel tacẽtib.debilitatur fides inſtrumenti,ff.quemadmodum teſt.ap.l.j.§.fi.nam cum inſtrumentum hoc nullam fidem habeat ex officio notarij,bene poteſt reddi ſuſpectum per contradictionem vnius teſtis, niſi & ipſum inſtrumentum per collationem inſcriptorum teſtium,vel contrahentiũ iuuaretur,in auth. e.ti.§.ſi vero moriantur.& §.ꝙ ſi tabellio. De his tamẽ, qui negãt ſe interfuiſſe,eſt diligens , & acerrima indagatio facienda , C.de fal.vbi.C.de proba.iubemus.ita tamen,ꝙ iudex ſemper in dubio magis pręſumat pro inſtrumento,quam contra, vt res potius valeat,quam pereat,j̃.de ver.ſig.abbate.§.contra quod. ver. hic aũt ſenſus,quia nõ eſt tanti ponderis ſuſpicio orta ex negatiua,ꝙ debeat omnino inſtrumentum annihilare, niſi forte indirecte ſufficienter probaretur,ſ̃.de proba.iij.ſ̃.de teſti.tam literis.§.fin.C.de proba.cum præcibus,vel niſi iudex in acerrima inquiſitione aliquid reperiat rationabile,per quod in cõtrarium moueatur. Sed Io.quantum ad hunc articulum fuit in prima opinione. Sinautem teſtes dicerent ſe non recordari,an inſtrumento, vel contractui interfuiſſent,ſed nec firmiter aſſererent hoc vel illud,immo dubitarent,ita,ꝙ eorum conſcientia cancellaret,in hoc caſu ſtãdum eſſet inſtrumento,contra quod nihil aſſerit, ſed dubium tãtum opponitur.ſed dubitatio, vel ſuſpicio non eſt tantæ virtutis, ꝙ omnino annihilet inſtrumentum , imo in dubio,vt valeat eſt benigna interpretatio facienda,vt no.ſ̃.e.glo.ver. nam cum inſtrumentum.& ſeq.& ar,j̃.de ver.ſig.abbate.§.cõtra quod fuerat. verſi.hic autem ſenſus.j̃.de reg.iur.c.ij.ſ̃.de teſt.cum tu fili.Si vero teſtes alij,quã inſcripti contradicant inſtrumento,tunc ſ̄m quoſdam in facto propinquo,& recenti magis creditur teſtibus,in antiquo vero & remoto magis creditur inſtrumentis,ff.de proba.ſi arbiter.ff.de Carbon.edicto.l.iij. §.duæ.ff.de dam.infec.qui bona. §.fi.Alij dicunt indiſtincte,ꝙ ſtandum eſt inſtrumentis, arg.j̃.de præſcri.ad audientiam.C.de proba. cum præcibus.niſi forſan per quatuor teſtes ad minus reprobentur , cum inſtrumentum vim duorum teſtium habeat,& notarius maior ſit vno teſte,& dicũt ꝙ nunquam magis credendum eſt viuæ voci, quam mortuæ,licet videatur contradicere in auth.e. tit.§.ſi vero tale aliquid contigerit,quale in Armenia.Sed nõ obſtat, quia ibi erat ex vna parte viua vox & inſtrumentum , ex altera vero parte erat tantum collatio literarum.Dicũt etiam , quod licet priuata ſcriptura per duos teſtes reprobari poſſit,vt C.de contrahen.ſti.optimam,non tamen publica,quæ habet eandem vim,quam & teſtes.C.e.tit.in exercendis.D.n.ſcripſit hic,ꝙ inſtrumento quantumcunque publice confecto,& quantoſcunque teſtes inſcriptos habeat , derogatur per duos,vel ad plus per tres teſtes,qui reprobent eum contractum,de quo inſtrumentum loquitur non fuiſſe celebratum eo tempore,& illo loco, & inter illos , de quibus loquitur inſtrumentum,cum probent ipſos,vel eorum alterum adeo remotos fuiſſe ab illo loco,& illa die,ꝙ impoſſibile eſt tunc ibidem eos cõtractum,de quo agitur iniiſſe,C.de contrahen.ſti.optimam.& ſ̃. de teſti.ex tenore.Et eſt ratio,quia inſtrumentum non habet fidem,niſi ab officio,& auctoritate notarii, cui iuſtum eſt dictum duorum præferri, niſi & inſtrumentum per teſtes inſcriptos, qui ſuperſint,& qui prædictos præſentes fuiſſe aſſerunt , vel collatione ſcripturæ teſtium,vel contrahentium adiuuetur,in auth.e. ti.§.ſi tamen quiſquam.& §.ſi vero moriantur.& ſequen.Sed dices nonne ex quo in inſtrumento inſcripti ſunt decem , vel plures teſtes,cum notarius fidem det omnibus, quæ continentur in inſtrumento propter publicum,quod gerit officium, credendũ omnes eos affuiſſe?Vtique.ergo non videtur,ꝙ in hoc caſu pauciores teſtes,q̃ ſunt illi, qui in inſtrumento ſunt inſcripti poſſint inſtrumentum huiuſmodi reprobare.So. quod dicis verum eſt.ſ. ꝙ dictos decem teſtes,vel plures præſumitur affuiſſe,quandiu nihil probatum eſt contra ipſum inſtrumentum , ſed ex quo probatum eſt per duos teſtes , ꝙ hi,vel aliqui ex his, qui in eo inſcripti ſunt abfuerunt intantum debilitatur tota vis inſtrumenti, ꝙ ei in nullo creditur , niſi aliter comprobetur.Probata enim qualitercunque falſitate inſtrumenti tollitur præſumptio auctoritatis,& officii tabellionis ſcriptoris inſtrumenti. & per cõſequẽs fides inſtrumenti,& in eo contentorum,ar.ix.di.ſi ad ſacras.& in eo,quod legitur & no.j̃.de hęreti.fraternitatis.Excipiuntur tamẽ caſus,in quibus per teſtes inſtrumentum reprobari non poteſt, quia præſumptio iuris eſt & de iure,ꝙ ita fuit,ſicut continet ĩſtrumentum,vt C.ad Velle.antiquę.C.arb.tu.l.ſed licet, vt ibi dicitur non poſſet is , qui confeſſus eſt ſuam confeſſionem improbare, poteſt tamen falſum dicere inſtrumentum.Sed nec obſtat,quod aliqui caſus ſunt,in quibus non probatur , niſi per ſcripturam tãtum,vt C.ſi mi.ſe ma.di.ſi alterius.C.de ſuffra.l.vnica.C.de nõ nu. pec.

pec.generaliter.C.de teſti.teſtium.& auth.rogati.ff.de proba. cenſus.& in quibuſdã aliis no.in ſumma.e.ti. §. quid ſi inſtrumentũ amiſſum fuerit.fateor enim, ꝙ ſi vna conſideratione habita melior,& efficacior,& ſecurior eſt probatio ſcripturæ, quam teſtiũ.
8 hac.ſ.quia tenor ſcripturæ omnino certus eſt,† quia ſcriptus, nec de facili immutari poteſt,quin appareat,vt patet in eo,quod legitur,& no. j̃.de crim.fal.licet.ſed lingua teſtium ſatis mutabilis eſt
9 & variabilis ,† & memoria hominis labilis eſt.C.qui teſta.fa.poſ. hac cõſultiſſima.§.at cum humana . ſed hæc ſecuritas , atq; prогatiua tandiu vel tãtum durat,donec contra inſtrumentum aliquid rationabile ſit probatum.ſecus ergo eſt, vbi inſtrumentum falſum dicitur,& probatur,vel quando conflictus eſt inter eos,q inſcripti ſunt,& qui contractum,de quo agitur,celebratum aſſerunt,& alios,qui hoc negant.Sinautem quæras, quæ inſtrumenta,vel quibus teſtibus præponderare debeant, diſtingue prout notauit magiſter Ioann.iiij.q.iii,§.ſi teſtes.in gl. quæ incipit circa cõtrarietatem ſ̄m d.n. cuius eſt quaſi hæc tota mens huius glo. Tu vero dic,de hac materia,vt no.j̃.§.i.ver. non tamen. & plenius.ſ̃. de proba.iii.& in ſumma.e.ti.§.quid ſi inſtrumentum inſtrumẽto alteri,vel teſtibus contradicat.[Subſcriptis.]i.inſcriptis per manum eiuſdem tabellionis.nec enim moris eſt, ꝙ teſtis in inſtrumento tabellionis ſubſcribat,ſed in priuato tantum , vt nota.ſ̃.e. c.ij.[Ad id probandum]iſta probatio parum,aut nihil operatur, cum eſſent de teſtibus inſtrumenti producti,cui & ſine iſtis teſtibus,ex quo non vertebatur in dubium,credebatur,j̃.ti.j. illud.vnde ſi intendebat inſtrumentum iuuare , debuit procedere teſtes alios,quam inſcriptos,immo & periculoſum eſt illos producere, quia ſi in aliquo contra inſtrumẽtum , ſiue tenorem ipſius dicerent redderetur ſuſpectum,ff.quemadmodum teſt.ape.l.j. in fin. ¶[Porro.]iiij.pars.[Vlterius.]i.cuius vtrum iſtius.ſ.Ioannis, vel illius.ſ.P.ciuis Viterbien.cui ſcribitur,[Pro tua]ver.[Et ſi.]i.quamuis [Eandem vim.]allegat.l.illam.C.e.ti.in exercendis. & ad idẽ ſ̃.de cleri.peregri.tuæ.[Non tamen.]ver.[Quodlibet inſtrumentum.]i.aliquod quantumcunque publicum ſit . Et ex eo confunditur opinio Lanfreti Cremonen.qui ſcripſit , ꝙ inſtrumentum nunquam per teſtes poterat improbari, niſi inſtrumentum redderetur ſuſpectum,vel ex parte conficientis,vel ex parte proferẽtis,& rationẽ reddebat,quia memoria hominis labilis eſt,nec sũt teſtes ad ea , quæ dicuntur in contractu ita attenti ſicut tabellio. quare magis credendum eſt inſtrumento, ſed contradicit ei hęc litera manifeſte ad idem,j̃.de præſcri.ad audientiam.C.de proba. cum precibus.Poſſet tamen reſponderi pro Lanfreto, ꝙ hic inſtrumentum non reprobatur,ſed potius determinatur,& ſupple
10 tur,& declaratur.† Sed per quot teſtes poteſt reprobari? Videtur,ꝙ quinque,vel ad minus quatuor ſunt neceſſarij, vt hic fuit , & patet ſ̃.e.§.j.ver.ac nullatenus.Et eſt ratio , quia auctoritas tabellionis,ſiue ſcriptura ſua æquipollet duobus teſtibus,vel tribus,vt patet in eo,quod le.& no.ſ̃.de probatio.quoniam cõtra falſam. vnde cum par ſit probatio inſtrumentorum,& teſtium.ſ̃.ver.prox. patet , ꝙ plures debent eſſe teſtes ad hoc, vt per ipſos inſtrumentum improbetur,ar.ſ̃.de teſt.in noſtra præſentia.Hic tamen videtur probari poſſe,ꝙ tres ſufficiunt ad reprobationem inſtrumenti,vt ſequitur.imo eſt expreſſum etiam de duobus.ſ̃.de teſti.cum a nobis.in fi.hæc tamen materia notatur plenius ſ̃. de probatio. tertio [Momenti.]ſ̃.de teſtib. cum a nobis.d.n.[Trium, vel plurium.] ergo tres vel plures ſufficiunt. q. duobus teſtibus æquipolleat inſtrumentum,ſ̃.de proba.quoniam contra falſam. tu autẽ habebas quatuor,vt ſ̃. §.prox.cum igitur.ver.ac nullatenus.¶[Ad hoc autem.]v.pars.[Intentionem.] Hic ſatis apparet,ꝙ Ioannes principaliter domus poſſeſſionem vacuã petiit ſibi tradi,ſ̄m d.n. [Fundauerit]quia inſtrumento ſtandum eſt,ex quo eſt authenticum,ſ̃.e.c.ij.[Actu.]ver.[In modum exceptionis] vnde non videbatur pro te ſententiandum,ſ̃.de ord.cog. cum dilectus.§.fi. B, [Venditionẽ ipſam]Satis eſt bona hæc allegatio, quia iudex hãc viam debebat eligere , vt tenorem inſtrumenti & dicta teſtium concordaret,ar.ſ̃.de teſti.cum tu fili.& ad hoc etiam , vt iſta poſſet fieri cõcordia vtilis fuit papæ interrogatio.de qua legitur, j̃.§. j.ſ an vna tantum venditio facta fuiſſet.poteſt & illud dici,ꝙ etiã ſine hac interrogatione , & ſi facta non eſſet , tamen hoc modo tenor inſtrumenti , & dicta teſtium debuerunt ad concordiam reuocari,ſicut fit hic,quia licet inſtrumentum diceret , ꝙ Petrus vendit domini Ioanni,non tamen negat venditionem fuiſſe cõditionalem,& ideo probatio oblata ſuper hoc,ꝙ ipſa venditio cõditionalis extiterit,admittenda fuit.patet enim,ꝙ non contradicebatur inſtrumento publico prædicto,ſed addebat ſ̄m d.n.cui⁹ eſt mens totius huius glo.[Conditionaliter.]i.conuentionaliter. [Nec per teſtes.]ver.[De certo tempore]de quo dicebant ſe non recordari,vt ſ̃.e.§.cum igitur.in fi.& ideo probatio inſufficiens videbatur.ſ̃.de proba.in præſentia.& ar.ſ̃.e.inter dilectos.§.ſed contra.ff.de edendo.l.j.§.editiones.[Quam.]ſ.venditionem .[Huiuſmodi probatio.]arg.j̃.de condi.appo.per tuas.ſ̃.de proba.in præſentia.¶[Verum.]vj.pars.[Quoniam.]ver.[Quod vnica]efficaciter allegabatur , cum enim exciperetur contra venditionem in inſtrumento contentam,de eadem debuit probari,ꝙ eſſet conditionalis,quod probatur ex eo,ꝙ vnica tãtum fuit contracta venditio,vt hic dicit,alioquin ſi de hoc non conſtaret , vtrumq;.ſ. dicunt teſtes , & quod dicit , inſtrumentum ſtare poſſet poſſibile enim erat,ꝙ bis contracta fuiſſet venditio,primo ſub conditione vel modo,ſecũdo pure,& de prima poſſent intelligi dicta teſtiũ, & de ſecunda inſtrumentum,ar.ſ̃.de teſti.cum tu fili,ſed per hoc quod hic dicitur,ꝙ vnica fuit hęc dubitatio,& interpretatio eneruatur ſ̄m Goſ.tu dic,vt in ſe.gl.ver.ex vtriuſq; ſuper verbo confeſſione.& adde,quod no.in ſe.gl. [Tantum venditio.] Hic uidetur
11 ſolui,† quæſtio,quæ fit in curia Romana coram domino Clemẽte Papa quarto,quæ talis erat.Monaſterio Ionen.vacante fuit data poteſtas quibuſdam monialib⁹ eiuſdem monaſterij.ſ.cuidam Mariæ & coelectricibus ſuis , vt eidem monaſterio prouiderent vſq; ad conſumptionem cuiuſdam cãdelæ. prædicta vero Maria habito tractatu cum ſuis coelectricibus de volũtate ipſarũ eligit noĩe ſuo,& earundem quãdam Margaritam in abbatiſſam, quã deportauerunt ad eccleſiã cantando, Te Deum laudamus, & ibi eadem Maria dixit,ꝙ nomine ſuo , & ſociarum ipſam Margaritam elegerat.& eadem iterum eligebat.& cum peteretur confirmatio,obiectum fuit,ꝙ dicta candela erat iam conſumpta,quãdo dicta Margarita electa fuit, & ideo confirmanda non erat. & cum ſuper his altercatum fuiſſet dominus Ioannes Gaytanus in dicta cauſa auditor datus ordinauit ex officio tres debere fieri interrogationes a dicta Margarita. prima fuit vtrum dicta candela conſumpta fuiſſet tempore illo,quo præfata Maria ipſam eligit,& reſpondit nõ.ſecunda videtur vtrum candela fuiſſet conſumpta eo tempore,quo dicta Maria de facto eligit eam nomine ſuo, & ſociarum.& reſpondit ꝙ ſic . tertia vtrum eadem Maria elegiſſet dictam Margaritam ſemel vel pluries? & reſpondit, ꝙ tantum ſemel.Ex his igitur concludebatur contra Margaritam , ꝙ per iura erat euidenter.ſi enim ſemel tantum electa fuit , & de illa vnica electione reſpondit,ꝙ quando fuit facta candela non erat cõſumpta,& quæ omnino ſibi contraria ſunt , reſtat , ꝙ euidenter deierauit,& ideo erat repellenda & electio eius caſſanda. Reſpondebatur pro parte ſua , ꝙ non erat ita, quia per teſtes probatum erat factum præiudicium,ſicut poſitum eſt j̃.in themate,ſ̄m qđ bis fuit electa per eandem Mariam.primo de iure durante candela,ſecundo de facto tantum candela iam conſumpta , & ſic intelligendæ erant primæ duæ reſponſiones Margaritæ.Quod autem tertio reſpondit,ꝙ ſemel tantum erat electa, referẽdum erat ad electionem iuris tantum quę vicina fuit.& non ad ſecundam electionem de facto tantum,quando dixit,& iterum eligo.conſtat enim,ꝙ hæc ſecunda electio de facto fuit tantum, & quod ꝑ eam nihil iuris acquiſitum fuit,nec acquiri potuit,ar.Inſt.de ac. §.ſic itaque diſcretis.& ſ̃.e.inter dilectos ver. vt tamen.& ſequenti.vnde perinde eſt ac ſi facta non eſſet,ar.ff.de auct.tu. nulla differentia.& ſ̃.de tranſla.ep.c.ij.§.ſed neq;. ver.ſed neq; iuxta . cum ſuis concor.Et ideo tertia reſponſio iſtius mulieris non erat referenda ad hanc ſecundam electionem , quæ nulla fuit,ſed potius ad primam, quæ tenuit.Primo,quia in dubio benigna interpretatio facienda eſt,& in eo ſenſu,in quo magis poteſt valere, ſ̃.e.inter dilectos,§.cœterum.ver.vt tamen.j̃.de ver.ſig. abbate.§. contra quod fuerat.ver.hic autem ſenſus. Secundo quia,quando fuit primo interrogata,interrogatio ſimplex fuit,& ſine aliqua determinatione iuris vel facti, & per conſequens reſponſio ad eam facta ſimpliciter , & indeterminate intelligenda ſine diſtinctione iuris vel facti, quando vero ſecundo fuit interrogata non fuit indeterminata interrogatio,ſed iunctum fuit de facto.ac ſi diceret interrogator,non quæro de electione iuris , ſed de electione facti tantum,ſicut & de conſuetudine quando ſic reſpondetur poſitioni,confitetur de facto,intelligitur excludere ius.& ſic ad eandem electionem tantum videtur reſpondiſſe , quia talia ſunt ſuppoſita,qualia prædicata,ar.in eo,quod legitur & no. ſ̃.de ordi. cogni. cum dilectus.§ fin.& j̃.de ſpon.de muliere.Tertio, quia per hanc interpretationem vitatur periurium,ad quod iudex debet intendere inquantum poteſt,vt patet in eo,quod legitur & no.ſ̃.de te-
12 ſti.cum tu fili.& j̃.e.verſi.ex vtriuſque.Quarto quia† ſexu muliebri parcendum erat propter fragilitatem,C.qui potio. in pig. ha. aſſiduis.& potiſſime,quando agitur de apicibus iuris ff. de proba.
13 cum de indebito.§.j.verſ.ſinautem.Quinto,quia non† ſubtilitas, ſed potius veritas,ex quo de ipſa conſtat in iudicio, eſt ſequenda, ff.de offi.præſi.illicitas.§.veritas rerum.& patet in eo,quod legitur & no.j̃.qui fil.ſint leg.per tuas.§ nos igitur.in prin.& j̃.de pur.vul. ca.ij.& maxime in foro canonico, & inter religioſos, vt patet in eo,quod legitur & no.ſ̃.de iudi.dilecti. Sexto videtur hæc mulier omnino excuſanda in hac parte teſtimonio veritatis.Io.iiij.c.vbi filius Dei dixit mulieri Samaritanæ. Voca virum tuum. ſcilicet de facto tantum, reſpondit mulier. Non habeo virum , ſcilicet de iure,ſed de facto tantum.& tamen ſimpliciter hoc negauit, & nihilominus de hac reſponſione ſua ſtatim commẽdatur a Deo dicente ſibi.bene dixiſti.non habeo virum.i.veritatem reſpondiſti,quia hæc tua reſponſio referenda eſt ad virum de iure, & non de facto.

ADDITIO.

a ¶Cognoſcit. Adde no. dictum Bald. recitatum hic per apoſtil. ad Pa.in apoſtil.facit quod dicit Bal.

de facto.Quinque enim viros habuſti,& hunc,quem habes,non
eſt vir tuus,ſcilicet.de iure. Prima ergo & ſecũda reſponſio iſtius
Margaritæ excuſatur per verba domini,qui eundem hominem
vocauit primo virum,& ſecundo dixit,ꝙ non erat vir,Tertia ve-
ro reſponſio Margaritæ excuſatur per reſponſionem mulieris Sa
maritanæ ab ipſo domino cõmendatam, quando dixit hoc ve-
re dixiſti.Vltimo dicebatur ſicut dicunt liquet nobis de facto, ꝙ
Margarita fuit bis electa primo de iure, & ſecundo de facto tan-
tum.& per conſequens apparet,ꝙ quando tertio reſpondet ſe ſe-
mel tantum electam fuiſſe manifeſte errauit, niſi vt dictum eſt
ad primam tantum electionem hæc reſponſio reſtringatur, &
ideo dicta Margarita ſuum errorem reuocat,& dicit, ꝙ bis electa
fuit,primo de iure,ſecundo de facto,hanc autem reuocationem
facere poteſt,ex quo de errore conſtat negotio nondum finito,
C.de iur.& fac.igno.error.& patet in eo,quod legitur,& no.ſ̃. de
confeſſ.c.fi.Hæc & multa alia pro ipſa allegata fuerunt,dictus ta
men Clemens omnibus his non obſtantibus ex prædictis confeſ
ſionibus pronunciauit inter cardinales ipſam periurium incur-
riſſe,vt hic ſatis euidenter probatur,& electionem ipſius caſſauit,
quia non meretur eccleſiam regere,&c.j̃.de iureiu.querelam.de-
mum tanquam pius pater propter quædam, quæ ipſum moue-
runt in contrarium de dicto negotio per modum prouiſionis alr
ordinauit.Non obſtat, quod dictum eſt tertiam reſponſionem
eſſe ferendam ad electionẽ iuris tantum, & non ad electionem
facti,quæ nulla fuit,quia iura & rationes pro hac via inducta in-
telligi debent de verbis extraiudicialibus,vel de allegationibus in
iudicio habitis,verum eſt enim,ꝙ fictione iuris id, quod de iure
non valet pro nullo habetur, & ſic communiter loquuntur ho-
mines, qui etiam de malo homine, & iniquo conſueuerunt di-
cere. iſte non eſt homo,immo diabolus eſt.ſecus eſt de poſitioni
bus,& interrogationibus in iudicio habitis, in quibus nõ de iure,
vel ipſius defectu quæritur,ſed potius de facto,& negari non po-
teſt,quin de facto ſit electio iuris, bene enim poteſt eſſe electio
de facto tantum,ſed electio iuris tantum nunquam viſa eſt, vel
audita.vnde & quando dicuntur in eadem eccleſia in vno con-
textu duæ electiones celebratæ,ſ̃.de elec.dudum,& c.cum Vinto
nien.& c.congregato.vnam ad ius & factum,& aliam ad factum
tantum,vel vtramque ad factum tantum retorqueri oportet.im
poſſibile enim iuris eſt,ꝙ ambæ ſint de iure celebratæ, & patet in
eo,quod legitur,& no.j̃.de præben.cum non ignores.& hoc mo-
do debet etiam exponi,& intelligi ſ̃.de biga.nuper.Quando ergo
interrogata fuit vtrum fuiſſet electa ſemel tãtum, ſimpliciter de
facto,non de iure intelligitur fuiſſe interrogata.& ipſa reſpondit
ſimpliciter,ꝙ non.ergo videtur dixiſſe,ꝙ nunquam fuit electa de
facto niſi ſemel.quod ſi ad ſecundam electionem referas tãtum
negas primam,ſi ad primam tantum,negas ſecundam,& ſic per
duas primas reſponſiones,& per hãc tertiam probatur periuriũ.
Si vero hoc velis ad ambas referre,hoc ipſo periurium implicas.
Debuit ergo dicere diſtinguendo, Domine ſemel tantum fui
electa de iure & de facto,ſcilicet prima vice, & ſemel tantum de
14 facto,& non de iure.ſ.ſecunda vice.†nam omnis electio in facto
conſiſtit, ſicut & venditio, ſolutio, traditio, & alia ſimilia.ff.de
cura.furi.conſilio.§ fi.Nec obſtat,quod dictum eſt de benigna in
terpretatione,& vitatione periurij,quia tertia reſpõſio omnimo-
de refragatur. Sed nec obſtat, ꝙ fragilitati mulieris parcendum
eſt,& maxime quando agitur de iuris apicibus, quia non reperi
tur hoc iure cautum,C.de iur.& fac.igno.l.fi.immo potius con-
tra,quia cum agatur hic de periurio,hoc eſſet parcere contra ius
naturale,contra quod nulli parcitur,C.de in ius voc.l.fi. Nec etiã
contraria conſuetudine adiuuatur.ſ̃.de conſue.c.fi.Item nec ob.
auctoritas Chriſti,quia & verba illa fuerunt extraiudicialia, qui-
bus omnes vulgariter ſic vtuntur,vt patet in eo,quod no.ſ̃.e.go.
ver.non obſtat. quod dictum eſt,& ſequenti.Poſtremo non ob-
ſtat,quod dictum eſt de veritate,& de reuocatione erroris,quia il
lud locum habet,qñ agitur de pecunia,vel aliis temporalibus in
quibus datur ſententia pro procuratore ſm veritatem reuocato
errore,per hoc tamen,ꝙ conſtat de veritate reſponſioni contra-
ria, probatur periurium manifeſte. Et quanto reſpondes magis
cõfitetur ſe erraſſe, magis confitetur ſe deieraſſe. ergo tali nõ po
terit adiudicari prælatura,vt dictum eſt, imo potius caſſari & re-
pelli debet,ar.in eo,quod le.& no.ſ̃.de teſt.teſtimonium,& de re
ſcriptis c.ij.j̃.de accuſ.omnipotens.[Et ex depoſitionibus.]verſic.
[Liqueat]vt ſ̃.e.§.cum igitur.[Ex vtriuſque.]ver.[Confeſſione.]
imo aperte adinuicem contradicunt. Ioannes, & inſtrumentũ,
ac teſtes ſui dicunt venditionem puram fuiſſe,Petrus vero & te-
ſtes ſui dicunt,ꝙ fuit conditionalis.Sed dic,ꝙ ex hoc verbo ſequi
tur benigna interpretatio,quam papa intendit facere, ne de per-
iurio notentur, & ne ſibi contradicere videantur.q.d.vocato ta-
bellione ſimpliciter fuit dictum,ꝙ Petrus vendebat domum ſuã
Ioanni pretio clxxx.librarum.& cum tabellio receſſiſſet,qui for-
ſan vocatus fuit pro cõficiendis aliquibus aliis inſtrumentis,ante
quam contrahentes ad alios actus diuertent,fuit additum hoc qđ
Petrus aſſerit de conditione coram quatuor teſtibus ſupradictis
ad hoc vocatis,quod fieri potuit.C.de pac.in bonæ fidei.ff.de pac.
iuriſgentium.§.quinimo.ff.de ver ob.continuus.Vel ſic.Cũ qua-
tuor teſtes,quibus ſtandum eſt, dicunt contractum conditiona-
lem fuiſſe,& vtraque pars confiteatur vnicum tantum cõtractũ
interueniſſe,apparet ex vtriuſque confeſſione, ꝙ de eodem con-
tractu loquuntur inſtrumentum & teſtes,& per conſequens cõ-
ditionalem fuiſſe,quia hoc teſtificantur teſtes. [Non obſtante.]
ver.hic facit antipophoram.videtur enim,ꝙ poſt concluſionem
nulla ſit probatio admittenda,vt patet ſ̃.eo.cum dilectus.ſ̃.de cã
poſ.paſtoralis.ſ̃.de procura.auditis.ſed illud verum eſt ad inſtan-
tiam partis.ſ̃. de prob.in præſentia.porro iudex ex officio poteſt
interrogare,vt ſequitur.ſi,no.ſ̃.de teſti.per tuas.& c. cum clamor.
[Cum iudex.]ver.[Vſque ad prolationem] excluſiue ſic.ſ̃.eo.c.j.
cum dilectus.[Debet vniuerſa rimari.]allegat.c.xx.q. v. iudican-
tem,ſi quod enim in iudicio occurrat dubium ſemper poteſt, &
debet iudex curare ex officio,ꝙ illud dubium declaretur. & ſuper
hoc interrogare partes,vt hic,& etiam teſtes.ſ̃.de teſtib. cum cla-
more,vt certam poſſit dare ſententiam, vt Inſti. de acti.§.curare.
xj.q.iii.graue,& vt veritas rerum ſalua ſit.ff. de teſti. curent. & ne
falſitas præualeat veritati,vel innocens condemnetur. ſ̃. de prob.
quoniam contra falſam. Curet ergo omnia plene diſcutere, &
15 frequenter partes interrogare,C.de iud. iudices. † quia veritas ſæ
pius examinata magis ſplendet in lucem.xxxv.q.ix.graue.& offi-
cium iudicis latiſſime patet,ff.de iuriſ.om.iud.l.j.debet autem cõ
ſiderare in talibus præcipue æquitatem.ff.de interro.act. vbicun-
que.ff.de eo,quod certo loco,ꝙ ſi Epheſi.ſ̃.de tranſac.c.fin.extra,
d.n.de confeſſis.ſtatuimus.lib.vj. ¶De conſilio.]ij.pars.[Pronũ-
16 ciauimus]ar.ꝙ†ſuper incidẽti pronũciandũ eſt, quod dic, vt no.
ſ̃.de ordi.cogn.c.j.ſed hoc eſt ratione appellationis,vt ſciatur,qua
re ſententia reuocatur ſm B.[Conditionaliter.]i conuentionali
ter,ſm quod per teſtes quatuor eſt probatum.ſ̃.eo.§.cum igitur.
[Et te nullatenus]ſm conuentionem habitam inter vos quæ cõ
17 ſeruanda eſt.ſ̃.de pac.Antigonus [Obligatum]† in conditiona-
libus enim contractibus non cedit dies ante euentum conditio-
nis,ff.de ver.ſig.cedere diem.ſm d.n.[Ipſius.]ſ. dominus. [Super
hoc,]ſ.ſuper traditione ad preſens facienda,nec in poſterum,niſi
filiis tuis, quibus ex pacto habito inter vos remanere debet poſt
mortem tuam,vt ſ̃.e.§ j.ver.poſt obitum.[Sententia vero.]verſi.
[Prædictorum] quo ad ad dictum capitulum &c. vt j̃. ſequitur.
[Qui alias.]i.ſm probationes in principali cauſa habitas, nõ ſm
veritatem in cauſa appellationis probatam.C. de ap. eos qui.ſm
d.n.Vel qui alias.ſ.in compenſationem quam admiſerunt.& in
aliis articulis,ſ̃.e.rñ.j.ver.ſtandum.& j̃ eo in fi.ſed in hoc capitu-
lo male pronunciarunt. non tamen eis eſt imputandum cum
huiuſmodi exceptio &c.Vel alias quantum ad intentionem ſuã
quam habuerunt puram,cum huiuſmodi exceptio &c.nec enĩ
diuinare tenebãtur. j̃.vt beneficia ec.c.vnico.§.j.ver.quoniam.&
eſt ſi.j̃.de priuil. cum olim.ii.in fi. [Nec obiecta] ſaltem cõgruo
tempore.nam poſt concluſionem non poſſet obiici,ar.ſ̃.e. cum
18 dilectus.cum ſuis concor.†Nec ſententia lata prætextu exceptio-
nis omiſſæ retractari debet,j̃.de re iud. inter monaſterium. & c.
ſuborta.C.ſenten.reſcin.non poſ.peremptorias. niſi per appella-
tionis beneficium,vt ibi,& hic,& C.de tempo.app. per hanc.ſ̃.de
teſtib. fraternitatis.vbi de hoc,vel per beneficium reſtitutionis in
inte.ſ̃.de reſti.ĩ integ.auditis.c.ſuſcitata.vel niſi peremptoria talis
ſit naturæ, ꝙ etiam poſt ſñiam locum habeat, vt ff. de Macedo.
ſena.conſul.tamen ſi non appoſita.C.de iuris,& fac. igno.l.j.ff.de
re iud.Neſennius.§.fi.ff.de fideiuſ.fideiuſſor.§.idem reſpondit.&
idem eſt in qualibet exceptione,qua probata appareat iudicium
retro nullum fuiſſe.ſicut eſt exceptio falſi.C.de proc.licet.ſ̃. de ꝓ-
ba.licet.Vel ſi dicam me coactum litigare tempore feriarum,ff.
de fer.l.j.in prin.& l.ſi feriatis. vel ſentẽtiã venalem fuiſſe,ii.q. vj.
§.diffinitiua.ver.venales. C.quando prouoc.non eſt neceſ.vena-
les, vel ab excõicato, vel pro excommunicato notorio, & pu-
blico al' publicato j̃.de re iudic.ad probandum.j̃.de except.exce
19 ptionem.Contingit tamen quandoque,ꝙ id †quod in modum
exceptionis opponi non poteſt admittitur in modum actionis,
vt patet j̃.de ap.conſtitutis.ij.§.fi.j̃.de conceſ.præben.poſt electio-
nẽ.§.fi.j̃.de accu.accedẽs,ſed illa ideo cõtingunt,quia iam liquet
iure illius,contra quem excipitur,& eſt præſumptio contra exci-
pientem,nam de facili(ex cauſa tamen)præſumitur contra ipſũ
vt patet,j̃.ti.j.nullus dubitat.ſ̃.de dolo & contu.finem,Alias autẽ,
20 †cui datur actio multo fortius exceptio ff.de excep.do.pure.§.fi.
ff.de ſuperficiebus.l.j.§.quod ait prætor.ad fi.ſed & exceptione cõ
penſationis omiſſa ante ſententiam,remanet actio ſalua poſt ſen
tentiã.& ſi nulla appellatione ſit ſuſpenſa,ff.de compen. in diem.
§ ii.Ar.contra.j̃.de re iud inter monaſterium.ſo.ibi.[ Quo ad di-
ctum capitulum]ſic in parte valet ſententia. & in parte reuoca-
tur,vt hic & j̃.de præſcrip.auditis,j̃.de capel.mo.dilectus.ff. fam.
erciſ.quædam mulier quod quidam intelligunt verum eſſe circa
diuerſa capitula tantum,vt hic erat,porro in e,c.vel in connexis.
hoc eſſe non poſſet,imo aut in totum confirmaretur, aut ĩ totũ
reuocaretur, ff.de mino.etiam ſi patre.& l.tutor.ff.fami. erciſ.in
hoc



hoc iudicio,ſed hæc opinio.j̃, de teſta Raynutius. & c. Raynald⁹.
vbi in idem capitulum in partem confirmatur,& in partem re-
tractatur,euidentiſſime reprobatur,vt ibi no.[Eam.]ver.ſ.ſentẽ-
tiam.[Articulos] in quibus iuſte pronunciauerunt,vt ſ̃.

*S V M M A R I V M.*

1 *Raſura paucarum literarum non nocet.*
2 *Leuia contemni poſſunt.*
3 *Manus & oculus officialium ſæpe fallitur.*
4 *Quæ ſunt de ſimplici iuſtitia ſuſpecta non habentur.*

C A P. X I.

EX parte cariſsime. Pars de foro com
pe.ex parte [Scri-
ptum.]alias reſcriptum,& eſt melior litera. [Apoſto
licum ]in quo nullum debet vitiũ apparere, vt patet
in eo,qđ le.& no.ſ̃.de reſcr.ad audientiam,& c.cum adeo,cũ per
plures manus examinandum tranſeat,ar.j̃.de cri.fal.dura. & ma-
gna maturitate decoquatur. & magno liberamine ponderetur.
xxxv.q.ix.apoſtolice.quæ iura poſſunt hic pro contrario aſſigna-
ri.ſed reſponde vt j̃.not, [Spoliarunt]quia dicebatur in reſcripto
ꝙ V.nobilis,vel eius complices ipſam Reginam caſtro de ſegrex,
contra iuſtitiam ſpoliarunt,vt ſ̃.de ſo.comp. ex parte. & ſic defi-
ciebat ibi hæc figura,O.vt ſequitur.vnde dicebat, quod reſcriptũ
non valebat,ar.in his,quæ no.in præced. gl. ſed tamen contrariũ
a reſpondetur,quia nec propter literam,ᵃſeu etiam ſillabam dictio
1 nis quandoque omiſſam vitiatur,arg.ff.de manu.teſta.qui habe-
bat.ſicut†nec nocet raſura paucarum literarum,j̃.de crimi.falſi,
c.j.& maxime in litera de ſimplici iuſtitia impetrata,j̃. de crimi.
2 fal.c.pen.& ar.C.de formulis & impetr.ſubla.l.j.& ij.leuia† enim
talia contemni poſſunt,ar.ff.de ven. inſpi.l.j. Vel præſumendum
eſt hoc propter ſcriptoris,& correctoris negligẽtiam,vel occupa-
tionem nimiam accidiſſe,quod non debet obeſſe impetranti,ar.
C.de teſta.errore,& l.qui ambiguitates.C.de lega. in legatis. ſecus
ſi ibi eſſet falſa latinitas,vel aliud enorme vitium.ſ̃.de reſcr.ad au
dientiam.vbi de hoc.& ſ̃.eo.inter dilectos.§.ſed contra.in talibus
igitur arbitrabitur bonus iudex.arg.j̃ de conſecra.ec.quod in du-
biis.& c.ligneis.& de hoc no.ſ̃.e.ex literis.vt tamen in dubio pro-
bari,ſiue non principem conſulat,ſicut & hic factum fuit, argu.
ſ̃.de iud.cum veniſſent.[Hec figura O.]idem forte poſſit dici etiã
ſi dictio,vel oratio in eo deeſſet,dummodo intellectus papæ per
ea,quæ remanent comprehendi poſſet.Alij tamen dicunt, ꝙ &
ſi aliquando intolerabilis eſſet error in litera, vel etiam dictione
iudex tamen.niſi valde occultum ſit vitium, ſuſpectas literas ha-
bebit,cum multi ſint officiales in curia,per quorum manus trã-
ſeunt,& qui vitia examinant literarum.Prius tamen dictum ma
3 gis placet d.n.†qui manus & oculus officialium ſæpe fallitur, vt
alias le.xxvii.q.j.nec aliqua.& ſ̃.de prob. cauſam matrimonij.§.
fi.in prin.& quia ſatis per bullam talis ſuſpicio tolli poteſt,ar.ſ̃.e.
cum dilectus. Vel poſſet diſtingui inter reſcripta gratioſa, vt illa
4 ex hoc ſuſpecta habeantur,&†ea,quæ ſunt de ſimplici iuſtitia,vt
illa ſuſpecta non habeantur,ar.in eo,quod le.& no.j̃ de cri. fal.c,
pe dumtamen in ſubſtantialibus non appareat error iſte,de qui-
bus no.ſ̃.c.inter dilectos.§.ſed contra priuilegium.rñ.j.ſuper ver-
bo in annotatione,vel dic.de hac materia,vt plene no.ſ̃.de reſcri
ptis.ad audientiam.& c.cum adeo.& ſ̃.e.ex literis.§. dicimus, ſup
verbo,ſuſpecte.[Mandamus.]ver.[Non obſtante,quia nec obſta
re debet,vt patet ex his,quæ ſ̃.no.

A D D I T I O.

a ¶Literam.Adde Ro.conſi.348.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vicarius quis dicatur.*
2 *Nullus excuſatur prætextu vicarii quo minus eccleſiæ deſeruire in propria perſona teneatur.*
3 *Scripturæ omnes, & rationes communes exhibendæ ſunt.*
4 *Confeſſioni in iudicio factæ ſtandum eſt.*

C A P. X I I.

GVillermus perpetuus. Perpetuus
1 † vicarius
2 dicitur ille,ᵃqui auctoritate epiſcopi in vicaria eſt in-
ſtitutus aſſignata ſibi congrua fructuum portione,vt
hic,& ſ̃.de offic.vica.ad hoc.& c ex parte. & de reſcrip.poſtulaſti.
alias temporalis intelligitur,& a ſucceſſore perſonæ,ſiue rectoris
poteſt remoueri,immo nec eſt ei alius ſubſtituendus.vt ſ̃.de offi.
2 vica.clericos.& c.precedenti.a cõtrario ſenſu.Et regulariter†nul-
lus excuſatur prætextu vicarij, quo minus eccleſię deſeruire ĩ per
ſona propria teneatur.j̃.de præben extirpandæ.§.qui vero. & no-
tabis ſic caſum. Eccleſia de Recham ſpectat ad repræſentationẽ
prioris & conuentus de Ledes,qui in eo percipiũt omnia tempo
ralia exceptis minutis decimis, & quibuſdam aliis pro ſuſtenta-
tione ſua vicario aſſignatis,dicebat vicarius, ꝙ nomine minuta-
rum decimarum continebatur lana, lac, & caſei, & multa alia.
prior vero & conuentus hoc negabant, & vicarius hæc percipie-
bat in partem,conuenerunt ipſum prior & conuentus prædicti
coram iudicibus delegatis petens,vt ab ipſorum deſiſteret perce
ptione,& de perceptis ſatisfaceret,& ꝙ hec per iudices eis adiudi
centur.Econtra dictus vicarius reconuenit eos,ſuper quibuſdam
ex his,quæ ipſi percipiebant & perceperant monachi.ad fundan
dam intentionem ſuã produxerunt in medio quoddam publicũ
inſtrumentum,in quo continebatur,quid pro vicaria iſta fuerat
ab initio aſſignatum,& quia vicario poſtulanti ipſius inſtrumen
tũ fuit copia denegata.ad ſe.ap.appellauit. & ſic patet, ꝙ ſequens
gl.non habet hic locum,ſed accedit potius,ff.de iudic.ſi's nulla.j̃.
de decimis,ex multiplici.[Super decimis] Sed nonne iſte vicari⁹
ſi conueniebatur pro decimis vicariæ ſuæ debuit in iudicium do
minum nominare?Ita videtur, quia vicarius dominus non eſt,
immo perſona,ſiue rector habetur loco domini,cui & ſeruire te
netur,ſ̃.de offi.vica.c ij.vnde & dominus debuit nominari.C.vbi
in rem actio.l.ij.ſ̃.vt lite non conte.quoniam.§ pen.& non vica-
rius,Sed ipſe dominus debuit conueniri.ar.j̃.de præſcrip. auditis.
xvj.q.iii.inter memoratos,ar.tamen, ꝙ ipſe vicarius teneatur re-
ſpondere,cum ius habeat in eccleſia,ſ̃.de offi.vica.c.iij.j̃.de ap. ad
audientiam. ſicut & vſufructuarius teneatur ad reſtitutionem &
tributum ſoluendum,ff.de vſuf.l.vſufructu legato,& l.ſe.alias eſt.
§.hactenus.& C.de vſufru.l.cum.de hoc dictum eſt ſ̃.vt lite non
conte.quoniam.§.in alijs,ſm B,j̃.de præſcri.ex tranſmiſſa.ſ̃.de re-
ſti.ſpol.olim.ſic loquitur magiſter,ac ſi non prior & conuentus
a quib⁹ tenebat vicarius eccleſiam,ſed extraneus alius ageret cõ
tra ipſum,ſed præmiſſa caſus poſitio contradicit,vnde dic[Super
decimis,] ſ.minutis ſibi pro ſuſtentatione ſua aſſignatis,quare po
tuit conueniri non ſolum a priore, & conuentu prædictis,ſed ẽt
a quolibet ratione perceptionis,ar.ff.de rei ven.officium.ſ̃.de offi.
vica.ad hæc,j̃.de præben.de monachi.ff.ſi vſuf.pet.vti frui.§.vtrũ.
ff.de ſeruit.l.fi.Sed contra.ſ̃.de elec.querelam.j̃.de re iud. cum ſu.
per.j̃.de confir.vti,cum dilecta.§.quia vero.Sol.quilibet poſſeſſor
conueniri poteſt actione reali, vt in primis concor.Sed non præ
iudicatur ſuperiori, vt in contra . niſi ſciret cauſam tractari ſm
quod le.& no.j̃.de re iudi.c.pen.hic autem ab illis, ſub quibus te-
nebat eccleſiam, & qui de aſſignatione vicariæ omnino moue-
bant quæſtionem,ipſe vicarius & non alius potuit,& debuit con
ueniri,vt patet.ſ̃.in caſus poſitione,& in concordan,ibi ſign.in fi.
& ſ̃.de offi.archi.c.fi.j̃.de exceſ.præla.ad aures ſ̃. de ſup.ne. præla.
c.ij.[Et dictus,]ver. [G.]ſ. vicarius. [Super ſimilibus.]q. d.eiuſdẽ
territorij erant,& partem percipiebat vicarius,& partem mona-
chi,vt ſ̃.in caſus poſitione.ſi.j̃.de decimis,cum contingat.& c.cũ
in tua.idem autem,& ſi eos ſuper diſſimilibus reconueniret ſm
ea,q̃ no.ſ̃.de mu.pet.c.j.& ij. ¶Quia dicti iudices.]ij.pars.[Inſtru-
mentorum]Hic no,ꝙ acta omnia, & reſcripta intelliguntur cõ-
munia.& de omnibus his eſt vtrique parti copia facienda,ſ̃.de di
la.c.ij.& iij.& de proba.quoniam contra falſam.& C.de eden.l.ij.
per quæ patet,ꝙ alterutra pars tenetur alteri ſuum memoriale ex
3 hibere,licet hoc plerumque neget,& male.† Item rationes & ſcri
pturæ communes omnes exhibendæ ſunt.C.de eden.non eſt no
uum.& l.fi.ff.de eden.prætor,§.j.& l.ſi quis ex argentarijs. §. ratio-
nes.& l.argentarius.rñ.j. Si vero actor petat edi a reo inſtrumẽta
ſua propria ad fundandam intentionem ſuam non eſt audien-
dus,nec econuerſo,quod dic vt no.ſ̃.de proba,c.j.ſ̃.e.accepimus.
& ſequen,hæc tamen materia copioſiſſime tractatur in ſumma.
e.ti.§.an inſtrumẽtum edi debeat.& dic vt ibi no.[Communiũ.]
i.communi precio redemptorum.vel aliter,vt no.in præced. glo.
& ſ̃.de proba.c.j,Sed pone Guillermus ſententiam contra ſe latã
pro Petro ſuper fundo Semproniano petit reuocari, ſiue anulla-
ri,vel quia eſt nulla,vel quia iniuſta,& ab eo extitit appellatũ ,Pe
trus reſpondet exhibe ſententiam. reſpondet G. ego non habeo
ſcriptam,quia iudex noluit mihi de ipſa copiam facere, vel quia
amiſi eam.ſed tu exhibe,qui eam habes.nuquid reus.ſ. Petrus te-
netur eam in hoc caſu exhibere.Rñ.ſic.ar.hic.& C. de edendo.is
apud quem.immo & ſi reus non dicat ſententiam latam interro
gari poteſt,an talis ſententia pro eo lata ſit,ff.de interro.act.l.pen.
& ſi negauerit cogetur cedere,ſiue renunciare ſentẽtiæ, vel iudex
pronunciabit,ſi qua ſententia pro ipſo Petro lata apparuerit ipsã
4 nullam vim habere,ff.de interro.act.non alienum eſt.nam & †cõ
feſſioni ſuæ in iudicio factæ ſtandum eſt.ff.ad l. Acquil. proinde.
& patet in eo quod le.& no.ſ̃.de confeſ.c.fina.& per totum.Quã
docunque autem reſpondere non vult,pro confeſſo habetur ff.
de interro.act.de ætate.§.qui tacuit.Sed & contra iſtum, qui dicit
nullam ſentẽtiam pro ſe latam.prouidendum eſt actori,vt nega
tio ſua ſicut & confeſſio contra ſe facta auctenticetur,& publice
tur,quæ ſic authenticata, & publicata obſtabat in perpetuum ẽt
in alio iudicio ipſi reo,ar.C.de libe.cauſa.iubemus.ij.q.j.multi &
in eo,quod le.& no.ſ̃.de teſti.ſignificauit. & c.Albericus.Succur-
ritur tamen Petro,ſi probabiliter deceptus falſum reſpondit, ſatiſ
facto tamen aduerſario de intereſſe ſuo,ff.de interrog.act. de æta
te.§.ex cauſa,ſed & ſi poſſet probare contrarium re integra ĩ hoc
caſu

A D D I T I O.

a ¶Vicarius dicitur ille.Adde quotuplex ſit vicarius per d.Ab.hic in primo
no.& per eius apoſtil.

caſu per oſtenſionem ſententiæ, vel alio modo probato errore ſtabitur veritati, C.de iur.& fac.ign.error. ſm d.n. cuius eſt quaſi tota mens huius glo.aliquantulum declarata.[Altera.]ſ.prior & conuentus,& quibus vtebatur,vt s̄.in caſus poſitione, ideo cogebatur edere duplici ratione,& quia communia,& quia vtebatur, s̄.e.contingit.[Intendebat.]ſ.vicarius,quia ibi continebatur conſtitutio vicariæ, vt s̄. in caſus poſitione, quare ergo prior,& conuentus vtebantur eo?quia in partem faciebat pro ipſis,ſed poſtea, vt videtur pœnituerunt,& retraxerunt ſe,ad hoc j̃.de cenſibus.cũ olim,vel tanquã fatui hoc fecerunt,vt ibi,& j̃.c.j.[Inſtantia]ſic.s̄, de elec.cum poſt petita. & de renuncia. quidam. ¶Ideoque.]iij. pars.[Si eſt ita]quia per conſequens apparet, ꝙ iuſte appellatum fuit.[Reuocatio]&c.ſi.s̄.de iud.exhibita.in fi.vbi ſuppletur in textu,quod hic deeſt.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenta contraria quæ dicantur.*
2 *Contraria proponens non eſt audiendus.*
3 *Scriptura facto,& factum ſcripturis quandoque repugnare videtur.*
4 *Licitum eſt ſe defendere diuerſis,& contrariis exceptionibus.*

CAP. XIII.

IMputari. Hæc decret.ſumpta eſt ex eo,quod legitur.C.eo.ti.ſcripturę,quamuis enim per alia verba eadem tamẽ ſententia ibi, & hic recitatur.[Ei]loquitur ergo quando vna, & eadem pars producit huiuſmodi inſtrumenta.ſecus enim eſſet ſi aduerſis,quia tunc ex qualitate cõficientium, & producentium,atque negotij,de quo agitur fama loci, & alijs circunſtantijs æſtimandum eſt,quod cui præferatur,arg.C.de contrahen.ſti.optimam. in fi.s̄.de proba.tertio loco.ff.de interro.act.de ætate,j̃.ti.j.illud. in fi.s̄.e.cum dilectus.in fi.vbi de hoc. ſicut fit & in teſtibus hinc & inde productis.s̄.de teſti.in noſtra præſentia.Et nunquid idem in teſtibus ab vna,& eadem parte productis, vt.ſ. fidem ſibi derogẽt ſi contraria dicant?Non,immo ſtatur illis, qui veriſimiliora , & magis apta dicunt.iiij.q.iij.item in criminali.ver.ſi teſtes.& verſi. item ſæpe.ff.de teſtibus.ob carmen.§. ſi teſtes. Et eſt ratio diuerſitatis inſtrumentorum & teſtium vt no.s̄.de teſti. præſentium. & j̃.e.in fi.& adde,quod no.in ſe gl.[Poteſt]Quidam ponunt caſũ huius decret.in eo , qui producit duo inſtrumenta,vnum in quo continetur,quod eſt vſufructuarius eiuſdem rei,aliud in quo cõtinetur,ꝙ eſt proprietarius alicuius rei, ſed hoc ſtare non poteſt, eſt enim poſſibile,ꝙ primo fuit ꝓprietarius,& poſtea fuit vſufructuarius,vel ecõtra.& ſic non diſcrepant, ſed cõcordant ſm d.n. niſi forſan eadem data contineretur in vtroque,tunc enim contraria eſſent,vt patet in eo,quod leg.& no.s̄.de offi.deleg. c.ij.Alij
1 †ponunt caſum in eo,qui producit duo inſtrumẽta. primum in quo cõtinetur,ꝙ Guillermus promiſit ſibi centum Pariſijs in feſto reſurrectionis,alterum in quo continetur,quod idem G.ĩ eodem die.ſ.reſurrectionis promiſit ſibi centum Romæ, & ſic hæc duo inſtrumenta & ſi non directe , tñ indirecte ſibi ad inuicem ꝯdicunt,cum impoſſibile ſit vtrumque eodem die Pariſijs & Romæ fuiſſe,vt patet in eo,quod le.& no.s̄.de teſti.ex tenore.§.verũ. Niſi forte intelligas,ꝙ vna ꝓmiſſio facta fuit inter ꝑſonas principales Pariſijs,& alia Romæ ĩter diſpẽſatores,ſiue ꝓcuratores noĩe eorũdẽ,vt colli͛r ff.de ver.ob.l.fi.§.ſi inter eos.Vel pone ſic. Primo produxi inſtrumentum in quo continetur ꝙ ego pro eccleſia mea emi fundum Sempronianum a te precio c.liberarum tali die,& tali loco : & corã talibus teſtibus. Secũdo produco aliud inſtrumentum in quo continetur ꝙ eundem fundum emi a te eo. loco,& eo,die,& eo. precio.ſed nomine meo & coram alijs teſtibus.hęc autem duo & ſic non ſiut contraria nec per ſe nec per medium,quia bene potuit eſſe vtrunque:tamen ita diuerſa ſunt ꝙ non eſt veriſimile ita rem proceſſiſſe. & ideo fidem ſibi adinuicem derogant,quia neſcitur cui magis credendum ſit inſtrumento.Si vero non ab eadem parte vt poſitum eſt,ſed a diuerſis partibus ſimilia duo inſtrumenta producerentur:tunc iudex debet inſpicere & ſubtiliter indagare quod magis eſt ſine ſuſpicione.& ſi hoc appareret ei credere. In pari autem cauſa probationum atque pręſumptionum eſſet pro reo præſumendum, & ſic abſolueretur.ad hoc.C.de contrah.ſtipu.optimam. ff.de teſti.ob carmen famoſum. & in eo quod legitur & not. ſupra de probat.ex literis.§. fin.ſupra eodem.inter dilectos. in fin. ſecundum d.n.cuius eſt tota mens huius glo.& in præcede.glo. ver. ſecus enim eſſet,& ſeq.quod dic ut ibi no.poteſt & hoc exemplificari,vt not.in ſeq.glo.[Contrarias.]puta produco vnum inſtrumentum in quo continetur ꝙ promiſiſti mihi x. aliud in quo continetur ꝙ ego de illis x. feci tibi pactum de non petendo.vel vnum in quo continetur te promiſiſſe mihi ſoluere x. Pariſijs, aliud in quo continetur ꝙ x.promiſiſti mihi eadem die ſoluere Bononię.hoc enim impoſſibile eſt ꝙ Pariſijs & Bononię ſimus ego & tu vna & eadem die.licet vna ſolutio poſſet per principales Pariſijs expediri .& alia Bononię per procuratores.ff. de verb. obl.l.fin.§. ſi inter eos.idem eſt ſi ſcripturæ diuerſę ſint,vt ſi produco vnum inſtrumentum in quo continetur ꝙ ego cum vxore mea emi talem fundum pro centum tali die.aliud in quo cõtinetur ꝙ ego ſolus ſine vxore mea emi eadẽ die eũdẽ fundũ ꝑ x.ſatis enim ſunt hæc diuerſa.nec eſt veriſimile tam diuerſa eadem die inter eoſdem, & circa eandem rem contigiſſe. & pro-
2 pter hoc ſibi adinuicem derogant.ſecundum Azo,ſic ergo†contraria proponens non eſt audiendus : vt hic. & C. eod.titu. ſcripturę.infra de ap.ſolicitudinem. in fin.xxiij.q. viij.quod autem, viij.di.quo iure.& idem eſt vbi in eadem ſcriptura repugnantia
3 ſiue contrarietas reperitur. ff.de regulis iur.vbi repugnantia. †ſic & quandoque ſcriptura facto,& factum ſcripturis repugnare videtur.ſupra de elec.cum inter R iuniorem.§.fin. Sed opponitur
4 ſic,†nonne licitum eſt defendere ſe diuerſis & etiam contrarijs exceptionibus? ſic.ff.de excep.nemo,quare ergo non licet producere contraria inſtrumenta? Reſpondeo, hoc intelligitur quãdo producuntur ex parte actoris ad fundãdam intentionem ſuam. contraria vero quando ex parte rei ad probandam innocentiã ſuam.Reus autem fauorabilior eſt quàm actor. ff.de reg. iur. fauorabiliores.& no.ſupra de proba.ex literis.ſed nec illud admittitur niſi cũ proteſtatione.vt C.de excep.ſi quidem. [Cum ipſi?] ver.[Poteſtate].Hic tangitur ratio quare aliud eſt in inſtrumentis cõtrarijs ab eadem parte productis,& teſtibus, quia inſtrumẽta patent,& in poteſtate producentis eſt alterum quod contradicit non producere,teſtimonia vero occulta ſunt.nec eſt in poteſtate producentis quod dicat teſtis. Ideo in prima imputatur,qa in culpa eſt.In ſecunda nõ imputatur,quia ſine culpa eſt.ad hoc infra de priuile. porro.ſupra de vſu pal. cap. fin.infra de fideiuſ. conſtitutus.ad fin.& not.ſupra de teſtibus.præſentium.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta ſine cauſa extra iudicium an plene probet.*
2 *Confitens dotem recepiſſe ſi non recepit,quid iuris.*
3 *Pars quomodo probet in debito promiſſo.*
4 *Exceptio non numeratæ pecunię biennio clauditur.*

CAP. XIIII.

SI cautio,&c. i.ſcriptura priuata ſiue publica.ff. de proba.cum de indebito.§. fi. vnde hæc ſumitur decre.& adde quod no.in ſeq.gl. [Quã] ſ.cautionem.i.inſtrm publicũ vel priuatũ. vt in præcede. gl.in quo confitetur.G. ſe a Martino mille libras tur̃. mutuo recepiſſe,vel ſe tantum ei debere. Secus autem ſi ita diceret in inſtrumento,Guillermus recepit mille libras mutuo a Martino in pecunia numerata & eſſet publicum inſtrumentũ,quia tunc eſſet ei credendum & omnino ſtandum, aliud ſi non eſſet publicum ſed priuatum.& ſic poteſt intelligi. C. de non nume. pecu l.fin. ſecundum d.n.cuius eſt mens huius glo. ſed & prædictum publicum inſtrumentum,eſto ꝙ in eo contineatur non ſolum cõfeſſio,ſed etiam receptio & numeratio, improbari poſſet per teſtes in eodem inſtrumento inſcriptos.ſecundum id qđ legitur & no.ſupra eo.cũ Ioãnes.§.dictus vero. ver.tabellionem. Sed & ſecundũ d.n. ſpeciale notabis eſſe in dote & in mutuo, ꝙ licet hę cauſę in inſtrumento exprimantur,non tamen ſufficit. C.de non nu.pecu.ſi ex cautione.& l.generaliter. & in Auth.de tem.non ſo.pe.ſuper dotem.coll.vij.quod dic vt no.infra. §. j. & adde quod no.in pręcede.glo.[Indebite.] quia dicis ꝙ non teneris ſoluere illud quod cautio innuit te debere. [Indeterminate.] ideſt non expreſſa cauſa d.n. quia licet dicat te decem debere Titio,non tamen dicit ex qua cauſa.Et eſt arg.ꝙ ſi quis confitetur in iudicio ſe debere x.Seio & non dicit ex qua cauſa,nec de ipſa liquet,non eſt condẽnatio facienda , quia ita fit probatio per inſtrumentum ſicut per confeſſionem.s̄.de reſti.ſpo.cum ad ſedẽ. §.nos prioris.ſed põt reſponderi ꝙ aliud eſt in inſtrumento quod facit tabellio ſicut placet,vt patet j̃.de conuer.coniu.dudũ.aliud in confitente qui poteſt dicere,ꝙ ſine cauſa hoc promiſit,& legẽ apertius exprimere.ff.de pac.veteribus.ff.de verb.oblig. quicquid aſtrigendæ.imputet,ergo ſibi ſi hoc non facit.ar.s̄.c.proxi.in fine. quia ex quo confitetur ſe ipſa debere præſumendum eſt ꝙ efficaciter & ex iuſta cauſa ſit obligatus. nam & verba intelligenda ſunt cum effectu.j̃.de cler.nou reſi.relatum.& hoc teneas, quod dic,vt no.in ſumma,de confeſ.§.fi. [ Oſtendere.]aliud eſt ſi cauſam antiquã expreſſerit,puta donationis,venditionis, locationis, vel alterius cõſimilis.ſi enim ex tali cauſa confiteatur in ſcriptis aliquid ſe debere omnino ſtandum eſt tali confeſſioni,niſi & ipſe confitens per apertiſſima rerum argumẽta ſcriptis inſerta poſſit probare ꝙ in alium quendam modum & non in eum quem cautio prohibet fuerit negocium ſubſecutum.C.de non numer. pec.generaliter.ſm d.n.vt patet in ſeq.gl.¶Sed ſi cauſam.]ij.pars. ſ.mutui.vel alia antecedentem & antiquam.ſecus ſi ſpe non numeratę pecuniæ vel dotis.C.de non nume.pecu.aduerſus. & l.generaliter.ſatis enim indignum eſt, ꝙ quis ſua voce dilucide proteſtatus eſt in eundem caſum infirmare, proprioque teſtimonio reſiſtere,vt in d.l.generaliter.& s̄.de prob.per tuas.quod dic vt no. in præced.gl.ad fi.ſic igitur vbi cauſa exprimitur obuiat propria cautio ſicut & propria ſcriptura.C.de non num.pec.auth.contra qui propriam.j.q.vij. ſaluberrimum.xxvij.q.j.omnes fęminæ.Sed quid



quid ſi non promittit ſoluere ex antiqua cauſa, ſed confiteatur ſe
1 debere?idẽ eſt,† quia & ex confeſſione illa etiam extra iudicium
2 ex cauſa facta remanet obligatus.[a] vt C.de non nu.pec. generaliter.ff.de interroga.act.de ætate.§. qui interrogatus. & poteſt confeſſoria conueniri.ff.ad legem Aquil.proinde.§.ſi procurator. qđ dic vt no.s̄.de confeſ.c.fi.Quid ſi me abſente fiat confeſſio? Non obeſt confitenri ad inſtar ſtipulationis.Inſti.de ver.ob.§. item verborum.Quid ſi confitetur ſe debere ex cã mutui vel dotis ſpe futurę nnmerationis?Rñ.in mutuo habet exceptionem j̃. bienniũ niſi renunciauerit.& ſic intellige.C.de non num.pecu. generaliter.& l.in contractibus.& hoc inter laicos locum habet,& etiam forte inter clericos nomine proprio contrahentes.ſecus vbi prælatus nomine eccleſiæ prout ipſius eccleſiæ negotiis expediendis ſe confitetur in mutuum recepiſſe.hic enim nõ ſolum j̃. bienniũ ſed etiam in perpetuum competit contra petitorem exceptio , niſi & ipſe probet in vtilitatem eccleſiæ pecuniam fore verſam.
2 x.q.ix.hoc ius porrectum.quod dic vt plene no.j̃. de ſolu.c.fi. †Si quis autem confiteatur ſe dotẽ recepiſſe quam non recepit.& is, qui confitetur maior erat xxv.annorum.& matrimonium infra biennium ſolutum fuit?Datur exceptio ſoluto matrimonio infra annum,ſi vero durauit matrimonium per biennum , & poſt ſolutum fuit citra decennium.ita marito quam hæredi datur exceptio infra tres menſes tantum.ſi vltra decennium ceſſat omnino exceptio.Quod ſi minor maritus erat reſtituitur.& infra xxix. annos habet exceptionem & ſi interim moriatur habet hanc hęres eius,vſque ad annum tantum,ſi tamen hæres maior ſit. nam ſi minor eidem j̃.quinquennium competit.ſm hoc intellige.C. de dote cau.non nu.l.ſi.& in auth.ibi ſignato.vt eliciũtur hæc oĩa ex corpore.Authẽ.de temp.non ſolu.pecu.ſuper dotẽ.§ gñaliter. col.vij.ſm d.n.licet quidam alij hoc aliter intelligant & exponãt.
3 ¶Niſi.]iij.pars.[Probaueris.]puta † confeſſus es decem te debere Ioanni pro domo vendita, nũc probas ꝙ eandem domum hẽs, quia aliam rem permutaſti & tradidiſti pro ea.C.de re.permu.ex placito . & l.cum precibus . vel probas eum alibi fuiſſe tpe cautionis emiſſæ.s̄.de teſt. ex tenore.§.verum.vel probas ꝙ cauſa fuit fraudulenter adiecta,cum nulla vera & iuſta cauſa ſubeſſet.vel qa errando hoc feciſti ſm d.n.cuius eſt tota mens huius gl. per quẽ ſatis euidenter comprobatur ꝙ ſi nedum clericus , ſed etiam quicunque laicus confiteatur ſe debere centum ſpe futuræ numerationis,& creditor ei non numerauit pecuniam vt promiſit,& cõ
4 ueniat eum lapſo biennio,†& ſi debitor non poſſit opponere exceptionẽ non numeratę pecuniæ quę biennio clauditur.C.de nõ nu.pe.in contractibus,poteſt tamẽ de tali dolo excipere ſine fraude.C.de non nume.pec.ſi ex cautione, quod dic,vt plene no.j̃.de ſolu.c.fi.ſed & ſi quis ex antiqua cauſa confiteatur aliquid ſe debere poteſt probare contrarium per ſcripturam.ff.de prob. cum de indebito.§.fi.& patet in eo,quod no.s̄.e.c.rñ.j.ſuper verbo , oſtendere.[Id indebite.]hic ergo comprobatur expreſſe opinio illorũ qui dicunt ꝙ in confeſſione mutui ſpe futuræ numerationis etiã lapſo biennio poteſt his qui conuenitur probare ſe indebitum ꝓ miſiſſe.quod dic,vt plene no.j̃.de ſolu. c. fi. Sed & ſi quæras quãr hoc probari poterit?Rñ.per confeſſionem creditoris. hoc planũ eſt , ſed & propoſita exceptione doli ſaltem cum aliquibus alijs probabilibus coniecturis onus probandi numerationem in eũ transferetur . Sed & aliis modis poteſt probari indebitum . quod dic vt no.in præced.gl.

ADDITIO.

a ¶Obligatus.Adde,an & quando confeſſio facta ſine cauſa probet plene per apoſtil.ad Panor.hic,& Fel.in antepe.col.ver.& iuxta hoc.

SVMMARIVM.

1 *Tabelliones,qui creare poſſit.*
2 *Officium tabellionis eſt contra ius.*
3 *Princeps ſupra ius eſt.*
4 *Princeps facit miraculoſa & contra naturam.*
5 *Princeps quicquid approbat ſuum facit.*
6 *Prothocollum vnde dicatur.*
7 *Cætera notariorum pluſquam decet ſunt in vſu.*
8 *[illegible]ex requirunt ad hoc,vt publicatio valeat.*
9 *[illegible]abellio notas ſuas donare ſeu legare poteſt.*
10 *Tabellio non poteſt alteri committere quod inſtrumenta ſua perficiat , dum viuat.*
11 *Forma ſubſcriptionis notarij publicantis rogationes alterius notarij mortui.*

CAP. XV.

1 CVm P.tabellio. De tabellionibus dicunt quidam ꝙ†quicunq; poteſt dare vel facere iudicem ordinarium , ſiue ſit imperator ſiue rex,ſiue vniuerſitas, ſiue collegium , ſiue quicunque alius,ſiue etiam cõſuetudo.ille idem poteſt facere & tabelliones.Et qui ſunt hi qui hoc facere poſſunt.no.s̄.de offi. or. cum ab eccleſiarum.& in ſumma.e.ti.§.ſed quis poſſit conſtituere ordinarium.& in ſumma Azo.de iuriſdi.om.iud.Alii dicunt ꝙ illi iudices qui poſſunt dare tutorem poſſunt facere & tabelliones.& quæ ſunt hi.no.in ſumma Azo.C.qui da.tu.poſ. Sed do.n. ſcripſit hic ꝙ nullus poteſt facere tabellionem niſi papa vel imperator qui tabellionum vſum adinuenerunt & approbauerunt præterq̃ ſi conſuetudo vel ſpeciale priuilegium papæ vel imperatoris alicui hoc concedat.ar.C.de emancipa.l.j.& fi.& j̃.de conceſ.
2 præb.accedentibus.ad fi.Certum eſt enim ꝙ † contra ius eſt officium tabellionis ex quo procedit ꝙ ſine alio adminiculo credatur ſcripturæ cartæ ſiue pelli animalis mortui,vt patet ĩ eo , quod no.s̄ e.c.ij. Sed cõtra ius nulli venire licet auctoritate ſiue potius
3 temeritate propria niſi principi,†qui ſupra ius eſt,vt patet.ff.de legibus.princeps.& in eo,quod legitur & no.j̃. de conceſ.præben.ꝓ poſuit.ſicut & dicitur in diſpẽſatione quæ fit contra ius.s̄.de tem. ord.dilectus.& in reſtitutione famę.nec enim aliquem infamem poteſt quis reſtituere famę ſuæ.nec male natos legitimare.nec erogare niſi princeps.& alij pauci quibus ſpecialiter eſt cõceſſum. ff.de poſtulando.l.j.§.de qua,ff.de adop.l.j.& ij.& patet in eo,quod no.j̃.de re iudi.cum te.j̃.qui fil.ſint legi. per venerabilem. nec mi
4 rum ſi alii hoc non cõcedatur niſi principi.Sunt†enim hęc quaſi miraculoſa & contra naturam. ſ.de homine infami,bonæ famæ.& illegitimo legitimum facere.& hoĩem ſui iuris alij ſubicere & ſimilia.De his tabellionibus legitur.C.de tabell. per totum. lib.xj.& in Auth.de tabell.coll.iiij.& eo.ti.coll.vj.Nuſquam tñ legitur ꝙ alius quam princeps poſſit hoc officium dare.Hoc tñ fatemur ꝙ is qui de conſuetudine hoc habet,poteſt illud facere. vt no.s̄.e.gl.ver.ſed d.n.& ſeq.& ꝙ ſi alicubi eſt talis conſuetudo, ſeruanda eſt.arg.s̄.eo.cum dilectus.quamuis autem tales quibus hæc conſuetudo hoc concedit poſſint dici notarij, quia in notas redigunt ea quæ coram eis aguntur. vel etiam tabelliones , quia in tabulis ſcribunt.non tñ habent poteſtatem & officium publicum quod tabellionibus a legibus & iure ſcripto datur.ſed intantum illud,& intantum habent ꝙ & inquantum conſuetudo cõcedit.Nullus igitur alius eccleſię vel imperio ſubditus poteſt tabelliones facere niſi papa vel imperator.vel ſtatuere . vel ẽt pacto nudo ſe ligare ꝙ credatur inſtrumentis per manus priuatæ perſone confectis.quia nec licet alicui inferiori principe contra leges publicas vel ꝯ ius naturale aliquid ſtatuere vt dictum eſt , ſic etiã dicimus in iudicibus ordinarijs & tutoribus , quod nullus niſi princeps,vel ius ſcriptum,vel conſuetudo poteſt dare poteſtatem dandi tutores,vel ordinarie iudicandi,nec cõſtituere, ꝙ libera ꝑſona per alium iudicetur,vel obligetur. Credit tamen do.N. ꝙ alii reges qui habent ſupremum , & merum imperium hoc idẽ poſſunt ſtatuere & tabelliones facere.quod dic,vt no.j̃.qui fil. ſint le. per venerabilem.§.j.ver.fi.Nec mireris ꝙ conſuetudine poteſt induci,vt inferior principe poſſit notarios facere , licet ipſe inferior hoc non poſſet ſtatuere,vel poteſtatem iſtam alij dare. Ratio diuerſitatis hæc eſt,quia in conſuetudine ad hoc, ꝙ valeat,oportet, ꝙ interueniat conſenſus principis tacitus,vel expreſſus. hoc autẽ
ſi fuerit appellatum, vj.q.ij.§.biduum. Si uero per huiuſmodi lite
ras, nec ius alicuius tollitur, nec alicui fit præiudicium, vt ſi epiſco
pus, ad quem pertinet prouiſio, mandet alii, quod prouideat tali,
ſi de tali loco ſit oriundus: in tali caſu bene tenet prouiſio, etiam
ſi ſuper conditione inquiſitio non ſit facta, & etiam ſi partes nō
vocentur, quia nec poſſunt eſſe partes, vbi nullus alius ſe in proui
ſione aſſerit ius habere. Et ſi dicas immo fit præiudicium eccle-
ſiæ, cui magis expediebat habere ortum de hoc loco, quam extra-
neum? Reſpon.ꝙ iſtud hi, qui contradicunt, non poſſent oppo-
nere contra prouiſionem delegati, ſicut nec iſtud poſſent oppo-
nere contra prouiſionem delegantis. Vel dic, quod & ſi prouiſio
delegati, qui formam non ſeruauit, nulla ſit omnino, quia ideo
non ſeruauit formam, non tamen fuit neceſſe vocare partes, quā
do prouiſum fuit. In præmiſſo etiam caſu, in quo diximus partes
eſſe citandas non intelligas, quòd in examinatione conditionis,
ſiue clauſulæ debeat libellus offerri, vel lis conteſtari, vel alius or-
do iudiciarius ſeruari, immo tantum de plano expediet, j̃. de ſpō.
cum in tua dioceſi. Tu dic, quòd ſiue verba ſonent in monitionē,
ſiue in conditionem ſemper etiam nulla cognitione pręmiſſa te
net prouiſio facta a delegato, quia in hac prouiſione non fungi-
tur vice iudicis, ſed prouiſoris, s̃.de elect.uenerabilem.§. obiectio-
ni.reſpon.j.& ver.exercuit.& idem eſt in citatore, cui mandatur,
quòd citet aliquem ſi propter potentiam ſuam non poteſt aduer
ſarius coram ordinario iuſtitiam habere, hic enim non fungitur
officio iudicis, ſed potius citatoris, & ideo nullum ordinem iudi-
ciarium ſeruare tenetur, ſecundum do.no. Secus videtur ſi ſub eā
dem conditione committatur cauſa aliqua audienda, & deciden
da, quod dic, vt legitur, & no.s̃.de ſo.compe.licet. & idem in cęte-
ris ſimilibus dicendum eſt. tamen ſi conditio, vel monitio non
eſt uera caſſabitur, ſiue caſſum denunciabitur quicquid fuerit per
prouiſionem huiuſmodi attentatum tāquam per obreptionem
obtentum, vt patet in eo, quod legitur, & no.j̃.de re iu.cum olim.
5 §.fi.ver.& ei licet abſenti. Poteſt tamen prouiſor ſi vult aſſumere
a ſibi partes iudicisª, ut dictum eſt, & argu.j̃.de conceſ.pręb. propo
ſuit.in quo caſu ſi contradictor opponat, quod cōditio, ſiue clau-
ſula appo-

ADDITIO.

a ¶ Partes iudicis. Adde, an executor teneatur aſſumere partes iudicis. Pet
de Ancha.concil.125. Abba.Panor.conſi.34. Lap.alleg.15.& 61.

ſula appoſita non eſt vera,& prouiſor hoc non admittat cum ſi-
bi aſſumpſerit partes iudicis,& non admittat, quod admittere de
bet,nec ordinem iuris ſeruet,iuſte poterit ab eo appellari. Alij ve
ro dicunt,quod ſi ex hac cauſa non ſeruat ordinem appellari nõ
poteſt,cum nec ipſum ſeruare teneatur , quia hanc examinatio-
nem ad ſuam tantum inſtructionem facit, & in ea ſummariæ
procedit,arg.ff.de re iud.a diuo pio.§.ſi uerum.& in eo,quod not.
s̃.de for.compe.c.v.Et ideo etiam non eſt hic neceſſaria ſententia
ſed ſufficit,quod iudex ſuper hoc ſit inſtructus,& ſic fallit hic re-
gula,quæ traditur ff.de iudi.de qua re.& ſupra, de cauſa poſſ.cum
ſuper.in fi.Sinautem in litera diceretur,ſi tibi conſtiterit, ꝙ ſit de
tali loco oriundus, tunc vbi per prouiſionem iuri alterius detra-
hitur,non poteſt de hoc conſtare, niſi partibus præſentibus, & iõ
quia talis vice iudicis fungitur. ſi nulla permiſſa cognitio præce-
dat proceſſus huiuſmodi non valebit , licet aliqui contradicant.
Quod ſi per prouiſionem nullius iuri detrahitur , puta quia ad
delegantem pertinet prouiſio,tunc valet,quod facit,etiam ſi nul-
la præcedat cognitio,quia prædictam cognitionem videtur ei cõ
mittere,non tanquam iudici,ſed tanquam bono,& diſcreto viro
quando autem vt iudex,vel inquiſitor procedit, tunc verum eſt ,
ꝙ debet ſeruare ordinem iudiciarium,& primo de cõditione in-
quirere,quam in principali procedat,infra de accuſa. cum opor-
teat.s̃.de reſcrip.cum dilecta.& patet in eo,quod no.s̃.eod.gl.ver,
& idem videtur dicendum.vbi aliquis mandat,& ſequenti, & idẽ
6 in ſimilibus,vt ibi not.licet aliqui contradicant. † In clauſula ve
ro illa,quæ in literis conſueuit apponi ſcilicet, quod ſi nõ omnes
&c.certa forma conditionis data intelligitur, quam & ſeruari o-
portet,quod dic,ut legitur,& not s̃.de reſcrip.ſciſcitatus.& de offi.
deleg.prudentiam.reſpon.j.& §.j.ſecundum d.no. cuius eſt mens
quaſi totius huius gl. [Idonea]. quæ clauſula ſemper intelligitur,
& ſi non apponatur,s̃.de elec.cauſam.ff. de ritu nup.quamquam
& argu.ff.ſi ſeruitus vendi.ſi cui j̃.de præb.ſuper inordinata. [Nul
7 la neceſſitas.] quia pro ipſo præſumitur,vt ſequitur , & ideo † ne-
ganti incumbit probatio in hoc caſu.C.de proba.ſiue poſſidetis ,
& legitur,& no.j̃.vt benefi.eccle.cap.vnico.Sed qualiter probatur
non idoneus? Reſpon.ſi agatur de defectu literaturæ per examina
tionem,vt patet in eo,quod legitur,& no.s̃. de æta.& quali.c.pen.
& cap. accepimus.Si de delicto, vel defectu per teſtes,vt ſequitur.
[Cum prima facie] verſi. ideſt quouſque probetur contrarium ,
vt ſequitur.ſi.argu.s̃.de teſti.cum a nobis.§.vnico,& de proba.ter-
tio,& c. poſt ceſſionem. [Præſumatur idoneus.] non ſolum iſte
clericus,ſed quilibet baptizatus,argum.j.qu.j. ſicut Chriſtus.& eſt
ratio,vt no.s̃.de tranſla.epiſco.cap.2.§.ſed neque.verſi.& quod nõ
eſt de ſeru.in ord.faci.c.vnico.quod dic,vt ibi plene no. [Oſtenda
tur] ſic patet,quod quilibet præſumitur bonus,ſufficiẽs, idoneus
vndecumque,ſit niſi contrarium probetur,vt hic.ff.mandati.pro
betur.& j̃.de præſcrip.ad audientiam.s̃.eod.illud.in fi.s̃.de ſeru.in
ordi.faci.cap.vnico.s̃.de iud.cum deputati,xvj. quæſt.fi. monaſte-
rium.ff.de manumiſſ.teſta.ſi ſeruos.C.qui mili.non poſſ.ſuper ſer
uis.lib.xij.C.de non nume.pecu.auth.contra qui propriam. & in
concor,ſigna.s̃.eo.§.j.ſuper verbo.nequaquam ſufficiebant.

¶De Iureiurando. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Creditorum ratio peccati coguntur iuramenta, relaxare.*

C A P. PRIMVM.

EX adminiſtrationis. Et in-
fra,ſic
ordina litteram.[Mandamus quatenus coga
tis eccleſiaſtica diſtrictione creditores ad rela-
xanda iuramenta ſibi præſtita ſuper ſoluendis
vſuris,]& dic iuramenta,quæ ſine periculo a-
nimarum ipſorũ creditorum ſeruari nõ poſ-
ſunt, † & ideo ratione peccati coguntur creditores relaxare hu-
iuſmodi iuramenta,s̃.de iud.nouit, ſed quantum ad iurantes nõ
eſt peccatũ,j̃.eod,debitores , quare ipſas vſuras tenentur ſoluere ,
vt ibi,& poſtea poſſunt ipſas repetere , niſi & contrarium iuraue-
rint,vt patet,s̃.quod met.cauſa ad audientiam.ad fi. Et eſt hoc ar
gu.contra illos, qui dicunt, ꝙ recipere pecuniam ad vſuram pec-
catum eſt,quod dic,vt no.s̃.de vſuris,ſuper eo.§.fi. Poſſunt tamen
hoc eccleſiæ denunciare,& ſic indirecte eis ſubuenietur,j̃.eod.ad
noſtram.& eſt argu.j̃.de cognat. ſpiritu.tua.& ij.q.j.ſi peccauerit.
coguntur autem creditores relaxare iuramentum, vbi ſolutæ nõ
ſunt,& ab agendo deſiſtere.j̃.de vſur.tuas, & ipſas reo reddere , ex
quo fuerunt ſolutæ.j̃. eod. creditores. [Diſtrictione.] i.interdicto
ſuſpenſione,alias excommunicatione,j̃. de verborum ſignificat.
quærenti.& hoc poſſunt facere omnes epiſcopi tanquam delega
ti ab iſto canone.ſi,s̃,de offic.ordin.irrefragabili.§.cæterum infra,
de hæreti.ad abolendam.in fin.vel etiam tanquam ordinarij, s̃.de
offi.ordi.c.j.& j̃.de vſur.poſt miſerabilem.[Cogatis] ſupra, de te
ſti,cogendis,venerabilis,ſecundum do.no.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuramenta potius periuria ſunt dicenda quæ contra vtilitatem eccleſiæ atten-
tantur,*
2 *Iurans res proprias non repetere iuramentum ſeruare tenetur .*
3 *Reſtitutio nulli datur contra propium iuramentum,ſed abſolutio tantum .*
4 *Iuramentum metu extortum non obligat .*
5 *Omne iuramentum ſeruari debet dummodo non uergat in detrimentum ſalutis
æternæ .*

C A P. II.

PEruenit. &c,[ Epiſcopum, ] ſpoliatum,quod
eſt j̃.[Rebus] non ſolum vbi quis per
vim rebus eccleſiæ ſpoliatur,ſed etiam vbi ſuis ꝓprijs,
& de eis non repetendis iur̃m præſtat abſoluitur a tali-
ter preſtito iuramento,vt ſic eas repetere poſſit, & ſic intellige,qđ
hic dicitur,& j̃.eo ſi vero.& ca.verum.Si vero ſine violentia,&do
lo res eccleſiæ abiurauerit,tunc ſuperior,vel faciet abſolui prelatũ
qui hoc iurauit , vel dabit curatorẽ bonis , vel aliud prout melius
poterit prouidebit,quod eccleſia res ſuas recuperet,& iurans non
directe veniat contra proprium iuramentum,arg.ff. de neg. geſt,
at qui natura.§.cum me abſente.s̃.de cauſa poſſ.cum veniſſet. in
fi.& j̃.eo.debitores,& c.ad noſtram,j.& ij.& ca. quemadmodum.
§.fi. quod ſi per alium non poſſunt recuperari res eccleſiæ, quam
per illum,qui abiurauit,tunc etiam dabitur eidem licentia repe-
tendi,quia tale iuramentum ſeruari non poteſt ſine interitu ſalu
tis illius,qui iurauit,vt patet j̃.eo.ſi vero, & c.tua, ſecundum do.n.
1 † Immo quia non iuramenta , ſed potius periuria ſunt dicenda,
quæ contra vtilitatem eccleſiæ attentantur,j̃.eo. ſicut noſtris.§.j.
verſi.i.& in aliis concor.ſigna.j̃.§.j,ſuper verbo. vinculis. verſi.ter-
tio. Et idem dicendum eſt ſi tutor iurauerit non repetere res pu-
2 pilli.†Si vero aliquis iuret res proprias non repetere hoc iuramẽ-
3 tum ſeruare tenetur, s̃. quod met.cau. ad audientiam.ad fin.† Et
no.ꝙ contra proprium iuramentum nulli datur reſtitutio in in-
tegrum, ſed abſolutio tantum . contra iuramentum vero ab alio
preſtitum bene datur reſtitutio,ff.de iureiuran.nam poſtea.§. ſed
ſi minor.xxv.ann.ſecundum d. n. cuius eſt mens quaſi totius hu-
ius gl.[Suis] i.eccleſię ſuę.nam & ſi eſſent proprie teneretur ſerua
re iuramentum.j̃.eod.ſi vero.s̃.quod met.cau.ad audientiam.vbi
4 de hoc dic,vt ibi,& in preced.gl.& j̃ c.verum.¶ Cognita.] ij.pars.
i.patefacta. [Vinculis.]argum.eſt hic,†ꝙ iuramentum metu ex-
tortum non obligat,quod & verum eſt, ſm T.& Bar. Alij dicunt
5 contra & melius,ꝙ † omne iuramentum ſeruari debet, dummo
do non uergat in detrimentum ſalutis æternę,j̃.eo.ſi uero. Hic au
tem non obligauit propter tria Primo quia iurans ſpoliatus erat
argu.s̃.de reſtit. ſpol.ſollicite.Secundo quia compulſus iurauit,s̃.
quod me.cau.ad aures.vbi de hoc.Tertio quia res erant eccleſię,
quę cauſa pręcipua eſt,vt patet xv.q.vj.c.j.: 5.q,ix. quod quis com
miſit.j̃.eo,ſicut noſtris,j̃.de his quę fi.a maior.par.cap.c.j.§.penul.
Sed contra,j̃.§.j.Sol.ibi.[Conſtringi.]quin poſſim abſoluere,vt ſe
quitur,ſecundum d.n.immo quia poteſt venire contra , ſm T.&
Bar.¶ Quem tamen] iij.pars.[Abſoluimus] de facto ad cautelã,
vel i.abſolutum eſſe denunciamus.ſic.24 q.j. audiuimus.xj.q.3.ex
cellentiſſimus,j̃.de app.ad pręſentiam.& ſic non contradicit , ſed
concordat, s̃.§. proxi. Sed ſecundum alios proprie ponitur, quia
& ſi iurans abſolui debeat mero tamen iure eſt obligatus,j̃.eo.de-
bitores.Sol.ſi res erant eccleſię vera eſt prima opinio , vt patet in
eo,quod no.s̃.eo.c.reſpon.j.ſuper verbo.rebus.& §. proxim.ſuper
verbo.vinculis.in ipſa gl.ver.tertio.Si uero intelligas, ꝙ erant pro-
prie vera eſt ſecunda expoſitio,vt patet j̃.eo.ſi vero.& ca.verum.vt
in pręmiſſis glo.

*SVMMARIVM.*

1 *Votum mutare etiam in melius nemo poteſt ſine licentia ſuperioris.*
2 *Frangenti fidem,fides frangatur.eidem.*
3 *Votum ſemel emiſſum eſt ſeruandum.*

C A P. III.

PEruenit ad nos,& infra. Hoc ẽ,
iuraue
rat aliquis ſeruire alicui vſque ad certum tempus, pu
ta vſque ad quinquennium pro certo ſalario ſibi quo
libet menſe ſoluendo. ceſſatum fuit in ſolutione, quęritur igitur
vtrum ſine metu periurii poſſit a ſeruitio deſiſtere,& religionẽ in-
trare? Rñdetur,ꝙ ſic.duplici ratione,vt colligitur ex ſequentibus
[Infringit] qđ dic,vt legitur,& no.j̃.de voto ſcripturæ,& c.veniẽ-
tes.ſic nec dicitur deierare,qui ex iuſta cauſa, ſiue conceſſa cauſa
deſeruerit iuramentum,ff.qui ſatiſda.cog.l.fin.xxij.q.4. mulier.&
q.ij.beatus.j̃.de iureiuran.beatus.j̃.de iureiuran.breui.j̃.de voto.li
cet.[In melius,] ſed melius eſt ſeruire Deo , quam homini.ergo
in pręmiſſo caſu iurans ſine metu periurij poteſt religionem in-
trare,&



trare,& hæc eſt prima ratio , & hoc intelligas de introitu religio-
1 nis,& in tali caſu, vt permiſſum eſt,† alias non liceret mutare vo
tum,etiam in melius ſine auctoritate ſuperioris,j̃.de voto.c.j.& c.
magnæ.& c.ex multa.in prin.niſi primum votum eſſet illicitum,
xxij.q.4.ſi ad peccatum.& c.mulier.¶ Nec tu] ij.pars.[Ei.] cui vſ-
que ad quinquennium ſeruire iuraſti,vt no.s̃.in deciſione.[Tene
ris] ſeruare,quod iuraſti.[Conditioni]ſolutionis tibi faciendę.qa
hoc attendere iuraueras ſi quolibet menſe tibi ſolueret certæ pe-
cuniæ quantitatem,quod non fecit, vt no. ſupra in deciſione. &
hæc eſt ſecunda ratio,quare iurans non remanet obligatus. [Mi-
nime] No.ꝙ ſi duo adinuicem aliquid iurauerunt, & vnus iura-
mentum non ſeruet,nec alter ipſum ſeruare tenetur,j̃.eo. ex lite-
ris,& in alijs concordantis ſigna.in ſeq.gloſ. ſecundum d.no.[Pa-
ruiſſe] Arg.expreſſum eſt hic † ꝙ non ſeruanti fidem , fides non
eſt ſeruanda,ad idem.ff.pro ſocio. ſi conuenerit 28.q.ij. ſi infidelis.
ff.de inoffi.teſtam.ſi inſtituta.C.de pac.cum proponas.j̃. eo. ſicut.
3.in fi.Arg.contra.23.q.j.noli exiſtimare.33.q.v.quod Deo.22. q.
4.Innocens.Sol.quod hic,& in ſimilibus dicitur generale eſt.Nec
obſtat.c.noli.Intelligas enim,ꝙ infideli fides ſeruanda eſt,ſi & ip-
ſe eam ſeruet,alias contra,vt hic,& ſic concordat . Nec obſtat.ca.
quod Deo.quia loquitur in voto, quod potius promittitur Deo ,
3 quam homini , & ideo † ex quo ſemel emiſſum eſt omnino ſer-
uandum eſt,vt legitur ,& no.j̃.de voto licet,& ca.magnæ.& xxxij.
q.fi.ca.fi.ad finem .

A D D I T I O.

Frangenti fidem fides frangatur eidem. Adde hanc regulam non procede
re in treuga ſecundum apoſtillam ad Panor.hic in fi. quia licet vnus fre
giſſet treugam, non tamen eſt licitum alteri.alleg.Inno.Io.Andr.& Imo.
hic,& Io.And.in addit.ad Spec.ti.de treug.& pace.ſuper rubric. in princi.
& alia multa.

*SVMMARIVM.*

1 *Fidelitatis nomine quid intelligatur.*
2 *Papa & Cardinales Romanam eccleſiam conſtituunt.*
3 *Clerici pars corporis, Papæ ſunt .*
4 *Spiritus poteſt hortari milites ad pugnandum .*
5 *Epiſcopi tenent ſynodos, Archiepiſcopi concilia prouincialia Papa generale .*
6 *Probatione opus non eſt in certis .*
7 *Auaritia aliquorum ſatiari non poteſt .*
8 *Vbi Papa ibi Roma.*
9 *Quædam inhoneſte exiguntur quæ honeſte recipiuntur .*

C A P. IIII.

EGo N.epiſcopus. &c. Hæc eſt forma
ſacramenti fidelita-
tis,quam facit epiſcopus per ſummum pontificẽ con
ſecrandus,& hac contentus eſt, & vult,ꝙ eadem me-
tropolitani ſint contenti,s̃.de maio.& obed.dilecti. [Fidelis] quid
1 importet hoc,† & quid intelligatur nomine fidelitatis, nota.j̃.de
feud.c.j.[Sancto Petro,] i.fidem, quam beatus Petrus ſeruauit,&
docuit fideliter obſeruabo,ſm d.no.[Sanctæque] quia eam ma-
trem,& magiſtram.& in omnibus alijs præcellentem,& dominã
tenebo.ſm do.no.[Romanæ] per hoc uerbum nolunt intellige-
2 re Cardinales,ꝙ & ad eos fidelitatis promiſſio extendatur, † quia
Papa & ipſi Romanam eccleſiam conſtituunt,argu.j̃.de verb.ſig.
3 cum clerici,†& pars corporis domini Papæ ſunt.C.ad legem Iul.
maieſta.l.quiſquis.& argu.j̃ .de his,quæ fi.a præla.nouit. & c.quan
to,ſed quod ſequitur domino quia meo Papæ videtur contradice
re,quia ſic ex ordine præponendus fuiſſet papa , vt patet in eo,qđ
legitur,& not.s̃.de maio.& obe.c.j.& c.ſtatuimus,niſi dicas, ꝙ eſt
hyſteron proteron.ſicut & s̃.de iudi.decernimus.& no.ꝙ in quo-
libet epiſcopo hoc locum habet,quando conſecratur a papa.quia
& tunc ei iurat,vel in receptione pallij.s̃.de elec.ſignificaſti. quan
do autem conſecratur a metropolitano, debet dicere loco iſtorũ
verborum bemmariæ ebredunen.dominoque meo Hẽrico ebre
dunen.archiepiſcopo,eiuſque ſucceſſoribus,&c.arg.s̃.de maio.&
obe.dilecti. ex quibus verbis metropolitano principaliter obliga-
tur,ar.j̃.de verb.ſig.cum clerici, ſed & metropolitanus ab eodem
nomine Romanæ eccleſiæ ſimplicis obediẽtis debet recipere ſpõ
ſionem,arg.j̃.de priuile.antiqua.reſpon.j.ad fin. [Succeſſoribus,]
nec eis eſt fidelitas renouanda,j̃.eo.veritatis,quia ſufficit ſemel iu
raſſe,argu.C.de iura.calum.auth.hoc ſacr̃m.[Canonicæ,]ſecus ſi
violenter,vel contra canonicas ſanctiones,quod dic,vt legitur, &
no.s̃.de elect.licet quantum ad metropolitanũ,in eo. tit.quia pro
pter.ad idem.xij.q.ij.alienationes.de conſe.diſt.2. ego. ¶ Non ero
in conſilio] ij.pars. [ Nec in facto] ſubaudi.immo ſi hoc ſciuero
toto poſſe occurram,& ſi non poſſum vltra,id manifeſtabo, arg.
ff.de his,quibus,vt ab indig.l.penult.ff.ad ſille.l.ij.& l.ſi quis in gra-
ui.xxij.q.v.de forma.vbi de hoc.lxiij.di.tibi domino. [Ad eorũ.]
i.ad diminutionem fidei beati Petri,vel in derogationem hono-
ris eccleſiæ, vel in læſionem perſonæ papæ . ſecundum do.no.vel
Cardinalium.vt C.ad legem iul.maieſtat.quiſquis.vj.q.j.§.verum
& l.ſi quis cum militibus.[Mala captione] vel terram ſuam per-
dat,j̃.eo.petitio.in fi.¶ Conſilium] iij.pars . Et eſt hoc intelligen-
dum de honeſto conſilio ſecundum B.Neſcio quid intendit.ſem
per enim præſumo,ꝙ papæ conſilium ſit honeſtum.[Damnũ.]
q.d.& ſi ſe certum ſcit,poteſt tamen quãdo periculum imminet,
vel vt poſſit facilius promoueri tali reuelari,qui velit & poſſit pro
deſſe,& non obeſſe.xxij.qu.v.hoc videtur. ¶ Papatum] iiij.pars.l.
principatum tam in ſpiritualibus,quam in temporalibus, ſecun
dum d.n.ſed quando iurat metropolitano dicet archiepiſcopatũ
ebredunen.eccleſiæ.[Et regulas] i. canones ſummorum pontifi-
cum & etiam aliorum ſanctorum patrum per Romanam eccle
ſiam approbatos.iij.diſt.canon.xvj.diſt.ſancta.xvij.diſt.per totum.
xj.diſt.per totum,ſecundum do.no.[Sanctorum patrum]q.d.nõ
aſſumendo arma in perſona propria.xxiij.q.viij.§.j.& c. ſequenti-
bus.& patet in eo,quod no j̃.de voto.ex multa.§.de clericis.& eſt
ſi.j̃.de Symo.ne Dei eccleſiam . Tenerentur tamen militiam du-
cere,vel mittere,s̃.de dilat.expoſuit. & ad defenſionem arma ſu-
mere,ſecundum quod legitur,& no.extra.d.no.de ſentẽ. excom.
dilecto.li.vj.& no.j̃.eo.§.ſuper verbo.ſaluo ordine.[Adiutor ero]
Hic incipit conſtructio huius §. [Et retinendum ] papatum , vel
archiepiſcopatum,vt ſequitur. [Saluo ordine,] vt cum armis ho
micidium non committat,xxiij.q.viij.c.i.& c.conuenior.j̃.ne cle
4 ri.vel mona.ſententiam.j̃. de voto.ex multa.§.fi.hortari † tamen
poteſt milites ad pugnandum.xxiij.q.viij.hortatu. & c.omni tem
pore.& c.igitur.& mittere militiam ad pugnandum,s̃.de dila.ca.
5 fi.¶ Vocatus] v.pars.[Ad ſinodum] i.Concilium†nam epiſcopi
tenent ſynodos.archiepiſcopi concilia prouincialia.papa genera
le.j̃.de accuſa.ſicut olim.iij.diſt.§.porro.xvij.diſt.regula. & ca.nec
licuit.[Præpeditus,] vt quia graui infirmitate detinetur.xviij.diſt.
ſi epiſcopus.j̃.qui maio.accu.poſ.c.fi.s̃.de procur.querelam. ¶ Le
gatum] vj.pars.generalem,vel particularem , & ſi ſimplex nũcius
ſit,infra de præſcrip.accedentes.§.j.j̃. de cenſi. cum inſtantia.§.fi.
[Sedis apoſtolicæ.] Sed quando iurat metropolitano dicet ebre-
dunen.eccleſiæ. non tamen hoc extenditur ad nuncios fabricæ ,
arg.extra.do.no.de peniten.Romana.§.j.li.vj.quia quantum ad il
los moneri poſſunt non compelli,vt ibi dicit . [Cognouero] etiã
ſine literis,quia eſt de latere,ar.xcvij.diſt.nobiliſſimus,vel quia no
tus eſt nuncius.Ioannis.xviij.do.diſcipulus ille notus erat pontifi-
6 ci.ſicut enim † in certis non eſt opus probatione , & coniecturis,
ff.de act.emp.& vend.l.j.in fi.ff.de verbo.obli. continuus. alias au-
tem non creditur ei,niſi literas habeat, C.de mand. prin.l. vnica.
s̃.de offi.delega.cum in iure,& ſemper in nuncio,& in legato, qui
non eſt de latere cum mutari ſoleant dicas literam exigendam ,
arg.j̃.de pęniten.porro.s̃. de vſu pal.c.fi. & potius etiam in legato
quam nuncio,nam & in legato circa maiora periculum vertitur
vnde cautius agendum,xlij.diſt.quieſcamus.i.q.j.§. ecce cum ho-
noris. [Neceſſitatibus. ] non ſuperfluis donarijs, vel corruptibili-
bus,ſed eſculentis,& poculentis, tantum atque vecturis . de dieta
in dietam,argu.ff.de offi.præ.plebiſcito.& in Auth.de man.princ.
§.j.& §.illud tamen.coll.iij.& iuſiurandum,quod præſta collat.ij.
extra do.no.de cenſi.Romana.§. caueat.li.vj. Equum etiam poſ-
ſet forſan ex dono oblato recipere,arg.j̃.de Symonia.& ſi quęſtio
7 nes.§.fi.non tamen exigere. †Sed quicquid dicatur, quicquid ſcri
batur ſatiari non poteſt auaritia aliquorũ,j̃.de præbend.auaritiæ.
j̃.de decimis.c.j.in fi.j̃.de cenſi.ea quæ.j̃.de vita,& hone.cler.cum
ab omni.¶ Apoſtolorum limina]vij.pars,& dic Apoſtolorum.ſ.
8 Petri & Pauli .i. curiam Romanam: † nam ibi papa, vbi Roma.
& ex hoc patet,ꝙ vbi papa eſt,ibi & Apoſtoli eſſe intelliguntur,&
ꝙ hæc expoſitio vera ſit patet ex eo,quod ſequitur,niſi eorum ab
ſoluar licentia.Quod conſtat de beatis Petro & Paulo,vel alijs ab
hac luce ſubtractis non poſſe intelligi,niſi forſan ſpeciale priuile-
gium ſuper hoc conceſſiſſent,vnde dic,niſi eorum & c.i.niſi abſol
uar per papam.qui illis liminibus præeſt , & qui auctoritate eorũ
Apoſtolorum fungitur,& vices ſuas gerit,ſecundum do.N.his au
tem verbis vtitur ille,qui in Romana eccleſia conſecratur, ſed in
metropolitano dicet ebredunen.eccleſiam.ſiue archiepiſcopum.
vij.q.j.ſcire.[Singulis annis,] vel ternis iuxta chyrographũ.i. ſcri-
pturam inde factam.xciij.diſtin.iuxta hoc autem in citramonta
nis locum habet regulariter . vltramontani vero mare non tran-
ſeuntes iurant ſingulis biennijs : vltramarini autem ſingulis triẽ-
nijs,& ſic conſideratur locorum diſtantia,ſicut & alias s̃.de reſti-
tu.in integ.tum ex literis.§.fi.vbi de hoc.[Certum nuncium] pro
pter hoc literis patentibus ſtatum eccleſiæ continentibus ſpecia-
liter deſtinatum,nec requiro pecuniam , niſi ratione neceſſiatis,
niſi tanto tempore ſit præſtita, ꝙ in conſuetudine ſit iã verſa. nec
oblatam reſpuo,niſi tempore viſitationis.extra.do.no. Romana.
9 §.caueant.lib.vj.quia † quædam inhoneſte exiguntur, quę hone-
ſtæ recipiuntur,vt legitur,& no.j̃.de Symo.dilectus.in fi.& proba
tur.ff.de var.& extraordi.cog.l.j.§. eſt quædam res ſanctiſſima . in
fi.ſed ſufficit mihi,vt dominium recognoſcatur,arg. xij.q.ij. lon-
ginquitate,& c.ſæpe.Sed quid ſi eccleſia Romana egeat? ſubueniẽ
dum eſt ei,quia fidelitatis debitum hoc importat, vt patet in eo ,
quod no.j̃.de feud.ca.j.& quia papa dominus eſt xj.q.iij. cuncta ꝑ
mundum,& c.per principalem.ſiue vicarius generalis illius , cu-
ius eſt terra &c.j̃.de decimis tua nobis. §.j.& quia etiam nunciis
ſubueniri debet in talibus,vt s̃.§.proxim.& archiepiſcopis & epi-
ſcopis.s̃.de offi.ord.conquerente.§.fi.j̃.de cenſi. cum Apoſtolus.§.
iubemus.

iubemus.multo fortius ergo illi,qui ſuper omnes eſt.s̃. de elec. li-
cet.§.fi.s̃.de dila.c.fi.& legi.ur,& not.s̃.eo.§.papatum.[Licentia,]
quia plerunque facit Papa ſuper hoc gratiam de præterito iura-
mento.quod propter obliuionem & iuramenti religionem vtile
eſt impetrare,ar. C. qui teſta.fac,poſſ.hac conſultiſſima.§.at cum
natura.j̃.eo.& ſi Chriſtus.§.quædam.s̃.de teſtib.teſtimonium. &
conſulo,ꝙ propter inſidiantes exinde litera habeatur,j̃.de Simo.
ex diligenti.§.fi.j̃.de re iud.cum te. & propter caſus fortuitos du-
plicata.inſtit.de teſta.§.penul.[Licentia.] iunge hic id,quod defe
cit.hoc,ſ.de bonis immobilibus,vel præcioſis,ar.C. de admi.tuto.
tutores,& s̃.de elec.quod ſicut.§.fina.eccleſiæ meæ ſine licentia ni
hil alienabo,hoc enim deeſt hic, ſed ſupplendum eſt per alia iu-
ra.j̃.de rebus eccl.non ali.vt ſuper.j̃.de feudis.c.ij.j̃.de eccle.ædific.
ad audientiam.ij.Item iura eccleſiæ mihi commiſſę pro poſſe de-
fendam & recuperabo,& damnum vitabo, & vtilitatem procu-
rabo,argu.ad hoc,j̃.eod.petitio.§. interpretatione,j̃.de cleric.non
reſi.ex parte,ij.j̃.de his,quæ fi.a maio.par.ca.c.j.& fi.C. de admin.
tut.lex,quæ tutores.& l.fi.§.fi.C.de epiſcopa.aud. de creationibus,
in Auth.de his,qui obliga.habere ſe perhibent res minor.§. pen.
coll.vj.Item vbi dicit ſupra.reſpon.j.fidelis.iungi debet & obediēs,
vt patet j̃.de priuile.antiqua.verſi.ita ꝙ & j̃.ca.j.23.di.quamquam
s̃.de elec.ſignificaſti. & ſic quod hic omittitur religione ſuperio-
ris,& per alia iura ſuppletur,ff.de teſti.quæſitum.& ff.de legib. nō
eſt nouum.& l.ſeq.nihil autem aliud,niſi quod hic dicitur,vel ex
iuribus,vel longa conſuetudine,arg.c. diſtin. contra morem.j̃.de
verbor.ſign.ſuper quibuſdam.§.præterea.s̃.de offi.ordi.duo ſimul
poteſt dici,in forma iuramenti huius iungi debet, & ſic intellige,
ſupra,de maio.& obed.dilecti,de forma vero iuramenti incurato
rum.no,j̃,eo,tua nos.reſpon.j.

*SVMMARIVM.*

1 *Adminiſtratores omnes iurant fidelitatem.*
2 *Canonici iurant fidelitatem.*
3 *Simplices clerici faciunt ſolum obedientiam manualem.*
4 *Homagium nullus facit.*

CAP. V.

NVllus. &c.Hoc c.habent quidam pro palea. 22.
q.v.c.fi.[Eccleſiaſticarum rerum] ſecun
1 dum hoc intelligi debet,23.diſtin.quamquam.† Ad-
miniſtratores omnes iurant ſolemniter fidelitatem,
vt hic,& ibi,& s̃.de elec.ſignificaſti.vbi & no. alij caſus, in quibus
eſt iurandum,qui & hic in communi apparatu ſunt inſcripti, &
2 s̃.c.proxi.† Item canonici iurant fidelitatem,j̃.de verb.ſign. cum
3 clerici,Alij † ſimplices clerici non iurant,ſed faciunt tantum obe
dientiam manualem,vt legitur,& no.s̃.de maio.& obe.legebatur
4 j̃.de re iud.cum inter vos,ſed & pro ſpecialibus homagium † ſiue
hominium nullus facit,j̃.de reg.iur.ca.fi.quamuis & pro ipſis fiat
fidelitas,vt hic,& j̃.de priuile.antiqua. reſpon.j.ver. ita ꝙ poſtquā.
ſed & ratione temporalium homagium faciunt prælatis ſuis, qđ
dic,vt legitur,& no.j̃.de exceſ.præla,grauem.ſed nec debet aliquis
clericus fidelitatem facere alicui Principi, niſi ratione tempora-
lium ſi ab eo forſitan ipſa tenet,quod dic,vt legitur, & no.j̃.eod.
nimis.s̃.de maio.& obe.ſolitæ.§.j.ver.quod autem ſequitur.Hoſt.

*SVMMARIVM.*

1 *Obligatio nulla eſt de iure diuino.*
2 *Iurans potius dicitur deo quam homini obligatus.*
3 *Corroboratio iuramenti,vanum reddit ſolidum.*
4 *Dolo facit qui petit quod ſtatim reſtituturus eſt.*
5 *Soluens indebitum donare videtur.*
6 *Qui ſoluit vt repetat a iuramento non liberatur.*
7 *Epiſcopus in iuramentis dolo vel metu extortis diſpenſare poteſt.*
8 *Conditio hæc ideo placuerit ſubintelligitur in præſtatione iuramenti.*
9 *Vſuras ſoluens non peccat,ſed exigens tantummodo.*
10 *Deus non facit differentiam inter iuramentum, & ſimplicem loquelam ſed eccleſia facit.*
11 *Maior pœnitentia imponitur in uoto ſolemni quam in ſimplici.*

CAP. VI.

DEbitores. &c.[In quibus] ſ.vſuris ſoluendis,
1 [Cogi non debet,] quia † nulla
eſt obligatio de iure diuino ſiue canonico, infra de v
ſuris.quia in omnibus.vbi iuramēto firmetur,vt ſe-
quitur.ſic patet,quod in hoc caſu acceſſorium fortius eſt princi-
pali contra illud,s̃.de fide inſtrum.inter dilectos.§.cæterum.ad fi.
s̃.de for.compe.ſi diligenti.C.de legibus.non dubium,& eſt ratio,
2 quia iurans † potius dicitur Deo,quam homini obligatus, vt in-
fra. §.j.ſcriptum eſt enim Leuiti. xix. b. Non Deierabis in nomi-
ne meo.'& Exod.xx. Non aſſumes nomen Dei tui in vanum.22.
3 q.j.habemus. † Ideoque quod vanum, vel irritum alias ſolidum
reddit corroboratio iuramenti,xxij.q.j.c.j.C.ſi aduer. ven l.j. & ij.
& auth.ſacramenta puberum,infra eod.cum contingat.ff. de lib,
cau.l.fi.§.fi.quia omne iuramentum &c.j̃.eod.ſi vero.¶ Si uero]
ij.pars.[Cogendi ſunt.]Sed videtur,quod non ſint cogendi. nam
debitor habet actionem ad repetendum vſuras iam ſolutas, vt ſe-
quitur,& ad cogendum ipſum vſurarium,vt eum abſoluat etiam
a iuratoria cautione,vel conditione ex illo canone,s̃.eod.cap.j.&
j̃.de vſur.tuas.alias officio iudicis.s̃. de offi.iud.ca.ij. multo fortius
exceptionem,ff.de regu.iur.inuitus.§.j.ff. de ſuperfici.l.j.§. ait præ-
4 tor.& ff.de exce.doli.pure.§.fina. † Item dolo facit,qui petit,quod
ſtatim reſtituturus eſt.ff.de excep.doli.l.dolo.ff.de re.iu.in condē-
5 natione.§.dolo.† Item ſoluens indebitum ſcienter ipſum non re
petit,quia donare videtur,ff.de reg.iur.cuius per errorem.ff. de cō
di.indebi.l.j.& l.quod quis ſciens.ff.de condit. indebi. indebitum.
multo minus repetit,ſi debitum ſoluit,ff.de cond.indeb.Iulianus
6 & l.ſi procurator,& l.iudex.† Item qui ſic ſoluit,'vt repetat, a iura-
mento non liberatur,ff.de ſolut.qui ſic ſoluit.& l. qui hominem.
§.vlti.quid ergo reſpondebimus ad hæc? Dicas,quòd vſura omni
no indebita eſt,vnde & repeti poteſt non obſt.ſolutione. & vtrū-
que operatur virtus iuramenti,quod ſolui debeat,& quod nō ob-
ſtet ſolutio repetenti,qui ideo ſoluit ne deieret, vel aliud periculū
incurrat,vt patet in eo,quod no.s̃.eod.reſpon.j.& j̃. de fideiuſſ.per
uenit.& j̃.eodē. verum.Quod autem dicit cogendi ſunt,intelligi
debet debitores non agente,nec excipiente,vel agente, & termi-
no ſolutionis inſtante.& conſiderat hęc decre.naturam iuramē-
ti,quæ eſt, vt ſeruetur quotiens ſeruari poteſt ſine detrimento ſa-
lutis.j̃.eod.ſi vero.decre.autem.s̃.eo.c.conſiderauit malitiam cre
ditoris,vnde ſtatuit,ꝙ debitore agente cogatur creditor iuramen
tum relaxare termino ſolutionis pendente, ſi ergo creditor indu-
ratus excommunicationem ſuſtinet,& terminus veniet, dicunt
quidam,quod debitor tenetur Deo reddere iuramentum, vt hic,
vel forſan ex quo excommunicatus eſt,non fiat ſolutio ei,ſed de-
poſitio in edem ſacram,C.de vſuris.oblatam,quod dic,vt nota.in
ſumma.de ſenten.excommu.§.fi.ſub.§.quid ſi teneor ſacramen-
to.Nec obſtat,quòd obijcitur de ſolutione indebiti, quia auctori-
tate iudicis fit ſolutio,vt no.j̃.eo.cap.fi.Immo & dici poteſt, quod
ſpeciale eſt in vſura,vt repetatur propter periculum animæ reci-
pientis ipſam vſuram,nec eſt intentio iuris,quod cum effectu, ſi-
ue vere ſoluatur,ſed potius numeretur, qua numeratione ſecuta
adimpleuit interpretationem iuris debitor,qui iurauit,& auctori
tate eiuſdem iuris poſtea repetit,ad hoc inſtit. quibus mo.toll.ob.
in princi.& iunge,quod no.s̃.eod.c.j.& adde,quod not.in ſeq.glo.
[Domino] primo cogendi ſunt creditores iuramenta ſuper vſu-
ris ſoluendis ſibi a debitoribus præſtita relaxare,s̃. eod.ca.j. & j̃.de
vſuris.tuas.Si autem nullatenus ad hoc poſſunt induci,tunc rela
xabit hoc iudex ipſe,ad quem ſpectat relaxare illicita iuramenta
infra eod.cum quidam.ad fi.s̃.de teſtib.conſtitutis.j.§ j.argum.ad
idem.xv.quæſt.vj.auctoritatem.& c.ſequentibus. Si vero creditor
præſens non ſit. & ideo ſuper hoc moneri non poſſit, nec iudici
conſtet,quod ſit promiſſum de cauſa vſuraria. & idcirco nō poſ-
ſit abſoluere,terminuſque ſolutionis inſtet, tunc tenetur ſoluere
debitor,& ſuum domino reddere iuramentum, vt hic, ſed ſolutū
repetit,vt hic ſequitur.Nec obſtat,ꝙ ſciēter ſoluit indebitum, nec
alia iura in contrarium inducta in præced.gl.a prin. vſque ad ver.
quid ergo reſpondemus ad hęc,quia ſpeciale eſt hic,ꝙ poſſit repe
ti,quamuis ſcienter ſolutum etiam cōtra illa iura,& eſt ratio ſpe-
cialitatis fauor obſeruantis,& adimplentis proprium iuramentū
ſecundum do.no & ne detrimentum patiatur.vnde debet potius
præmium reportare,j̃.de fideiuſſ.ca.2.verſi.ne igitur,in prin.cum
ſuis concordātijs,& ne creditor de dolo,malitia,ſiue peccato ſuo
lucrum ſentiat,quod in pœnam ipſius debet potius retorqueri,
vt patet in eo,quod legitur,& not.j̃.de dona.inter vir.& vxor.& ſi
neceſſe.§.j.ad fi.hoc & aliter ſoluitur in præced.glo. Sed hęc ſolu-
tio præualet.& ſi debitor iurauit non repetere nihilominus hoc
denunciabit etiam eccleſię ſi non denūciare iurauerit.tale enim
iuramentum non tenetur ſeruare,cum ſit præſtitum contra euā
gelicam ſcripturam,vel veritatem,vt patet ij.q.j. ſi peccauerit. &
in eo,quod legitur,& not.j̃.eo.quemadmodum.§.fi.Iudex etiam
ſine denunciatione aliqua poteſt,& debet ſub pęna excommuni
cationis pręcipere,quod quicunque de hoc aliquid ſcit,coram eo
veritatem teſtificetur,qua comperta ex ſuo puro,& mero officio
coget creditorem ad reddendas vſuras,quod dic,vt legitur, & not.
j̃.eo.ad noſtram.ij.§.fi.Poteſt & iudex in aliquibus ordinem iſtū
7 mutare.Et per hęc apparet,quòd † epiſcopus in iuramentis dolo,
vel metu extortis diſpenſare poteſt,xv.q.vj.c.j.& ij. & infra eod.cū
contingat,nec mirum,quia & in iuramentis licite præſtitis quan
doque & ex cauſa diſpenſat,xv.q.vj.nos ſanctorum.& ca.iuratos.
Quinimmo & ſi iuraſſem gladium tota die reddere alicui,quem
tunc contingeret eſſe furioſum,ipſum ſibi gladium reddere non
teneret,xxij.q.ij.ne quis.quamuis dici poſſit,quòd in caſu non eſt
neceſſaria diſpenſatio,ſed potius eſt dicendum,quod iuramentū
non extenditur ad hunc caſum, tum quia nec de ipſo præſumi-
tur cogitatum,arg.ff.de tranſact,qui cum tutoribus.ad fi. tum qa
8 in præſtatione † iuramenti ſubintelligitur hęc conditio, ſi Deo
placuerit,xxij.quæſt.ij.beatus.Deo autem non placet, nec placere
poteſt,quod reddatur gladius furioſo,ſecundum d.no. Tum etiā
quia hęc conditio ſubintelligitur,ſi res in eodem ſtatu permanſe
rit,argu.ff.de ſolu.cum quis. Poteſt & epiſcopus iuramentum li-
cite pręſtitum in melius commutare, nam ſi quis iuraſſet ire ad
ſanctum



ſanctum Iacobum.& vtilius eſſet rei publicæ, ꝙ iret vltra mare,
non video quare hæc permutatio fieri non poſſet. ſicut dicitur,
& in voto.quod dic,vt legitur,& no.j̃.de voto.c.j.& ij.& c.ſcriptu-
ræ,ſecundum d.n.cuius eſt mens quaſi totius huius gl. Sed & prin
cipi ſæculari licet quandoque aliquid ex cauſa ſtatuere,vel facere
in aliquorum præiudicium ſubditorum,vt no.s̃.de conſti.quæ in
9 eccleſiarum.[Reddere.] † patet igitur, quod ille, qui ſoluit vſuras
non peccat.alioquin non cogeretur ſoluere. xxij. q.4. ſi ad pecca-
tum.xxiij.q.4.qui peccat.Peccat autem creditor ſolutionem reci
piens,vnde & cogetur ipſas reddere,vt ſequitur.& ſic in eodem fa
cto alter peccat,alter non peccat,ſed potius meretur, quia facit,
quod debet.& adde,quod no.s̃.eod.c.j.ſed & in eodem concubitu
alter committit adulterium,alter uero non. 32.quæ.v. propoſito.
¶ Et cum vſuræ] iij.pars.[Solutæ.] propter virtutem iuramenti,
10 vt.s̃.§.proxi.ex quo patet,quod † & ſi Deus non facit differentiam
inter ſimplicem loquelam,& iuramentum. 22.q.v.iuramenti, ec
leſia tamen facit.nam & tranſgreſſor iuramēti plus peccat, quod
& maior pęna declarat,24.q.j.non afferamus.vnde & periurus in
famis eſt.C.de tranſac.ſi quis maior,& tanto maius eſt peccatum
periurij quanto ſanctius eſt id,ſuper quo iuratur,22.qō.j, mouet.
Simile in voto ſolemni,& in ſimplici,quia & ſi vtrunq; pari mo
do obliget apud Deum,tamen apud eccleſiam magis obligat ſo
11 lemne,vt patet j̃.qui cler.vel vo.conſuluit.& c.rurſus. † & maior
pœnitentia imponitur in ſolemni quam in ſimplici.27.diſt. ca.j.
ij.3.& 4.& §.hic diſtinguendum.[Creditores.]quibus ſolutę ſunt.
[Si neceſſe] hoc ideo dicit,quia aliqui non expectant coactionē
ſed tales niſi infirmitatis cauſa aliud accidat,pauci ſunt,j̃. eod.ad
noſtram.ij.§.j.rara auis in terris,& raro inuenio ſeminatos.[Com
pellendi] i.non obſtante ſolutione facta auctoritate, & conſilio
iuris.& ideo ius repetendi ſaluum manet,ſic j̃.de ſpon. commiſ-
ſum.infra cap.proxim.

*SVMMARIVM.*

1 *Pignoratitia antequam naſcatur requiritur,quod pecunia ſit ſoluta.*
2 *Cautio ſufficiens quæ dicatur.*
3 *Excommunicatio licet non ſit ferenda in re dubia,lata tamen tenet.*
4 *Compenſatio non admittitus,niſi de pecunia ad pecuniam.*
5 *Compenſatio de liquido ad dubium non eſt admittenda.*

CAP. VII.

AD noſtram. &c. [Ab eis.] ſ.hominibus &
debitoribus quibus pecuniam
idem P.mutuauit.[Quod ſuper illis]ſcilicet poſſeſſio-
nibus,ſiue prouentibus,vel fructibus ex eis prouenien-
tibus.[Pecuniam] mutuatam. ergo illa ſoluta poterant ei graua-
men inferre,ſed non eſt hęc mens.vnde dic,nec poſt ſolutam,qa
nec ante,nec poſt grauamen eſt inferendum,vel dic, vt in ſeq.in-
terli.[Grauamen]i.nihil peterent ab eodem.ex hoc enim ſe repu
taret grauatum. hoc autem grauamen ei inferre poteſt pecunia
perſoluta,vt j̃.eo.§.fin.ver.deinde.¶ Licet autem] ij.pars. [Dedu-
ctis expenſis,] ergo de iſtis fructibus deducuntur expenſæ, & ipſis
deductis,quod ſupereſt,computatur in ſortem. deducuntur autē
expenſæ,quæ fiunt gratia quærendorum,colligendorum fructuū
& conſeruandorum,& etiam in prædonibus locum habet, ff.de
peti.hære.ſi a domino.§.fi.quia nullus caſus eſt,qui hoc genus de
ductionis impediat,ff.famil.erciſcun.fundus,qui. niſi caſus deci-
marum,quarum ſolutio debet fieri illis deductis expenſis,j̃.de de-
cimis.cum Ioannes,& c.non eſt.& c.tua nobis. & ca.paſtoralis.§.
fi.[Propter hoc] ſ.quia ad mandatum tuum nolebat dictas poſ-
ſeſſiones reſtituere.poſtea tamen debitores ſubtraxerunt auctori-
tate iuris poſſeſſiones pignoratas,quare excuſantur a violentia,&
a pœna ipſius, de qua legitur,ff.quod met. cau. extat edictum.C.
vnde vi.ſi quis in tantam.xvj.q.vj.placuit.Quidam tamen dicūt,
quod illa iura in cauſis eccleſiaſticis non vendicant ſibi locum,ar
gu.s̃.de do.& contu.ca.j.ſecundum,d.n.& de hoc not.j̃.§.j.verſic.
1 deinde,ſuper verbo ſubtraxiſſe.[Vinculo]& male,quia † antequā
naſcatur pignoratitia requiritur, quod omnis pecunia ſit ſoluta,
ff.de pign.actio.ſi rem alienam.§.omnis.vnde & mandatur abſol
ui in ſequenti.§.& adde,quod no.in ſequen.glo. [Aſtrinxiſti.] re-
mittitur ergo hæc cauſa ad illum,qui ſententiam tulerat & excō
municauerat,quia hic non fuerat appellatum.& ſic non eſt con
tra,j̃.de app.interpoſita.§.ille denique.Nec obſtabat hic Dei iniu-
ſta excommunicatione.& ideo mandatur præſtari cautio, vt ſe-
quitur j̃.§.j.quæ alias non præſtatur.s̃.de reſcrip,ab excommuni-
cato,ſecundum quoſdam.Plus tamen placet d.no.ꝙ hic non fuit
appellatum,& quod iſte fuit excommunicatus pro contumacia,
& hoc fuit iuſtum,& idcirco non abſoluitur,niſi præſtita cautio-
ne,& iuramento,ſententia vero reſtitutionis rerum fuit iniuſta,
& ideo contra eam mandatur,ꝙ res creditori reſtituantur,ſed au
ctoritate iudicis fuerant occupatæ,ideo excuſatur debitor a violē
tia,& pœna,vt not.s̃.eod.ſuper verbo.propter hæc ſecundum do.
no.cuius eſt mens totius huius gl.Ego tamen non video qualiter
hoc ſtare poſſit,quia ex quo dicit,quod ſententia ſuper reſtitutio-
ne rerum lata fuit iniuſta (quod & verum eſt, vt patet in præced.
glo.)ergo ſi creditor in reſtitutione fuit contumax,non debuit pro-
pter hoc excommunicari,quia iniuſtum fuit præceptum,ex quo
iniuſta erat ſententia,& ideo debet ſine cautione,& ſine difficulta
te qualibet relaxari,j̃.de ſenten.excommu.ſacro.§.j. & extra. d.n.
eo.titu.cum medicinal.§.ſuperior.li.vj.Si vero intelligit,quod cō-
tumax fuit in cōparendo,quia ſcilicet,citatus venire noluit, tūc
ſimiliter iniuſte proceditur,quia in hoc caſu ſufficit, quod excō-
municatus iuret ſtare mandatis eccleſiæ alia nulla pręſtita cau-
tione,j̃.de verb.ſignifica.ex parte.j.& ca. cum olim.ideoque præ-
miſſa gl.ſaluari non poteſt,niſi intelligat, quod creditor violen-
ter reſtitit debitori in occupatione rerum, quæ fiebat auctoritate
iudicis modum defenſionis excedendo, & monitus, ꝙ ſatisface-
ret obedire noluit,quare iuſte excommunicatus fuit,arg.s̃. de re-
ſtit.ſpo.olim.j.ad fi.& in hoc caſu non ſolum iurandum eſt. im-
mo,& ratione offenſæ ſaltem dubiæ eſt cauendum, vt in præalle.
decre.ex parte.& cum olim.Vel poteſt intelligi,quod fuit excom
municatus non ſolum propter contumaciam,ſed propter expen
ſas,de quibus ante abſolutionem ſatisfaciendum eſt, vel cauen-
dum,quod dic,vt ibi no.s̃.de iud.c.j.ad fi.Vel dic, vt no.j̃.§.j.ſuper
verbo.ſufficienti cautione.¶ Ideoque] ij.pars. [Sufficienti cautio-
2 ne.] ſufficiens † dicitur pignoratitia. vel fideiuſſoria conſiderata
quantitate,de qua agitur,ff. mandati. ſi mandato Titij.§. fin.ff.de
fideicommiſſ.lib.l.iiij.§.adijci.Si autem dixiſſet cautionis ſimpli
citer de nuda intelligeretur,C.de verb.ſign.ſancimus. de conſe. di
ſtinc.iiij.prima. Sed quare eſt præſtanda hæc cautio, & quare ſit
hæc abſolutio cum iniuſta fuerit excommunicatio, vt not.s̃.§.j.
immo potius debuit ſentētia ſine aliquo grauamine relaxari nul
la præſtita cautione.extra do.no.de ſenten. excom.cum medici-
nalis.§.ſuperior.lib.vj. Sol.illud locum habet, quando in ſenten-
tia nulla cauſa exprimitur,vel talis,de qua certū eſt,quod eſt iniu
ſta,vel falſa. Vel quando eſt iniuſta ex ordine. puta quia non fuit
lata in ſcriptis,vt ibi dicit,vel contra concilium generale,j̃.de ſen
ten.excomm.ſacro.s̃.de reſcri.ab excommunicato.Porro vbi or-
do ſeruatus eſt in cauſa expreſſa,quæ dubia ſaltem eſt,quod hic di
citur,habet locum,vt in eo.c.ſacro.§.fin.ver. niſi talis ſit terror, &
ſequen.j̃.de verbor.ſign.ex parte.j.in fi.hic autem dubia erat cau-
ſa,quia debitores aſſerebāt,quod tantum erat perceptum de fru-
ctibus,quod ſors omnino extenuata erat, ſed creditor hoc nega-
bat,& ſic per negationem facta eſt res dubia, C. quibus ad li. pro-
cla.non licet.l.iij.& no.s̃.de reſtitu.ſpo.Piſanis.reſpon.j.verſi.& ſu-
3 per ea. & ſic † not. hic quod quamuis pro cauſa dubia non eſſet
quis excommunicandus,arg.x.q.iij.graue, & expreſſum.ea,q.ne-
mo epiſcoporum.tamen ſententia lata tenet.ſi.ij.qō.vj. biduum.
verſi.ſane.ff.quando ap.ſit.l.j.§.biduum.& §.ſane.Vel dic ſufficiē-
ti.i.iuratoria in hoc caſu,quia iuramento obſtante,antequam eſ-
ſet ſoluta pecunia non licebat quæſtionem referre de fructibus,
vt patet s̃.reſpon.j.& ex his,quæ ſequuntur,& no.j̃.in fi.c.quod ve
rius eſt.[Deinde] verſi.[Et redditus,] ſed quare non fit compen-
ſatio ſortis,& redditutum.C.de pign.act.l.j.& ij.j̃.de pign.cum con
tra.j̃.de vſuris.conqueſtus? Reſpō.quia quantitas fructuum liqui-
da non erat,ſed dubia,vt not.s̃.in præced.glo.& ideo non poterat
compenſari.C.de compen.l.fi.j̃.depoſiti.bona fi.§.fi.Et quia obſta
bat iuramentum,vt s̃.ca.proxi. quamuis alias dicat lex, quod nō
refert,vtrum ſoluat aliquis,an compenſet,ff.qui po.in pign. hab.
nam ſi debitores,& adde,quod j̃.no.ſuper verbo.reſtituant.[Sub-
traxiſſe] auctoritate iudicis,qui & creditorem excommunicauit,
vt s̃.§.j.& ſic non incurrerunt pęnam illarum.l.C.vnde vi. ſi quis
in tantam,ff.quod met.cau.extat.argu.ff.de acquiren. poſſeſ.iuſte,
Alij dicunt,ꝙ non fuit actum ad hoc.ff.ſi quis cautio,l.ij.reſpon.
j.s̃.de ordi.cog.cum dilecta.§.fi.Alij, ꝙ nihil ad Papam de poſſeſ-
ſionibus,niſi ratione vſurarum & iuramenti.vnde & ratione pec
cati tantum præcepit ipſas reſtituendas,s̃ de iudi.nouit.alias con-
tra.8.diſtin.quo iure.j̃.qui fil.ſunt legi.cauſam.ii.§.nos attenden-
tes. Alij, ꝙ in rebus eccleſiaſticis illę leges non vendicant ſibi lo-
cum.s̃.de do.& contu.ca.j.s̃.de iud.dilecti.& de hoc not.s̃.de ord.
cum dilectus.& xvj.q.vi.placuit.[Reſtituant.] Sed nonne pote-
runt hi debitores cum fructibus perceptis debitum compenſare?
arg.ꝙ ſic.C.de compenſatio compenſationes.ff.ſolu.mat. diuor-
tio §.ob donationes.ff.ad leg. fal.quod de bonis.§. quod autē. Sed
4 non eſt verū,quia † non admittitur compenſatio,niſi de pecunia
ad pecuniam,ff.de pig.l. grege.rn̄.j. Niſi forte fructus eſſent con-
ſumpti,in quo caſu non fit compenſatio de pecunia ad fructus,
quia iam conſumpti ſunt,ſed ad precium, ſiue æſtimationē eo-
rū.Sic fit compenſatio nō de pecunia ad ſpeciem, ſed de pecunia
ad pecuniā,& ſic intelliguntur leges allegatæ in prin.huius gl. hic
autem non erant fructus conſumpti, & ideo non erat compenſa-
a tio admittenda. Vel ideo non admittitur hic cōpenſatio, a quia
ad reum

ADDITIO.

a ¶Compenſatio.Adde qualiter intelligatur quod fructus pignoris dedu-
cantur in ſortem.& caſus in quibus fallit hæc regula.Et an in ſortem cō-
putentur non ſolum fructus percepti, ſed etiam qui percipi potuerunt.
Et quare hic non deducuntur fructus in ſortem.clare per do.Abba.hic in
ver.oppo.ij.& eius apoſtillatorem.

ad reum non ad actorem ſpectat compenſationem obijcere.hic
autem creditor,qui fructus receperat, erat reus, & debitores age-
bant,vnde & coram Archiepiſcopo petierant res ſibi reſtitui pi-
gnoratas.Sed & ſi creditor actor eſſet non tamen poterāt ſibi cō-
penſationem obijcere debitores,quia actum erat inter eos,& hic
expreſſe iurauerant,quod non moleſtaret creditorem in aliquo,
nec fructus perceptos ſibi computarent in ſortem, donec eam a-
liunde integraliter ſoluiſſent in pecunia numerata. Vel hic lique
bat de debito,ſed de fructibus perceptis,vel quantitate,ſeu ęſtima
tione eorum non liquebat † De liquido autem ad dubium non
eſt compenſatio admittenda.Vel dic,vt legitur, & not.j̃.depoſiti.
bona fides.§.fi.ſecundum d.n.cuius eſt mens totius huius gl. & s̃.
eo.ſuper verbo.& redditus.[Cum autem.] uerſic.[Ei] ſ.creditori.
[Perſoluerint.] debitores. [ Reſtituendum ] cum ergo debitores
habeant actionem quare non habent exceptionem? dic,vt not.s̃.
eo.c.proxi.[Reducatis,] & non dicit per cautionem receptam di
ſtringatis,vel vlterius in alio procedatis.per quod innuitur, ꝙ ſu-
pradicta cautio non eſt pignoratitia,nec fideiuſſoria,ſed iuratoria
tantum,alioquin dixiſſet,& iunxiſſet hic, & per cautionem rece-
ptam ab eo diſtringatis eundem ſiue compellatis.

*SVMMARIVM.*

1 *Deus cor conſiderat & attendit.*
2 *Iuramentum etiam metu extortum obligat.*
3 *Prætor diuina voce dixit ratum non habebo quod metus cauſa factum eſt.*
4 *Neminem debemus decipere, nec illaqueat.*
5 *Voluntas coacta voluntas eſt.*
6 *Exemplis iudicandum non eſt.*
7 *Aliquis punitur in odium alterius.*

CAP. VIII.

SI vero aliquis. &c.[Grauiſſimo] qui poſ-
ſit cadere inconſtantem,ꝙ
dic,vt no.s̃.quod met.cau.Abb.& c.ad aures.[Refuta-
re.] & non repetere.alias contra.s̃. quod met.cau.ad
audientiam.[An alter.] & quis.alias inſufficiens.ſiue incerta erat
quæſtio,& dicas ꝙ is,q coactus iurauit,vt j̃.§.fi.¶ Tibi duximus.]
ij.pars.[Non eſt tutum] immo quando iuramentū non eſt ob-
ligatorium.hic autem non intendit ſe obligare cum effectu,licet
verba proferat,ſed ſolum ipſa profert,vt euadat,vt patet in eo, qđ
no.s̃.quod me.cau.ſacris,igitur tale iuramentum nō obligat quo
1 † ad Deum,qui potiſſime cor conſiderat,& attendit, xv.q.vj.c.j.in
fi.quare ergo ſtatuit eccleſia, ꝙ tale iuramentum ſeruari debeat?
dic,vt no.s̃.quod me.cau.ad audientiam.reſpon.j.in fi.& j̃.eo.c.ve
rum.[Quemlibet.] i.aliquem, vel quemlibet dicit propter exce-
ptionem ſequentem.[Venire] immo omnino debet ſeruare,ni-
ſi auctoritate ſuperioris abſolueretur ex cauſa, vt ſtatim ſequitur,
& probatur s̃.de elec.venerabilem.§.penul.& not.s̃.eo. debitores.
& hoc teneas,ſecundum do.n.niſi tale &c.vel niſi fiat auctoritate
iuris canonici ipſum iurm omnino reprobantis,s̃.de for. comp.
ſi diligenti.j̃.eo.veniens.& c.quintauallis. vel quia conditio ſubin
telligitur,j̃.eo.quemadmodum.vel auctoritate Papæ,s̃.de reſcrip.
conſtitutus.j̃.eo.venientes.§.j.in fi.vel eccleſiæ.j̃.eo.ſicut.& j̃.[Sa-
lutis æternæ] vel corporalis.22.q.4.§.fi.uer.quiſquis.in fi. vel ſi ver
gat in peiorem exitum.j̃.de ſpon.c.ij. & hoc intelligitur ſi directe
vergat.nam ſi indirecte, ſiue occaſionaliter ſeruandum eſſet. 22.
q.4.ſi aliquid.j̃.eo.cum quidam.ſecundum Ala. [Materiam] ſic
C.ſi aduer.ven.l.j.C.de indic.vidu.tol.l.2.in fin.& j̃.eod.verum.93.
diſt.peruenit.xxiij.q.4.eſt iniuſta.[Contra proprium iurm] argu.
2 ex hoc loco ꝙ iuramentum etiam metu extortum obligat, dum
modo ſine periculo animæ ſeruari poſſit,ad idem s̃. quod metu.
cau.ad audientiam.xxij.q.v.qui compulſus.& c.ſi quis coactus. &
q.iiij.ſi aliquid.Argu.contra,s̃.quod met.cau. ca.j.xv.q.vj. alius.&
ca.auctoritatem.& videtur expreſſum in auth. ſacramenta pube-
rum.quæ no.j̃.eo.cum contingat.§.fi.Bar. & T.dixerunt,quòd ta
3 le iuramentum neminem obligat. † tanquam prætor diuina vo
ce dixerit,quod metus cau.factum eſt ratum nō habebo.ff. quod
me.cau.l.j.Ala.& alij quidam dixerunt conſiderandam intentio
nem iurantis,& ſecundum ipſam obligatur, vel non obligatur.ſe
cundum ꝙ intendat vel non.ar.j̃. de bapt.maiores.§. item quæri-
tur.& ſeq.& j̃.eo.veniens.& c.quanto.& c.ea te.Alii quorum opi-
nio eſt communior dicunt,ꝙ obligat,niſi ſit tale &c. vt hic dicit.
potius enim deberet homo omnia mala pati, quam contra Deū,
vel animam ſuam iurare, vel iuramentum præſtitum ſeruare, s̃.
quod met.cauſ.ſacris,32.q.v.ita ne.Quarti dicunt, ꝙ hoc verum
eſt in aſſertorio iuramento.in promiſſorio autē ſecus,illud enim
nullo modo obligat,dum modo talis ſit metus,qui potuerit cade
re in conſtantem,& de hoc plenius not.s̃. quod met. cau. Abbas.
4 [Ne auctores] &c. quod eſſe non debet quia † neminē debemus
decipere,C.de his,qui ve.e.impe.l.j.in fi.j̃.de dona. per tuas,nec il-
laqueare.27.q.j.de viduis.quod faceremus,ſi diceremus iuramen
tum hoc non eſſe obligatorium,multi enim ex hoc crederent,ꝙ
in omnibus talibus poſſent venire contra.propria auctoritate. &
ſic eos contingeret deierare, hoc igitur teneas, ꝙ ſi iuramentum
ſit præſtitum ſuper proprio dando,vel remittendo,vel renuncian
do,vel non petendo.non licet alicui ſine auctoritate ſuperioris ve
nire contra,vt patet in eo,quod legitur,& not.s̃.quod met.cau.ad
audientiam.& ca. ad aures.& de renuncia.cum inter P.Gaufridi.
verum] iij.pars.[Miniſterium] i.officium.s̃.de elec. cum in cun-
ctis.§.inferiora.[Abſolutionis] ad cautelam ſecundum Bern. &
T.immo ex neceſſitate ſi intendebat ſe obligare ſecundum Ala.
Immo ſemper ſecundum alios. dummodo non ſit contra Deū,
5 vel animam † nam & coacta voluntas,voluntas eſt.xv.q.j. meri-
to.ff.quod met.cau.ſi mulier. [Meruerunt] quod fieri debet,arg.
6 j̃.de re iudi.in cauſis † alias autem exemplis iudicandum non eſt,
C.de ſenten.& interlo.om.iud.nemo iudex. [Et ad cohercendā]
7 ver.[Iniquitatem] ſi.80. diſt. neminem. vbi & punitur aliquis in
odium alterius.& j̃.de pęnis,in quibuſdam.Sed multo fortius eſt
diſpenſandum,vt hic,& argu.3.q.v.accuſatoribus.vj.q.iij.denique
79.diſtin.ſi quis Papa.vj.q.j.ſi quis cum militibus.in fin.nę alienus
dolus obſit Innocenti,& proſit doloſo.ff.de dolo.l.j.]Permiſſi]qa
nulla pœnitentia eis impoſita eſt,vel etiam imponetur, ſi mini-
ſtrauerint,ſed tamen dicetur eis poſt abſolutionem,ꝙ miniſtrēt,
j̃.eo.verum.tu vero dic promiſſi auctoritate ſuperioris,qua inter
ueniente poterunt contra iuramentum,venire, ſecundum do.n.
cui & magis placet hæc vltima expoſitio, quam prima. Vel dic
permiſſi.i.dimiſſi.non enim tolerantia,vel diſpenſatio, ſed ius cō
mune.licet Ala.ſcripſerit hic cōtra Gaufre.ſic igitur adhæret opi-
nioni T.dic,vt no.s̃.§.j.ſuper verbo.contra proprium iuramētū.

*SVMMARIVM.*

1 *Monachi propria carent voluntate.*
2 *Monachus non debet extra clauſtrum vagari.*
3 *Abbas tenetur Monachum uacantem reuocare.*
4 *Abbas non debet monachis materiam vagandi miniſtrare.*
5 *Creditores debitorum filios recipientes cadunt a credito.*
6 *Liber homo ſe obligare in certo loco.*
7 *Nemo poteſt promittere alienum factum.*
8 *Stipulatio inutiliter committitur cum monaſterio.*
9 *Monachi diu non debent eſſe extra clauſari.*
10 *Pęnalis obligatio nec ſucceſſores nec eccleſia obligat.*
11 *Actio datur ex naturali obligatione.*

CAP. IX.

EX reſcripto. &c.[Et j̃.]hoc eſt, vt ei forſan
ſolueret vſque ad annum.[Et
ſuper hoc] & ca.ſ.ꝙ dictam ſolutionem adimpleret.
[Obſides] voluntate, ſ. illorum monachorum. alias
1 enim detineri non poſſent.ſm B.immo † cum monachi ſint, &
ſic propria careant voluntate, & neceſſe habeant Abbatis impe-
rio obedire.xij.q.j.nolo.dummodo neceſſitas, vel vtilitas mona-
ſterij hoc expoſcat.s̃.de poſtul.c.ij. Sed contra. quia ſtabilitas loci
eſt de ſubſtantia regulæ,& eam profitetur monachus,contra quē
ſm eam regulam,nec Abbas diſpenſare poſſet, neque iuramen-
tum aſtringit,j̃.eo.ſicut ex literis.Et eſt ratio, quia ſicut piſcis nō
2 viuit ſine aqua,ita nec monachus ſine clauſtro, † vnde nec extra
clauſtrum debet vagari xvj.q.j.ſi cupis.& c. placuit. & multis alijs
3 capitulis.† Item abbas tenetur vacantem reuocare,s̃.de offi. ord.
quanto.j̃.de regula.c.fi.non ergo debet monachis hoc præcipere,
4 nec † vagandi materiam miniſtrare,arg.j̃.de natis ex li.ven.c.vni
co.cum ſuis concor.Sed nec ſunt aliqui clerici beneficiati, vel in
ſacris conſtituti a diuinis officijs auocandi,ar.ff. de arb.non diſtin
guemus.§.ſacerdotio.88.di.cap.fi.Sol. verum eſt hoc de toto con
uentu.etiam ad tempus,vel de vno monacho in perpetuum. Por
ro neceſſitate,vel vtilitate monaſterij exigente poteſt hoc de ali-
quibus monachis tolerari ad tempus, dummodo numerus non
nimis excedat,arg.in eo,quod legitur,& no.s̃.de tem.ord.c.j. & ij.
imperante abbate.ſecundum ea,quæ not.s̃. de regula.non eſt vo-
bis.& ſupra,de poſtul.c.ij. Sic & qnandoque ad tempus extra clau
ſtrum in alicuius prælati,vel etiam magnatis ſeruitio detinetur,
quod nec vtilitate monaſterij fit.quia & per ipſum plerunq; mo-
naſterij negocia procurantur,ſicut & alias dicitur,j̃. de cleri. non
reſi.cum dilectus.ad fi. [ Dedit ] non ipſos obligauit tanquam pi-
nus,ſed nec cadit in libero homine hæc obligatio.C. quæ res pig.
oblig.poſ.qui filios.j̃.de pigno.c.ij.vbi de hoc.C. de act. & obli.ob
es.in Auth.vt nulli iud.§.quia vero.coll.ix. vbi & dicitur, ꝙ credi-
5 tores † qui filios debitorum recipiunt in pignore cadunt a credi-
to.& etiam in aliā tantam quantitatem damnātur verberibus ca
ſtigati,niſi in caſu,in quo teneret vēditio: vnde multo fortius ob-
ligatio,quando ſ.pater famæ perit præ nimia paupertate, C.de pa
tri.qui fi. diſtra.l.2. Poteſt tamen homo aſtringere ſe ſacramento
ad tenenda hoſtagia,ſi pecunia in termino non fuerit perſoluta,
hoc eſt,non exire aliquod clauſtrum,vel etiam vicum,vel domū
quouſque fuerit ſatisfactum,vt hic,& s̃.de reſti.in integ.expoſita:
in fi.23,q.8.& pridem alias vt pridem.ad idem.ff.qui te.ſa. poſ.ob
ſides.ff.de iure fiſci diuus.& ſi talis dum eſt in hoſtagio capiatur,
reſtituitur,ff.ex quibus cau.maiores, necnō.§.j.& ſic loquitur hic
vnde,& ſequitur j̃.vt ſi ipſi deficerent, alij monachi loco eorum
in hoſtagio ponerentur,hoc etiam approbat aduerbium j̃.§.j.po
ſitum ibi,qui ſimiliter &c. Alioquin ſi monachi detineretur in-
uiti in aliquo loco,detentores eſſent excommunicati.j̃.de ſentē.
excō.nuper.quinimmo nec voluntarij poſſent ſe ſubijcere vincu
lis laicorum,quominus & ipſi vinculantes excōmunicati eſſent,
vt patet in eo,quod leg.& no.j̃.de ſenten.excom.contingit.j.& in
6 hoc concordat.d.n.† Poteſt igitur liber homo obligare ſe, vt cer-
tum locum non exeat quouſque debitum fuerit perſolutum, vt
hic,vel excōicetur,aut terra ſua interdicatur,s̃.de offi dele.P.& G.
vnde & ſequitur.[Qui.] ſ.monachi.[Conuentione] vt ſi non ſer-
uaretur,tenerent hoſtagia.vel vt curarent,& facerent,quod obſer
7 uaretur,vt j̃.§.j.in fi.alias † nullus poteſt promittere alienum fa-
ctum,inſti.de inuti.ſtip.§.ſi quis alium. non tamen eſt de hoc fa-
8 cienda magna vis in hoc caſu, quia & contra † monachum inu
tiliter committeretur ſtipulatio.cum proprio careat.j̃.de ſta.mo.
monachi.§.qui vero.xij.q.j.nolo.& c.non dicatis.ſed hoſtagia ꝑ-
miſſa coguntur ſeruari,vt j̃.§.ideoque.[Iurauerunt] ſubaudi fuit
etiam actum,vt ſi ipſi &c.iſtud vt non determinat verbum iura-
uerunt,ſed verbum deficerent ſecundum d.no.iſta autem interli-
nearis non eſt neceſſaria,quia ſufficit præcedens ſubauditus [De-
ficerent] puta caſu mortis.s̃. de reſcript. ſciſcitatus. vel quia † diu
non debent eſſe extra clauſtrum,vt patet in eo, quod leg.& no.s̃.
ſuper verbo.obſides. [ Alij. ] hi autem quouſque electi ſint cogi
non poſſunt,ſed abbas cogendus eſt,vt ipſos eligat.arg.s̃. de elect.
publicato.& electi: per abbatem obedire coguntur, vt ſequitur,
& arg.s̃.de off.deleg.ſuſpicionis.ſed contra totum monaſterium
agi poteſt ex quo intelligimus contractum verſum in vtilitatem
10 ipſius.j̃.de fideiuſſo.quorundam,& de ſol.c.j. alias † pęnalis obli-
gatio,nec ſucceſſores,nec eccleſiam obligaret,j̃.de precar. ca.ij.j̃.
de dona.c.ij. [In hoſtagio] i.qui tenentur ex conuentione iurata
non exire certum locum,quouſque fuiſſet de pecunia ſatisfactū
& eſt hoc uerbum vulgare, quaſi vbique in lingua latina, & ſpe-
cialiter in Francia,borgūdia,& prouincia.¶ Inſuper] ij.pars.[Ser
uarent] graue eſſet hoc in quolibet homine,ff.de cōſti.pec.l.j. ſed
multo fortius in religioſo,arg.s̃. de procur. in noſtra præſentia.§.
fi.[Vxorem] renunciantem veleiano,& omni legum auxilio, C.
quando mu.tu.off.fun.l.fi.& in auth.vt liceat matri & auie. alias.
contra.& C.ad velle.per totum. Vel dic,ꝙ aſtringitur propter præ
ſtitum iuramentum.s̃.eo.ad noſtram.& c.debitores.& j̃.eo.cum
contingat,ſiue fidei interpoſitionem ęquipollentem.s̃.quod me.
cau.ad aures.& iunge,quod no.j̃.de contrahen.emptio.peruenit.
[Qui] ſ.V.& vxor eius.[Similiter] i.de obſeruanda conuentione
iurarunt,vt s̃.reſpon.j.hoc eſt niſi pecunia ſolueretur iurarunt te-
nere hoſtagia,& etiam pecuniam ſoluere.concedentes, ꝙ ſi hæc
non ſeruarentur ipſi & terra ſua ſupponi poſſent eccleſiaſtico in-
terdicto,vt patet j̃.in fi. [Præſtitiſſe ] & vtrique vel omnes ipſum
violaſſe.& ſic abbate non ſoluente, monachi ad hoſtagia & ipſis
monachis non ſeruantibus hoſtagia ipſa fuerunt V. & vxor ſua
obligari,quia extitit conditio,ſub qua ſe obligauerant, vt patet.s̃.
eo.in prin.& ideo hi,& illi diſtinguuntur,vt j̃.§.j. ¶ Ideoque ] iij.
pars.[Quatenus] ſubaudi ſi eſt ita,hoc enim vel ęquipollens ſem
per in talibus ſubauditur,s̃.de reſcrip.c.ij.& oīa ſuperiora reſpicit,
s̃.de reſcrip.olim.§.fi.[Tam abbatem,q̃ monachos.] &c.& tamē
certum eſt,ꝙ monachi non potuerunt ciuiliter,ſed tantum natu
11 raliter obligari.& ſic eſt hic expreſſum † ꝙ ex naturali obligatio-
ne actionem damus,quod dic,vt not.s̃.de pac.c.j.[Abbatem,] ut
ſoluat.[Quod monachos] vt quouſque ſolutio ſit facta hoſtagia
tenent [Alioquin] ver.ſic nec abbas ſoluit. nec monachi tenent
hoſtagia nec V.& vxor conuentionem faciūt adimpleri.[Ingreſ-
ſum.]ab hac pęna incipiendum eſt contra perſonas religioſas,&
in poteſtate conſtitutas,vt hic,& s̃.de offi.dele ſane quia s̃. de dol.
& contu.veritatis.[Et intnrea] ſi,s̃.de offi.del.P.& G.j̃.eo. ſicut. &
s̃.reſpon.j.in fi.j̃.de ſpon.non eſt vobis.vbi de hoc.

*SVMMARIVM.*

1 *Infamib.portæ dignitatis non patent.*
2 *Neceſſitas a periuro & furto excuſat.*
3 *Iura ſubueniunt neceſſitate impeditis.*

CAP. X.

QVerelam. &c.[Eccleſiæ de ſtatera] prębendę
forſan ipſius canonici annexam,
j̃.de præb.extirpandæ.§.qui vero, & c.expoſuiſti. [Per
biennium] hoc ipſo debuit clericus amittere ius ſuū
& eccleſia incidit in cōmiſſum.x.q.2.hoc ius.§.qui rem.j̃.de loc.
c.pen.& fi.vbi de hoc.ff.locat.quæro.§.inter locatorem s̃.de dilat.
litteræ.vbi de hoc.[Ceſſauit] ſ.V.clericus.& ideo eccleſia in com
miſſum incidit,vt dictum eſt,& ipſe periurus fuit, vnde & ea pri-
uari debuit,vt ſeq.& ſic priuatˉ duplici ratione.¶ Quoniam igitˉ.]
2.pars.[Crimine periurij] ſunt enim infames, vj.q.j.infames.& c.
1 quicunq;.22.q.v.ſi quis conuictus.C.de tranſac.ſi quis maior † q-
bus portæ dignitatis claudi,& non patere debent, C.de dign.l.ij.li.
xij.C.de infam,l.vnica.j̃.de exceſ.præla.inter dilectos.s̃. de teſti.li-
cet ex quadam.nec amplius ad teſtimonium admittuntur.s̃.de te
ſti.c.ad teſtimonium.xxij.q.v.paruuli.[Si vobis conſtiterit] in mo
dum inquiſitionis procedendo contra ipſum d.n. [ Non neceſſi-
tate] quæ legem non habet.s̃.de conſue. quanto.j̃.cod. breui.j̃.de
obſer.ieiu.conſilium.forſan paupertatis note.j̃.de ſol. odoardus.
2 † Et ex his notabis,ꝙ neceſſitas excuſat a periurio, & furto, vt pro-
bant dicta iura ad idem.xxiij.q.viij.ſi nulla.l.diſt. præsbiteros.j̃. de
pign.ſignificante de cond.diſt.v.diſcipulos.j̃.de furt.ſi quis per ne-
3 ceſſitatem, † & iura ſubueniunt neceſſitate impeditis,ff.ex quib.
cau.ma.non enim.ff.locati cum in plures.§.veſtimenta.ff.ſi quis
caut.l.ij.§ ij.nec dicitur deierare,qui ex iuſta cauſa deſerit iuramē-
tum,ff.qui ſatiſda.co.l.fi.[Sed voluntate] quia tunc eſt, quod im-
putari poteſt,alias contra.s̃.de reſtit.ſpol.olim.ii. & in præced.glo.
[Penſionis] duorum biſantiorum.[Ipſum] ſ.V.clericum. [Re-
mouentes] Sed contra,quia hic agebatur ad penſionis ſolutionē
ciuiliter,vnde & ſi probetur crimen,nō debet deponi.j̃. de accu-
ſa.ſuper his.& c.inquiſitionis.reſpon.j.s̃.de ord.cog.cum dilectus.
§.fi.ſed hoc ideo eſt ſm quoſdam,quia iſte clericus non erat pręla-
tus,ſed conductor,ſiue vicarius.& ideo ex quo in ſolutione ceſ-
ſauit,per biennium priuandus fuit,vt & no.s̃.reſpō.j. Sed huic in-
tellectui contradicit,quod dicit regere.nec intelligo ꝙ hic agere-
tur ad penſionem,immo ad remotionem ab eccleſia : tum quia
ceſſauerat in canone,ff.de lege cōmiſ.l.j. tum quia periurus erat,
propter quod crimen ad hoc etiam ciuiliter agi poteſt argu.s̃.de
teſti.quotiens.j̃.eod.ca.j.in fi.ſicut & alias fit.j̃.de fideiuſſ.peruenit
j̃.de ſi. per tuas.j̃.de accuſ.inquiſitionis.& hic euidenter probatur
[Eam] ſ.eccleſiam.[Præfato R.] canonico,a quo forſan eam te-
nebat,& ſm hoc expone,quod s̃.præmiſit regere.ideſt tenere, vel
etiam depoſitionem ad tempus habere,ſicut nec laicus.j̃. de deci
mis quamuis.& c.prohibemus.

ADDITIO.

Neceſſitas a periurio,& furto excuſat.vide bo.gl.quare neceſſitas excuſat
a furto & non a fornicatione.infra,de fur.ca.ſi quis in neceſſitate famis.

*SVMMARIVM.*

1 *Forma iuramenti præſtandi a curatoribus animarum.*
2 *Iurantes in eccleſia de gratia tolerantur.*
3 *Iuramentum an ſit peccatum mortale vel veniale.*

CAP. XI.

TVanos. &c. [Iuramento] de duobus, quæ ſe-
quuntur.vtrum.ſ.primo,vel ſecundo.
& dicendum eſt,quod ſecundo, vt j̃.§.j. & ordina ſic
litteram ſubſequentem. [Cum religioſi conſtringūt
clericos religione iuſiurandi ad maiorem] &c. Sed qualiter eos
conſtringunt? conſtrictione forſan ſimoniaca, & ambitioſa.qđ
exemplifica,per id,quod le.s̃.de pac.cum clerici.& j̃.de cēſi. cum
clerici.& nota.j̃.§.j. [Penſionem] quod idem eſt in ſubſtantia.&
hoc eſt primum iuramentum [Cum autem] ver.[Iurāt] & hoc
1 eſt ſecundum, ſiue poſterius iuramentum. † conſueuit enim re-
ctor eccleſiæ iurare epiſcopo,quando ab eo inſtituitur,ſeu anima
rum cura alicuius eccleſiæ committitur, & ſunt diuerſæ formæ
in diuerſis eccleſijs.hæc autem forma videtur congrua, quæ & per
iura comprobari poteſt.Iurabit.quod fidelis erit epiſcopo,& obe-
diens.s̃.eo.nullus.33.diſt.quamquam.in quo intelligas,ꝙ ſenten-
tias ſuas ſeruabit,& pro poſſe ſuo faciet obſeruari, quod & aliqui
exprimunt,s̃.de off.ord.cum ab eccleſiarum. & c.ad reprimendā.
& mandata ſua ſancta & honeſta adimplebit,s̃.de maio.& obed.
quod ſuper his,& de off.archid.c.fi.reſpon.j.nihil.alienare ſine cō
ſcientia ſua.xij.q.2. Abbatibus.xvij.q.iiij. in venditionibus nomi-
ne eccleſiæ,vltra certam ſummam,quæ arbitrarię determinatur
mutuum non contrahere,j̃.de fideiuſſ.quod quibuſdam.eccleſiā
non relinquere,nec ad aliam ſe transferre ſine licentia,s̃.de renū.
admonet.iura eccleſiæ iuxta poſſe petere,& defendere.vtilia eiuſ-
dem procurare.& nociua vitare,argu.C.de epi.aud. de creationi-
bus,quod intelligitur etiam poſtpoſitis negotijs proprij matrimo
nij,arg.vij.q.j.præſentium.& c.placuit vt nemini.xvj.q.j. qui vere.
ibi.& neque communicare eccleſiaſticas &c.& ca.nos autem.ibi
at ſi qua opera & ibi.nec noſtrum ocium. & c.nihil dare. vel de-
diſſe, nec aliquod pactum feciſſe, vel aliud illicitum commiſiſſe
per ſe,vel per alium, nec alium ipſo ſciente pro eccleſia, quæ ſibi
committitur adipiſcenda.j.q.ij.quam pio.s̃.de pac.ca.fi.j̃. de Sim.
ex inſinuatione.& c.nobis fuit.& ſi ad aures eius hoc vitium per-
uenerit ſtatim epiſcopo ſignificabit. & ei iuxta volūtatem epiſco
pi renunciabit,ſupra de cie.c.penul. ordines recipere ſuis tempo-
ribus,quando non eſt ordinatus, ſupra de æta.& qua.quæris.in ec
cleſia perſonaliter reſidere,& deſeruire in ordine, quem cura ip-
ſius requirit,j̃.de cler.non reſid.quia nonnulli.& ca. relatum.j̃.de
præben.extirpandæ.§. qui vero. & quod nihil ſoluet alicui nomi-
ne cenſus eccleſiæ vltra ſolitam,& antiquam penſionem, vt hic.
De formis aliorum dic,vt not.s̃.eodē.ego. & de ma.& op.dilecti.
¶ Tuæ igitur] ij.pars [Poſterius] epiſcopis præſtitum, vt s̃. verſic.
prox.[Late.concilij] j̃.de cenſi.prohibemus,& aliorum iurium,
s̃.eod.titu grauis.& c.cum clerici. [Primo] illicito & non ſeruan
do,cum vergat in eccleſiæ detrimentum,infra eo.ſicut nobis.vbi
de hoc, alias autem ſi primum licitum eſſet ſemper poſterius ei
contrarium illicitum cenſeretur,nec eſſet ſeruandum poſterius,
immo primum.j̃.eo.veniens.in fi. vbi de hoc. [Præiudicat.] im-
proprie loquitur,quia ei,quod nullum eſt præiudicari nō poteſt.
argu.s̃.

arg.s̃.de conſti.cum acceſſ.§.j.ad fi. primum autem nullum eſt,
nec ſeruandum tanquam ex auaritia præſtitum.j̃.de præben.aua
ritiæ,& ex ambitione ſimoniaca.8.q.3.talia.& c.artaldus. & nota.
s̃.reſpon.j.vnde & quilibet poteſt venire contra,cum certum ſit,
ꝙ non eſt obligatorium,immo euidẽtiſſime reprobatum, vt no.
s̃.de elec.venerabilem.§.pen.& j̃.eod.quanto.§.j.[Proceſſit] & hi
2 qui † iurauerunt in eccleſijs,de gratia tolerantur,nam de rigore iu
ris expelli deberent,s̃.de pac.cum clerici.j̃.de cenſi.grauis.ſm do.
no.hic autem non tolerantur,immo excludi mandantur, vt ſe-
quitur j̃.§.j.ad fi.& ibi no.¶[Cæterum.] iij.pars.[Pro periurio]de
facto,& de iure ſi primum ſeruant,vel ſaltem de facto, ſi ſeruant
ſecundum.dicent enim omnes,ꝙ deierat pro eo,ꝙ id,quod iura-
uit,non ſoluit,& ſm hoc eſt hic not. ꝙ propter periurium de fa-
cto priuatur,quis eccleſia ſua, multo fortius ſi de iure periurus ſit
s̃.eo.querelam.Vel dic periurio.i.temerario iuramento,nõ enim
habuit in ſe iuſtitiam,& ideo temerarium cẽſetur primum, vt pa
tet in eo,quod no.s̃.§.j.& 22.q.ij.animaduertẽdum.& q.4.in ma-
lis.cum enim a iuramẽto ius ſuperioris intelligatur eſſe exceptũ,
vt leg.& no.j̃.eo.venientes.§.j.ad fi.multo fortius ius canonicum
intelligitur eſſe ſaluum,arg.j̃.eo.veniens.& ca.ad noſtram.ij.s̃. de
conſtitu.quæ in eccleſiarum.ff.de pac.iuriſgen.§. generaliter.Hic
autem qui temerariæ iurat,eo ipſo reputat̃ periurus,& eſt in hoc
caſu periurium tranſgreſſio in iuramento præſtando,quia pręſta
3 tur ex certa ſcientia ꝯ iura.† Si vero aliquis falſum iurat ignoran-
ter nullum eſt peccatum 22.q.2.homines. Quod ſi licitum ſit id,
quod iuratur,veniendo poſtea contra,peccant mortaliter,s̃.eod.
ſi vero.& c.querelam.Si autem illicitum ſit adeo, ꝙ eius obſerua-
tio vergat in ſalutis æternæ vel corporalis interitum , non peccat
contraueniendo,ſed peccat taliter iurando,xxij.q.4.c.j.2.& 3. Sed
& quandoque fit indiſcretum iuramentũ, quod ſi ex propoſito,
& deliberatione fiat,mortale eſt,j̃.eo.c.j.in fi.& c.ij.22.q.4. qui ſa-
cramento.Quãdo autem quis iurat incaute, vt iocoſa leuitate ve
niale eſt,xxv.di.§.alias ſm T.multis autem modis dicitur licitũ,
vel illicitum iuramentum. vnde verſus.

*Sic iuriſiurandum licitum diſcerne notando.*
*Quis cui,quid,per quod,ad quid,cur,quomodo,quando.*

Quod dic,& proſequere,vt plene no.in ſumma.eo.ti.§.quomodo
cenſetur illicitum.[Quod vitare] quia inter hæc duo iuramenta
ita contraria tanta occurrit perplexitas, ꝙ vnum ſeruari non po-
teſt,quin & aliud violetur ſm d.n.[Excludantur] ergo non tole-
rantur hic de gratia,immo ab eccleſijs remouentur,vt hic habes
expreſſe,quamuis d.n.contrarium notauit s̃.§.prox. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas delinquentis aggrauat peccatum.*
2 *Bonus tantum frigitur quantum amat Deus.*
3 *Eccleſia neſcit coſcientiam.*
4 *Quis plus puniatur tam in pecunia quam in corporali.*
5 *Iuramentum non eſt vinculum iniquitatis.*

CAP. XII.

1 CVm quidam. & j̃.[Dignitate] ſic patet, ꝙ † dignitas delinquentis
aggrauat peccatum,vt hic,& 40.diſt.homo Chriſtia-
nus.xj.q.3.præcipue.l.di.quia tua.xix.diſt. nulli fas.32.
qõ.v.qui viderit,j̃. de hereti.excommunicamus.§. credentes.j̃.de
homici.ſicut dignũ.rñ.j.argu.ꝯ eſt.C.vt nemo priuatus.l.ij.24.q.j.
qui contra eccleſiæ pacem.17.q.4.nullus clericorum.35.diſ. ante
omnia.xlv.di.cum beatus.ff.de pęnis.aut facta.§.perſona Solu.in
2 quantitate contemptus metitur Deus quantitatem reatus † nam
tantum bonus frigitur,i.affligitur,quantum amat,7.q.j.§.cum er
go.ij.in fi. quanto ergo quis eſt in maiori dignitate, & poteſtate
tanto magis præſumitur peccare & contemnere. vnde quamuis
dicatur,ꝙ dignitas aggrauat peccatum,melius tamen diceret̃ ag-
grauat peccatorem, quia præſumitur, ꝙ plus contemnat. & ideo
3 ratione huius præſumptionis tñ ei maior pnĩa imponatur, † qa
eccleſia neſcit conſcientiam,j̃.de Sim. ſicut.in fi. poſſet tamen eſ-
ſe,ꝙ minor magis cõtemneret,& ſm hoc intellige, quod dicitur
hic,& in concord.De hac autem circunſtantia, & alijs in talibus
4 conſiderandis leg.de pe. diſt.v. conſideret. † In pecunia autẽ plus
punitur diues,quam pauper,nobilis,quam ignobilis,potens, quã
impotens.j̃.de male.ſtatuimus. In corporali autem magis punit̃
minor,q̃ maior,immo & plerunque parcitur maioribus, & mi-
nores puniuntur,vt patet in contrarijs ſupra ſig.& de hoc no.j̃.de
ſta.mo.ea quæ. [Illi uero] ij.pars [Abſoluendi ſunt] de facto ad
cautelam.nec enim eſt ſeruandum, quia † iuramentum non eſt
vinculum iniquitatis,xxij.q.3.inter cætera.j̃.eo.quanto.§.j.in fin.
& c.quintaual.vnde & ſequitur hic,cum illicitum ſit &c.& repe-
tere hic,quod no.s̃.de elec.venerabilem.§.penul.Aliqui tamen di
cunt,ꝙ taliter iurans non debet loqui patri quouſque a ſuperiore
fuerit abſolutus, quia tale iuramentum ſeruari poteſt abſque de-
trimento ſalutis,& ideo eſt ſeruandum.s̃.e.ſi vero. ſuperior tamẽ
poteſt,& debet relaxare huiuſmodi iuramentum,quod illicitum
eſt,quo facto libere poteſt loqui,vt hic,monachus vero,de quo lo
quitur j̃.c.j.prætextu præſtiti iuramenti non poteſt exire clauſtrũ
ſine licentia ſuperioris ſecundum d.no.xvj.q.j.placuit.[Rationi]
quinimmo & naturali iuri communi omnibus animalibus, vt
patet inſt.de iure na.reſpon.j.[Pœnitentia] vnius anni xxij.q.4. q
ſacramento.Vbi vero quis ſcienter deierat mendacium aſſeren-
do,vel contra promiſſionem iuratam veniendo datur pęnitẽtia.
7.annorum,& periurus infamis eſt,& in perpetuum teſtificari nõ
poteſt,vj.q.j.quicunque.xxij.q.j.ca.fi.s̃.de teſtib.teſtimonium.s̃.de
tranſac.ſi quis maior.vj.q.j.infames.

SVMMARIVM.

1 *Vbi quis ſe deuouit,ibi ſemper debet manere.*
2 *Clericus non debet locum ſuum abiurare ſine licentia ſuperioris.*
3 *Iuramentum non ſeruandum,cum ſine peccato mortali ſeruari non poſſit.*
4 *Monachus propter delictum poteſt eijci de monaſterio.*
5 *Calor iracundiæ excuſat.*
6 *Pęna vnius debet eſſe metus multorum.*

CAP. XIII.

SIcut ex literis. &c.[Iracundiæ]per hoc pa
tet,ꝙ iuramentum iudicio
caruit.xxij.q.j.& iurabunt.& q.ij.animaduertendum.
C.de iniurijs ſi non conuitij [Moraturus] quod ideo
1 non tenuit † quia vbi ſe deuouit ibi ſemper debet manere. xvj.q.
j.qui vere.& ca.placuit,& j̃.eo.cap.in fi.[Et j̃.] hoc eſt,quæritur v-
trum licitum fuerit ſic iurare,& vtrum ſeruandum ſit ita præſti-
tum iuramentum.& huic reſpondetur in ſequentibus.¶[Reſpon
demus] ij.pars[Monacho] iam profeſſo,vt ſequit̃. [Temerariũ]
immo nec licitum ſine ſuperioris licentia,s̃.de iura.cal.ca.j.ad fi.
xvj.q.j.monachi.s̃.de poſtul.ex parte.nec votum emittere. xx.q.j.
monacho cum & tales, nec propriam habeant voluntatem, 12.
q.j.nõ dicatis.tanquam hi,qui hominem ſuper ſua capita potue-
2 runt,xix.q iij.ſtatuimus,immo † nec clericus debet locum ſuum
ſine ſuperioris,licentia abiurare,s̃.de renuncia.admonet. & ca.ꝙ
3 in dubijs,ideo in hoc caſu, de quo hic loquitur non † eſt ſeruan-
dum iuramentum cum ſine peccato mortali ſeruari non poſſit,
xxij.q.4.ca.j.& ſeq.Quidam tamen dicunt, ꝙ licet hoc iuramen-
tum non præiudicet monaſterio,quin eum poſſit,repetere,ipſi ta
men qui præſtitit bene præiudicat, in tantum ꝙ monaſterium,
repetere non poteſt,arg.s̃. quod metus cauſa ad aures.& ca.ad au-
dientiam.s̃.de renun.ex tranſmiſſa, & c.quod iu dubijs. Sed non
obſtant illa iura,quia loquuntur in clericis ſæcularibus, qui & ſi-
ne aliquibus eccleſijs eſſe poſſunt.Secus in monachis & religioſis
qui non poſſunt,nec debent viuere ſine clauſtro, xvj.q.j. ſi cupis.
& c.placuit communi. vnde nunquam debet Abbas literas ab-
ſolutionis dare ſuo monacho, niſi prius habeat paratum aliud
monaſterium,ad quod vadat,ſed tamen bene licet, quo facto cũ
primo monaſterium nihil habet commune.ſic intellige.xix.qõ.
3.ſtatuimus,lviij.di.c.j.& ij.xvj.q.j.ſi quos,& cap.ſeq.xxj.q.ij.ſi quis
iam tranſlatus ſecundum d.n.& de hoc no.s̃.de off.ordi.quanto.
hoc tamen male ſeruatur de facto,quia tota die concedunt ſupe
riores literas religioſis, ꝙ poſſint ad religiones alias ſe transferre,
& ſi locum paratum nõ habeant,in quo recipiantur. vnde & ple
runque ipſos multis annis vagari contingit per mundum in po-
puli ſcandalum,& animarum non ſolum ſuarum, ſed etiam ſu-
periorum,qui ipſos ita fatue ſiue ſimpliciter licentiauerant non
modicum detrimentum.& ideo eſſet hoc corrigendum. Ad qd̃
4 accedit,quod leg.& no.j̃.de regula.ca.fi. † tamen propter delictũ
bene poteſt eijci monachus a monaſterio,& pęnitentia imponi,
per quam in aliquo ergaſtulo includatur,vt ibi patet & in eo, qd̃
leg.& no.j̃.de ſimo.veniens.& c.dilectus.& c.quoniam Simonia-
ca.quod dic,vt plene no.j̃.de regul.c.fi.& in his concord.d.n.[Pro
feſſionis,] quam facit quilibet de ſtabilitate loci perpetua, vt pa-
tet in fi.huius c.& innuit hic,ꝙ idem eſſet,& ſi profeſſus nõ eſſet,
6 quod verum eſt in hoc caſu. vbi.ſcilicet calore iracundiæ † ſuccẽ
ſus temerarie iurauit,ſecus ſi ex cauſa & ex deliberatione iuraret
quod nunquam intraret domum talis mulieris, quam turpiter
adamauit, quia hoc iuramentum ſeruandum eſſet quamuis ca-
uendum,nec hoc iuret quilibet indiſtincte, vt patet in eo, quod
leg.& no.infra,de coha.cleri.& mu.clericos.& ca.ſicut ad extirpã
dam. [Euacuaret] & mortem ſibi propinaret,quia ſicut piſcis ſi-
ne aqua &c.xvj.q.j.placuit.ſed contra,ſupra eo.ex reſcripto.ſol.ibi
7 & infra.§.j.¶[Ideoque] iij.pars. [Pertimeſcat] quia † pœna vnius
debet eſſe metus multorum.ij.q.vij.quapropter.C. ad l. Iul.repe.l.
j.ff.de pœnis. capitalium.§. famoſos.xviij.q.ij.petuenit.s̃.de tranſ.
epi.ca.j.in fi.vbi de hoc.[Ipſe vero] verſi.[Abiurare] i.etiam cum
iureiuran.repudiare.s̃.de reſti.ſpol.audita.& ca.accepta. Non po-
teſt enim monachus renunciare clauſtro in totum, niſi obtentu
maioris religionis,quod dic,vt leg.& no.j̃.de regu.licet.Ad tem-
pus tamen poteſt exire,& extra morari abbate hoc ex cauſa præ-
cipiente,& ſic ſoluitur,s̃.eod.ex reſcripto.[Pœnitentiam] de illi-
cito iuramento vnius anni,vt no.s̃.c.proxi.in fi.iuramentum ta-
men ſeruandum non eſt immo quilibet poteſt venire ſalubriter
contra huiuſmodi iuramẽtum 13.di.c.j.& ij.& xxij.q.4.per totũ.





SVMMARIVM.

1 *Fides veritatis, verborum adminicula non requirit.*
2 *Simplicitas commendatur.*
3 *Prælati hæredes non habent.*
4 *Libertus eccleſiæ tenetur profeſſionem facere infra annum.*
5 *Iurandum non poteſt ſine cauſa.*
6 *Quilibet naturaliter liber naſcitur.*
7 *Tranſgreſſor hæreditate priuari debet.*
8 *Prælati tenentur ad hominium ratione temporalium.*

CAP. XIIII.

VEritatis. Clemens iiij.indulſit Guillermo Re-
gi Siciliæ,vt nõ teneretur ſibi præſta
re iuramentum fidelitatis pro regno Siciliæ.ita tamẽ,
ꝙ hæredes ipſius Regis ſibi,& ſucceſſoribus ſuis fideli
tatem facere tenerentur,ſuper iſta indulgẽtia dubitatio mota fuit
in præſentia Regis,an ſingulis ſucceſſoribus ipſius clementis præ-
ſtare deberent fidelitatem,vel non. Duo Cardinales,qui erant ibi
legati Apoſtolicæ Sedis illam indulgentiam ſic fuerunt interpre
tati, ꝙ hæredes ipſius Regis tenebantur iurare fidelitatem domi-
no Papæ Clementi,& ſucceſſoribus ſuis,quo ſemel præſtito alijs
iurare minime compellerentur.conſultus fuit Papa ſuper hac in
terpretatione,& reſpondit,ꝙ non vult ab ipſa re cedere,ſed ipſam
ratam habet,& prout infra ſeq.ſicut hęc omnia tanguntur extra
d.n.eo.tit.veritatis.lib.6.& in integra planius explicantur.Quæ au
tem ſit hęc forma iuramenti leg.& no.ſupra eo.ego N.[Amica]
necnon & legibus. Inſtit.de legit.agn.ſucceſſ.§.ſed ſimplicitatem
1 [Simplicitas] fides † enim veritatis verborum adminicula non
2 requirit.C.ſi vt ab hæred.ſe.abſti.mi.l.i.Sic igitur † commendatur
ſimplicitas,vt hic ſupra de ſumma tit.c.j.in princ.iij.q.ix.pura,qd̃
intelligas de ſimplicitate columbina.mixta tamen prudentia ſer
pentina.xvj.q.j.ſi cupis.non de omnino ſimplici,& fatua, & indi
ſcreta.xxij.q.iiij.innocens,ideſt fatuus,& nimis ſimplex, ſupra de
iudic.paſtora.vbi de hoc.nam hæc reprobatur. xxxix.diſt.Petrus.
xlvij.diſt.de Petro. [Hæredes] per hoc verbum videtur,quòd non
3 loquitur de prælatis,ſed de vaſallis,† quia Prælati hæredes non ha
bent,ſupra de fil.præsb.ex tranſmiſſa.in fi.ſed ſucceſſores tantum.
ſed poteſt exponi,ideſt ſucceſſores,infra de ſolut.c.j.ad idem facit.
infra eo.§.vnico.ſuper verbo.& homini.vt ibi no. [Compellant]
4 Sed contra,quia † libertus eccleſiæ tenetur cuilibet profeſſionem
facere infra annum.xij.q.ij.ſæpe.& cap.longinquitate,& feudata
rius infra annum & diem,vt lib.feudo.de feud.non ali.ſine con-
ſen.ma.do.imperialem. §.præterea.j. Solut.dicunt quidam hanc
fuiſſe ſpecialem conceſſionem, & hoc ſatis innuitur in eo, quod
no.ſupra eo.c.in prin. Vel dic,quòd iurare poteſt quis ſucceſſori
bus,ſed non cogitur,nam & ſi ex parte iurantis perſonale ſit iura
mentum,ex parte tamen illius,cui iuratur eſt reale,vnde non ſo
lum perſonæ ſuæ ſit iuramentum,ſed eccleſiæ,vt patet ſupra eod.
c.ego.& lxiij.diſt.tibi domino ſecundum d.n. Alii dicũt,quòd ca.
primo allegata loquuntur de profeſſione,ſed nõ de fidelitate. lex
vero feudalis intelligitur,quando fidelitas fuit facta alicui domi-
no temporali perſonaliter,& nõ fuit facta mentio de hæredibus.
hic autem fuit facta mentio expreſſa.vnde non eſt neceſſe,quòd
renouetur in perſonis hæredum, ad quos extenditur hoc iuramẽ
tum. quare is, qui ſic fecit fidelitatem, non cogitur iterum idem
iurare.& eſt ratio,quia ſufficit ſemel iuraſſe.argum. C.de iura.cal.
5 autẽ. hoc ſacramentum, & quia ſine † cauſa non eſt iurandum,
infra eo.& ſi Chriſtus.hoc tamen ſic accidit de facto.quia nõ co
geretur quis ſucceſſoribus iurare ſecũdum omnes.Sed hoc eſt ex
preſſè contra decret.ſupra eo.ego N.epiſcopus.nam ad illam for-
mam ſicut ibi ipſam expoſuimus,quilibet eſt cogẽdus,& hoc ſer
uat curia,quæ in talibus eſt ſequenda,infra de re iud.in cauſis.Di-
cas igitur,quòd hęc decret.poteſt intelligi in clericis,in quib.non
eſt neceſſaria reuouatio fidelitatis,ſiue obedientiæ, quia & ſi præ-
ſtita non ſit,nihilominus quilibet domino Papę,& epiſcopo ſuo
ad talia eſt aſtrictus, niſi forſan quo ad epiſcopum probaret ſe e-
xemptum,vt infra de relig.dom.de xenodochiis cum ſuis concor
dant,Aliud in libertis,& vaſallis contra quis non fundatur inten
6 tio eccleſiæ de iure communi cum naturaliter † quilibet naſcatur
liber.niſi aliter probetur.Inſtit.de libertinis.§.j.& infra de natis ex
libero vend.capi.vnico. vnde in longiquitate temporis poſſet ec-
cleſia ius ſuum amittere,ideo renouatio in ipſis neceſſaria eſt, &
hoc probat dictum cap.longinquitate. & ad idem, infra de pre-
car.cap.j.vt ibi no. Poteſt etiam intelligi in vaſallo,qui non cogi-
tur iurare ſucceſſoribus. Et ideo diſtingue vtrum ſponte iuraue-
rint,& tunc nõ coguntur iterum iurare,vt hic.licet putem,quòd
teneantur recognoſcere,vt argum.in d.cap.lõginquitate, vel nul
lam fecerint de ſucceſſoribus,& tunc coguntur cuilibet ſucceſſo
ri fidelitatem iurare, vt in dict.l.imperialem.& ſic ſeruatur de fa-
a cto [a] tamen indiſtincte,& quãtum ad hoc etiam tutius eſt, quod
nunquam Prælatus fidelitatem exigat, vel recipiat nomine ſuc-
ceſſoris, ne occaſione huius decret. aliqua calumnia moueatur.
Quid ſi quis dicat,quòd iurauit prædeceſſori, & ſucceſſoribus, &
ſucceſſor hoc neget.incumbit probatio aſſerenti.ff.de probatio.ei
qui dicit.Quid ſi quis fecit fidelitatem pro ſe & ſucceſſoribus ſuis,
nunquid habet ſucceſſor eandem exceptionem.ita videtur,argu
men.hic.nam ſicut poteſt ſucceſſoribus videtur,quòd & fieri poſ
ſit nomine ſucceſſorum,& argum.ff.de pact.iuriſgentium.§.pa-
ctorum.ff.de probat.ſi pactum,ſed contrarium eſt dicendum per
eadem iura,quia quamuis pactum poſſet eſſe reale iuramẽtum,
tamen ſemper eſt perſonale. vnde nec ad perſonam hæredis effe-
ctiue tranſit,ff.de pact.& hæredi. In ſpiritualibus enim obligatio-
nibus quamuis honeſtum ſit,quòd filius adimpleat voluntatem
patris,non tamen eſt neceſſarium,vt patet in eo,quod leg.& no.
infra de deſpon.impub.cap.j.infra de ſepult.de vxore. §.vnico. &
capit.in præſentia. Niſi & hæres ad hoc perſonaliter ſe aſtringat.
Vel niſi onus extrinſecum, vel intrinſecum expreſſe, & ſpeciali-
7 ter ſit annexum hæreditati, infra de voto.licet.in quo caſu † & ſi
tranſgreſſor hæreditate priuari debeat,vt legi.& no.infra de teſta-
men.nos quidem.& cap.ſi hæredes.non tamen dicam hæredem
periurum ex teſtamento paterno. niſi & ipſe perſonaliter iuraue
rit,argumen.infra eod.clericus.j.q.iiij.iam itaque, & §.ſequentib.
Sed nec eſt ſimile de caſu hic ad conuerſum, quia in caſu decre.
agitur de obligatione propria ſpirituali. in hoc autem de aliena.
ergo bene poteſt quilibet ſe obligare ſucceſſori etiam ſpiritualiter
ſucceſſorem autem & ſi temporaliter obliget.C.vt ab hæredit.in
rubro & in nigro.non tamen ſpiritualiter,vt dictum eſt.¶[Catho
licis] ſecunda pars,quia & in talibus iurat.vt ſupra eod.ego N.epi
ſcopus [Et homini] aliàs [Homagij] & hic videtur,quòd loqua
tur de laicis,argum.infra de regulis iuris,cap.fin.ſupra eo. reſpõ.j.
in verbo hæredes,quod dic,vt ibi no.Et no.hic,quod Regnum Si
ciliæ nõ ſolum fidelitatem,ſed & hominium debet Romanę ec-
cleſię.Poteſt tamen & hoc intelligi de prælatis. Nec obſtat,quod
8 hic dicit,† quia & prælati ratione temporalium tenẽtur ad homi
niũ,vt probatur infra de exceſſ.prælat.grauem. & infra eo.nimis.
[Fidelitatis] ſub cuius debito poteſt domino vaſallo præceptum
facere,vt legi.& no.ſupra de fo.compe.ex tranſmiſſa.ac ſi iuraſſet
iterum ſucceſſori &c.argum.ſupra de teſtibus cog.præterea.

ADDITIO.

2 ¶ De facto. Contra hanc theoricam ſecundum d.Abb.pa.hoc facit expreſ
ſe iſte text.in eo,quod dicit,ſi iuratũ eſt vobis, vel alicui ſucceſſori,& ſic
ſecundum eum ſufficit iuramentum eſſe præſtitum ſine commemoratio
ne ſucceſſorum.& ideo aliter diſtinguit.Sed And.Sic.ſaluat hãc commu
nem theoricam, quam dicit ſi conſuetudo in contrarium non apparet
eſſe ſeruandam.

SVMMARIVM.

1 *Quis non debet propria temeritate in dubio iuramento contrauenire.*
2 *Epiſcopi iure ſuo poſſunt abſoluere a iuramentis.*

CAP. XV.

VErum. [Abſoluantur] ideſt abſoluti ipſo iure
intelligantur,vel neceſſaria ſit abſolutio
[Inuiti] per talem,ſcilicet metum, qui potuit cadere
in conſtantem,ſupra quod me.cau.ad audientiam.ff.
quod met.cau.metum.aliud eſſet ſi ſponte,vel per vanum metũ,
quia tunc non abſoluerentur a iuramento, immo illud ſeruare
debent,ſupra de reſtit.ſpol.ſollicitæ.& cap.accepta.& d.l.metum.
Vbi autem metus etiam probabile eſt in odium cogentium, &
de dolo ſuo alij reportet damnum, & ipſi commodum ſubueni-
tur,& ſic non obſtat, ſupra eo.ſi vero. cum ſuis concord. [Ante-
ceſſores] ſcilicet Nicolaus.xv.q.vj.auctoritatem Gelaſius e.q.alius
Gregorius e.q.nos ſanctorum.vrbanus.e.q.iuratos Alexander,ſu-
pra eod.ſi vero,ſupra quod me.cau. Abbas. abſoluerunt de facto,
ſecundum T.immo fuit neceſſe ſecundum Ala.quod dic, vt no.
ſupra eo.ſi vero. §.j. ¶[Cæterum] ſecunda pars [Periurandi] q.d.
licet in veritate tale iuramentum non obliget,ſi forſan is,qui ip-
ſum præſtitit nullo modo intendebat ſe obligare, ſed tantum re-
dimere,& euadere,eccleſia tamen ſtatuit,quod ſeruetur,ac ſi obli
garet,vt iuramentum in maiori reuerentia habeatur,& ſubtraha
tur materia deierandi,ac ſi dicat eccleſia,vide quam fortis res eſt
iuramentum,quia obligat illum, qui etiam aliàs non eſt obliga-
tus,vt hic patet,& ſupra eo.cap.j.& cap.ex reſcripto.& de hoc no.
1 ſupra quod met.cauſ.ad audientiam. reſponſ.j. in fin. † nec debet
quiſquam contrauenire in dubio propria temeritate, ſupra de e-
lect.venerabilem.§.pen. [Non eis] ſcilicet abſolutis etiam aucto
ritate noſtra [Dicatur] q.d.non eſt hoc prædicandum [Non ſer-
uent] ideſt in nullo ſeruare tenentur cum abſoluti ſint [Non at
tenderunt [Per hæc verba intelligitur ſuperior iuranti dare licen
tiam, vt poſſit venire contra, ſic præſtitum iuramentum,non ta-
men præcipere,quod veniat contra id,ad quod accedit,ff.de offi.
preſid.ſæpe.& l.generali. Verum niſi huiuſmodi verba,vel expreſ
ſiora dicat ſuperior, non liceret etiam ſic iuranti venire contra
proprium iuramentum ſecundum d.n. [Ob hoc ſunt]in totum
immo metus,& ſi non eſſent abſoluti culpam attenuant. s̃.quod
met.cau.ſacris[Pro mortali]ſed tanquã pro veniali ſm T.& G.ij.
2 Tu dicas,vt in præced.glo.Et eſt hic,arg.ꝙ † epiſcopi poſſunt abſol
uere iure ſuo ab huiuſmodi iuramentis,ſicut & no.in alio,s̃.e.c.j.
hoc etiam no.generaliter.per d.n.ſupra eod.debitores.

*SVMMARIVM.*

1 *Iniuria nudo pacto tollitur.*
2 *Arbitrorum duo ſunt genera.*
3 *Iuramentum ad quæ extendatur.*
4 *Iuramenti interpretatio.*
5 *Ius canonicum nullam iniquitatem approbat.*
6 *Quilibet magis eſt curioſus de proprio negocio, quam de alieno.*
7 *Papa ſolus iuramenta relaxat.*
8 *Pacta nouiſſima ſunt ſeruanda.*

## CAP. XVI.

VEniens. [In ſatisfactione] ſi. ſ.de ſent.exc.con-
tingit [Iniuriarum [iurõ præſtito,vt ſe
quitur,& hoc loco ſatisfactionis ſuccedit,vt hic,& ſ.e.
quintauallis. niſi tanta ſit iniuria, ꝙ merito cum tali
ſubmiſſione, & iurõ nõ cõpenſaretur ſm d.n. puto tñ q̃tacunq;
ſit iniuria qualicunq; ſatisfactione cõtentus ſit iniuriã paſſus,cõ
1 tentus debet eſſe,& iudex,& iniuria, quæ † ẽt nudo pacto tollitur,
eſt remiſſa,arg.ff.de pign.act.ſi rem alienam.§.pen ff.de pact.ſi ti-
bi.x.§.j.[Mandato] quod & fecit,& fuit hoc intelligendũ de ido
neo,rationabili,poſſibili,& honeſto.ſ.de offic.Archid.c.fi.§.j.re-
ſpon.j.& argu.ſ.de elect.cauſam quæ.ff.de oper.liber.libertus.ſ.de
arbit.c.ij.ſ.eo.quintauallis.vnde & ſi inique arbitrati ſunt,redigen
dum fuit ad arbitrium boni viri, quia tales arbitratores cenſetur,
vt in præmiſſis iuribus, ſecus in ſententia arbitri, cui parendũ eſt,
etiam ſi iniqua ſit.ff.de arbitr.diem.§.ſtari. Niſi fuerit lata per do-
lum,C.de arbitr.l.iij.Vel a ſuſpecto pronunciatum ſm quod leg.
2 ff.de arbit.non diſtinguemus.§ cum quidam.ideo dicitur,†ꝙ ar-
bitrorum duo ſunt genera.ff.pro ſoc.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.
quod dic,vt not.ſ.de arbit.c.ij.¶Cumque] ij.pars [Idem].ſ.A. &
male, iurm enim non extenditur niſi ad ea,de quibus actum, &
cogitatum eſt,vel potuit,& debuit cogitari, arg.ff.de pact.tres fra-
tres,& in alijs concordã.ſigna.ſ.§.j.ſuper verbo.iuraſſet. verſic.ſed
3 nunquid potuiſſent ei præcipere.† Ex quo autem is,cui ſic iura-
tum eſt,ſemel lædit mandata ſua,amplius non poteſt præcipere,
arg.ſ.de offic.deleg.in literis.ff.de adopt.qui liberatus eſt.& l.ſequ.
ff.de opt.leg.apud aufidium,nec aliquid poteſt ei præcipere,quod
excedat ſatisfactionem culpæ.Alij dicunt,ꝙ omnia poteſt præci
pere, dummodo non ſit contra ius.ſ.eod.quintauallis, vel eſſent
contra primum iurm, vt hic,vel niſi tale quid præcipiatur, quod
ſit contra præſumptionem communem. i. communiter præſu-
matur,& credatur, ꝙ ſi crederet tale mãdatum ſibi fieri nunquã
iuraſſet,arg.ſ.eo.petitio.C.quæ res pign.oblig.poſſ.l.fi.ff.de pigno.
obligatione generali.& l.denique ff.de flum.l.j.in prin. ff.de fund.
inſtr.l.cum delanionis.§.aſinam.& patet in eo, quod leg.& no.ſ.
de arbit.c.ij.Quid ſi fiat præceptum ſub debito præſtiti iuramenti
quod obuiat priori ſolenniter promiſſo, non tamen iurato? Re-
ſpondit. Debet iurm ſeruare,& aliter ſatisfacere,& hoc ſatis colli
gitur ex hac decret.quando dicitur priori iurõ,& non dicit priori
promiſſo. cum tamen mentionem feciſſet in præcedentibus de
vtroque,arg.ſupra de præſumpt.nonne ſm do.n.Poteſt tamen di
ci contrarium, nam ſi aliquid licitum promiſerat, obligatus erat
ad illud adimplendum, quantum ad Deum, ac ſi iuraſſet.xij q.v.
iuramenti.nõ eſt ergo communiter præſumendum,quòd in ge-
nerali iuramento ſenſerit ſibi fieri mandatũ contra promiſſum,
& per conſequens ad hoc non extenditur prẽſtitum iuramentũ,
ſed & ſi non ſeruat promiſſum,peccat.& ſic facit contra Deum,
& ſic mandatum factum,& contra ius & contra Deum fit, ergo
non valet,vt patet in eo,quod no.ſ.eo.glo.verſic.alij dicunt & ſe-
quentibus. Sed & quis nunquam dicet mandatum poſſe fieri per
quod illi,cui facta eſt promiſſio,& ſic alieno iuri preiudicetur?nul
lo modo iſtud eſſet concedendum,vt patet in eo, quod leg.& no.
infra §.j. cum nec mandatum , etiam Papæ qui ſuper omnes eſt
ad talia extendatur,vt ſ.de offic.delega.ſuper eo.§.j.cum ſuis con-
cord.Nec prodeſt,quod dixit d.n.ipſum aliàs debere ſatisfacere de
promiſſo.nam & ſi capra promiſſa eſſet,& habeat poteſtatẽ ſol-
uendi,pro ipſa non recipiet bouem creditor,niſi velit.ff.ſi cert.pe
ta.l.ij.& arg.inſtit.de actio.ſi quis generaliter.ff.ſi certum petatur,
cum quid mutui.ff.de ſolu.cum quis.§.qui ſi hominem, & l.qui.
x.§.fi.ſed & eſſe poteſt,ꝙ alio modo ſatisfieri non poſſit niſi illud
idem,quod promittitur adimpleatur. Quid enim ſi iſte etiam ſi-
ne iuramẽto promiſiſſet aliquam ducere in vxorem,& ille,cui ſic
iurauit,mandauit ei,ꝙ non duceret,nunquid valeret tale manda
tum? Abſit. nam & ſi iuraſſet expreſſe ſecundo aliam ducere pri-
mam tamen fidem etiã non iuratam ſeruare deberet, non enim
ſponſalia iam legitimæ contracta ſoluit iurm ſuperueniens cum
nõ ſit vinculum iniquitatis.xij.q.iiij.inter cetera ſ.eo.quanto.§.j.
ad fi. Quando ergo aliquis iurat ſtare mandatis alterius hoc intel
ligitur de iuſtis & licitis,poſſibilibus & honeſtis.vnde ſi fiunt con
traria non valebunt,arg.xxij.q.iiij.in malis.& c.ſeq.& patet in eo,
quod leg.& no.ſ.de pact.c.fi.ꝙ ſi quis non in genere, ſed certum
4 & determinatum aliquid iurauerit,& † tunc iurm in conſilio ani
mæ ſm bonam,& ſanam,& non fraudulentam intentionem iu
rantis recipit interpretationem,ſ.c.quanto.& c.ad noſtram.ij. in
iudicio vero erit ſm ius interpretatio facienda.ſ.eo.venientes ſm
d.n.cuius eſt mens totius huius glo. ſalua correctione [Præcepi-
ſtis] vt arbitratores nõ,vt arbitri.nemo enim in cauſa ſua arbiter
eſſe poteſt.ff.de arbit.l.pen.neque iudex.ff.de iud.Iulianus.& C.ne
quis in ſua cauſa iudic.in rubro,& in nigro.ff.de iuriſd.omn.iudi.
qui iuriſdictionẽ ſm omnes,ſic gloſant, ac ſi iuraſſet illi, cui fue-
rat iniuria irrogata,& quantum ad hoc iſta glo.melius caderet.ſ.
eo.quintauallis,quia ibi fuerat iuratum mulieribus,quibus iniu-
ria fuit irrogata,ſed nõ ita eſt hic,quia iniuria fuit facta.M.mau-
rien.vt ſ.reſpon.j.& ipſæ A.iurauit in manibus,quorundam alio
rum ciuium,quibus dominus Papa ſcribit.& puto,ꝙ eſſent parẽ
tes M.cum quo A. vero habuerat. non ergo iſta eſt bona proba-
tio,ꝙ de arbitratore hoc intelligatur,ſed alia ratio eſt conſideran
da.hæc.ſ.ꝙ iurauit ſtare mandato, & non ſententiæ, arg.in auth.
vt diff.iur.§.ſi vero contigerit.collat.9.& in his,quæ no.ſ.de arbit.
5 cum tempore,& ſ.eod.reſpon.i.ſuper verbo mandato , † & quia
ius canonicum nullam iniquitatem approbat, vt legi.& not.ſ.de
arbit.c.i. [Nunquam] quod fuit ei grauiſſimum,& deierare co-
gebatur cum eſſet contrarium primo licite præſtito iurõ,vt ſ.di-
cit.in fi.& eſt hæc vna ratio quare mãdatum fuit iniquum.alias,
quia cogebatur derelinquere conſilium Ducis,quod forſan iura-
uerat,& cuius erat conſiliarius,vt ſequitur. ¶Verum] iij.pars[Cõ
ſiliarius] iuratus ex præmiſſo iureiurando firmato,vt patet infra
in fine [Aduocatus] nec potuit mandatum præiudicare, quod
eſt expreſſe contra id,ſm d.n.ſupra §.prox.in princ.verſic.quid ſi
fiat præceptum.Sed nunquid quo ad cauſas proprias fuiſſet man
datum licitum? ita videtur,quia poſſet ipſas per procuratorem ex
pedire. hoc enim dicitur de epiſcopo honoris cauſa. v.q.iij. quia
epiſcopus.Sed contrarium eſt dicendum.tum propter onus expẽ
ſarum,vt argu.in auth.vt ab illuſtri.in princ.collat.v.tum propter
6 cauſarum arduitatem.ſ.de procur.l.fi.ſm Goff.tum quia †quili-
bet magis eſt curioſus de proprio negocio,quàm de alieno, arg.ſ.
de vſu pal.niſi.C.de ſeruit.præſes.ff.de iud.ſi longius [Iuraſſet] Ar
gum.iuramenta ſm intentionem præſtantis eſſet interpretanda.
xxij.q.v.humanę aures,infra eo.quanto.& c ad noſtram.ij.& c.ca
te.& c.quintauallis.Sed contra.xxij.q.v.quacunque arte.& c.ecce.
& hoc no.infra de ſpon.ex literis.j.Sed nunquid potuiſſent ei præ
cipere,vt bonis ſuis cederet,vel ipſa iniuratio daret? Ratio,quia iu
ramentum non extenditur ad ea, de quibus non eſt cogitatum,
infra eo.quintauallis,infra de decimis ex multiplici , ſupra de re-
ſtit.ſpol.audita.xxij.q.ij.ne quis.ff.de tranſact.cum Aquiliana.& l.
qui cum tutoribus,in fin.ff.de pign.obligatione.ff.de peculio.qui
peculij.C.quę res pign.oblig.poſſ.l.j & ſimili modo intelligendũ
eſt iuramentum,vt ſ.reſpon.i.ſuper verbo mandato.& argu.ff.de
ſeruit.ſi cui.ff.de ritu nup.quanquam. vnde & ſi libertus iurauerit
non nubere de nuptijs illicitis eſt hoc intelligendum.ff.de iur.pa-
tro.adigere.§.fi. ſecundum B.& quia pecunia ſi ex pacto daretur
infamiam induceretur,ff.de his,qui not.in fa.furti. l.quia ſecus ſi
iuſſu iudicis,vt d.l.furti.§.qui iuſſu.Sed & ſi daretur pecunia tem
peratæ pro expenſis, vel bono pacis non reprobarem, argu.infra
de ſimo.dilectus, infra de præben.niſi eſſent, infra de iniur.olim,
& cap.ſeq. [Sibi] ideſt iuramento animo præſtito,vel intentioni
ſuæ,quia credebat,& ſperabat miſericordiam inuenire,& ideo,q̃a
contrarium mandatum recepit non tenetur ſeruare,infra c.quin
tauallis.licet ſit,argu.contra,infra de conuer.coniug.ſignificauit.
[Priori iuramento licite facto] bene dicit , in hoc enim caſu ſe-
cundum iuramentum contrarium nullatenus eſt ſeruandum,vt
hic, & infra eo.eam te.in fi.& c.intellecto. ſecus ſi prius ſit illici-
tum,quia tunc poſterius contrarium eſt ſeruandum, ſupra eo.tua
7 nos,in fi.quod dic,vt ibi no. [Auctoritate noſtra] Arg.ꝙ † ſolus
Papa iuramenta relaxat,vt hic,& interpretatur,ſupra de elect.ve-
nerabilem.§.pen.Arg.contra,ſupra eo. c.j.& c.verum.& dic,vt ibi
8 no. [Non ſeruandum] Contra, † quia pacta nouiſſima ſunt ſer-
uanda, C.de pact.pacta. Sol.verum eſt quando vtraque ſunt lici-
ta,& inter eaſdem perſonas,vt no.ſupra de pact.cap.j.in fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Iurans ſimpliciter , ſimpliciter intelligendum.*
2 *Quæ excuſent a periuro.*
3 *Appellatio quare a periuro non excuſet.*

## CAP. XVII.

BReui. Si.ſup.de ſacram.non iteram.cap.j.§.fin.
[Vtrum ille] incurrat reatum periurij,
quod eſt in fi. huius reſponſi. [Quia iura alicuius ec-
cleſiæ] &c.vt vaſallus, vel canonicus [Super hoc] ſ.ꝙ
veniat, & ſeruet, & defendet iura,ſicut iurauit [ Requiſitus ] Sed
nunquid tenetur iurare eccleſiam etiam non requiſito? Videtur,
1 ꝙ ſic,quia ſimpliciter † iurauit. vnde & ſimpliciter eſt intelligen
dum,infra de priuileg.quia circa.xciij.diſt. ſi inimicus.ff.ad Silla.
l.j.§.potuiſſe & ſeq.& l.ſi quis in graui.§.ſi tamen omnes.Argum.
contra.ff.quorum leg.l.l.ij.§.j. & in hac litera. Sol.ſi ſciat cauſam
agi, & ſit in loco,quod venire poteſt, vt ſcit, vel credit conſilium
ſuum eccleſiæ vtile, vel neceſſarium venire tenetur,& iuuare, vt
primis concor.aliàs contra,vt ibidem & in contrarijs. Sunt tamẽ
caſus ſecundum quoſdam,in quibus etiam vocatus non tenetur
venire. Primo ſi eccleſia ſubtraxit ei ſalarium ſuum,vel aliud,qđ
promiſerat,ff.locati quæro.§.inter locatorem,ſecundum T.Hoc
autem exaudias,vbi tota eccleſia delinquit, alioquin agat contra
Prælatum,& iuuet eccleſiam,argumen.infra de excep.cum vene
rabilis.§.intelleximus. Niſi forſan, & iuraſſet ſub conditione ſi ſi-
bi ſalarium ſolueretur,ſupra eod.cap.iij. in fin. Secundo ſi eccle-
ſia ei fidem in ſuis neceſſitatibus non ſeruat. xxij. q. v. de forma,
ſecundum T.verum eſt ſi pactum ſuper hoc interuenit, vt no.ſu-
pra in præcedenti caſu . Nec obſtat cap.de forma, quia nec iſtud
probat expreſsè,& loquitur in vaſallo.Tertio ſi conſcientia ſua ip
ſum remordeat.xi.quæſt.iij.ve qui dicitis.C.de iudic.rem non no
uam,eccleſia tamen habebit ipſum pro periuro,argumen.ſupra
de reſtit.ſpoliat.literas.§.penult.& fin. infra de ſenten.excommu.
inquiſitionem, ſecundum T. Hunc caſum admitto, vt patet in
eo,quod no.ſupra de poſtulat.cap.fin.Quod tamẽ ſequitur,quòd
eccleſia ipſum habeat pro periuro.non placet,quia ſic poſſet cui
libet beneficiato,& ad iuuandum eccleſiam in qua beneficiatus
eſt iuramento aſtricto (ſicut fere vbique)auferri beneficiũ ſuum
vt ſupra eod.quærelam.& cap.ſequen.in fine,& ſic priuaretur iu
re ſuo,ſine culpa ſua contra iura.lvj.diſi.ſatis peruerſum,infra de
eo qui cogn.conſan.vt ſcilicet diſcretionem.in fine,& damnum
ſentiret.vnde deberet potius commodum reportare,argumen.ſu
pra de renunc.ſanè,nec obſtant præmiſſa.cap.literas, vel inquiſi-
tionem vbi talis excommunicatur, quia loquuntur in matrimo
nio in quo timeri poteſt de colluſione , argumen. infra de eo qui
cog.conſang.vxo.ſuæ. ſuper eod.infra cap.tua, & in quo vertitur
periculum incontinentiæ, nec poteſt per alium congrue ſubue-
niri, ſecus in officio aduocationis, quod & per alium expleri po-
teſt. C.de iudic.rem non nouam. vnde in hoc caſu ſufficit, quòd
præſtet ęque bonum,vt argum.ibi,& hoc poteſt facere ſalua con
ſcientia,argumen.ff.de nego.geſt. at qui natura.§.cum me abſen
te. ff.de iuriſdict.omnium iudicum , prætor & iunge quod nota-
tur ſupra de poſtulat.prælat.bonæ.j.§.j.ſed & ſi non poteſt alium
inuenire adhuc eſt hoc conſiderandũ arbitrio boni uiri,qui con
ſiderata qualitate perſonæ aduocati,& cauſæ,caueat ne quid frau
dulenter confringatur,in quo caſu cõtra ipſum procedat, vel bo-
na fide prætendatur in quo caſu abſoluat,argument.ſupra de re-
ſcript.cum contingat.§.penult.cum ſuis concordan.ſed & in du-
bio ipſum conſcientię ſuę,argumen.infra eod. mulieri.cum ſuis
concordant.& j quæſt.vij. ſancimus, ſupra de procuratoribus. in
noſtra. §.fina. ¶Reſpondemus] ſecunda pars [ Articulo] vbi is
qui ſic iurauit neceſſitate imminente requiritur [ Talis appella-
tio] fruſtratoria,in qua nec iuſta cauſa exprimitur,infra de appel
latio. vt debitus [Non excuſat] non enim debet ad defenſionem
iniquitatis tendere, quod ad remedium eſt promiſſum , infra de
appellat.cap.iij.& cap.cum ſpeciali.§.porro,ſecundum d.n. [Im-
mo] verſic. [Niſi difficultas] Inſtit.quibus ex cauſ.manum. non
2 licet §.iuſte, † & ſic difficultas,ſiue iuſtum impedimentum excu
ſat a periurio,vt hic,& ſupra eod.ego.§.vocatus.negligens autem
nullo modo excuſatur,infra eod.ſicut, & infra in fin.vbi de hoc.
Sic & neceſſitas,ſupra eod.quærelam.ff.qui ſatiſda.cogan.l.fin. &
argumen.ff,de operis liber.ſi libertus.ff.quarum rerum actio non
dat.l.j.§ quæ onerandæ. licet non excuſet a pœna conuentiona-
li.ff.de verborum obligatio.continuus.§.illud inſpiciendum eſt,
ſed contra, infra de pign.ſignificante, dic vt ibi no. [Non poſſit]
de iure, vel de facto,argumen.ſupra de reſcriptis,ſciſcitatus.vbi de
hoc,infra de furtis.ſi quis propter neceſſitatem.xxij.quæſt.ij. bea-
3 tus,& cap.faciat homo,ſupra de conſt.cum M.ferra. † Eſt autem
quadruplex ratio quare in hoc caſu appellatio non excuſat. Pri-
ma quia appellatio non impedit quo minus fiat id quod in edi-
cto perpetuo continetur.ff.de appell non recipi.l.fin. C.quorum
appella.non recip.l.fin.ij.quæſt.vj.diffinitiua.verſic.ab executore.
perpetuo autem edicto prohibetur ne nomen Dei aſſumatur in
vanum.xxij.quæſtio.v.quacunque. Secunda quia appellatio & ſi
quandoque eximat a iuriſdictione nunquam tamen ab obliga-
tione,& ideo ſi non facit,quod iurando promiſit periurus eſt,prę
terquam ſi pendente appellatione a cõtradictione deſiſtat & pa-
trocinium prẽſtet,tunc enim benigna interpretatione dici poteſt
periurium non incurri,argumen.ff.de bonis liber. qui cum ma-
ior.§.accuſaſſe.Tertia eſt,quia a nullo grauamine facta eſt, aliter
autem appellatio cenſetur fruſtratoria,vt patet in eo,quod no.ſu-
pra eod. §.ſuper verbo.talis appellatio. Quarta etiam redditur in
eo,quod no.ſupra eod.ſuper verbo.non excuſat.

*SVMMARIVM.*

1 *Conſilium debet eſſe rectum.*
2 *Inſcriptioni ſemper non ſtatur.*
3 *Princeps per ſe non poteſt componere de damnis datis.*
4 *Modi reprobationis monetæ.*
5 *Quid iuris & cuius ſit damnum in moneta reprobata.*
6 *Heros idem eſt quod dominus.*
7 *Papa ex iuſta cauſa in iuramento diſpenſat.*
8 *Votum & iuram.Papa non diſpenſat.*
9 *Pœna moneta falſantium quæ ſit.*
10 *Tria ſpecialia in falſa moneta.*
11 *Pecunia reproba non liberat debitorem.*
12 *Elemoſina peccatum redimit.*

## CAP. XVIII.

QVanto perſonam ſuam. & infra. [Immo
potius] bene corrigit ſe. nã ſine dubio tales non con
ſulunt, ſed decipiunt, & multi hodie tales reperiũtur
qui ſemper dant conſilium pro pecunia extorquenda,& ideo di-
cit lex,ꝙ optimus conſiliarius,& purus vndique.& contentus his
quæ a fiſco dantur eligatur,ꝙ ſi ingreſſus fuerit expellatur & alius
idoneus introducatur, in Auth.de mã.princip.§.præcepiſſe vero
1 officiales. collat.iij. † rectum enim debet eſſe conſilium non de-
uium,neque curuum,vt patet.xi.q.iij.non licet,& tale ſequendũ,
vt no.infra eod.§.ſi vero.& iunge quod no.ſ.de arbitr.cum olim
[Patris tui] ideſt quæ nomine patris tui formata erat. vnde vide-
tur iſte Rex fuiſſe falſarius qui in ſua moneta vtebatur caracteri-
bus alienis,argumen.ff.de fal.niſi nomine,& l.qui veluti,infra de
his quæ fi.a præla.quanto.§.abſentium. Solu.hoc locum haberet
ſi monetam feciſſet cudi nomine patris ſui.hoc tamen non facie
bat,ſed tantum veteri vtebatur,ſecundum Goffr.Tu dicas,ꝙ iura
allegata non habet locum in moneta,ſed inſtrumentis,nec enim
refert vtrum nomine filii,vel patris moneta cudatur, vel quæ fi-
gura ponatur dummodo altera non falſetur, nec alicui præiudi-
cium generetur.vnde & Papa mandat huic Regi, quòd monetã
cudi faciat etiam nomine patris ſui , vt infra eod.§.ſi vero legiti-
2 mam, † nec etiam ſemper ſtatur inſcriptioni. C.de reli.& ſump.
2 *Iuramenta præſtita in eccleſiæ detrimentum non ualent.*
3 *Omnia punienda non ſunt in hoc mundo.*
4 *Accuſator peccat,non tamen repellitur.*
5 *Omne peccatum mortale,non deponit.*

## CAP. XXVII.

SIcut noſtris. [Vacante] quo tempore ni-
hil fuit immutandum, vel in
nouandum, infra ne ſe.va.c.j.& per totum,ſecundũ
do.n.[Ipſius].ſ.eccleſię.[Et epiſcopus]qui nunc eſt,
ſed tunc canonicus,vt & ſequitur , ſic.s̃.de reſcrip.eam te.[Cum
eis].ſ.canonicis.[Minoribus]& minori officio, quia tunc cano-
1 nicus, & nunc epiſcopus,vt s̃.præmiſit. & eſt,ar.†ꝙ canonici nõ
ſunt cogendi,vt promoueãtur ad ſacros ordines, quod dic,vt no.
s̃.de æta.& qua.q̃ris.& de of.archipres.c.ii.[Iuramenta quædam]
ver.ex his,q̃ hic dicũtur,& quæ.j̃.ſequũtur, poteſt colligi clericũ
in mortali peccato conſtitutũ ad epiſcopatũ promotum nõ eſſe
deponendum,ad idem ſupra de renunc.niſi cum pridem.§.pro-
pter conſcientiam,& §.perſonę.Quod quidam dicunt eſſe verum
in peccatis leuibus,quæ & ſi impediunt,nõ tamen deiiciunt iam
promotum.l.diſt.quicunque.lxviij.diſt.cap.j. Quod autem incau
ta iuratio leue peccatũ ſit,apparet ex leui pœnitentia,quæ in hoc
caſu annum non excedit.xxij.q.iiij.qui ſacramento.Secus in ma
gnis,& publicis criminibus,quia propter illa bene deponetur. Et
quæ ſunt hæc no.ſupra de temp.ord.ex tenore.& c.fin. ſm do.n.
quod dic,vt no.j̃.§.i.ſuper verbo.pœnitentiam [Fecerunt] vt qui
cunque de ipſis fieret epiſcopus illa teneretur ſeruare, ſed non va-
luerunt,tum quia vacante ſede nihil poterant in detrimentũ epi
2 ſcopi ordinare.j̃.ne ſede vac.c.j.& fin.tum †quia non valent iura-
menta præſtita in eccleſiæ detrimentum, vt ſe.j̃.eo.§. [Et j̃.] hoc
eſt quare petijt dictus epiſcopus ſibi & epiſcopali iuris per nos ſa
lubriter prouideri,quod facit Papa in ſequentibus[Pro iuratione
incauta] ij pars,quia nõ debuit aliquid iurare,quod crederet ver-
tere in eccleſiæ detrimentum,vel alterius cuiuſcuuque, alioquin
deficit tertius Comes.ſ.iuſtitia.de quo leg.& not.s̃.eo.c.prox. §.Ia-
cobus.verſic.& tunc [Imponi] creditur enim ei in eo,quod con-
tra ſe eſt,non in eo, quod contra alium. vnde & quantum ad id,
quod alios tangit de hoc mandatur inquiri,vt ſequitur.ſic.ff.de in
te.act.de ætate.§.j.xiiij.q.i.§.j.& not.j̃.eo.cum contingat.§.fi.cum
in alterius [Pęnitentiam] vnius anni cum temerarium fuerit iu
ramentum. quod dic,vt no.ſupra eo.cum quidam.in fi.& ſic pa-
tet,ꝙ aliquis in mortali exiſtens aſcendit ad epiſcopatum,nec p-
motus taliter propter hoc remouetur. ſic ſupra de tempo.ord.ex
parte.l.diſt.quicunque,quod ſic poteſt reſpondere,ꝙ hoc ideo eſt,
quia nec ad hoc agebatur,ſupra de ordin.cogn.cum dilectus.§.fi.
Aliàs cõtra in his,quæ no.ſupra de cor.viti.expoſuiſti.& s̃.de ſcru
tinio.c.vnico.Item committit quis in epiſcopatu mortale pecca-
3 tum,nec propter hoc remouetur,quia nec in hoc † mundo ſunt
omnia punienda.vj q.j.n omnia,ſed hoc ideo, ꝙ & in talibus ple
runque magis prouidetur eccleſiæ, q̃ perſonæ, quod dic,vt plene
no.s̃.de renunc.niſi cum pridem.§.j. verſi.propter conſcientiam.
Item cum peccato venit quis ad ordines, nec remouetur.s̃.de tẽ-
po.ord.ex parte.ſed illud ex diſpenſatione. Item peccat teſtis mor
taliter,nec repellitur a teſtimonio.s̃.de teſti.in timauit,ſed illud in
odium volentis ſubtrahere teſtem ipſum. Eſt & alia ratio,vt not.
4 s̃.de teſti.cum cauſam quæ ſuper verbo.de perſonis.†Item peccat
accuſator non tamen repellitur.v.q.j. quidem, ſed illud fit ad de-
clarandum innocentiam infamati, per libellum occultæ proie-
5 ctum. Sed ad illud,quod & hic dicitur poteſt reſponderi,† ꝙ non
omne peccatum mortale deponit,ſicut patet xxxv. di.epiſcopus.
xlvij.diſt.epiſcopus.v.q.iiij.in loco.& hoc peccatum non fuit gra
ue, ſed leue reſpectu alterius periurij. vnde & datur hic pœniten-
tia vnius anni tantum.xxij.q.iiij.qui ſacramento.cum in alio de-
tur pœnitentia ſeptennis,vt no.s̃.eod.cum quidem.in fin.& ideo
non deponitur hic.lxviij.diſt.c.j.xlviij.diſt.quicunque.Cęterum ſi
graue fuiſſet peccatum etiam poſt promotionem ſuam depone-
retur,ſi hoc occultaſſet in promotione.xxxiij.diſt.c.fi.lxxxj. diſt.ſi
quis ſine examinatione,& c.quicunque,quia in hoc caſu debuit
procedere ſm c.ex pœnitentibus.l.diſt. ſm Goffr.& iunge, quod
no.s̃.de teſti.cogen.præterea, & in aliis remiſſionibus ſuperius al-
legatis.s̃.de tẽp.ord.ex tenore.& c.fi. [Quia non iuramenta] ver.
ſic.j̃.de his,quę fi.a ma.par.ca.c.i.§.pen.quod dic,vt ibi no.¶ Man
damus] iij. pars [Canonicis] quia per ipſos melius veritas ſciri po
teſt.s̃.de teſti.veniens.ii.in fi.ſi.s̃.de offi. Archid.c.fi. de teſti.cog.
c.fin. [Inquiras] quia nec epiſcopo niſi aliter probetur in præiudi
cium alterius eſt credendum.vj.q.ij.ſi tantum.& c.placuit.& no.
s̃.§.prox.ſuper verbo.imponi.Et eſt hic expreſſum,ꝙ etiam in ci-
uilibus poteſt iudex ex officio in modum inquiſitionis proce-
dere,ſupra eo.ad noſtram.ij.ſed hoc eſt ratione pacti,vt & ibi no.
& ſupra de iudi.nouit,ſupra de offic.ord.cap.j. [Et ſi ea] ver.quæ,
ſcilicet ſuperius ſunt expreſſa [In damnum epiſcopalis] ſic patet,
quòd vacante eccleſia canonici nihil poſſunt diſponere in præiu
dicium epiſcopalis menſę.xiii.queſt.ij.ſi qua de rebus.& no ſupra
eod.reſpon.j.nec redditus ipſius minuere,quod ſi attemptare præ-
ſumpſerint,epiſcopus inſtitutus hoc poteſt,& debet in ſtatum pri
ſtinum reuocare,cum & alienatio etiam in dubio ſit prohibita ,
infra de rebus eccle.non alien.vt ſuper,nec in hoc etiam factum
prædeceſſoris ei legem imponit,vt patet infra de rebus eccle.non
alien.epiſcopi.in fin.& de procurat.cap.ij.in fi.& de donat.c.ij.in
fin.vbi de hoc, nec ipſum in tali caſu poſſet aſtringere iuramen-
tum,tamen quia non iurauit tanquam epiſcopus, ſed tanquã ca
nonicus,argumẽ.ff.quorum leg.l.j.§.quod ait pretor,& ſupra de
electio.venerabilem. §.fin. vbi de hoc.nam quandoque facit ali-
quis tãquam alius & alius, vt ſupra de elect.cum inter vniuerſas.
in fi.& cap.cum inter canonicos.§.ij.& iij. tum quia iuramẽtum
ipſum nõ potuit aſtringere,& ſi tanquam epiſcopus hoc iuraſſet,
vt patet ſupra §.prox.verſ. quia non iuramenta.& xxxv.q.ix.quod
quis commiſit.xxij.q.ij.non liceat.j̃.de reb.eccl.non alien. ſi quis
præsbiterorum. xij.q.ij.certe,ſupra de elect.noſti. & c.ꝙ ſicut.§.fi.
SVM-

*S V M M A R I V M.*

1 *Auctores periurij eſſe non debemus.*
2 *Quod contra leges fit pro infecto habetur.*
3 *Iuramentum turpe,uel contractus non ualet.*
4 *Iuramentum in quibus non ualeat.*
5 *Infans quis dicatur,& an poſſit obligari.*
6 *Ius commune per ſacramentum non excluditur.*
7 *Quilibet chriſtianus iuramentum ſeruare debet.*

## CAP. XXVIII.

a CVm contingat. [a][Conſentiant.]firmãdo proprio iuramento
ne vlterius contraueniant.[Ac ſoluto]&c.vt ſequi-
tur.[Ne contra].ver. alienationem ſic factam.[Sa-
cramento]quod poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis, & ideo eſt ſer
uandum.s̃.eo.ſi vero.prout.j̃.leg.& no [Ac ſoluto]. ver.nam ip-
ſo conſtante nullam actionem haberent, ſed maritus tantum,
C.de rei ven.doce ancillam.niſi in caſu.C.de iu.dot.vbi. [Cõtra]
.ſ.alienationem & proprium iuramentum.[Nitantur]ipſas res
alienatas petẽdo,quas eis publice intereſt ſaluas fore.ff.ſo. ma.l.j.
[Vtrum hoc]ver.ſ.venire ſic contra proprium ſacramentum,&
& ſic petere res alienatas.¶Nos autem].ii.pars.[Reſpõdemus]
ꝙ mulieres ipſe &c.vt j̃.ver. mulieres.[Secundum legitimas].ff.
de fundo.do.lex Iulia.inſti.quibus ali.licet, vel non in prin.C.de
rei vx.acti.l.vnica.§.fi.[Sanctiones]excluſis canonicis,alias con-
tra cũ de mente legum ſit ꝙ in talibus ad canones recurramus,
& ſm ipſos non ſm leges iudicemus,vt patet.C.de ſum.tri.l.fi.in
auth.quomodo oportet.eo.rñ.j.col.j.& de mand.princi.§.ſi vero
canonicum.colla.iij.& vt cleri.ap.prop.e.§. ſi vero eccleſiaſticũ,
coll.vj.& de ec.ti.rñ.j.coll.ix.& in his quę no.s̃.de teſti.in omni,
ad fi.¶Ne tñ] iij.pars.[Contingat]quia plerũq; contingeret, ꝙ
voluntarie iurarent ſcientes, ꝙ poſſent venire ꝯ, & ſic omnino
deierarent.Sic no.ꝙ plerũq; ius ſtatuitur, vt via præcludatur fig-
mentis,vt & j̃.de diuor.quanto.§ pe.vbi de hoc.[Periuriis]quia
per iura quæ periuria puniunt non debet via periuriis aperiri.C.
1 de indi.vidui.tol.l.ij.†nec debemus eſſe auctores periurij.§.eod.ſi
vero.§.i.in fi.C.ſi aduerſus ven.l.j.[Seruare debent]Contra id,qđ
hic dicit,ſignantur multa contraria,nam ſecundum vtriuſq; iu-
2 ris regulã,†quòd contra leges fit,habendum eſt pro infecto,vt pa
tet.x.di.vides.C.de legi.non dubium,& vbi principale non tenet,
nec acceſſorium.s̃.de fide inſtru.inter dilectos.§. cœterum.in fi.
cum ſuis concord.talis etiam ꝯctus a iure damnatus eſt,vt patet
in concord.ſig.s̃.eo.§.ſuper verbo.ſm legitimas, quõ ergo iuꝛm
ei dabit alicuius roboris firmitatem,non vr̃, quia nec valet iuꝛm
præſtitum contra iura,vt patet in eo, quod legi. & no.s̃.e.ea te.&
c.ad noſtram,& c.venientes.& c.ſicut. nec eſt vinculum iniqui-
tatis.xxiij.q.iiij.inter cœtera.s̃.e.quanto.§.j.ver.quoniam.Nec ſuf
ficit reſponſio,ſi dicas,ꝙ ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis.s̃. eo.ſi
vero,quia illud fallit in temerariis iuramentis,vt s̃.eo.ſicut ex li-
teris,& c.cum quidam.§.vnico. Fallit etiam quãque & ſi temera
rius non ſit,vt.s̃.eo.quemadmodum,& c. quintauallis. & vbi ſpe
futuræ numerationis iurauit aliquis ſe ſoluturum certam pecu-
niæ quantitatem.C.de non nu.pec.indubitati,quia & illud habet
tacita conditionẽ,ſicut multa alia.s̃.e.quemadmodum. rñ.j.ver.
3 non obſtante.†Nec valet iuramentũ ſi ſit turpe,vel ꝯ bonos mo
res,ſiue etiam ꝯ leges.ff.de le.j.ſi quis inquilinos.in fi.ff.de manu.
te.ſi quis libertatem.ante fi.ff.de pac.iuriſgentium.§. item ſi quis
4 pactus ſit.†Nec vbi quid immoderatũ præcipitur.s̃.e. quintaual-
lis.ff.de oper.liber.ſi libertus. Vel cum aufertur libertas teſtandi,
ff.de leg.iij.ſi quis in principio teſtamenti. Vel vbi onerat liberta
tem,ff.quarum rerum.acti.nõ da.l.j.§.qui onerande, vel cum ei,
qui iurat non ſeruatur fides.j̃.eo.c.j. Vel cum ſeruus ante manu-
miſſionem iurat præſtare operas.ff.de manu.teſta.l.ſeruum teſta
mento.Vel vbi indicitur ei perpetua viduitas.ff.de iure pa.adige-
re.So.lex cõſiderauit quid ſit vtile corpori & honeſtum . vnde &
dicit,ꝙ expedit mulieribus dotes fore ſaluas,vt inueniant cũ qui-
bus nubant,ff.ſo.ma.l.j.canon vero conſiderauit vtilitatem aĩæ,q̃
eſt corpori præferenda,vt C.de ſacroſanc.ec.ſancimus.xii.q.j.pręcipimus.Vel dic,ꝙ tunc demum iuramẽtum præiudicat mulie-
ri quando ei aliunde poteſt conſuli, vt C. ad Vell.ſiue a me,ſm
Io.Vel dic,ꝙ q̃uis iuramentum de ſui ſiue principalis obligatio-
nis natura non ſit obligatorium,tamen quia ſine iactura animæ
& aliqua turpitudine ſeruari poteſt,ſeruandum eſt , vt ſic conſi-
deretur potius acceſſorium,q̃ principale. ſicut alias.s̃. eo.debito-
res,vbi de hoc.nec obſtant contraria ſupra ſignata, quia intelligi
poſſunt in his,quæ prohibitionis perpetuam cauſam habent.ſe-
cus in hac alienatione,quæ non habet cauſam perpetuam.nã ſi
mulier ſecundo conſenſerit,& renunciauerit,de cętero eſt exclu
ſa,vt in dicto auth.ſiue a me,& no. j̃. de contrahen.emp.perue-
nit,non eſt ergo mirum,ſi tantum operetur iuꝛm , quantum &
ſecundus conſenſus ſimplex,& eſt.ſi.huic.j̃.de pigno.ſignificãte.
vbi innuit a ꝯrio ſenſu,ꝙ iuꝛm firmat pactum legis commiſſo-
rie,q̃uis a iure alias ſit reprobatum.C.de pac.pig.l.j.& ſm T.& B.
Quinimmo non obſtant.l.ꝯriæ, quæ & in talibus canonibus cõ
deſcendunt,vt patet in eo,quod no.s̃.eo.ſuper verbo.ſanctiones;
& ideo tenet hoc iuꝛm,quia nec in alterius redũdat præiudiciũ;
& ſine diſpendio ſalutis æternæ ſeruari põt,vt hic dicit in fi.Quo-
rum mente conſiderata Imperator ſtatuit ſimile ius in alienatio
ne rei minoris dummodo pubes ſit.C.ſi aduerſus ven.l.j.& auth.
[Sacramenta puberum ſponte facta ſuper contractibus rerum
ſuarum non retractandis præcipimus inuiolabiliter obſeruari,ꝑ
vim aũt,vel iuſtum metum etiam a maioribus maxime ne quę
rimoniam maleficiorum faciãt commiſſorum extorta, nullius
eſſe momenti iubemus]& ſumitur hęc auth.ex.l.Frederici.in li.
feudo.poſt ti.qui debeant ſuccedere in feud. hac ædictali lege.§.
fi.ex qua,& hoc ius puto ſumi,& conſiderato, ꝙ dicit autẽ.pube-
† rum†idem eſt & de impubere doli capace,ſm id, quod le.& no.
5 j̃.de delic.puc.c.j.§. fi.rñ.j.nã & talis periurare poteſt.†Infans autẽ
qui non intelligit ꝙ agit non obligatur,vt ibi no. & ſic poteſt in-
telligi.xxij.q.v.paruuli.& c.pueri. [Sponte.] ſecus ſi vi vel dolo,vt
hic & ibi.[Super contractibus rerum]etiam immobilium qua-
rum alienatio alias nulla eſt ipſo iure,niſi ex cauſa fiat ſeruata ſo
lennitate iu.C.de prædiis mi.ob æs.& no.s̃.de reſti.in inte.conſti-
tutus,& extra.d.n.de rebus.ec.non ali.dudum.li.vj. Quid ſi dece-
ptus eſt vltra dimidium iuſti precij?Dicunt Doctores ꝙ tunc illa
ratione poteſt venire contra,vt aut cõtractus reſcindatur,aut iu-
ſtum precium ſuppleatur.j̃.de contrahen.emp.c.penul. quia iu-
6 ramentum ipſum ſolummodo repręſentat maiorem &, † ideo
per ſacramentum non excludetur ius commune,ar. C. de tran-
ſac.ſi ex falſis,cum nec de illo cogitatum doceatur.s̃.e.ad noſtrã.
& quid ergo ſi iurauit,ꝙ nec iſta ratione, vel alia veniret contra?
Seruandum eſt iuꝛm,vt hic,& ibi.Quid ſi donauit,& iurauit,nõ
reuocare?Super hoc eſt diſſentio : tu tamen dicas ꝙ ſeruandũ eſt
iuꝛm.Et breuiter, ſm cano. quibus ſtandum eſt in hac parte,in
7 omnibus his & ſimilibus rr̃,†debet ſeruare iuramentum quili-
bet chriſtianus,niſi per papam fuerit abſolutꝰ, vt hic patet, & ibi,
& C.ſi aduerſus ven.l.j.& s̃.eo.ſi vero, & c.debitores [Per vim au-
tem]ver.[Vel iuſtum metum].s̃.quod me.ca.abbas.Vel dolum,
vt in c.hoc,quam qui allegat probare debet ſaltem ex perſpicuis
indiciis.ff.de proba.quotiens.§.qui dolo. C.de dolo.dolum.quod
dic,vt no.in ſumma.eo.ti.§.qũo.ſub §.papa etiam.ver.ego ſic in
telligo,& ſequentib.Quid ſi minor,vel mulier iuret,ꝙ nihil alie-
nabit,nec alienationi conſentiet,niſi ex cauſa rationabili proba-
ta coram iudice,& ipſo auctorizante,& ſi hoc fecerit, reuocabit
iuxta poſſe,demum conſentit alienationi & iurat, ꝙ non veniet
ꝯ?Dicas,ꝙ primo ſtandum eſt iuramẽto , vt patet.j̃.e.intellecto,
& in eo,quod leg.& no.s̃.e.veniens.in fi.[Maxime ne quærimo
niam &c.de hoc dic,vt no.s̃.eod.quemadmodum.§.fi. [Nullius
momenti]quantum ad effectum,quia papa remitteret, vel for-
ſan ordinarius in hoc caſu,quod dic,vt no.s̃.eo.ſi vero.& c.j.Re-
uertaris ad textum Decre.[Cum in alterius] ver.puta creditorũ
ſi enim in eorum præiudicium vergeret,ſecus eſſet, vel ſi verge-
ret in præiudicium eccleſiæ.s̃.eo.c.ij.vel in præiudicium regni.j̃.
eo.intellecto.vel cuiuſcunq; alterius.s̃.e.venientes, ſm d.n.& ar.
C.de eman.nec auus.j̃.de ſta.mo.in ſingulis.§.porro.cũ ſuis con
cord.Quatenus ergo rem priuatam,ſeu familiarem tangit ſacra-
mentum ſponte præſtitum inuiolabiliter,& cum effectu aſtrin-
git,vt hic patet,& no.s̃.e.quemadmodũ.§. fi. quia quilibet poteſt
his,quæ pro ſe introducta ſunt renunciare.j̃.de regu. ſtatuimus,
quod dic,vt no.s̃.de ſo.compe.ſi diligenti,ſed in alterius pręiudi-
cium non aſtringit,vt hic,& no.s̃.eo.ti. venientes.§.j.in fi.& c.ſi-
cut noſtris.§.pro iuratione.ſic.xiiij.q.ii.§.j.ff.de interro. ac.de æta
te.§.j.[Nec obſeruata]ver.[In diſpendium]. ſi.s̃.eo. ſi vero,vt ibi
notatur.

A D D I T I O N E S.

a ¶Pro materia huius c.vide,quod pulchre ſcribit Chriſto. por. inſti.qui.
alie.licet,vel non.in prin.& vide multas remiſſiones per apoſtil. ad Pa-
nor.hic.

† Puberum tex.hic inſertus vſque ad verbum cum in alterius, eſt tex.auth.
ſacramenta puberum hic allegatæ.

*S V M M A R I V M.*

1 *Omne bellum regulariter iniuſtum eſt.*
2 *Iuſtum bellum,quod dicatur.*
3 *Vocati ad bellum iuſtum,uel iniuſtum,an agere poſſint contra uocantem ad expenſas,& damna paſſa.*
4 *Caſus fortuiti non ſunt imputandi.*
5 *Euentus belli uarius eſt.*
6 *Mandans tenetur mandatarium ſeruare indemnem.*
7 *Quod inueniſti,non reddidiſti,rapuiſti.*
8 *Exceptio culpe non impedit proſecutionem actionis de dolo,uel criminis.*
9 *Dolus dolo compenſatur.*
10 *Qui delinquunt debent luere perſonas ſuas.*
11 *Actio furti,uel cui bonorum raptorum ui competat.*
12 *Caſus fortuiti infiniti ſunt.*
13 *Qui partitur lucrum,partiatur,& damnum.*
14 *Nemo niſi rationalis mortalis poteſt excommunicari.*

CAP.



## CAP. XXIX.

SIcut. [Si conſtiterit]quod conſtat eo ipſo,ꝙ non
conſtat ꝯrium,ſic C.qui mili. nõ poſ. ſuper
1 ſeruis.li.xij.j̃. de his quæ fi.a præ.ea noſcitur.§.j. †rr̃
enim omne bellum iniuſtum eſt & damnatũ,vt pa-
tet.C.de acti.& ob.negantes. C. de gladiatoribus.l.vnica.li.xj.j̃.de
pur.vulg.c.j.& ij.cum ſuis concor.& patet per multas auctorita-
tes.xxiij.q.i.§.j.& q.iij.§.j.Vel dic,vt no.j̃.ſup ver.mouit. [Iniuſte]
ſecus ſi iuſte.xxiij.q.v.dicat aliquis,& de hoc no.j̃.de homi.ſicut
2 dignum. †Quod autem ſit iuſtum bellum, [a] & quando liceat ali
a cui iuſte alium impugnare.no.s̃.de reſti.ſpo.olim.ſm d.n. Tu au
tem dic de hac materia,vt plene no.in ſumma de treu.& pa.§.qđ
ſit iuſtum bellum,& extra.d.n.de homici.pro humani.§.fi. & in
ſequentib.gl.[Bellum]quia.ſ.ſine cã rationabili, ſiue auctoritate
iuris, vel iudicis propria temeritate . ſic pro maiori parte fit tota
die,vnde tenentur ad reſtitutionem,vt hic ſequitur, quia cenſen
tur prædones,ſiue latrunculi hinc,& inde.ff.de ca.& poſtli.re.ho
ſtes. niſi vbi alterutra partium ſe defendendo dat damnũ,hoc.n.
omnia iura permittunt,ff.de iuſti.& iure,vt vim,& hic innuit in
verbo ſequenti,dummodo defendens non excedit modum,quẽ
intelligitur excedere,ſi aliquam violentiam infert,qua omiſſa iꝰ
defenſionis ſibi ſaluum erat ad arbitrium boni iudicis,quod dic,
vt no.s̃.de reſti.ſpo.olim.j.in fi.& extra d.n.de ſen.ex.dilecto.rñ.j.
li.vj.[Mouit]quod.s̃.dicit conſtiterit, poteſt determinare verbũ
præcedens iniuſte,& eſt ſenſus.ſi conſtiterit, ꝙ bellũ iniuſte mo-
uit,& tunc non incumbit probatio aſſerenti bellum fuiſſe iniu-
ſtum,ſed illi,qui dicit iuſtum,& eſt ratio,vt & ibi no.& quia talis
aſſerens debet negans potius dici , nam qui aſſerit, iniuſtum ne-
gat iuſtum,& qui hanc aſſertionem negat,dicit ipſum eſſe iuſtũ,
& ſic dicenti incumbit probatio non neganti , ff. de proba.ei qui
dicit,quod dic,vt no.s̃.de renun.ſuper hoc.& de elec. bonæ.j.§.ꝯ.
Sed poteſt determinare hoc,quod hic dicit mouit, & eſt ſenſus ſi
conſtiterit, ꝙ bellum mouit.q.d.quando agitur de reſtitutione,
damnorum in libello dato totũ facienda conſiderari, & inquiri
oportet,qui ſuit ille, qui primo mouit bellum , quia illi eſt totũ
imputandum il lud,quod in illo conflictum eſt commiſſum,vt
patet C.de vi pu.vel priua.quoniam multa facinora. ff.ſi quadr.
pau.fe.di.l.i.§.cum arietes.ff.ad l.Aqui.ſi ex plagis.§.j.ad fi.ibi cul
pam enim &c.ff.de bo.liber.qui cum maior.§.ſi libertus,ff.de iu-
re fiſci.l.ij.& ſm hoc bene dicit,ſi cõſtiterit,quia niſi is, qui iſtud
aſſerit.de hoc fidem faciat,nulla condemnatio ſequi debet , vt ff.
ad legem Aqui.ſcientiam.§.cum ſtramenta.Si igitur conſtet , ꝙ
aliquis bellum mouit,tenetur ad reſtitutionem , ſed hoc intelli-
gendum qñ iniuſte mouit,quod ſemper prima facie præſumi-
tur,vt no.s̃.ſuper verbo,ſi conſtiterit,ſed ideo iunxit iniuſte , quia
ſi is, qui mouit bellũ vult probare ꝙ iuſte ipſum mouit in nul,o
tenetur,imo facit ſua omnia occupata.xxiij.q.v.dicat aliquis, &
q.vij.ſi de rebus.ff de acq. re.domi.naturaliter. §. fi.& ſic intelli gi
poteſt,ff.de cap.& poſtl.re.l.v.§.in pace.quod dic,vt no.extra.d n.
de homici.pro humani.§.fi.ver.penul.ſuper ver. diffi datus.lib. vi.
& in ſeq.glo.& hoc iudicium ratione pacis,& peccati ad eccleſiã
ſpectat,vt hic patet,& s̃.de iudi.nouit.§.j.& fi.& s̃ de treu.& pa.c.
j.& ij.vnde & dicit lex, ꝙ ſi contingat præſidem ſubditum lędere,
eſt ſuper hoc ad epm recurrendum, vt in Auth.vt diſ.iudi.§.ſi tñ
contigerit.coll.ix.[Vt vniuerſa per huiuſmodi violentiam occu
3 pata].No.ꝙ vocati, †vt auxilium præbeant ad iniuſtũ bellum fa
ciendum,nunq̃ habent actionẽ mandati,vel aliam ꝯ vocantem
ad impendia.vel damna eis hac occaſione contingentia,quia in
re turpi obligatio non ꝯhitur, inſtitu.man.§.illud quoq;.ff.man
da.ſi remunerandi.§. rei turpis,& l.ſi mandauero. §. qui ædẽ.vo-
cati aũt ad iuſtum bellum actionẽ mandati habent ꝯ vocãtem.
Niſi cauſa pietatis,vel humanitatis,ſiue parentelæ hoc faciãt, ar.
ff.de nego.geſt.Neſennius.xxiii.q.iii.non inferenda,& c.ſequẽti-
bus.Vel niſi ad hoc ex debito teneantur,xi.q.iii.ſi dominus,& c.
Iulianus.De quibus vr̃,ꝙ ſi ex debito teneantur,excuſantur ſi ini
micis damnũ dederint, niſi notorium eſſet bellum iniuſtum , vt
in d.ca.Iulianus.nam in dubio obedire tenentur,xi.q.iii.quid er-
go.xxiii.q.i.quid culpatur.Vr̃ etiam,ꝙ licet vaſalli teneãtur adeſ-
ſe domino,præſtando ei conſilium,& auxilium,ne lędatur.xxii.
q.v.de forma, non tamen etiam milites vocati tenẽtur ire cum
armis in eorum ſeruitio,vel pro eis aduocare, vel conſimilia ſer-
uitia facere,niſi ex ſpeciali pacto ad hoc ſint obligati,cum nõ te-
neantur ad numera perſonalia cum ſumptu,vel ſine ſumptu,ni
ſi ex pacto,quod dic,vt no.j̃.de immu. eccle. non minus.vel niſi
in caſibus, qui ponuntur in vſibus feudorum,vel conſuetudine,
vel alio iure ſpeciali,ſm d.n. Tu vero dic de hac materia,vt not.
j̃.de feud.c.i.& in ſumma eo.ti.§.quid ſit fidelitas.Contra id aũt,
quod diximus vocãtem teneri vocatis ad damna, quæ propter
hoc incurrunt,vbi eſt iuſtum bellum,ſic poteſt opponi, quia,ſci
4 licet hæc damna caſualia ſunt,†caſus autem fortuiti nõ ſunt im
putandi.j̃.de homici.Ioannes.cum ſuis concordantiis.Sed dicas,
ꝙ hoc verum eſt,qñ præuideri non potuerũt, vocatus autem be
ne potuit iſtos caſus fortuitos præuidere,imo ſcire debuit , quod
5 †varius eſt euentus belli.& nunc hunc,nunc illum cõſumit gla-
dius.ij.Reg.xi.g.Et ꝙ certum eſt , ꝙ vix aut nunq̃ poſſunt milites
venire cũ armis in guerris,quin magnas expenſas faciãt,& mul-
ta damna incurrant.& ſi hoc dicat ignorare ſe in lata culpa eſt,q
dolo comparatur,cum iſtud intelligant quaſi omnes.ff. de iu.&
fac.igno.l.regula.ff.de ver.ſigni.late culpe. Ergo aut non debet vo
care aut ex quo vocat cũ bene ſciat,vel ſcire debeat, ꝙ iſtud pro
maiori parte accidit,ad ſatisfaciẽdum vr̃ ſe obligare. Nec obſtat,
ff.commo.ſi vt certo.§.ſed interdum,vbi dr̃, ꝙ ſi quis commoda
uerit æquũ,vel arma eunti ad bellum,& ibi amittuntur, non cõ-
petit actio ad ea recuperanda,quia aliud eſt in mandato aliud in
6 commodato,de natura.n.mandati eſt, ꝙ† mandans tenetur mã-
datariũ ſeruare indẽnẽ,vt in ſupradicti.l. & ff. de procu.qui pro-
prio.§.litis impendia,& patet in eo,quod legitur, & no s̃.de pro-
cura.cũ pro cã,& ꝙ mandatũ de rebus proprijs mandantis gerẽ
dis,ſicut patet in præmiſſo exemplo,fit in fauorem,& ad vtilita-
tem mandantis,& in onus mandatarij , vnde non tenetur man-
datũ ſuſcipere mandatarius,niſi velit. ſed ſuſceptũ adimplere te-
netur,alioquin obligatur,vt Inſti. de man.§. mandantis tñ gra,
& §.mandatũ ſuſcipere.In commodato vero,quod gratia com-
modatarij fit,vt in præmiſſo exemplo.ſ.qñ commodo æquũ , &
arma eũti ad bellũ,agitur ad hoc , vt cõmodatario ſubueniatur,
non ꝙ ei cõmodans obligetur . Sed nec cõmodatarius tenetur,
dũmõ re commodata ad eum vſum vtatur,ad quod fuit cõmo-
data.Ideoq; ſi æqui,& arma eunti ad bellũ cõmodata in eodem
admittantur,non tenetur commodatarius,nec ẽt conductor ad
emendã,quæ ſic ea conduxit , cũ & locator ſuſpicari potuerit,&
debuerit hoc euenire poſſe. ff. loca.& conducti. ſi quis domũ.§.
hoc ſubiungi.& l.ſi merces §.vis maior. Sed dices eodem modo
vr̃ imputandũ vocato ad bellum,ſi veniat,& expenſas faciat , vel
æquos & arma amittat , quia & pſcire potuit hoc euenire poſſe.
Rñ.verum eſt.Sed & ſciebat, ꝙ & de natura contractus erat,vt a
vocante,ſiue mandatore per actionem mandati impendia ſua
& dãna recuperaret,& ideo ſub hac ſpe ſecurius veniebat,ff.man
dati.inter cauſas.§.impendia.& l. qui mutuam.§. fi. Sed & loca-
tor debet eſſe contentus mercede ſua . vnde nec tenetur condu-
ctor,dummodo nec in dolo,nec in culpa reperiatur.ſir̃r nec cõ-
modatarius niſi ſaltem etiam in læuiſſima culpa ſit.Sed conſtat,
ꝙ ille,qui ducit ęquum ad bellum,cum ipſum ad hũc vſum re-
ceperit,nec etiam in minima culpa eſt,ſm d.n. quod verum eſt
ex eo ſolo,ꝙ ad bellum ducit,ſi tamen ipſum ęquum , vel male
cuſtodiui adaquando eũ cum nimis calidus eſſet,vel non coope
riendo ipſum,vel non dando ſibi auenã ſufficiẽtem,vel alio mõ
propter quod equus deſtructus, vel mortuus eſt , vel quia trãſiuit
per locum euidenter periculoſum non prænunciando hoc ei,q̃
ipſum vocauerat,& quæ forſan prouidiſſet ei de ſecuro cõductu,
in his caſibus & ſimilibus certum eſt, ꝙ in culpa deprehenditur,
& ideo ei imputãdum eſt,ff.commoda.ſi vt certo.§.j.& §.ſed in-
terdum & mortis,& ſeq.& l.in rebus.rñ.j.& §.j.& ſeq. & patet in
eo,quod no.in ſumma.§.& in quantum . In bello autem iuſto,
quod fit ex edicto principis,& liberi homines capti ſerui fiunt ca
pientium , & in eorum dominium res tranſeunt occupate.ff.de
capti.& poſtli.re.hoſtes.ff.de ver.ſignifi.hoſtes.Si vero non fiat ex
edicto principis,ſed alias ſit iuſtum , puta quia fit ad defenſionẽ,
vel proſecutionem iuris ſui.diſtinguendum eſt,vtrum is,qui ta-
le bellum agit iuriſditionem habeat ſuper illos,quibus guerram
facit,& ſi contumaces ei ſint & rebelles poteſt ſtatuere, & conce
dere,ꝙ liceat vnicuiq; res ipſorum inuadere,& capere, & ſuas fa-
cere,& liberos homines capere, & detinere quouſq; ſibi.i.domi-
no fuerint aſſignati,vt no.j̃.de ſentẽ.excommu.a nobis, ſm d.n.
& tales poſſunt dici potius obſides,q̃ captiui.& ſm hoc poteſt in
telligi.ff.de leg.iii.l.j.rñ.j.& §.j. Sed & ſine aliqua cõſtitutione põt
tales rebelles,ſi terram ſuam inuaſerint , & in eam damnum de-
derint punire,& damnare,C.vbi de cer.a oportet auth. qua in ꝓ-
uincia,& patet in eo,quod legitur,& no.j̃.de rap.c.i. Si autem is,
qui tale bellum gerit,nullam iuriſditionem habeat ſuper eo pro
quo bellum geritur,& tamen iuſte pugnat,puta quia alius inua-
dit ipſum,& ipſe ſe,vel res ſuas defendit,tunc licet ei vim repelle-
re,& in repellẽdo hominem percutere,& etiam occidere, ſed cũ
moderamine inculpatæ tutelæ,quod dic, vt legitur,& no.s̃.de re
ſti.ſpo.olim.i.ad fi.tunc nec bona aduerſarij, nec ipſum aduerſa-
rium poſſet capere,nec capiendo ſua facere,nec etiam inuaſorẽ
detinere,cui tamen inuaſori , ſi tunc in ipſa inuaſione ſpolietur,
vel verberetur actio vi bonorum raptorum,& etiam iniuriarum
denegatur,quia exceptio paris criminis obſtat ei.j̃. de adul.intel-
leximus,vbi de hoc,ſed bene poteſt res , quibus ſpoliatus eſt ven-
dicare , quarum remanet dñs, ſicut prius, ff.de rei vendi. in vim
actio.Sed quid ſi tu tenes equum meum,& ego repeto,quem qa
mihi

A D D I T I O.

a ¶Iuſtum bellum.Adde quid dicatur iuſtum bellum. item quis poſſit in-
dicere bellum.item vtrum requiratur,quod diffidatio ꝑcedat, & de mul
tis aliis ad materiam.vide plene per d.Ab.& eius apoſtil.hic.

mihi reddere denegas,violenter tibi aufero, nunquid dabitur ti-
bi actio contra me vi bonorum raptorum? Videtur, ꝙ ſic,arg.ff.
quod me.cau.extat edictum.Sed contra,quia adeo deliqueras tu
qui meum mihi reddere denegas ſicut & ego, quæ te ſpolio,qa
non multum intereſt iniuſte detinere ac inuadere alienum,vt
7 dicit concilium generale.ſ̃.de reſti.ſpo.ſepe.& dicit Augu.†Quia
ſi quod inueniſti non reddidiſti,rapuiſti.xiiij.q.v.ſi quod inueni-
ſti.ergo vr̃,ꝙ ſi in hoc caſu agis contra me, obſtat tibi exceptio
paris criminis,vt dictum eſt.Sol.circa diuerſa ſunt hæc delicta,&
ideo non compenſantur,ſm d.n.Sed & q̃uis inuadere, & retine-
re alienum parificentur, hoc tamen intelligitur in foro animæ,
vt dicit dicta conſtitutio ſæpe.Secus in iudicio contentioſo,in il-
lo enim non punitur detinens ex ſola detentione,nec etiam co-
gitur reſtituere rem alienam, niſi probanti intentionem ſuam,
C.de rei vendi.l.fi.C.de probat.actor.Inuadens ergo ex ipſa inua-
ſione,& punitur & reſtituere cogitur,C.vnde vi.ſi quis in tãtam,
xv.q.vj.c.j.Sed & is qui detinet in contentioſo foro potius negli-
gens,vel culpabilis iudicandus eſt.q̃ delinquens. is vero,qui inua-
dit vere delinquens & criminoſus eſt.De culpa autem ſiue negli
gentia non admittitur compenſatio ad delictum,quod culpæ p̃-
8 ponderat,ff.ad legem Aqui.ſi ex plagis.§.j.Sed ſm d.n.†exceptio
culpæ non impedit perſecutionem actionis de dolo, vel crimi-
nis,ff.ſol.matri.ſi mora.Alij dicunt & melius, ſm d.n.ꝙ qñ ſpo-
liatus ſuum ſpoliatorem ſpoliat,& ſi vtriq; contra alterum actio
vi bonorum raptorum, & etiam iniuriarum competat, obſtat
tamen alterutri exceptio compenſationis in quantum alterius
9 ſpolium, vel iniuria poterit æſtimari.†ſic.n.intelligitur, ꝙ dolus
dolo compenſatur,& ꝙ paria crimina mutua cõpenſatione tol-
luntur,ff.de dolo.ſi duo.j̃.de adult.c. penul.& fi. Adeo ꝙ non ſo-
lum pecuniaria compenſantur,quinimmo & redditio debiti cõ
iugalis,& repetitio,ac receptio dotis,& donatio propter nuptias,
& ſic intelligitur,ff.ſol.matri.viro atq; vxore.j̃.de adulte.intellexi
mus.Quo autem ad pœnas temporales,vel etiam ſpirituales, ſi-
ue etiam pecuniarias,quæ applicantur fiſco nulla fit compenſa-
10 tio.imò omnes & illi tm̃, † qui delinquunt debent luere pœnas
ſuas,vt patet.C.de mõ mulc.per totum,& in eo, quod legitur,&
no.j̃.de his quæ fi.a maio.par.ca.c.ij.Sed quid dices in ſupradicto
caſu vbi.ſ.aliquis nobilis vocauit alios amicos ſuos, vł etiam ſuos
ſubditos ſed liberos,vt venirent ad eum cum armis,& iſti venien
tes ſpoliati ſunt equis & aliis quæ portabant,nunquid huic man
datori dabitur actio vi bonorum raptorum contra ſpoliatores?
Videtur ꝙ ſic,quia mandatoris ipſius intereſt ipſos non ſpoliari,
cum ad ſatisfactionem teneatur eis actione mandati, vt no.ſ̃.ea.
glo.in prin.ver.contra id autẽ.& ſequentib. Tu tamen dicas con
trarium,& hoc ea ratione,quia res ablatæ non erant in bonis,vł
de bonis mandatoris.Alij aũt q̃ dño,vel poſſeſſori,vel detentori,
vt eſt depoſitarius,vel commodatarius,& ſimiles,vel aliquod ius
habenti in re,vt eſt ille,cui res eſt pignori obligata & ſi nondum
11 tradita,†non datur actio vi bonorum raptorum,vel etiam furti,
ff.vi bono.rap.l.ij.§.in hac actione non vtiq; ſpectamus,& ſequẽ-
ti,ff.de præſcrip.ver.ſi tibi rem.§.ſi quis in ſponſionis.ff.de furt.l.is
cui.& l.ſi is,qui rem commodaſſet.Homines ergo ſpoliati ſingu
li agere debent.Eſt tamen contra,arg.j̃.de iniu.c.penulti. ſed ibi
ſoluitur.Et idem vr̃ ſi etiam mandator eis expreſſe, promiſiſſet,
ꝙ ipſos ſeruaret indẽnes.ff.loca.quæro.In his aũt caſibus,& ſimi
libus expediens eſt conſilium, vt mandator ſatisfaciat ſpoliatis,
ſed ante ſatisfactionem cedi ſibi faciat actiones. ſic enim agere
poterit contra ſpoliatores.C.man.l.penul.in fi. Poſt ſolutionem
aũt non prodeſſet facta ceſſio niſi etiam de ipſa faciẽda antea cõ
ueniſſet,ff.de ſol.Modeſtinus.Quid ſi mandaui alicui ciui ianuẽ
ſi,ꝙ mihi faceret ædificia in inſula mari circũdata,puta in Sardi
nia,vel Sicilia.& mandatarius volens implere mandatum recol
legit ſeruos ſuos,& materiam ad ædificandum neceſſariam,pu-
ta ligna,calcem,ferramenta,& ſimilia: quæ tamen iã prius præ-
parauerat,& habebat non ob hanc cãm,ſed ob aliam, & omnia
hæc mittit per mare pro mandato ædificij adimplendo, & nau-
fragio pereunt,nunquid tenetur mandator ſatisfacere mandata-
rio de prædictis?Rñ.non,quia hæc amiſſio nõ mandatori ſed ca-
ſui eſt potius imputãda & ita poterunt hæc omnia perire domi
ſicut & in mari.licet per mare nauigantes pluribus caſibus ſub-
iaceant,q̃ domi remanentes,& ſic poteſt intelligi.ff. mandati.in-
ter cauſas.§.non omnia.& ſi aliud diceretur dummodo per vnũ
paſſum p̃dicta portari feciſſet,& fulgure, vel alio caſu periiſſent,
teneretur mandator,quod abſurdum eſt dicere, vel ſentire.Si ve-
ro hæc emiſſet,vel pecuniam mutuo accepiſſet,vel prædicta ſibi
empta vendere omiſiſſet propter prædictum mandatum ędifi-
cij adimplendum,& hæc caſu fortuito amiſiſſet,tunc bene tene-
retur mandator actione mandati,etiam ſi eodẽ modo apud mã
datarium periiſſent,probantur hæc.ff.de cõdi.cau.da.ſi pecuniã,
§.fi.ff.manda.ſi procuratorem.§.fi.& l.ſeq.§.item Papinianus,&
§.item Labeo ait,& l.ſi quis alicui.§.impendia.& l.qui mutuam,
§.fi.ff.de negõ.geſt.ſed an vltro.in hoc enim caſu nõ propter for
tunam tantum hæc amiſit, ſed propter mandatum, quia nunq̃
hęc emiſſet,vel pecuniam mutuam recepiſſet,niſi propter man-
datum adimplendum. Sed dices idem video, & in primo caſu,
quia niſi mandatum præceſſiſſet, nunq̃ mandatarius prędicta
mari expoſuiſſet,& ſic non amiſiſſet.Rñ. & ſi duo pręmiſſa ſunt
12 vera,tamen de tertio non es certus,†quia infiniti ſunt caſus for-
tuiti quibus hæc domi retinens amittere potuiſſet.puta incẽdio,
rapina,furto,& multis aliis.tot enim ſunt,ꝙ nec dici nec nume-
rari poſſunt,C.de vſufru.l.penulti.circa medium. C. de præſcrip.
xxx.an.l.fi.ante fi. In ſocietate tamen ſecus eſt, in qua obligatur
ſocius in caſu fortuito,ſi conſocius ferat ea, quę nunq̃ portaſſet,
niſi ad negociandum iuiſſet.ff.pro ſocio. cum duobus. §. quidã,
& eſt ratio,quia ſocietas propter vberiorem quæſtum fit, & quaſi
fratres participant ſibi lucra ſocij,vnde & damna participare de-
bent.ff.pro ſocio.coiri ſocietatem ibant,& l.cum duobus.§.Papi-
13 nianus,alias eſt lex & incipit.ſi fratres.& §. ſequentibus.† Aequũ
eſt enim,ꝙ qui partitur lucrum partiatur,& damnum, ff.de reg.
iu.ſm naturam.Quidam tamen dicunt idem ſeruãdum eſſe in-
ter mandatorem & mandatarium,ſiue prius ſuas,ſiue ob hoc de
nouo emptas res amiſerit,ꝙ vtiq; vrbanum eſt, & æquum.imò
videtur,& iuſtum,dummodo caſus fortuitus talis ſit,quem non
incurriſſet,niſi mandatum recepiſſet,vt in prædictis.l.ſi pecuniã,
& aliis ſuis ſi.inductis.ſ̃.eo.glo.ver.ſi vero hęc emiſſet,& ſequenti.
Si autem talis ſit,qui etiam ei domi contigiſſet, vel contingere
potuiſſet,tunc non tenetur mãdator,& ſic poteſt intelligi. ff.mã-
da.inter cauſas.§.non omnia.ſm d.n.cuius eſt magna pars men
tis totius huius glo.& adde,ꝙ no.de hac materia.j̃.de hęreti.excõ
municamus.j.§.ſi vero dominus,per totum.[Reſtituat]. cum dã
nis & intereſſe.arg.j̃.de iniur.olim.ſ̃.de reſtit.ſpol. grauis.ſ̃. de fo.
compe.dilecti.§.fi.& quia non dimittitur peccatũ &c. j̃. de vſur.
tue.§.j.in fi.xiiii.q.vj.c.j. [Conquerenti] .i.denuncianti ne videa-
tur iuramenti de quo ſequitur tranſgreſſor.ſ̃.eo. quemadmodũ,
§.fi.dic,vt ibi no.vel non iurauerat de non quærendo, ſed ꝙ redi-
ret in vinculis,vt no.in ſeq.glo.[Eum].ſ.conquerentem. [Iurõ].
ab eo forſan ne ſuper his querelã exponeret extorto, ſic in auth.
ſacramenta puberum.no.ſ̃.c.proxi.§.fi.ſm Goſ. vel vt rediret in
vinculis,quod melius eſt abſoluentes ad quid. nam & ante hanc
abſolutionẽ querelam expoſuit,& ſic vr̃ deieraſſe.ſed reſpõde, vt
no.ſ̃.eo.ſuper verbo.conquerente. Quid ſi nollet abſoluere?Rñ.
nihilominus ab eccleſia abſolueretur, quod dic,vt no.ſ̃.eo. ſi ve-
ro,& ca.debitores,& c.j.& in ſeq.§. ¶ Quia ſi acquieſcere].ii.pars.
[Noluerit].monitioni,quia ipſum non vult abſoluere, quod po
teſt,vt no.ſ̃.eo.quintauallis.§.fi.[Si præmiſſa].ſ.ꝙ mouit bellum,
dic,vt ſ̃.no. & hęc clauſula ſemper eſt ſubaudienda rł̃r in reſcri-
ptis.vel conſimilis,vt legitur,& no.ſ̃. de reſcrip.c.ij. [Excommu-
nicationis].ſententiæ,quod ſequitur,& ſic patet, ꝙ perſona excõ
14 municatur non locus, ſed interdicitur, vt ſequitur, † nec aliqua
creatura poteſt excommunicari niſi rationalis mortalis,vt patet
xj.q.iij.nemo epiſcoporũ.& ca.audi.& in eo, quod legitur,& no.
extra d.n.de ſen.excom.cum medicinalis. §.& hęc eadem,& ca.
Romana.§.fi.li.vj.ſed nec rationabilis niſi ſit baptizata, vt patet
in eo,quod legitur, & no.j̃. de diuor.gaudemus.§.j.ver.& in præ-
miſſis,& de vſur.poſt miſerabilem.& c.quanto. [Supponentes].
ꝙ ſi hoc non prodeſt, dic, vt no.ſ̃.eod.rñ.j.ſuper ver.abſoluentes.
¶ Iuramentum].iii.pars.quod fuerit hoc iuramẽtum neſcimus,
ſed pone,ꝙ Io.promiſerat dare. H.c.li.ſi ipſum nõ offenderet, &
ille.H.promiſit,& forſan iurauit non offendere dictũ Io. & nihi-
lominus ipſum offendit,nõ tenetur ergo dicto H.reddere centũ
libras.[Si de aſſenſu].conuentionali hinc, & inde,qa vterq; pro-
miſit alteri aliquid dare,vel facere,vel adimplere, vel non facere,
ſeu non impetere.[Eum non ligat].quia non ſeruanti fidem nõ
eſt fides ſeruanda,quod dic,vt legitur,& no.ſ̃.eo. quemadmodũ,
rñ.j.& §.j.& c.iii.§.nec tu.arg.cõtra.xxxiii.q. v. quod deo.ſed illud
non tangit hoc,ſm B.concordat autem huic.j̃.de ſimonia. dile-
ctus filius R.j.j̃.de pœnis.conſtitutus.j̃. de cenſi. cum olim.[Ne-
gligit].cum quod promiſit poſſit facere,& non facit,& ideo dẽie
rat, & infamis fit. nec aliquod emolumentum debet habere ex
conuentione quã frangit. C. de tranſac.ſi quis maior. ſecus ſi nõ
negligat,ſed ipſum neceſſitas, vel aliud iuſtum impedimentum
excuſat,vt patet in eo,ꝙ legitur,& no.ſ̃.eo.breui.Hoſt.

SVMMARIVM.

1 *Ius canonicum eſt diuinum.*
2 *Quicquid iuris promulgat Papa,Deus intelligitur promulgare.*
3 *Leges ſunt per ora principum diuinitus promulgatæ.*
4 *Omnis perſona,& omnis terra libera eſt.*
5 *Nullum allodium in eccleſiaſticis reperitur.*
6 *Deus bonos,& malos iudicabit.*
7 *Dyabolus plus poteſt habere in perſonam clerici,quam laicus.*

CAP. XXX.

1 NImis. [Diuino].i.eccleſiaſtico, ſiue canonico,&
ſic patet,ꝙ†ius canonicum eſt diuinum,&
de hoc no.ſ̃.de iuramẽ.calum.c.j.§.præterea. ver.nos
itaq;. nam & a diuinis ſcripturis tractum eſt,vt patet
2 j̃.de accuſa.qualiter.ij.in princip. &†quid iuris promulgat Papa,
Deus,cuius vicarius eſt,intelligitur promulgare,vt patet.ſ̃.de trã-
ſla.epi.c.ij.rñ.j.ver.non enim.& qui ei dedit poteſtatem interpre
tandi etiam diuinas ſcripturas,vt patet.j̃. qui fil.ſunt legi. per ve-
nerabilem.§.rationibus.vnde & interpretationi ſuæ potius ſtan-
dum eſt circa ſolutionem decimarum integram,& alia dubia,q̃
magiſtrorum,vt patet in eo,quod no.j̃.de decimis.in aliquibus,
ſ̃.de poſtula.præla.c.j.§.nec valet. Sed idem videtur poſſe dici de
3 iure ciuili.†nam & leges ſunt per ora principum diuinitus pro-
mulgatę.xvj.q.iij.c.fi.C.de præſcrip.l.fi. Sed non obſtat, quia lar-
go modo hoc verum eſt,porro ſtricto modo, & p̃prie loquẽdo,
de ſolo papa hoc verũ eſt,& quia nec Imperator ſicut papa Chri
ſti vicarius eſt generalis.[Vſurpare].qa nec ad ipſos hoc ſpectat,
vt legitur,& no.j̃.de rebus eccle.non ali.c.fi.j̃. de immu. eccle.nõ
minus,& c.aduerſus.[Cum viros].ver.[Eccleſiaſticos]. ſiue reli-
gioſos,ſiue etiam ſæculares.ſ̃.de offi.ordina. licet. [Temporale].
ergo a contrario ratione temporalium tenentur facere fidelita-
tem principibus etiam religioſi epiſcopi,& etiam hominium,ſi
hoc feudum requirat,ſ̃.eo.veritatis,vbi de hoc. aliter autem per-
ſona non ſubeſt.ſ̃.de maio.& obe.ſolitæ.§.j.ver.ꝙ autem, & no.
ſ̃.de iudi.nouit.[Ab eis].i.nihil recognoſcentes quouſq; conui-
cti ſint,ar.j̃.qui Fil.ſunt legi.per venerabilem.§. j. & ſic patet hic,
ꝙ non eo ipſo,ꝙ aliquis habet temporalia infra regnum alicu-
ius,ſiue prouinciam tenetur fidelitatem ei facere, & ſi tempora-
lia teneat,niſi & ipſa ſe habere a Rege,vel alio terræ domino in
feudum recognoſcat.Sed contra.xvi.q.j. omnes baſilice,vbi pro-
batur, ꝙ eo ipſo, ꝙ eccleſia ſita eſt infra Dyœce.alicuius proba-
tur ſubiecta epiſcopo.Sol.aliud hic & aliud ibi. Ratio diuerſita-
tis hęc eſt,quia non pręſumitur res feudalis,niſi probetur, cum
4 & multa alodia ſint, & † a iure primęuo omnis perſona, & om-
nis terra libera eſt.niſi in quantum violentia eſt illata,vt patet In
ſti.de iure natu.§.ius autem gẽtium.& de libertinis.§.j.Geñ.xlvij.
f.Ex eo tempore vſque in pręſentem diem in vniuerſa terra Ae-
gypti regibus quinta pars ſoluitur, & factum eſt quaſi in legem,
abſq; terra ſacerdotali,quæ libera ab hac conditione fuit.i. remã
ſit,quia & omnes illę antea liberę fuerunt, & tangitur hoc.j̃.de
immu.eccle.non minus.Ideoq; non ſequitur,ꝙ omnis res tem-
poralis ſit feudalis.Eo autem ipſo, ꝙ conſtat aliquam eccleſiam
eſſe in diœceſi conſtat ipſam eſſe ſubiectam epiſcopo,quia & de
iure communi ſub diſpoſitione ipſius eſt.x.q.j. regenda, & mul-
5 tis aliis capitulis. † Nec in eccleſiaſticis eſt aliquod alodium repe-
rire,quid enim eſſe dictu,ego teneo hanc eccleſiam tanq̃.alodiũ
etenim non patitur ius canonicum, ꝙ aliqua perſona eccleſia-
ſtica acephala ſit.xciij.diſtin.nulla ratione.Et ex quo perſonæ ſub
iectæ ſunt multo fortius,& res.xij.q.j.præcipimus. Sed nec ratio-
ne ipſius fiet homagium.j̃.de reg.iur.c. fi. & idem poteſt dici in
temporalibus non quo ad aliquam ſeruitutem,niſi probetur in-
terpoſita,vel annexa.j̃.de cenſi.licet, ſed quantum ad iuriſditio-
nem,& ſic poteſt intelligi.ff.ad municip.incola. & quo ad ſingu-
las res in aliquo vico,vel caſtro poſſidentes,ff.de cenſi.forma.§.ſi
vices.ff.de publi.Imperatores.C.vbi in rem actio.l.fi.ff.de offi.præ
fec.vr.l.j.§.cum vrbem.Secus quo ad poſſidentem ciuitatem,vel
caſtrum infra aliquam prouinciam, & de conſuetudine appro-
bata omnimodam iuriſditionem totius caſtri habentem, maxi-
me ſi nomine alterius ſuperioris hęc poſſidet & pręſcripſit, arg.
j̃.de pręſcrip.cum ex officij.nã tale caſtrum cum territorio po-
teſt inſolidum ad talem dñm pertinere, & dicetur prouincia,ſi-
ue territorium per ſe.ar.ff.de ver.ſig.pupillus.§. territorium. ff. de
iuriſdi.om.iudi.l.fi.j̃.de ver.ſig.cum in partibus.§. fi. nec obſtat ſi
Imperator concedat aliquam prouinciam,infra quam ſitum eſt
dictum caſtrum,quia non pręſumitur ius alterius dare,arg.C.de
emanci.nec auus.ff.ne quid in loco publi.l.ij.§.ſi quis a principe,
& §.merito, & maxime vbi vterq; ab Imperatore priuilegium
habet.nam tm̃ facit ſpeciale priuilegium quo ad quędam tantũ,
quãtum generale,quo ad multa.ſ̃.de offi leg.ſtuduiſti.ff. pro ſoc.
actione.§.renunciare. ff. de admi.tu. ſi duo.in fi. Quinimmo &
regulare eſt, ꝙ ſemper per ſpeciem generi derogatur, ff. de regu.
iur.ſemper.ſ̃.de reſcrip.c.j.Quid ergo erit ſi princeps,grauet ſub-
ditos,vł alias delinquat?Dic,vt no.ſ̃.c.proxi.rñ.j. ſuper verbo.mo
uit.in fi.glo.Et iuncto hoc in ſumma de pręſcri.ſub rubri.de prę-
ſcrip.rerum immobilium.§.exiguntur.ſub.§.quartum.ver.in re-
bus vero temporalibus,& ſequentibus.de aliis dic, vt ibi no. [Ad
pręſtandam]. ver. [Fidelitatis]. quam nec debent facere clerici
regulariter,niſi in caſibus,vt no.ſ̃.e.nullus.Epi autem vaſalli prin
cipum ipſos reuereri tenẽtur ratione feudi & fideles eſſe.ſ̃.de ma-
io.& obe.ſolite.§.j.xviii.diſt.epiſcopus.ſ̃.de offi.delega. paſtoralis,
§.fi.rñ.j.¶ Quia vero].ii.pars.[Apoſtolum]. Roma. xiiii.a.[Ser-
uus ſuo domino]&c.ſic.ij.q.j.multi.in fi. [Aut ſtat, aut cadit].ſi
ſeruus Dei ſit ſtat. ſi dyaboli cadit. Primus ſtat remunerandus a
Deo.Scd̃s cadit a diabolo puniẽdus. iudiciũ tñ Dei eſt in vtroq;.
6 †quia & bonos & malos iudicabit, vt patet.ſ̃.de ſumma trini.c.j.
7 §.fi.†Sed diabolus malorũ eſt executor, quos habet ſubditos ex
quo ſibi ſunt iudicati.Laicus aũt aliquam perſonam clerici iudi
care non poteſt,nec remunerando,vt patet.ſ̃. de conſti.eccleſia,
nec puniendo.ſ̃.de iudi.at ſi clerici.ſ̃.de foro compe. ſi diligenti,
& c.ſignificaſti.vbi de hoc.Ergo patet, ꝙ nec ſeruus layci eſſe po-
teſt,& per conſequens liquet,ꝙ diabolus poteſt habere in perſo-
nam clerici plusq̃ laicus. [Sacri auctoritate prohibemus conci-
lij].ver.ſ.gñalis,vt patet in ſupraſcriptione. [Ne tales].nihil tp̃ale
ſe a principibus tenere in feudum recognoſcẽtes, vt no.ſ̃.e.rñ.j.
ſicut ibi no.& j̃.c.j.ver.j.[Cogãtur].Quid ſi hoc fiat?dic,vt j̃.e.c.j.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum quandoque pro parte tenet,& pro parte non.*
2 *Perſona loquens excepta intelligitur in generali ſermone.*
3 *Prima caritas incipit a ſe ipſo.*
4 *Conſpiratores qualiter ſunt puniendi.*

CAP. XXXI.

PEtitio. [Vacãte].iõ minus debuit valere, quod
agebatur,quod dic,vt no.ſ̃. eo. ſicut no-
ſtris.[Princeps].verſi. [Extorſit]. precibus importu-
nis,vel ẽt metu,qui potuit cadere in conſtantẽ, alias
.n.ſecꝰ,vt no.ſ̃.e.ad noſtrã,ſm d.n.Hoc igitur, ꝙ dicit extorſit in
vitiũ ſonat,qa nec p̃ſtari debuit, vt patet.ſ̃.e.c.p̃xi.& c.& ſi.Chri-
ſtus.§.Iacobus.ver.cũ ad iurãdũ.& c.cũ ↄtingant.§.fi.ver. mulie-
res,p q̃ iura vr̃, ꝙ iur̃m nõ tenuit, & ar.j̃.de priuile.cũ olim.xxxj.
ij.Lotharius.xv.q.vj.c.j.Tu tñ dicas,ꝙ licet p̃ſtari, vel exigi nõ de-
a buerit,tñ p̃ſtitum tenuit[a].ſi.ſ̃.c.queãdmodũ.§. ꝙ ſi poſt hmõi qa
ſine interitu ſalutis ſeruari põt.ſ̃.e.ſi vero.& c. cũ contingat.in fi.
Quinimmo in ipſius ↄ̃rio interitus ſalutis apparet,vt.xi.q.j.ↄiura
tionũ.& c.ↄſpirationũ, per q̃ patet, ꝙ ſine aliquo iur̃o debebant
ab hmõi abſtinere,& iõ q̃tum ad illud tenuit iur̃m, & non quo
1 ad alia,vt patet.j̃.§.j.Et ſic probat hic,†ꝙ iur̃m qñq; pro parte te-
net,& pro parte non,vt hic,& ſ̃.de maio.& obe.dilecti.xxii.q.iiij.
inter cœtera.Sic & ſñia,vt legitur,& no.j̃.de teſtis. Raynaldus,&
c.Raynucius.§.fi.Et factũ alicuius.j̃.de p̃ben.dilectus. [Contra ip
ſum].ſ.principẽ.[Et j̃.]hoc eſt,q̃ritur vtrũ,& ad quid ſacr̃o hmõi
ſint aſtricti,& hoc declaratur in ſe.§.vt ibi no. ¶ Interp̃tatione].
ij.pars.[Declaramus].ſ.nos papa.ad quẽ ſolũ ſpectat interp̃tatio,
& declaratio dubij ſacr̃i.ar.hic,& ſ̃.eo.q̃to.& j̃.de eccle.ædifi.§.fi.
& eſt exp̃ſſum.ſ̃.de elec.venerabilẽ.§.pe.Et eius auctoritas intelli
gitur eſſe excepta a quolibet ſacr̃o, qđ dic,vt legitur,& no.eo.ve-
nientes.§.fi.[Ac ẽt ſpecialibus].ver.[Veſtris].ſ.hoĩbus, & multo
fortius pro ſeipſis.ar.in eo,ꝙ legitur,& no.ſ̃.de vſu pal. niſi ſpecia
lis.& j̃.e.gl.& ſic licet aliquis ſit aſtrictus alicui ſacr̃o ipſum iuua-
re,vel offendere,exceptũ intelligitur ius ſuũ,& ſue eccleſię,& ſuo
2 rum,vt hic patet, & arg.ſ̃.de poſtu.c.fi.vbi de hoc.†Quia in gñali
ſermone intelligitur excepta p̃ſona loquẽs, ff.de ſena.l.j.§.j.ſt.loc.
q in inſulã.§.fi.vbi de hoc.C.de ſolu.inq̃ſitio. C. de ↄſti.pec.auth.
ſi ita.nec intelligitur qs ↄcedere,ꝙ ſpecialiter non eſſet conceſſu
rus,ar.ſ̃.de offi.lega.niſi,& c.ꝙ tranſlationẽ, cum ſuis concor.Et
eſt ar.ad q̃ſtionẽ dñicã,ꝙ ſi iurauero tibi tradere caſtrũ, vel turrẽ
3 meã ↄ̃ omnẽ hominem,non tamen hoc faciam ↄ̃ me,†nã or-
dinata charitas incipit a ſeipſo.me ergo pre omnibus aliis debeo
diligere,vt patet.xxiij.q.v.ſi nõ licet, & ſ̃. de vſu pal.niſi ſpecialis,
cũ ſuis ↄcor.vñ & primo tibi facias eleęmoſinam.deinde & pro-
ximo.de pœni.diſ.iij.ſane cauẽdum.Arg.ↄ̃.ff.de pac.cũ in eo eẽt,
ff.de neg.geſt.ſi pupilli.§.fi.ff.ſi ſerui.ven.alterius,ff. de ↄdi.indebi.
frater a fratre.in auth.vt diſ.iudi.§.ſi vero refutauerit.coll.ix.ff.de
pigno.Paulus.§.fi.ff.de ↄdi.& dem. qui hęredi.§. Plautius.j̃.de na.
ex li.ven.c.vnico.[Cõtra ipſum].ver.Hęc verba ſequentẽ interp̃-
tationẽ recipiũt,qa agebatur hoc inter eos,ꝙ apparet ex illis ver-
bis.ſ̃.e.c.rñ.j.ver.princeps timẽs ↄſpirationẽ &c.Aliud ſi gñaliter
ageretur,ꝙ in nullo negocio eſſent ↄ̃ eum,tunc.n.in negociis ec
cleſię hoc non tenerentur ſeruare.ſ̃.c.c.ii.ſed & in ſuis propriis ne
gociis deberent obtinere abſolutionẽ,ſi iuſto metu, vel dolo,vel
alia cã rationabili fuit iur̃m extortũ, vt patet in eo, ꝙ no.ſ̃.quod
metus cau.ad aures,ſm d.n. cuius eſt mens totius huius glo.Vel
dic ↄ̃ ipſum.ſ.principem,& q̃tum ad hanc partẽ non intelligun-
tur iuraſſe.nã & archieps̃ eccleſias ſibi ſubditas, & clericos totius
prouincie, etiam ↄ̃ literas papę defendit, ſed tamen de ſpeciali
mandato papæ hoc facit.ſ̃. de reſcrip. ad hęc ſumus. in fi. & c.ad
audientiam.ij.& c.ſeq.necnon & ſuos nuncios ſi ab aliquo infra
ſuam prouinciam offendãtur,extra d.n.de penis.Romana.lib.vj.
¶ Coercendo].iii.pars.i.abſtinendo.ſi.ar.ſ̃. de teſti.intimauit.[A
machinatione].& q̃tum ad hoc tm̃ intelligũtur iuraſſe, & tenet
ſacramentũ, quia & ſine aliquo ſacramento hoc tenentur vita-
re,vt no.ſ̃.rñ.i.ver.princeps.ſuper verbo.extorſit. [Per quã].ver.ſ.
machinationẽ perſone incurrere,vt ſequitur.[Vel amiſſionẽ ſui
principatus].qui ↄ̃ hoc fecerit, ſi laicus ſit eſt in monaſterio de-
trudẽdus.Si † vero presbyter,vel diaconus degradandus,ſm beatũ
Aug.

ADDITIO.

a ¶Tenuit.& ideo eſt ſeruandum cum, vt ſubiungit ſeruari poſſit ſine in-
teritu ſalutis æternæ ponderat etiam hic Andr.bar.in apoſtil. ad Panor.
ꝙ iſtud iuramentum emanauit ad finem licitum, & etiam tenebantur
iurare,vt non conſpirarent contra principem,ſm eum alleg.c. ſi aliquis
laicus.32.q.5.

Aug.vt in illa palea.xxii.q.v.ſi quis laicus.poſt.c.de forma,& multo fortius ſi inferior ſit. habet ergo quantum ad hæc duo virtutem,& effectum iuramenti fidelitatis,de quo dic,vt no.ſ.eo.ego.

*SVMMARIVM.*

1 *Sola fama non probat ſufficienter.*

CAP. XXXII.

glo.[Opponere].canonici.ſ.ſingulares. [Quos conſtat].& ſic nõ
ſunt in pari cauſa turpitudinis.vnde ſunt audiendi, vt in ſeq.glo.
[Obtinere].ſup hac Decre.eſt diſſenſio. Vin.dixit, ꝙ licet iſti ca-
nonici non ſint audiendi nomine ſuo, admitterentur tamen ſi
nomine eccleſiæ hoc proponerent, dummodo locus eſſet exce-
ptioni,hoc eſt.ſi hæc prębenda non fuiſſet iam collata,ſed confe
renda,ſm ea,quæ no.s.eo.rñ.j.ſuper ver. de qua. & s.eo.ver.ſuper
verbo cum exceptionem. Et T.& Io.ſcripſerunt, ꝙ nec nomine
8 eccleſiæ admitterentur. †quia quod æquum putabãt in perſonis
ſuis,non poterunt in aliis reprobare,ar.s.de conſti.cum omnes,
xix.diſt.ſi Romanorum, & qa in pari cã turpitudinis audiẽdi nõ
ſunt.xxxij.q.vj.nihil iniquius.C.de inof.teſt. in arenam.ff. de reg.
iu.cum par.j.de conceſ.præben.cum ſuper.j. de adult.c.j.& fi.cũ
ſuis concor.ſed neq; hi,qui hoc vitio carent audiri debent,ne alij
conſequantur per iſtos,quod per ſeipſos non poſſent,ar.ff.de bo.
li.quæritur.xlvj.di.ſicut nõ ſuo.ff.de admi.re.ad ci.per.l.ii. in prin.
Sed nec obſtat,xvi.q.vi.ſi epm,quia nec expedit eccleſiæ hanc ex
ceptionem proponi.imò ꝙ plures habeat defenſores,ar.ff.de no.
ope.nun.l.iiii.s.de offi.de leg.prudentiam, & ne quod denegatur
canonicis,via alia conſequantur.s.de procur.tue. cum ſuis con-
cor.Eſt & alia rõ,quia aut iſti elegerunt beneficiatos,& ſic vr̃r re
nunciare huic exceptioni,argu.s de conſti.cum acceſſiſſent.j.de
9 pręben.pro illorum.aut electi fuerunt ab eis,†& ſic iniuſtum eẽt
illos admitti,quorum non admitterentur actores.s. de teſti.licet
ex quadam,& a quibus cãm habuerunt,ar. xvj.q.iii. ſi ſacerdotes,
ff.de iu do.cum in fundo Sequitur aũt ex hoc,ꝙ & ſi reſcriptum
impetratum ab aliquo beneficiato ſufficienter,vt in alia eccleſia
recipiatur in canonicum non valeat,pro eo ꝙ de beneficio men
tionem non fecit.s.de reſcrip.ſi proponente, tamen canonici,ſi-
ue capl̃m non poſſunt excipere,vt hic,& ar.j.de præben.pro illo-
rum,& ſic obtinebit impetrans contra ipſos.plerũq;.n. datur ali-
cui actio,q̃ poſſet elidi per exceptionem, qa reus non põt excipe-
re,vt patet.ff.ſi ſer.ven.loci.§.fi.s.quod me.cau.ad audientiam.s.
ti.j.debitores.s.de elect.bonę.j.§.j.& fi.ſm G. & Io. & T.Tu dicas,
ꝙ melius ſenſit Vincen.& ꝙ maxime hi, qui non laborant hoc
vitio hanc exceptionem opponere poſſent,ſi ageretur de præbẽ-
da conferenda,ar.j.de ꝯceſ.præben.ex parte.Quinimmo & vnus
ſolus ſe poſſet opponere,ar.j.de his,quæ fi.a ma.par.ca.c.j.xii.q.ij.
non liceat.xxxi.di.Nicena.j.de re.ecc.non alie. ſi quis presbitero-
rum,ſm B.Quod intelligas verum eſſe,vbi expediebat eccleſię,ꝙ
exciperet,puta quia facultates non ſufficiebant.j.de Inſti.c.j.& c.
auctoritate,vel talis erat clericus, qui ſeruitium eccleſiæ nõ poſ-
ſet,nec ſciret facere, & oĩno inutilis eſſet, & eccleſiæ oneroſus.ſi
vero eſſet vtilis,vel neceſſarius rõne ſciæ,vel potentiæ etiam ami
corum,tunc non eſſet exceptio admittenda,ar. s. de elec.in cau-
ſis.§.fi.& c.officij.§.fi.cum ſuis concor.Illud aũt non obſtat,ꝙ ca
nonici aliquem beneficiatũ alias recepiſſent,quia licet quantum
ad illum videantur huic exceptioni renunciaſſe, non tñ quo ad
alios,ar.j.de re iudi.c.pen. Sed eſt hic argu.ꝙ hr̃e plura beneficia
non eſt mortale pctm̃,alioquin Papa iſtum ex officio repuliſſet,
ar.j.eo.exceptionẽ.s. de elect.cum nobis. olim.§.pe. poteſt tñ rñ-
deri,ꝙ aut hic vacabit primum beneficiũ, ex quo ſcdm adeptus
fuerit,aut eſt ſecum ex certa ſcĩa diſpenſatum.j.de p̄ben. de mul
ta.& c.ſuper inordinata,& de conceſ.præben. literas. vbi de hoc,
& s.de elec.dudũ.ij.§.pen.& fi.vbi de hoc.Poſſet tamen diſtingui
circa exceptionem opponendam nomine capituli, vtrum duæ
partes in hoc concordent,vel non.ſm ea,quæ no. in ſimili ma-
teria.s.de elec. cum inter canonicos.& iunge,quod no.j.de præ-
ben.cum non ignores,& adde,quod no.s.eo.§. ſuper verbo.non
poſſint.& s.eo.rñ.j.ſuper verbo.de qua.

*S V M M A R I V M*

1 *Exceptio excommunicationis proponi poteſt quandocunque.*
2 *Exceptio dilatoria in litis initio eſt proponenda.*
3 *Dilationum materia amputanda eſt.*
4 *Dilatoria ſolutionis quando ſit proponenda.*
5 *Peremptoria ante litis conteſtationem opponi,& probari poteſt.*
6 *Declinatoria fori quando proponi debeat.*
7 *Terminus ad agendum præfigitur quandocunque.*
8 *Exceptiones ſpecificande,cum proteſtatio fit de eis.*
9 *Qui in una ſuccubuit aliam exceptionem poteſt proponere.*
10 *Quæ de nouo emergunt,nouo indigent auxilio.*
11 *Actorem per ſingula momenta onerari non oportet probatione.*

CAP. IIII.

PAſtoralis. Pars.s.de reſcrip. paſtoral. [Quo-
niam propter].alias. [Per dilato-
1 rias].ſecus de peremptoriis &,†de exceptione excõi-
cationis,quæ pñt proponi qñcũq;.de his dr̃.j.c.exce-
ptionẽ B.Niſi terminus peremptorius ad ipſas proponendas aſſi-

gnatus p iudicẽ ſit elapſus,vt le. & no.s. de proba.licet.rñ.j.& §.j.
& s.de fi.inſtru.accepimus.& adde,ꝙ no.in ſe.gl.[Dilatorias].de
dilatoria exceptione ſolutionis dic, ꝙ ſi ex confeſſione actoris,vl
alio mo cõſtet,repellitur ab agendo,quia male agit.ff. qñ di.vſuf.
ce.l.j.§.fi.ff.de ver.ob.continuus.§.ij.ff.de eo,ꝙ cer.lo.l.iij.§.ſi quis
ita ſtipuletur,& induciæ duplicantur,quod dic,vt no.s.de plus pe
ti.c.vnico.§.j.ver.fi.& ſi de hac exceptione non conſtat tunc fa-
cienda eſt litis conteſta. ſuper principali quæſtione, & probatio
exceptionis vſq; poſt li.conteſta. differenda.s. de foro compe. ex
parte.extra.d.n.de litis conteſt.exceptionis.lib.vj.C.de probat.ex-
2 ceptionem. Et no.†ꝙ hæc lex nõ dicit exceptionem dilatoriam
proponendam ante litem conteſt.ſed in litis initio.i.in ipſa litis
conteſtatione,vel parum poſt. ſubaudi anteq̃ ad alios actus iudi-
cij procedatur,ar.C.de iura.calum.l.ij.rñ.j.ſm do.n.Intelligo tñ,
ꝙ multo fortius proponi poteſt ante litem conteſta.ratio autem
quare ipſam proponi oportet in initio,vel ante initium, & non
poſt,hæc eſt,quia ſi reus poſt litem conteſta.ipſam non opponat
3 per ipſam non impedietur proceſſus iudicij. †& dilationum ma
teria amputanda eſt,C.de tem.ap.l.ii.in prin. & hoc curare debet
iudex & ius,vt lites cito decidantur,ff.ſi cer.pe.quidam æſtimaue
runt.s.de do.& contu.finem.in prin.cum ſuis cõcor. Nec reus ex
hoc põt multum conqueri,ſi poſt li.conte.nõ poſſet hanc oppo
nere,qa cum tpalis tñ ſit,nõ multũ grauat,C. de pci.imper.of.l.
ij.Item quia ſm d.n.ſi ante li.cõteſta.hanc tacuit, & poſtea eam
proponat,pſumitur hoc cã differendi litẽ facere, ar. in eo,ꝙ le.&
no.j.de præſump.nullus.dubitat,vnde vr̃,ꝙ ſi qñcunq; poſt li.cõ
teſt.hæc exceptio ad noticiam rei de nouo perueniat. puta, quia
pactum de non petendo factum fuit cum procuratore ſuo in re
motis partibus,tunc agente & poſtea ſignificante ei,ff. de ver.ob.
l.fi.§.ſi inter eos.in tali caſu vr̃, ꝙ etiam poſt li. conteſt.proponi
poſſit multo magis q̃ declinatoria fori, de qua hic conceditur.j.
eo.tit.§.fi.ver.niſi forte,& s.de offi.de leg.inſinuante. Alij tamen
dicunt,ꝙ ſemp admittenda eſt hęc exceptio etiam poſt li.conte.
nec obſtat.C.de proba.exceptionem,quia non de neceſſitate,ſed
de cõſilio intelligũt ipſam loqui,ideoq; nõ eſt obligatoria,ff.mã.
l.ij.ſm d.n.Prima tamen opinio cõior,& celebrior,& verior eſt.
In hoc aũt ſm d.n.concordant omnes, ꝙ ſi per atteſtationes,vel
inſtr̃a appareat etiam poſt li.conte.ꝙ debitum ſit in diem, bene
proderit reo,quia & licet ad hoc non fuerint teſtes inducti tñ cõ
tingit negocium principale, vt no.j.de accuſa.inquiſitionis,ſm
d.n.ex quo tñ cõcluſum eſt,poſtea non poteſt inſtr̃m produci,&
teſtes minus.s.de fi.inſtru.cum dilectus.Sed & ſi ante concluſio-
nẽ de hoc cõſtiterit,& ſi male actum fuerit,nihilominus tñ,ſm
d.n.condemnabit iudex reũ ad debitũ perſoluendum iuxta regu
lam,de qua recognouit iudex &c.ff.de iudi. de qua re.s.de cõfeſ.
cum ſuper.ad fi.ſm d.n.Intelligo tamen, ꝙ ſi ante cõcluſionem
de hoc cõſtiterit,in hoc caſu iudex inducias duplicabit.s. de plus
4 peti.c.vnico.§.j.ver.fi.quod dic, vt ibi no.†Hæc etiam dilatoria ſo
lutionis, ſecundum d.n.ante li.conteſta.propoſita probanda eſt
poſt li.conteſt.fundata tamen prius intentione actoris.C.de pro-
bat.exceptionem.C.de excep.ſi quidem.Intelligas tu anteq̃ teſtes
ſint publicati alioquin contra, vt in Authen.de teſt.§.quia vero
5 multi,coll.vij.†Peremptoria vero,& ante li.conteſt.& poſt.& op-
poni & probari poteſt.C.ſen.re. non poſ.peremptorias.j.de præ-
6 ſcrip.auditis.†Sed declinatoria fori inter ipſa litis auſpicia propo
nenda eſt,& probanda.alioquin is,cui competit in perſonam iu
dicis ꝯſentire videtur,C.de iudi.ſancimus.in fi. niſi de nouo &c.
quod dic,vt no.j.§.fi.ſuper verbo. nullatenus.ab illo verbo.hanc
autem literam.vſq; in fi.Si autem ſit peremptoria principalis,vel
abſolutionis eadem declinatoria iudicij, tunc non in principio
probatur,ſed in pſecutione principalis quæſtionis differtur.s.de
fo.compe.ex parte.ff.ad exhiben.l.ii.vel.iii.§.ibidem. Niſi talis ſit,
per quam dicatur nulla ſñia ipſo iure, vt patet in exceptione rei
iudicatæ.ii.q.vi.§. diffinitiua, vel niſi ſit talis exceptio, quæ elidit
non ſolum iuriſditionem,ſed & quæſtionem pariter principalẽ,
q̃ ex reſcripto nititur impetrato,vt ſi quis obtinuerit,vt ſibi proui
deatur in aliqua eccl̃ia de p̄bẽda,vel alio bñficio cõpetenti, tunc
enim & vtile,& cautũ eſt nõ ſolũ ad declinandũ, ſed etiam ad eli
dendam intentionem impetrantis ſtatim ante li.cõte.vel aliam
rñſionẽ opponere,& pbare,ꝙ reſcriptũ eſt ſurrepticium pro eo,
ꝙ tacuit illud beneficium, ꝙ habebat. s. de reſcrip.cum adeo.&
c.poſtulaſti.& no.s.c.proxi.§.vnico.ſuper verbo,non poſſint.ver.
q̃uis,etiam contra iſtum.& ſequentibus, vel quia dixit ſe clericũ
cum non eſſet.s.de tranſac.ex literis. vel quicũq; ſit alia exceptio
legitima,quod dic,vt legitur,& no.s.de reſcr.ſi proponẽte,in hoc
enim caſu differtur probatio in principalẽ q̃ſtionem poſt li.ꝯte.
ſed ſtatim recipitur,quod ideo ꝯtingit, vel lites abbreuiẽtur, & ci-
to decidãtur, & qa pempto reſcripto q̃ſtio(quæ ex eo dependet,
& vires ſumit)perimitur principalis.Secus autem in aliis declina
toriis,vel pemptoriis,q̃ licet elidant iuriſditionem, non tñ prin-
cipalẽ q̃ſtionẽ,niſi iterum poſt li.conteſta. replicarentur,& pro-
barẽtur.Nec tñ negamus,quin in primo caſu.ſ.qñ exceptio ppo-
ſita vtrũque,videlicet reſcriptum & principale perimit.Si forſan

iudex hoc tollerat,& pars non ꝯdicit etiam poſt lit.conteſt.proponi & probari poſſit, quia nec propter hoc vitiatur proceſſus, probatur hoc in eo,quod le.& no.extra.d.n.de litis conteſt.exceptionis.lib.vj.Hoc aũt notandum,ꝙ ad petitionem illius, ꝯ quẽ excipitur,debet iudex excipienti ad proponẽdas omnes exceptiones ſuas certũ terminum aſſignare,alioquin proponendo hodie vnam,& cras aliam,& ſic de die in diem poſſet nimis differre negocium,& iõ per aſſignationem termini talis ad inſtãtiam actoris malicia refrenatur, reus aũt non obtineret ad ſuas exceptiones proponendas aſſignari ſibi terminum, imò ſi ipſum peteret, poſſet ei a iudice rñderi,ꝙ petis intus habes.nam a iure tibi cõceditur,vt declinatorias vſq; ad.xx.dies,niſi abbreuientur,poſſis ponere,& non vltra.iii.q.iii.offeratur,ſm quoſdam, vel quouſq; in iudicem ſaltem tacite conſenſeris,ſm alios,& hoc teneas, quod dic,vt plene no.j̃.de re iudi.inter monaſterium. Dilatorias vero vſque ad li.conteſta.vt ibi no.& ſ̃.eo.glo.in prin.& ver. ſeq. Quod ergo habes & tenes a iure hoc habeas,& teneas,quia a me alium terminum non habebis.debes enim venire inſtructus,nec debet tibi dari materia malignandi.Verũtamen,ꝙ reus hunc terminũ poſſit petere,videtur expreſſum.j̃.de appel.cum cauſam quæ.§.j.& §.fi.quod dic,vt ibi no.hunc autem terminum credit.d.n.præfigi poſſe etiam in peremptoriis, vt finis litium deſtinetur, &
7 †quia etiam quandocunque terminus præfigitur ad agendum, C. de ingenuis manu. diffamari. cui & aſſentimus.& ex hoc patet,ꝙ etiam reo poteſt aſſignatione peremptorij prouideri,quod
a dic,vt plene no.ſ̃.de proba.licet.rñ.j.ver.ſuper quo.Sed nunquid[a] lapſo iſto termino aſſignato poterit obiici excommunicationis exceptio? Non videtur.q̃uis alias ſemper vſque ad ſentẽtiam proponi poſſet,ſi non fuiſſet terminus aſſignatus.j̃.eo.exceptionem, ſm do.no.cuius eſt maior pars totius huius glo.Sed quicquid dicat excommunicationis exceptio proponi poteſt ante ſententiam,& etiam poſt ad executionem impediendam, quod dic,vt plene no.& le.extra.do.no.eod.titu.pia.lib.vj.& adde quod no.de hac materia.ſ̃.de proba.quoniam cõtra falſam.rñ.j.ſuper verbo.recuſationis,& ſuper verbo.exceptiones.& j̃.eod.§.fi.ſuper verbo.nullatenus,& ſequentibus.[Malicioſe].neceſſe eſt, vt remedium apponatur.ſ.extra.do.no.eod.titu.pia.lib.vi.& de reſtitu.ſpol.frequens.¶[Inquiſitioni].ii.pars. qua quæſiuiſti vtrum ad ipſas opponendas poſſit terminus aſſignari. [Decernimus].i.generalem conſtitutionem exinde promulgando dicimus,ad hoc extra d.no.de reſcrip.præſentis.lib.vj.[A iudice].qui partes citauit,ſic.n.eſt perpetuata iuriſditio,ſ̃. de offic. delega.gratum,& c.licet.q̃uis adhuc poſſit per exceptionem elidi.ſ̃.de reſcrip.ſuper literis,& de offi.de le.ſuſpicionis.Sed eſto, ꝙ anteq̃ hunc diem aſſignauerit, excipiatur contra iudicem,vel reſcriptum ad ipſum impetratũ, nunquid poteſt poſtea dictis exceptionibus hunc terminum aſſignare? Dicas,ꝙ ſic:tum quia ſuum eſt æſtimare, vtrum ſua ſit iuriſditio.ff.de iudi.ſi quis ex aliena.ſ̃.de reſcrip.ſuper literis.tum qa ſi hoc non poſſet facere,poſſet in eluſionem iſtius conſtitutionis hodie proponi vna exceptio cõtra iudicem, vel reſcriptum,cras alia,& ſic in infinitum poſſet res procedere, & cauſa plus debito prorogari, & quo ad tales dilationes amputandas, & malicioſas refrenandas poteſtatem habet iudex etiam recuſatus, vt patet in eo,quod hodie legitur,& no.ſ̃.de offi.de leg.ſuſpicionis, & extra, d.n.de appel.legitima.lib.vj.& talibus figmẽtis ſemper eſt occurrendum,vt legitur,& no.j̃.de diuor.quanto.§.penul.Nec per hoc præiudicatur excipiẽti in aliquo,niſi quia aufertur ei materia fugiendi,& negocium dilatandi, quia ad diem aſſignatam põt proponere omnes cauſas recuſationis,& contra iudicem competentes. Secundo.contra reſcriptum.Tertio.contra aduerſarium,& ꝑ ordinem ipſas proſequi poſtea prout propoſitæ ſunt,ſ̃. de proba. quoniam contra falſam.§.j.ſuper verbo exceptiones.¶[Ita ꝙ].iij.pars.[Ex tunc].ſ.termino elapſo per iudicem aſſignato,qui vim peremptorij habet,vt patet ex ſequentibus.& ſ̃.de offi. de leg.conſuluit.[Aliquas].ſ.exceptiones dilatorias. [Quas].ſ.exceptiones. [Proteſtare].ſpecialiter,& in ſcriptis.q.d.ſi forſan dicat, ꝙ habet
8 iudicem ſuſpectum ex cauſa rationabili,†vnde non vult alias exceptiones,proſequi,adminus neceſſe,ꝙ ipſas ſpecificet, & proteſtetur.ſ̃.de teſti.præſentium.nec ſufficeret,ſi diceret in genere ſaluis aliis exceptionibus meis,ar.j̃.de confir.vti.bone.ſ̃.de do.& cõtu.cap.ij.ff.de iure fiſci.ita fidei.requiritur igitur proteſtatio ſpecialis,& ꝙ ipſam exceptionem ſpecificet, alioquin hæc prouiſio nulla eſſet.[Nullatenus].ſic etiam dicit lex,ꝙ ſi aliquis propoſuit vnam excuſationem,& ſuccubuit, & vult aliam poſtea proponere,hoc faciat infra terminum competentem.Inſti.de excuſat.tu.§.quod autem,& ad hoc inuenies multa cõcor.ſ̃.de proba.licet.rñ.j.& §.j.& hoc verum eſt, quando plures exceptiones compe-
9 tentes non ſunt contrariæ, †alioquin ſi ſuccubuit in vna poteſt aliam poſtea proponere,& probare,C.de inof.teſta.contra maiores.C.qui accuſa.non poſ.l.iii.& iiii q.v.quiſquis. ff. de excep. nemo.Quod verum eſt in peremptoriis,ſecus in dilatoriis, de quibus hic loquitur.Hanc ergo literam intelligas ante li. conteſt.anteq̃ ſunt oẽs dilatoriæ proponendæ.licet & poſtea ꝓbari poſſint C.de proba.exceptionem.niſi & ſit declinatoria quæ ante li.conteſta.inter ipſa iuris auſpicia eſt probanda.j̃. de re iudi.inter monaſterium.C.eo.ti l.penul.& fi.Quia ſi quis poſt li. conteſta.dilatoriam aliquam propoſuerit in libra vna auri punitur,C.eo.tit.ſi quis aduocatus,niſi vbi de nouo incipit competere.C.de conſor.eiuſdem li.l.j.& ij.& ſ̃.de offi.de le.inſinuãte.& j̃.ſe. & adde quod no.ſ̃.eo.c.rñ.j.ſuper verbo.dilatorias.[Niſi forte].ver.[De nouo] .ſ.poſt terminum elapſum.C.de eden.argentarius.& no.ſ̃.in præ-
10 ced.glo.in fi. †quæ enim de nouo emergunt auxilio indigent.ff.de ventre inſpi.l.j.in prin.ſ̃.de iura.calum.cetera.cum ſuis cõcor.[Sibi competens].q.d.bene poſſet eſſe antiqua,ſed eſt ei noua,qa de nouo ad aures ſuas peruenit,vt & hic ſequitur, & eſt arg.ꝙ iuramento Metropolitani credi debet, ſi dicat, ꝙ de nouo audiuit aliquam eccleſiam tantum vacaſſe,ꝙ ad ipſum eſt collatio deuoluta.ad hoc.ſ̃.de ſup.ne.præla.licet.j̃. de conceſ. præben.non vacantis,quia diuerſitatem.§.ſi.[Exorta].& hoc certum ſit.alioqn in dubio iuret,vt ſequitur. [Vel].ver. ſubaudi. ſi de hoc dubium ſit.is qui voluerit &c.vel dic,ꝙ diuerſi ſunt caſus, quia.ſ̃. in proxi.ver.loquitur,de excep.noua.& quæ de nouo emerſit, hic autẽ de antiqua,ſed de nouo ad aures excipientis peruenit. Quid ergo ſi nunc audit de nouo,vel etiam poſt li.conteſta.ꝙ iudex eſt cõſanguineus impetrantis? Dixit B. ꝙ non audietur vlterius, quia imputandum eſt reo,ꝙ hoc diligenter non inquiſiuit,arg.ff.ex qui.
11 cau.ma.non enim.ff.de eden.veluti,†nec oportet per ſingula momenta onerari actorem probatione, ff. vt in poſ.le.ſi is, a quo.§.fi.& vt aliquis ſit litium finis.ſ̃. de do. & contu.finem. & quidem ſi diligenter inquiſiuit,& non inuenit,non eſt enim ei imputandum,vt patet in eo,quod legitur,& no.ſ̃.de elec.cum terra, & iõ melius videntur ſentire alij dicentes, ꝙ in hoc caſu opponi poteſt,vt hic,& ſupra de offi.de lega.inſinuante,& j̃.c.j. [Illius].ſcilicet exceptionis.& niſi in alio caſu.j̃.eod.exceptionem. quod dic, vt ibi no.

ADDITIO.

a ¶Sed nunquid.Adde de hoc dicendum,ut in cle.j.eo.ti.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicato quæ conceduntur,& quæ non.*
2 *Excommunicatus quando ad contra dicendum admittitur.*
3 *Via ordinaria quamdiu competit,extraordinaria denegatur.*
4 *Excommunicatus non appellat extra iudicium.*
5 *Excommunicatus an compenſare poßit.*
6 *Vbi maius peccatum imminet citius debet per iudices ſubueniri.*
7 *Omnia iura reſtringenda corporalia,& in corporalia.*
8 *Remotus ab actis legitimis excipere poteſt.*
9 *Reſcriptum ex certa ſcientia principis non emanat ad iudicem ſuſpectum.*
10 *Iniuriæ naſci non debent unde iura naſcuntur.*
11 *Exceptio quælibet legitima,& ſeruorum ſeruatur.*
12 *Iudex non eſt,in quo non eſt iuſtitia.*
13 *Appellatio nemini oppreſſo eſt deneganda.*
14 *Qui admittitur ad ordines,non eſt repellendus a beneficio.*
15 *Beneſidium percipere non debet qui non facit ſeruitium.*
16 *Qui ſanctus eſt in baptiſmo peccator non preſumitur.*
17 *Reconuentio quando quis admittitur,ubi non admittetur conuentio.*
18 *Quis non cogitur,excommunicato ſoluere.*

## CAP. V.

CVm inter priorem. [Priorem conuentum].agẽtes [Et nobilem virum].defendẽtem ſe.[Procuratore].verſi [Quia duos].ſ.iudices.[Suſpectos].ex cauſa legitima porrecta in ſcriptis canonice recuſauit.ſ̃.de offi.de le.ſuſpicionis.extra d.n.de appel.legitima.[Procurator].ver. [Excom
1 municationis].Circa hanc materiam dicas,†ꝙ excommunicatus nullo modo agere poteſt,quia perſonam ſtandi in iudicio in modum actionis non habet.j̃.eo.dilecti, & c.exceptionem.excipe quod legitur,ſ̃.de offi.ordi.ſignificauit.ad fi. Poteſt autem conueniri,& accuſari. ſ̃. de iudi.intelleximus, & tunc omnis ei legitima defenſio reſeruatur, quod dic, vt le. & no. infra. §. i. poteſt ergo excipere, & recuſare iudicem, vt ibi, poteſt & appellare ſi grauetur, & appellationem proſequi, & infra eodem,ſignificauerunt,& cap.fi.reconuenire autem non poteſt, vt j̃.eo.c.§.fi.& per hoc quod ibi dicitur,ne quod ad defenſionis remedium ſuſtinetur,& ad impugnationis materiam extendatur, patet quòd ſi aliquis electus petat confirmari, excommunicatus non poteſt excipere contra ipſum, alioquin defenſio ad impugnationis materiam traheretur,& quia cum extra eccleſiam ſit propter delictum ſuum,non intereſt ſua nec poteſt alij excommunicationem, vel aliud crimen obiicere, ar.xxv. diſ.primum.xxvj.di.vna tantum, quomodo enim auferet feſtucam de oculo fratris ſui, qui in proprio trabẽ portat? nullo modo.iii.q.vii.§.tria.in fi.& ca.ſeq.Nec obſtat,ꝙ paria delicta &c.ſolue enim,vt no.j̃.de adult.c.pen.Sed contra.j̃.eod.dilecti.vbi contra excipientem de excõicatione contra electum non datur replicatio. Sol. illa loquitur in neceſſario



neceſſario reo,nos autem locuti ſumus in voluntario,qui primo quàm audiatur, firmare debet perſonam ſuam in iudicio, quod facere nõ poteſt excommunicatus,is autem, qui neceſſitate reus eſt, hoc ipſo, ꝙ vocatur, intelligitur perſonam ſuam firmaſſe in iudicio,cum neceſſe habeat reſpondere.ſ̃.de iud.intelleximus.vnde & dicitur,ꝙ iudicium redditur in inuitum, ff.de verb.oblig.in inter ſtipulantem.§.j. Et idem dicendum eſt vbicunque per officium iudicis ſpecialiter nullo citato,& vocato, ſed tantum in genere expeditur,vt ſcilicet nullus excommunicatus veniens ad cõtradicendum admittatur, puta ſi quis petat reſtitutionem aduerſus aditionem hæreditatis, vbi quidem omnes, quorum intereſt generaliter ſunt vocandi, vt C.ſi quis ſe ab hæred.ab.auth. ſi om-
2 nes † tunc enim ſi excommunicatus ſe differat ad contradicendum reſtitutioni in integrum non auditur,cum voluntarie ſe offerat. Nec ob.quod dicitur j̃.§.j.verum eſt enim, ꝙ omnis legitima defenſio reſeruatur reo,vt ibi dicitur,ſubaudi neceſſario,non voluntario,vt dictum eſt. Satis tamen concedi poteſt, ꝙ ſi aliqua perſona certa ſpecificaretur in libello, vt ſi diceret minor, vel eccleſia peto reſtitui aduerſus ſententiam pro Petro contra me latam,vel quia damnoſa eſt hæreditas propter debita Petri,vel propter alia legata,quæ ei relicta ſunt,tunc Petrus veniens audiretur, cum actio videretur ſpecialiter dirigi contra ipſum, vnde & reus neceſſarius poteſt dici. Alij tamen cõtra ſentiunt,dicentes,quòd non poteſt contradicere etiam in hoc caſu. Veruntamen ſi ideo repulſus fuerit, quia excommunicatus erat, poſtea abſolutus poteſt petere reſtitutionem in integrum ad appellandum pro eo, ꝙ nec per ſe,nec per procuratorem poſſit ius ſuum defendere,dum fuit excommunicationis vinculo innodatus, arg.ff.ex quib.cauſ.maior.ſed & ſi per priorem,& per totam.& ff.de minor. Papinianus exuli,ſm d.n.Sed & ſi aduertas ſubtiliter,mirabilis eſt hæc illatio, atque ſimilitudo ſubuenitur abſenti cauſa Reipublicæ, vel alio iuſto impedimento,vt ibi,quia ſic loquuntur iura illa,ergo& impedito propter delictum ſuum. ſ. excommunicato eſt ſubueniendum.Vere hæc ratio a demonio meridiano procedit.Vel ſic ſm d.n.quia abſolutus a ſententia reſtitutionis in integrum infra decem dies poterit appellare,quia non currat ei decendium tempore excommunicationis,arg.j̃.de conceſſ.præben. quia diuerſitatem.§.ſic tamen.Verum quod illo tempore factum eſt contra ipſum tenet,nec poteſt retractari pro eo,quod vocatus non fuit,vel admiſſus, licet alius non excommunicatus ex hoc poſſet dicere ſententiam nullam eſſe,vt no.ſupra de procur.in præſentia.Prius tamen dictus magis placet,d.n. & valet reſtitutio ad appellandũ, quando aliter ei ſuper iure ſuo ſubueniri non poteſt. Alioquin ſi aliter ſubueniri poſſet non reſtitueretur, vt patet in confirmato, contra quem obijciendu crimina auditus nõ fuit, vel admiſſus. hic enim ideo non eſt reſtituendus,quia per aliam viam ordinariam ſibi prouideri poteſt.ſ.accuſando ipſum. j̃.de appell.conſtitutis.ij.§.fi. cum ſuis concord.& ideo non reſtituetur in hoc caſu
3 ad appellandum.ff.ex quib.cauſ.maior.l.j.ij.& iiij.† nam & quandiu competit via ordinaria, tunc extraordinaria denegatur.ff.de mino.in cauſæ.ij.reſpon.primo.Secus forte dicendum eſt de peccato in forma, vt alibi not.ſecundum d.n. Primum dictum non
a placet[a], vt patet in eo,quod no.ſ̃.eo.gl.verſ.ſed ſi aduertas.ſed nec iſtud ſecundum,quia aut eſt caſus,in quo appellari non poteſt,& tunc non habet locum quæſtio,aut in quo appellari poteſt,& tũc non habet locum quæſtio,aut in quo appellari poteſt,& tunc currit excommunicato decendium cum non obſtante excommunicatione appellare poſſit,vt no.ſ̃.ead.glo.circa prin.Dic ergo de hac materia,vt no.j̃.eo.ſignificauerunt.§.j.ſuper verbo, omnis legitima, & ſuper verbo.ſi reſeruetur. Hic autem notandum eſt, ꝙ
4 ſm d.n. † excommunicatus appellans extra iudicium non auditur,cum appellatio ſit quaſi ad cauſam prouocatio.j̃.de appellat.cum ſit Romana.§.j.ad fi.vnde ſicut nec poteſt ad cauſam prouocare, ſic nec appellare, nec per apppellationem cauſam ad ſuperiorem diferre,quod dic,vt j̃.de appell.bonæ.§.fi. verſi.vndecima. Sed & ſm d.n.niſi excommunicatus, cuius intereſt coram iudice, vadit cum cauſa inter alios vertitur, vel cum officium iudicis imploratur,vt in caſibus ſuperioribus, etiam appellans non poterit appellationem proſequi, cum non ſit neceſſarius reus, immo nec reus, non poteſt in iudicio appellare, aliàs autem in iudicio poteſt reus neceſſarius licite appellare, etiã ſi ex alijs cauſis & ante iudicium ſit ligatus.j̃.eo.c.fi.Sed quid ſi aliquis excommunicatur extra iudicium appellauit, & poſtea excommunicatur, nunquid prædictam appellationem poteſt proſequi non obſtante excommunicatione ſuperueniẽte. Poteſt dici,ꝙ ſic ſi negocium ſit ap ſuperiorem delatum,quia poſt appellationem & ante excommunicationem grauatus fuit in eo,ſuper quo appellauit,& maxime ſi iam arripuerit iter ad Sedem Apoſtolicam veniendi,argu.iij.q.ix.re vera.Et quia generaliter dicitur,ꝙ excommunicatus appellationem ſuam proſequi poteſt.j̃.eo.c.fi.Et quia iam ceptum videtur iudicium,ſine cauſa appellationis,arg.in eo, quod legi.& no.ſ̃.de offic.deleg.gratum.& c.cauſa.§.fi.Sed contra,quia excommunicatio ſuperueniẽs impedit proceſſum reſcripti primitus impetrati.ſ̃.de offic.deleg.prudentiam.§.ſexta.Item contra.j̃.eo.exceptionem,vbi dicitur,ꝙ excommunicatio in quacunque parte litis rite opponitur, ergo & iſti qui hanc appellationem proſequũt. Sol.dicas,ꝙ ſpeciale eſt in appellatione, vt excõmunicatus ipſam proſequens admittatur,vt j̃.eo.ſignificauerunt.& c.fi.aliàs autem quando non in modum appellationis agit repellitur,vt in cõtrariis. Si vero appellaſſet,ſed ante excommunicationem nondum grauatus eſſet,& per conſequens appellatio effectum nõ habuiſſet, nec ad huc ſuperiorem negocium tranſlatum, ſiue delatum eſſet, & in hoc caſu non poſſet talem appellationem proſequi obſtante ſibi excommunicatione. Alij tamen contrarium tenent, dicentes ꝙ excommunicatus poteſt appellationem ſuam proſeq
5 indiſtincte. † Sed nunquid excommunicatus compenſare[b] po-
b teſt. Dicunt quidem,ꝙ non, ſm d.n.cuius eſt maior pars mentis totius huius glo.quod dic,vt no.j̃.eo.§.fi.ſuper verbo. materiam. Sed quid ſi epiſcopo per Papa tranſlato ad aliquam eccleſiam veniat canonicus eccleſiæ,ad quam translatus eſt,antequam ſit poſſeſſionem adeptus,& obijciat crimen ei cum infamia ad hoc, vt ab adipiſcenda poſſeſſione repellatur,trãſlatus vero replicet,quòd nõ eſt audiendus excipiens pro eo, ꝙ excommunicatus eſt, & ſic per modum replicationis vult repellere canonicum a ſua exceptione. In hoc caſu diffinitur dominus Clemens Papa IIII. quod replicatio non elidit exceptionem. Nec obſtat,ꝙ diſtinguit do.n. inter excipientem voluntarium,& neceſſarium,vt patet ſ̃.eo.glo. quia hanc diſtinctionem non a iure, ſed a capite ſuo ſumpſit, vt patet in eo,quod leg.& no.j̃.eo.dilecti.Veruntamen & ſi hanc diſtinctionẽ ſuſtinere velimus,nullus poteſt dici magis neceſſarius excipiens q̃ is,qui malum Prelatum intentat repellere,quid enim grauius, quid intolerabilius, qd periculoſius,q̃ ꝙ detur lupus loco paſtoris,& diſſipator loco tutoris, homicida loco medicis, tyrannus loco defenſoris,inimicus iudex loco aduocati. Vtique nihil, vt patet in eo,quod leg. & no.ſ̃.de elect.ne pro defectu. & c.nihil eſt.ſ̃.de reſti.ſpol.conquerente.xl.diſt.multi Sacerdotes.Sed & cũ excõmunicato reſeruetur exceptio de ſuſpecto iudice,vt j̃.§.j.verſic.j.& ij.fortius reſeruanda eſt contra ordinarium iudicem,qui ꝑpetuus eſt,q̃ contra delegatum,qui temporalis eſt,& maxime cõtra ordinarium criminoſum.iij.q.v.quia ſuſpecti.& q.vij.iudicet. cuius iudicio & voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur ſubdi-
6 tus,prout placet.xvj.q.ij.viſis.poſt medium,† vbi ergo maius periculum imminet fortius & citius debet per iura & iudices ſubueniri.xliij.diſt.quieſcamus.ff.de carbo.edict.l.j.§.iij. & ſic iudicauit dictus dominus Clemens,quando epiſcopum Viſon.trãſtulit ad eccleſiam Colubrien. quod dic,vt no. j̃.de accuſa.accedens.§.fin. [Aſtrictus].ſ.nobilis,cuius vices gerebat procurator.vnde & ſicut actor ſuus erat repellendus.ſ̃.de teſti.licet ex quadam.§.j.ver.cum ſatis.extra d.n.de offic.vicar.Romana.§.fi.lib.vj. [Exceptionis]in hoc errabat,vt patet in eo,quod leg.& no.ſ̃.eo.a nobis.ſ̃.de iudic. intelleximus. [Et j̃.] hoc eſt.queris vtrum exceptio ex parte dicti nobilis propoſita ſit admittenda.& huic reſpondet in ſeq.§. ¶Inquiſitioni] ij. pars [Nobili] quamuis excommunicatus ſit [Legitima defenſio]Hic manifeſte patet,ꝙ excommunicatus poteſt excipere & defendere ſe in iudicio,ſiue exceptio ſit realis, quæ defendit cõuentum in eo,ſuper quo conuenitur,vt ſunt peremptoriæ,quæ rei cohærentes dicuntur.ff.eod.tit.exceptiones.§.rei. ſiue perſonalis,quæ in perſonam iudicis eſt opponenda, vt recuſatio, vt hic. Et idem in omnibus declinatorijs iudicii,ſiue opponantur contra reſcriptum ſuper literis,vel ratione priuilegij.ſ̃.de fo.compet.dilecti,vel ratione iuris ſcripti.ſ̃.de reſcrip.nonnulli. vel rõne temporis.ſ̃.de fer.c.fi.vel ratione loci.j̃.de appell.ex par.Sed nunquid in perſonali exceptione quæ in perſonam agentis opponit, ac ſi dicam nunquid excõmunicatus conuentus poteſt excipere de excommunicatione contra actorem,de minori excommunicatione. Planum eſt.ꝙ non.ſ̃.eo.a nobis.Sed & de maiori planũ eſt, ꝙ ſic, quæ nec per replicationem conſimilis excommunicationis tolletur. j̃.eo.dilecti.licet contrarium videatur. ſ̃.e.a nobis. in fi.a contrario ſenſu,ſed ibi ſoluit. Poteſt ergo excommunicatus quamlibet exceptionem,& defenſionem proponere. vnde & ſi grauetur,poterit appellare, & ſuper appellatione ſua literas im-
c petrare[c], & ipſam proſequi.j̃.eo.venerabilem.& quantũ ad hanc cauſam iuramentum præſtare,quod dic,vt no.ſ̃.de iud.intelleximus, & omnes excommunicantes cum eo in hoc caſu ſunt excuſari, quia quicquid facit, in damnum ſuum cedit. Sed quid ſi conuenitur ſuper eo,pro quo fuit excommunicatus iniuſte,& ipſe excipit de iniuſta excommunicatione,nunquid eſt audiendus. Dixit Io.ꝙ ſic.Nec enim tenetur reſpondere, dummodo probet ſe iniu-

ADDITIONES.

a ¶ Non placet. Adde dicendum,vt in clem.conſtitutionem,de elect.
b ¶Compenſare. Adde an excommunicatus poſſit compenſare plene, & concluſiue per do. Abb.hic,& in pen.col.verſic.venio.ad gloſſ.fina.& per eius apoſtill.
c ¶ Literas impetrare. Adde hodie bonum tex.& ibi late per Archid.Pe.de Anch.& do.in c.j.de reſcript.lib.vj.

ſe iniuſte excommunicatum fuiſſe quouſque ad communionẽ
hominum fuerit reſtitutus.iij.q ij.c.ij.& ij.q iiij.ſuper cauſa.in fin.
7 quia omnia † iura ſunt reſtringenda corporalia & incorporalia.
ij.q.ij.nullus poteſt. & iij.q.ij.ſi epiſcopus. ſm B.hoc exaudias ve-
rum eſſe ſi excommunicator agat,vel ille, qui fecit ipſum excõ-
municari.ſecus ſi alius,arg.extra d.n.de reſtit.ſpol. frequens.§.j. &
8 §.fi. Et ex prædictis no.†ꝙ excipere poteſt etiam,qui ad actibus le
gitimis eſt remotus [Et maxime. verſ. [Cum periculoſum] &c.
vt iij.q.v.quia ſuſpecti.C.de iud.apertiſſimi.j̃.de appell.ſecundo re
quiris.§.fi.[Scientia] Arg.ꝙ ſententia lata a delegato ſuſpecto va
leat retractari ſuſpicione deiecta, quia per literam nulla fuit iuriſ
dictio attributa,argu.hic.& s̃.de reſcrip.ad audientiam. Item no.
9 † ꝙ aliquod reſcriptum ad iudicem ſuſpectum ex certa ſcientia
principis non emanat.s̃.de reſcrip.cum dilecta.s̃.de confirm.vtil.
porrecta.j̃.de re iud.cum olim.§.j.verſ.poſt hæc [Committat].i.
præſumatur committere.nam bene poſſet hoc facere,ſi vellet,vt
patet s̃.de offi.deleg.ex par.ij.ſed non decet.quia ſic poſſet grauari
de facili innocens & dãnari.quod eſſet iniquum.s̃.de proba.qm̃.
10 † & quia nec debent inde naſci iniuriæ.vnde iura naſcuntur.j̃.de
accuſ.qualiter.j.& ſic continuatur ſequens.verſ.vnde in talib.&c.
[Vnde] verſ. [In talibus] ſ.exceptionibus, ſeu defenſionibus pro
ponendis,vel non [Fauor] ſubaudi vel odium ſiue conditio,ſerui
11 tutis,vel libertatis,ſed parilitas, vt ſequitur † vnde & ſeruo excep-
tio quælibet legitima reſeruatur.ff.de accuſa.hos accuſare.§.ſi ſer-
uus.& l.ſeruos [Sed ęquitas] No.ꝙ tanta debet eſſe iudicantis ęq-
tas,vt neminem grauet,nec odio,vel fauore,timore, vel pecunia
peruertat iudicium, uel aliquid faciat in grauamẽ partis alterius,
alioquin hodie grauiter punitur,quod dic,vt no.extra d.n.de re iu
di.cum ęterni.lib.vj.vnde nec ſeruo,nec excommunicato,nec ẽt
diabolo,ſi poſſet eſſe in iudicio, vel cuicunque vis alij quantum-
cunque odioſo (quantum ad defenſionem ſuam pertinet) debet
iuſtitiam denegare,nec aliquem iniuſte cõdemnare,vt hic patet,
& s̃.eo.a nobis,& j̃.eo.dilecti.dilecte,ſignificauerunt, venerabilẽ.
Aequitatẽ igitur ante oculos ſuos iudex ſemper habeat. ff.de eo,
quod certo loco.ꝙ ſi epheſi.s̃.de tranſact.c.fi.vbi de hoc [Cũ non
debeat] verſ. Claudicare] regulariter,nec in hoc caſu.vbi.ſ.excõ-
municatus conuenitur.nam ſi ageret,claudicaret.vnde nec cõue
nire poteſt,vt s̃.§.fi.in fi. Hoc autem intelligas de excommunica-
to publico.in occulto enim niſi cõuinceretur,nullo modo clau-
dicaret.j̃.eo.exceptionem.& extra d.n.eod.tit.pia.lib.vj. Licet alij
aliter intelligas ipſam.quod dic,vt ibi no.& iunge,quod not.s̃.de
arbit.c.fi.& s̃.de iud.nouit.§.j.verſ.cęterum [Iudicium] Claudica
ret autem ſi alius ꝯ priorem impetraſſet,& contrarium reſponde
mus.nam certum eſt,ꝙ prior hanc exceptionem proponere poſ
ſet [Ac ſatis] verſ. [Abſurdum] licet ſit conſonum,ꝙ pro defen
dente ſe & excipiente,actoris impugnatio repellatur.s̃.eo.a nobis
j̃.eo.dilecti [Copia] quia nec debet licere actori,quod reo non li
cet.ff.de reg.iur.non debet.s̃.de mu.peti.c.j.§.j. [Quia ſic] verſ.ſ.ſi
liceret actori impugnare.& non liceret reo defendere ſe [Abſol-
uendus] quod eſſe nõ debet.immo melius.i.minus malum eſſet
nocentem abſoluere, q̃ innocentem condemnare.ff.de pœn.ab-
ſentem [Porro] iij.pari [In cauſa abſolutionis] ſecus ergo ſi alius
ſit ſibi condemnandus,vt ſi excommunicatus agat,& alius ſe de-
fendat,dummodo publicus ſit,vt no.s̃.§.prox.ver.cũ non debeat.
12 ſuper verbo.claudicare [Iuſta] nec † enim eſt iudex,niſi in eo ſit
iuſtitia. j̃.de verb.ſigni.forus.§.in omni [Nec interdici] verſ. [Ei-
dem].ſ.reo iniuſte cõdemnato [Appellationis remedium] quia
ſicut poteſt excipere,vt dictum eſt.ſic poteſt & appellare.iij.q.ix.re
vera.j̃.eo.§.fi.ſm B.Tu dicas,vt in ſeq.interli.[Contra iuſtitiam]
alioquin ſi denegaretur,ꝙ iniuſte poſſet condemnari, alia via cõ
cederetur,quod non eſt ſentiendum,vt patet s̃.de procu.tuæ [Cõ
13 demnetur] ad † cuius remedium appellatio eſt inducta. vnde &
nemini oppreſſo eſt denegãda.ij.q.vj.c.j.ij.& iij.& c.ad Romanã.
j.& ij.& c.ideo.j.& ij,& no.j̃.de appell.cum ſpeciali.§.porro [Qua
ratione] verſ. q.d. ex quo ratio reddi non poteſt idem iuris eſt,ſi.
arg.C.de lib.præter.vel exhæred.l.j.j̃.de conſan.tua.& iunge quod
no.s̃.de reſcript.ſi quando.& s̃.de conſtit.translato [Eodemque]
conuentionis.hoc enim paſſiue intelligas,nõ actiue,vt ſequitur.
[Alia legitima] Argu.ꝙ qua ratione vnum alicui conceditur,&
omnia alia,quæ eiuſdem naturæ ſunt ei ſunt concedenda.ad idẽ.
iiij.diſt.denique,in fi.& v.diſt.ad eius.Item arg.ꝙ cui vnum conce
14 ditur, & connexum.† vnde & qui admittitur ad ordines, non eſt
15 repellendus a beneficio.s̃.de ęta.& qual.accepimus.† Sed nec de-
bet percipere beneficium qui non facit ſeruitium. j̃.de cleri. non
reſid.conquerente.j̃.de cleri.coniug.quod a te,& c.diuerſis.& qui
ſubit laborem non debet repelli a mercede.j̃.de præben.cum ſm
16 Apoſtolũ.† Sed & qui ſanctus eſt in baptiſmo nõ eſt peccator.i.
non præſumitur,in altari.j.q.j.ſicut Chriſtus.& ſic quilibet bapti-
zatus præſumitur eſſe bonus.s̃.de præſump.c.fi. [Cæterum] verſ.
[Sentimus] non enim poterit reconuenire,quamuis conueniat.
Et eſt ratio diuerſitatis [Ne quod in defenſionis] verſ.&c.Sic ha-
bes hic vnum caſum,in quo reconuentio ceſſat,ad idem.j̃.de hæ
ret.excõmunicamus.j.§.credentes.Alij no.s̃.de arbit.cũ dilectus.
dic,vt ibi no. [Suſtinetur] quo ad defenſionem, & eſt ſi.ff.de bo.
liber.qui cum maior.§.ſi libertus.ff.de accuſ.ſeruos quoque [Ad
impugnationis] quo ad reconuentionem [Materiam] quod om
nino eſt vitandum nam & lites potius reſtringendæ ſunt, quàm
laxandæ,ſupra de reſcrip.nonnulli.§,cum autem, quandoque ta
17 men admittitur reconuentio † ubi non admitteretur conuẽtio,
vt patet iij.q.viij.cuius in agendo.ff.de iudic.l.ij.§.ſed ſi agant. Sed
nunquid excommunicatus admittendus eſt volens aliquid com
a penſare [a]. Videtur,quod ſic, quia venit in cõpenſationem, quod
non veniret in petitione ſecundum leges.ſicut eſt debitum natu-
rale.ff.de compenſ.etiam. Item quia excommunicatus condem
natus poteſt,& debet ſoluere,quod videtur facere qui compẽſat,
ff.qui pot.in pigno.hab.ſi debitor.Item ſi iudex vult exequi ſuam
ſententiam,non debet hoc facere contra iura, nec in grauamen
excommunicati,qui ſe poteſt defendere,vt in ſuperioribus.Quid
ergo ſi dicat excommunicatus, domine condemnauiſtis me in
decem, & ipſe debet mihi viginti, obijcio compenſatione de de-
cem,nunquid eſt hæc compenſatio admittenda. Ita videtur om
nino,ſupra de fide inſtrum.cum Ioannes.reſpon.primo.Nam &
ſecundum quoſdam compenſatio fit,ex quo oppoſita eſt ipſo iu
re.inſtitu.de actio.§.compenſationes. C.de compenſat. l.ij & iiij.
Nec obſtat,quòd is, qui compenſat, dicitur petere, vel conſimi-
lia,vt infra verſic.ſed contra. quia & idem dicitur de excipiente,
ſcilicet quòd videtur agere. nam reus excipiendo actor efficitur.
ff.de probatio.in exceptionibus.ff.de exceptio.l.j.& tamen excom
municatus excipit, vt ſupra §.j. ſic & videtur, quòd compenſare
poſſit,& not.infra ead.glo.verſic.ſed nec obſtat,& ſequẽ.Sed con-
tra.quia quicunque agens repellitur,& compenſans.ff.de compẽ
ſat.quæcunque,& qui compẽſat petere videtur.ff.rem ratam ha-
beri.quo enim,& l.amplius.ad fi.Solut.dicunt magiſtri commu-
niter,quòd compenſare non poteſt per hæc proxima iura.immo
& ſi aduerſarius admitteret compenſationem iudex ex officio de
beret excommunicatum repellere, infra eod.exceptionem. Tu
dicas, quòd ſi debitum liquidum ſit ita, quòd aduerſarius ipſum
confiteatur,nec aliquam exceptionem prætendat, ſed conſentit,
quòd compenſatio fiat, compenſatio admitti debet, C.de còm-
penſat.l.fin.& infra depoſiti. bona fides. §.fin. & ſic intelligas pri-
mas concordantias in hoc caſu. Et monſtruoſum fuit notare,
quòd ſi aduerſarius admittat compenſationem iudex ipſam re-
pellere debeat.hoc enim eſt contra mentem iſtorum verborum,
quia aduerſarius,ex quo conſentit,in nullo impugnatur,& etiam
ſine compenſatione aliqua ſufficere debet iudici qualitercunque
ei ſit ſatisfactum.ff.de pignor.action.non in rem. §.pecunia. Nec
obſtat lex quæcunque,quia debitum, quod per exceptionem eli-
dj poteſt, non eſt liquidum. & ideo non compenſatur,vt ibi. Sed
nec obſtat,quòd qui compenſat,agere videtur,quia illud verum
eſt.quo ad quid,non ſimpliciter,ſicut enim ſi ageret,& condem-
naretur ſibi aduerſarius,& ſententia pro eo lata executioni demã
daretur,debitum ſuum recuperaret. ſic & per compenſationem
oppoſitam.in veritate tamen non agit,ſed ſe defendit. ſic & exci-
piens dicitur actor quantum ad probationem exceptionis, quia
ſicut actor tenetur probare ſuam intẽtionem.ſic & reus ſuam ex-
ceptionem.Sed in veritate non agit.ſed ſe defendit.ſicut ergo po-
teſt excipere,ſic & compẽſare dummodo debitum liquidum ſit,
vt ſupra not, Sinautem dicat aduerſarius, quòd nihil debet ei, &
ſic per negationem fit res dubia,C.quibus ad lib.proclam.non li
cet.l.iij. quamuis aliter dicatur debitum liquidum, ex quo infra
duos menſes probari poteſt,vt no.j̃.depoſiti.bona fides.in fin.hic
tamen dicas ſecus, quia ſi probationem excommunicati circa
hoc admitteres,iam videretur is pro,quo eſt lata ſententia impu
gnari, quod eſt contra mentem huius literæ, & ideo in tali caſu
18 non eſt compenſatio admittenda,quia nec cogitur † quis excom
municato ſoluere,vt no.in ſumma de ſenten.excomm.§.& quæ
ſit pœna.ſub §.quid ſi tenor ſacramenti.

ADDITIO.

a ¶ Compenſare. vide do.Abb.hic in pen.col.

*SVMMARIVM.*

1 *Lis conteſtatur per exceptionem peremptoriam.*
2 *Allegans turpitudinem ſuam audiri non debet.*
3 *Contractus bonæ fidei qui ſint.*
4 *Qui dat rem alienam non contrahit permutationem.*
5 *Cautela pro excipiente.*
6 *Confeſſio, vel negatio fit interrogando.*
7 *Vnitas rerum priorum geſtorum non uitiatur.*
8 *Vtrum quis contra factum ſuum uenire poſſit.*
9 *Aequiuocatio eſt uitanda.*
10 *Epiſcopus ſine eccleſia inuenitur.*
11 *Quod ab initio non ualuit tractu temporis non conualeſcit.*
12 *Opinio præfertur veritati occultæ.*
13 *Actiones perpetuæ durant uſque ad triginta annos.*
14 *Eccleſia quando habet patronum ipſæ repreſentat miniſtrum.*

CAP.



CAP. VI.

CVm venerabilis. De eodem epiſcopo
habes.j̃.de reli.dom.
cum venerabilis [Sibi] ſcilicet Sabin.epiſcopo [Cum
ſuis poſſeſſionibus] &c. ſic videtur vniuerſitas vendi-
cari.& generaliter & incertus libellus admitti,quod dic, vt not.s̃.
de elect.quærelam.& de libel.oblat.c.ij. & iij. [Petiiſſet] vt de ipſis
diſponere ſub velle,quod apparet ex ſequentibus.& hanc petitio-
nem reputant quidam ſatis congruam, etiam vbi agens tantum
rationem ſibi reddi debere intenderet petere, vt ſi eſſet patronus
clericus.j̃.de priuile.c.iij.§.in eccleſijs. Et idem intelligunt aliqui,
etiam ſi patronus laicus ſit,quia per hæc verba peto eccleſiam cũ
ſuis poſſeſſionibus & pertinentijs.non intelligitur petere, niſi ius
patronatus, argu.s̃.de iud.examinata.d.tamen.n. hoc in patrono
laico non admittit,vbi tantum ius patronatus petit, quia talis in
poſſeſſionibus eccleſię nihil habet.j̃.de iure patro.quod autem.&
c.de cętero.x.q.j.c.j.& ſeq.In clerico autem,qui ex fundatione ius
patronatus competit,bene admittitur hic libellus,arg.xvj.q.v.ſi qs
epiſcoporum. Sed ſi ex donatione laici hoc habere,tunc ſecus eſ-
ſet,quia tunc non poſſet petere,niſi ſicut auctor ſuus, a quo cau-
ſam habet.Tucius tamen eſt,ꝙ etiam vbi clericus ex fundatione
patronus eſt,non petat eccleſiam cum poſſeſſionibus, & pertinẽ
tijs in libello, vbi intendit ius tantum patronatus,ſi petat rationẽ
adminiſtrationis ſibi reddi.Hęc etiam petitio competit non ſolũ
illi,qui habet ius patronatus, ſed etiam illi qui habet ius admini
ſtrandi in temporalibus,ſm d.n.cuius eſt mens totius huius glo.
Tu vero dicas,ꝙ nunquam per talem petitionem poteſt exigi ra-
tio.immo eſt petenda in genere,vel in ſpecie.ff.de tu.& ra.diſ.per
totum.ideo neceſſe eſt,ꝙ exprimat qua de cauſa,ſiue qualiter hoc
petet,vtrum videlicet tanquam patronus,vel alius.ſic autem for-
mãdus eſt libellus,vt reus deliberare poſſit,vt patet in eo,qđ leg.&
no.s̃.de libel.obla.c.ij.& iij. ſed ſi hoc non ſpecificaret actor, non
poſſet deliberare reus, vt patet ex præmiſſis.& adde, qđ not.de hac
materia.s̃.de reſtit.ſpol.cum ad ſedem [Aſſerens] verſ.ſ.Sabinen.
epiſcopus [In ſpiritualibus] in quibus otinuit ſm ꝙ traditur.j̃.eo.
§.quia vero [Et temporalibus] in quibus ſuccubuit,vt j̃.eod.§.fin.
[Idem] verſ.procurator veſter [Fundata] quo ad temporalia, nã
quo ad ſpiritualia fundata erat,vt j̃.eod.§.penult.in fi. [Perprope-
re] nimis.ſimile.xxiiij.q.iij.de illicita [Reſpondit] litem conteſtã
1 do.& apparet,† ꝙ per exceptionem peremptoriam cõteſtatur lis,
arg.hic,& s̃. de do.& contum.prout argu.s̃.de lit.conteſt.c.vnico.
Solut.ſiue excipiendo.ſiue alio modo petitioni reſpondeatur ani
mo conteſtandi litem,lis intelligitur conteſtata,argu.hic.nam ſi-
cut hæc propoſitio hic appellatur reſponſio.vt j̃.§.j. in prin.ſic &
appellatur exceptio.j̃.eo.intelleximus.verſ.quia exceptionẽ obij-
ciens,ſm do.n.Hoc verum eſt,dummodo congrua ſit reſponſio-
ni,& quæ petitioni reſpondeat,quod dic,vt no.in prædicta decre.
prout.Illud autem concedo,ꝙ nec per ſufficientem reſponſionẽ
conteſtatur lis,ſi non reſpondeatur animo conteſtandi litem,qđ
per conteſtationem probari poteſt,de quo dic, vt no.s̃.de ordina.
cogn.cum dilectus.reſpon.ſ.j.verſic.etenim circa litis conteſtatio-
nem [Quia & ſi].i.quamuis. ſubaudi probaretur,ꝙ [Dicta eccle-
ſia] &c.ſic.s̃.de teſti.ex tenore.& cum hac interlineari præcedẽ,&
ſequenti nullum cõtrarium recipit verbum iſtud [Fuerit] quod
tamen non credebat,& ſic plana & non contradicit.s̃.de dolo &
contum.prout.Obſtat tamen verbum ſuprapoſitum pręproperę.
s̃.de tranſac.præterea.ij.Sol.in præced.interli.& ſeq. [Permutatio
nis cauſa] ſimilẽ cauſam habes.s̃.de tranſact.præterea.ij.B.contra
dicit,quia ibi datur ſententia contra reſpondentem, hic vero ab-
ſoluitur.Sol.dic,ꝙ ibi reſpondendo confeſſus fuit,& ideo confeſ-
ſus in iure,&c.s̃.de confeſſ.c.j.& hic.hic vero excipiendo hoc pro
poſuit,& ideo non obfuit,vt j̃.eo.§.intelleximus.verſ.j.& ij.& ad-
de quod no.j̃.§.j.verſic.j.ſuper verbo. ſe credere [Ad hoc proban-
dum] verſic.ſ.ꝙ permutata fuiſſet dicta eccleſia ipſi monaſterio.
[Inſtrumentum] non originale,ſed tranſcriptum ipſius, vt patet
j̃.eo. intelleximus [Theodoſius epiſcopus] ſcilicet Sabinen. Sed
in originali non exprimebatur,vnde eſſet epiſcopus,vt j̃.eo.§.in-
telleximus.verſ.per inſtrumentum,& ſeq. [Aſſenſu] aliter enim
nulla eſſet,vt leg.& no.j̃.de his,quæ fiunt a prælat.c.j. s̃.de procur.
c.j. [Et rebus alijs] ſcilicet ſpiritualibus,vel temporalibus non per
mixtis tamen. Dic,vt legi.& not.j̃.de rer.permut. ad quæſtiones.
[In cambium].i.permutationem, ſed vulgari alludit. ¶ Ad hæc
epiſcopus] ij.pars [Propoſuit] & male,argum.tamen contra.s̃.de
tranſact.præterea.ij.ſm do.n.Sol.in eo,quod no.s̃.eo.ſuper verbo.
ex permutationis cauſa [Per huiuſmodi reſponſionem].ſ.ſupe-
riorem.ibi,quippe ſic reſpondit.Sed in hoc non bene allegat epi-
ſcopus pro ſe,quia huiuſmodi repentina litis conteſtatio non po
tuit eſſe præiudicialis monaſterio, in auth.de exhibẽ.reis.§.illud.
collat.v.arg.xxxij.q.j.apud,v.q.v.§.ſed aliud.l.diſt.ponderet, & me-
rito,quia litis conteſtatio directe debet fieri per aſſertionem,& re
ſponſionem directam affirmando ſimpliciter, vel denegãdo.s̃.de
litis conteſt.c.vnico.ſed hic procurator ſub forma exceptionis,&
conditionaliter reſpondit,vnde non obfuit,vt no.s̃.& j̃.eo.§.ſeq.
[Cum enim] verſ.[Per Sabinen.epiſcopum] ſicut continebatur
in tranſcripto non tamen in originali,vt no.s̃.reſpon.j.verſic.fin.
[Per conſequens] immo hoc expreſſe confeſſus fuit,vt patet s̃.re
ſpon.j.verſ.idem [Se credere] non eſt verum,ꝙ ſemper confitea
a tur qui excipit [a], arg.ff.eod.tit.non vtique,& l nemo,& j̃.§.j. verſ.
qui exceptionem. Sed contra.s̃.de tranſac.præterea.ij.Sed & quod
hæc perplexitas occurrit,& abſurditas ſaltem in cauſis illis,in qui
bus iuratur de calumnia ſic probatur, in illo nempe] iuramento
continetur hæc clauſula. ſ.ꝙ iurans nullam dilationem requiret
ad probandum,niſi quam crederet neceſſariam, & ꝙ nulla falſa
probatione vtetur.C.de iuram.cal.auth.in iſto. Cum ergo mona
ſterium hanc propoſuit,aut credebat ipſam eſſe verã,aut falſam.
ſi veram & ſe illa permutatione iuuari intendebat,per conſequẽs
videtur confiteri rem fuiſſe epiſcopi Sabinen.Si vero exceptionẽ
ſuam credebat eſſe falſam,nec ipſa ſe poſſe iuuari,& eam propo-
nat,per conſequens cõtra iuramentum de calumnia faciebat,&
2 etiam ſi non iurauerat,tamen adhuc erat repellendus,† quia nec
audiri debebat turpitudinem ſuam allegans.j̃.de donat.inter dilę
ctos.Ad hoc dicas,ꝙ ſi non excipiendo,ſed alio modo cõfiteatur
quis expreſſe in iudicio intentionem aduerſarij, ſibi præiudicat,
adeo vt non poſſit contra confeſſionem ſuam aliquid dicere,niſi
probaret ante ſententiam ſe erraſſe.s̃.de tranſacti.præterea.ij. j̃.de
accuſ.cum dilecti.C.de iur.& fact.ignor.error.Si vero non confi-
teatur expreſſe,ſed tantum excipiendo proponat, vt hic fuit, non
poteſt dici, ꝙ confiteatur. nec etiam, ꝙ credat,qui enim excipit
non credit,ſed nec diſcredit. immo poteſt dici,ꝙ dubitat, & quaſi
inter duo veriſimilia agitur, C.eod.tit.ſi quidem.ff.de acq.hæred.
qui putat.§.qui bona fide.& §.fi.C.de condict.indeb.l fi.Nec obſt.
C.de iuram.calum.auth.in iſto,quia licet is,qui excipit,non cre-
dat exceptionem eſſe veram,quia tamen non diſcredit neceſſaria
eſt ſibi dilatio ad probandum,vt per hoc ſciat vtrum is,de quo,du
bitat verum ſit,necne. Immo & idem videtur dicendum in acto
re,vt ſi pro ſe aliquod priuilegium,vel inſtrumentum inducat,li-
cet videatur confiteri quæcunque in illo inſtrumento continen-
tur,etiam ſi ibi erant aliqua contra ipſum,ſed tamen poſtmodũ
illud inſtrumentum reperiatur falſum,ipſo reprobato ei nõ obe
runt ea,quæ continebatur in eo.& hoc ideo,quia viſus eſt hoc fe
ciſſe innites inſtrumento,quod ſine dolo verum putabat,argu.j̃.
de ſent.& re iudic.cum I.& A.Quinimmo quia & ipſo inſtrumẽ
to ſublato videntur ſublata,& omnia ea, quæ continentur in eo.
arg.j̃.de hæret.fraternitatis.& s̃.de fi.inſtrum.inter dilectos.§.cęte
rum.verſic.fi.vnde & ſi expreſſe fuiſſet confeſſus omnia,quæ in in
ſtrumento continebantur,non præiudicaret ei ex quo tanquam
falſum reprobatum inſtrumẽtum eſt,quia ex quo apparet, quòd
falſum eſt ſequitur,ꝙ & falſa ſunt ea quæ continebat.& ſic nõ ob
ſtat confeſſio, quæ erronea fuiſſe probatur ante ſententiam.s̃.dę
confeſſ.c.fi.Secus eſſet ſi aliquid expreſſe cõfiteretur ponendo,vel
reſpondendo,non faciendo de priuilegio mentionem,licet & il-
lud contineretur in priuilegio poſt modum reprobato, quia in
hoc caſu extra priuilegium non initens priuilegio confitetur, &
ideo ei pręiudicabit confeſſio,niſi expreſſe aliàs fidem faciat de er
rore.Sed vbi confitetur ea,quæ in inſtrumento cõtinentur,quod
tamen poſtea reprobatur,non tanquam falſum,ſed aliàs propter
defectum ſolennitatis non ſeruatæ, puta quia nõ fuit habitus cõ
ſenſus canonicorum, vel aliud ſimile,licet pronuncietur poſtea
tale inſtrumentum non eſſe ſufficiens ad probandum illud, ad
quod inducebatur,nihilominus tamen confeſſio rata manet, &
ea,quę continebat inſtrumentum ſicut confeſſum eſt reputabũ-
tur omnia eſſe vera,vt leg.& no.j̃.de cenſi.cum olim.Ratio diuer
ſitatis iſtius & ſuperioris caſus hæc eſt, quia in ſuperiori caſu.ſ.qñ
inſtrumentũ reprobatur,vt falſum.patet,ꝙ tollitur radicitus fun
damentum, cui confeſſio inhærebat, vnde & neceſſe eſt,ꝙ ædifi-
cium ei adhærens.ſ.ipſa confeſſio tollatur,arg.j.q.j.cum Paulus.&
j̃.de præsb.non bapt.veniens.In hoc vero caſu, ſcilicet vbi inſtru-
mentum non probatur falſum, ſed defectum ſolẽnitatis patitur,
& ſi non ſufficiat ad probandum intẽtionem principalem, ſicut
inducebatur,aliàs tamẽ ſuum rigorem retinet, & ſemper manet,
publicum inſtrumentum,Arg.opp.C.de lib.præter. vel exhæred.
auth.ex cauſa.Prędicta locum habent,vbi ſententia lata eſt ſuper
falſitate inſtrumenti,vel ſuper alia quæſtione incidenti.Secus au
tem eſt, vbi ſuper quæſtione principali fertur diffinitiua ſentẽtia,
tunc enim non obſtante priore confeſſione poteſt ſequi ſenten-
tiam,is pro,quo lata eſt, & ei inniti,& etiam contra priorem di-
cere confeſſionem,vt patet in eo,quod legitur,& no.s̃.de iureiur.
mulieri.ſm d.n.cuius eſt mens totius huius gl.& adde, quod no.
j̃.§.j.verſ.quia exceptionem.& s̃.eo.c.reſpon.j.ſuper verbo.ex per-
3 mutationis cauſa [Cum inter cõtractus] verſ. [Bonæ fidei] † Qui
ſint.

ADDITIO.

a ¶ Qui excipit. Adde an, & quando reus excipiens, vel actor replicans vi-
deatur fateri intentionem aduerſarij per Ludo.Roman.in l.cum mulier,
in v.colum.& ſequen. & de hoc multa remiſſiue per Felin.hic in iiij.col.
verſic.an,& quando.

ſint contractus bonæ fidei. legitur iſti.de actio.§.actionum. inter
quos enumeratur actio præſcriptis verbis,quæ datur ex permuta
to,vel extimato,& multi contractus alijs,quos his verſibus com-
ꝓhenduntur. Empti conducti.mandati depoſitique. Pigno.com-
muni.ciſcunde.pro ſocioque.Dotis,& heredis tutela.commoda.
geſta.Præſcriptis verbis permuto, vel extimo ſecum.i.quando da
tur ex permuta to,vel extimato iſta bonæ fidei ſunt ſtricti cætera
iuris.Conſueuit autem quæri quare prædicti contractus ſpeciali-
ter bonæ fidei appellentur cum in omni contractu conſideranda
ſit bona fides,vt C.de actio.& oblig.bonam fidem?Reſpond.licet
in omni contractu bona fides conſideretur , tamen in prædictis
qui bonæ fidei dicuntur,exuberantius conſideratur.vnde de natu
ra ipſorum veniunt in eis fructus,& acceſſiones,& multa alia, li-
cet de illis ſpecialiter non ſit actum,nec etiam cogitatum, vt pa-
tet.ff.de eo,quod certo loco.in bonæ fidei. ff.de dolo. eleganter.§.
non ſolum.C.de actio.empt.& vend.l.ij.& iiij.ff.de actio.empt.&
vend.l.j.in prin.& l.fundi.§.ſi ruta.& l.Iulianus.§.ex vendito. ff.de
vſur.mora. §.in bonæ fidei. Secus in contractibus ſtricti iuris, in
quibus prædicta non veniunt ex ſui natura.vnde nec in eis veniũt
vſuræ niſi ſpecialiter ſint promiſſæ.ff.de nego.geſt.qui tantũdem.
C.de vſur.l.iii. Nec intereſſe.ff.de verb.oblig.vbi autem.§.fi. & per
hoc intellige quod legitur.s̄.de cau.poſſ.& propriet.cum eccleſia
ſutrina.§.fi.verſ.cum iure ciuili.vbi de hoc [Nec cum alio] verſi.
4 [Cum domino] Hoc ideo dicit,†quia qui dat rem alienam non
contrahit permutatione.ff.de rerum permu.l.j.[Loco domini]
arg.pro epiſcopis. nam & ſi domini non dicantur procuratores.
j̄.de donat.c.ij.habentur tamē loco dominorum.vnde & permu
tare,& alienare poſſunt,ſicut & procurator,cui libera adminiſtra
tio eſt conceſſa forma tamen ſeruata,quod dic, vt no.s̄.de electi.
cum nobis olim.ad fi.& j̄.de reb.eccl.non alie.nulli. & extra d.n.
in eod.tit.ludum.lib.vj. [Celebrari] ſcilicet contractus permuta-
tionis [Et j̄.] hoc eſt , quamuis autem dictus epiſcopus intentio-
nem ſuam aſſereret ſic fundatam ad cautelam, tamen adhuc vo
luit pro ſe teſtes producere.& ſic continuatur ſequens.verſic.por-
ro &c. [Porro] verſ. [In temporalibus] ſuper ſpiritualibus enim
non oportuit, ꝙ laboraret, vt patet j̄.eod.§.quia vero [Per quos]
verſ. [Et alia bona eius] ſcilicet eccleſię,quam petebat [Diutius]
ideſt aliquanto tēpore,nec enim præſcripſerat, & ideo ſuccubuit
in iſtis temporalibus,vt j̄.eo.§.fi.s̄.de cauſ.poſſ. cum eccleſia ſutri
na.§.fi.verſ.& ſm ſtatuta.¶[Intelleximus] iij.pars. Hic incipit ſen
tentia ſm d.n. [Per teſtium,vt probatur j̄.§.fi.vel per inſtrumen-
tum,vt patet.j̄.e.§.verſ.vel per inſtrumentum [Vel procuratoris]
verſ. [Reſponſionem] quam fecit excipiendo,& hoc eſt quia ex-
ceptionem &c.vt in ſeq.verſ. [Quia exceptionem] verſ. [Non in
telligitur] Huic regulæ ſignat contra,quia ex quo quis aliquid cō
fitetur,etiam id, quod ex eo ſequitur vr̄ eſſe confeſſum, & confi-
tens permutationem per conſequens confeſſus videtur fuiſſe do-
minum permutantem,vt s̄.eo.§.j.verſ.j.& ij.& in ſeq.glo.in prin.
Reſpon.licet quis excipiat de permutatione non tamen confite-
tur fuiſſe rem permutantis , ſed potius ipſum permutantem non
poſſe venire contra permutationem ab eo licitæ factam , nam ſi
non eſſet licitæ facta, & expreſſe confeſſum fuiſſet hoc monaſte-
rium rem fuiſſe epiſcopi,ſiue excipiendo,ſiue alio modo bene ꝑ-
iudicaſſet monaſterio,& epiſcopo profuiſſet.s̄.de tranſact.præte-
rea.ij.s̄.de teſti.veniens.j.Quinimmo & excipiens non confitetur
tacite,quia etiam dubitans excipit,vt no.s̄.prox.§.verſ.cum enim.
ſuper verbo.ſe credere,& probatur. C.e.ſiquidem.quamuis,vt ibi
5 dicitur † Tutius ſit proteſtari hoc modo. Non fuit res tua, ſed &
ſi fuiſſet non poſſes eam a nobis petere , quia eam tranſtuliſti in
nos permutando ſm d.n.cuius eſt mens totius huius glo. Tu ve-
ro dic,vt no.in ſeq.glo. [Fuiſſe confeſſus] Hæc regula ſumpta eſt
ex l.ff.eod.tit. non vtique. Sed contra,quia confitendo permuta-
tionem, per conſequens confitetur dominium, vt patet.ff.de rer.
permut.l.j.& qui aliquid confitetur nō ſolum illud,licet id,quod
ex eo ſequitur,confeſſus videtur.viij.diſt.quo iure.s̄.de offic.deleg.
cum ſuper.s̄.de dolo.cum dilecti.§.preterea.Item tacita confeſſio
etiam in modum exceptionis propoſita pro conteſtatione habe
6 tur.s̄.de dolo,prout,quod dic, vt ibi no.†Item interrogando fit cō
feſſio,ſiue negatio.xxij.q.ij.quod ait.xxxij.q.vij. quid in omnibus.
j̄.de homicid.cum iuramento.ff.de verb.oblig.l.j.§.ſi quis ita. Ad
hoc dicas , ꝙ excipiendo de permutatione non confitetur de ad-
uerſarij intentione,vt hic dicit,& eſt ratio, quia poteſt eſſe, ꝙ per-
mutatio de facto tantum tenuit,non de iure. Sic vbi quis propo-
nit exceptionem pacti de non petendo debitum, non videtur de-
bitum confiteri,quia poteſt eſſe,ꝙ de iure nō erat efficaciter obli
gatus.is tamen qui excipit,caute faciet ſi ſic dicat. Frater non con
fiteor debitum,quod petis,ſed ſi poſſet hoc reperiri non ſum con
demnandus,quia feciſti mihi pactum de non petendo,& ſic vide
tur hic procurator reſpondiſſe quando dixit,& ſi fuerit quaſi ſub
conditione excipiendo,& ſic non præiudicauit talis confeſſio,qa
non fuit confeſſio,ſed conditionalis exceptio,quaſi dicat eſto, ꝙ
pertinuerit ad eccleſiam Sabinē.quod non confiteor,non poteſt
tamē petere,quia permutatio interceſſit.Eodem modo ſi quis di-
cat ſe rem meam præſcripſiſſe, & ego excipiam de interruptione
non videor confeſſus præſcriptionem,quare & ipſam probare de
bet,ſi voluerit obtinere.s̄.de probat.ex literis.tamē caute faciam,
ſi dicam non confiteor te præſcripſiſſe,ſed ſi hoc reperiretur non
obſtat mihi,quia ego interrupi. Hæc autem interruptio eſt pro-
banda,vt j̄.titul.j.illud.Idem eſt dicendum cum aliquis petitur in
virum,vt dicat,non confiteor me virũ tuum,ſed ſi probares con
tractum non es audienda cum ſis conſanguinea mea,& hoc vo-
lo probare.Hoc enim modo excipiens de intentione epiſcopi ad
uerſarij nihil confitetur,ſic.s̄.de ord.cogn.c.j.& de teſti.ex tenore.
C.eod.tit.ſi quidem,nec onerat ſe probatione aliqua,ſed aduerſa-
rium,vnde probata intentione aduerſarij,tunc demum eſt locus
exceptionis probationi,vt no.j̄.eo.tit.exceptionem. s̄.de teſti.præ
ſentium ſm oēs.Tamen ſi conſcientia dictat contrarium, ſuper-
uacua eſt hæc doctrina , nec enim ſufficit reſpondere non confi-
teor,quod dicitis,immo neceſſe eſt, ꝙ expreſſe negetur, vel confi-
teatur,& ꝙ certa ſit reſponſio non incerta. ff.de confeſſ.certum.ff.
de interrog.actio.de ætate.§.qui tacuit.& §.nihil intereſt. Sed & ſi
excipiens in eo,ꝙ excipit potius preſumatur negare intentionem
aduerſarij,q̄ confiteri,ideo enim excipit,vt abſoluatur, & aduerſa
rius excludatur.ff.eod.tit.l.ij.reſpon.j.iiij.q.iiij.c.j.in fin.& argu.in-
ſtit.quib.mod.re contrahi.obl.§.j.in fi.ſi tamen talis ſit exceptio ſi
ne præmiſſa cautela propoſita,per quam fundetur intentio aduer
ſarij,niſi probetur exceptio,aduerſarius obtinebit, vt patet.ff.de ꝓ
bat.l.j.& hoc euidenter comprobatur.j̄.de cenſi.cum olim.§.fin.
& s̄.de tranſact.præterea.ij.ff.de iureiurā.ſi duo. §.ſi quis iurauerit.
[Vel per inſtrumentum] verſ.q.d.inſtrumentum nō prodeſt epi
ſcopo,quia non dicitur ibi,ꝙ epiſcopus Sabin.permutationem il
lam fecerit,ſed Theodoſius epiſcopus,vt no.j̄.eo.ſuper verbo.epi-
ſcopus Sabinen. Sed ſi epiſcopus replicet,ꝙ procurator monaſte-
rij de hoc excipere nequeat, cum falſo hunc adiectiuum Sabinē.
adiecerit in tranſcripto,maledicit,quia delictum perſonæ &c.vt j̄
eo.verſ.licet autem.Sed dices ſi verum erat inſtrumentum quare
imponitur ſilentiũ epiſcopo,cum neceſſe haberet ſtare permuta
tioni. Reſpon.forte,quia non præiudicabat ei inſtrumētum,cum
in eo auctoritas ſuperioris non interueniſſet, nec alia quæ inter-
uenire debēt.x.q.ij.hoc ius.xvij.q.iiij.in venditionibus.Sed quam-
uis producens inſtrumētum,non poſſit ipſum de falſo redargue-
re,vel etiam reprobare.j̄.de cenſi.cum olim,& arg.xix.diſt. ſi Ro-
manorum,ſic nec teſtes ſuos.iiij.q.iij.ſi quis teſtibus.poteſt tamē
dicere,ꝙ contra ipſum non facit,vt hic patet.nam licet monaſte
rium produxerit inſtrumentum ad probandum, ꝙ epiſcopus Sa
binē.permutationem fecerit, tamen poſtea admittitur ad dicen-
dum,quod non continetur in inſtrumento auctentico Sabin.&
7 eſt ratio, quia † veritas rerum errore geſtorum non vitiatur. ff.de
offic.præſid.illicitas.§.veritas rerum. ff.ad municip. aſſumptio.ff.
de nego.geſt.item ſi cum putaui.§.j.Quamuis etiam non poſſim
dicere contra inſtrumentum a me productum,ſiue illa,quæ con
tinet, quia ab initio,& eius tenorem proſpicere, & perlegere po-
tui,& debui diligenter,aliud eſt tamen in teſtibus, quos produxi,
quia contra eorum dicta poſſum dicere,& etiam ipſa ex eorundē
depoſitionibus reprobare, vt legi.& no.s̄.de fi.inſtru.imputari, &
etiam per teſtes alios indirecte.s̄.de teſti.præſentium. in prin.& c.
ex tenore. Poſſum & opponere de corruptione,& de nouis inimi
citijs,vt leg.& not.iiij.q.iij.§.ſi quis teſtibus.& de noua infamia.s̄.
de teſti.cog.præterea.In his enim, & ſimilibus ideo non obſtat ꝓ-
ductio a me facta , quia quid dicturi eſſent non poteram diuina-
re.Sed contra.xxxvij.diſt.ſi quid veri de Deo ſibilla. Solu.aliud eſt
in prophetis,& auctoribus, cōtra quos nihil poteſt obijci,quia in
eis locus eſt ab auctoritate, & quicquid dicunt , indubitanter cre-
dendum eſt,& tenendum.ix.diſt.ego ſolis.& ſeq.& xv.diſt.c.fin.&
aliud eſt in teſtibus,& inſtrumentis, quæ & ſi hanc auctoritatem
habeant,vt eis credatur prima facie,probationem tamen admit-
tunt in contrarium,& per probationem contrarij eius, quod di-
cunt,vel continet reprobantur.C.de fi.inſtrum.l.fi.s̄.de teſti.præ-
ſentium.Si ergo infideles,vel hæretici prophetas habeant, vel au-
ctores,qui dicant aliquid contra eos, ex eorum auctoritatib.poſ-
ſumus ipſos conuincere , & cōtra errorem eorum argumentari,
vt in d.c.ſi quid veri.Fateor tamen,ꝙ licet ipſi infideles de iure nō
ſint audiendi contra ſuos proprios, & ſpeciales auctores , nos ta-
men non poſſumus vti contra eos auctoritatibus eorum docto
rum,qui veri prophetæ, vel auctores non ſunt, & quos nos etiam
reprobamus,arg. s̄.de teſti.præſentium.& C.de fal.qui falſa.C.de
rebus cred.ſi quis iuſiurandum. Et hic notandum eſt, ꝙ realijs, ſi
perſona contra quam ipſos primo produxi modo cōtra me pro
ducat eoſdem,ſed etiam ſi quæcunquæ alia,ex quo ipſos ſemel ap
probaui,non poſſum de cætero reprobare.iiij.q.iiij.§. ſi quis teſti-
bus.Et idem eſt de iudice ſentiendum,arg.iij.q.viij.cuius in agen
do.Hoc autem intelligendum eſt , quando volo reprobare teſtē,
vel iudicem ex cauſa, quę ex me procedit, nam ex cauſa,quę ab
illo procederet,bene poſſem, verbigratia induxi patrem tuum in
teſtem,vel iudicem habui, contra aliquem, modo tu contra me
inducis eum in teſtem, vel iudicem impetraſti, vtiq; in hoc caſu
bene



bene reprobabo eum, & etiam recuſabo ex illa cauſa, quia pater
tuus eſt,hæc enim cauſa non ex me, ſed ex te procedit, ſm d.no.
Sed & ex noua cauſa poſtquam ipſum produxi orta eum repro-
bare potero,& etiam recuſare,vt patet in eo,quod leg.& no.s̄.eod.
paſtoralis,& de offic.deleg.inſinuante,& j̄.eo.glo.verſ.aliud eſt ta-
men in teſtibus,& ſeq.Quid ſi admitto aliquem ad vnum officiũ
nunquid poſſum repellere ab illo officio ſi ad ipſum mihi forſitā
præſentetur.Reſpon.ſi illud officium tale ſit,in quo perſonæ con
ſimiles admittuntur,non poſſum ipſam repellere,ſi autem in eo
perſonæ diſſimiles requiruntur,tunc ſecus eſt ſm do.n. q.d.ſi tale
ſit officium,in quo perſona, de qua agitur adeo apta & ſufficiens
reputari debeat,vt in primo,non eſt repellendus. Intelligas tu ni-
ſi,& de nouo aliquid interuenerit propter quod repellatur, vt pa-
tet in eo,quod legitur,& no.s̄.de teſti.cog.præterea. Sed & ſi de no
uo nihil accidat,ſed tamen ſufficiens & habilis non eſt,ad ſecun-
dum beneficium poteſt repelli , etenim qui eſt ad minus officiũ
ſufficiens,nō ſequitur ex hoc,ꝙ ſi vocetur ad maius,ad ipſum de
beat ſufficiens reputari,vt patet.xij.diſt.nos conſuetudinem. & in
eo,quod leg.& no.s̄.de elect.ſcriptum eſt.§.pen.& fi.Item ſi impe
traui aliquem iudicem qui poteſt eſſe criminoſus , & idem in te-
ſtem contra me inducatur,bene poſſum eum repellere a teſtimo
nio prætextu criminis, ſed prætextu infamiæ ciuilis non poſſum
ipſum repellere. Et eſt ratio , quia criminoſus bene poteſt eſſe iu-
dex, ſed non teſtis.vnde non ſequitur , ꝙ ſi eum approbaui in iu-
dicem per hoc in teſtem videar approbaſſe , ſed cum infamia v-
trumque repellat,eundem quem non reputaui, infamen ad iudi
candum,non debeo reputare infamen ad teſtificandũ, ſicut hæc
omnia poſſunt colligi.ff.de adult ſi vxor.§.fi.& in alijs concordā.
ſuperius allegatis,& in eo,quod leg.& no.j̄.de accu.nulli.s̄.de ęta.
& qua.accepimus.vbi inuenies. No.vtrum epiſcopus poſſit ab ini
tio repellere eum bouem ordinauit,ſupra de elec.noſti.vbi & no
8 † vtrum aliquis poſſit venire contra factum ſuum , & hoc etiam
plene no j̄.de cler.coniug.diuerſis fallacijs.§.fi.Item not.ꝙ ſi quis
legem male intelligens eam pro ſe,vel cartam ſimplicem produ
cit, quam dicit ſibi in cauſa ſua fauere, cum in veritate ius ſuum
non foueat,nec etiam ei faueat,quia recitatoria,vel teſtimonialis
eſt tantum,vel quia nō eſt auctentica,& poſtea propter aliquem
articulum, qui in eadem carta continetur inducatur contra pro
ducentem, nec lex , nec carta ei præiudicant conſiderata ratione
præced.ſ.quia veritas rerum &c.vt not.s̄.ea.gloſ.verſic.& eſt ratio,
quia veritas rerum &c.& ſeq. Eſt & alia fortior ratio, quia errātes
in iure (quales ſunt præcedentes) non ſolum ſibi non præiudicāt,
ſed etiam ſe corrigere poſſunt,& ſuum errorem etiam reuocare,
quod plus eſt,& ſi hoc non faciant, vel facere neſciant, iudex ta-
men hoc faciet,qui in his,quæ iuris ſunt,& ſupplere poteſt, & de-
bet,quod dic,vt legitur,& no.s̄.de poſtul.prælat.bonæ.j.§.j.Sed cō
tra,quia producens hanc cartam credit,& intendit poſſe probare
per eam, id quod pro ipſo facit , eadem ratione, & quod contra
eum facit.arg.iij.q.viij.cuius in agendo.ergo videtur,ꝙ debeat ha
beri pro confeſſo,maxime ſi confiteatur ea.quæ in ipſa carta con
tinenē eſſe probata.Reſpon.licet confiteatur,& credat per ipſam
cartam omnia,quæ continentur in ea eſſe probata.eſt tamen ve-
ritas, ꝙ ex quo priuata eſt, nec probata ſunt, nec de iure probari
poſſunt per eam,patet igitur,ꝙ hoc confitendo errauit in iure,&
ideo ſibi non præiudicat , vt prædictum eſt . Aliud eſſet ſi produ-
cens cartam diceret,ego confiteor eſſe vera,vel etiam ego do pro
probatis omnia & ſingula,quę in hac carta continentur, quia vi
res iſtorum verborum non dependent ex carta, ſed ex confeſſio-
ne,vt patet in eo,quod leg.& no.s̄.§.prox.verſic.cum enim.ſuper
verbo.ſe credere,verſ.ſecus eſt.& ſeq. Hoc tamē fatemur, ꝙ ſi per
tale ius,vel talem cartam minus auctenticam aliquid iudicatum
eſſet in hoc caſu.tam iudex, qui ſententiam dedit , q̄ aſſeſſor, qui
conſuluit , & etiam litigator pro quo ſententia lata fuit idem ius,
& eandem cartam, vel conſimilem condemnato agente contra
eos,contra ſe admittere tenerentur,vt not.in ſumma Azo.quod
quiſque iuris ſm d.n.cuius eſt mens totius huius glo. [Cū in eo.]
ſ.inſtrumento auctētico.nam in tranſcripto hoc exprimebatur,
vt ſequitur [Epiſcopus Sabin.] ſed continebatur ibi Theodoſius
epiſcopus ſimpliciter , nec exprimebatur cuius eccleſiæ, ſiue loci,
vnde non magis poterat hoc intelligi de Sabinen.q̄ de Albanen.
ſi.s̄.de fi.inſtru.inter dilectos.§.eadem falſitatis ſpecie , verſic.nec
9 plus de nomine,& ſequ.& ſic patet,ꝙ† ęquiuocatio eſt vitanda,vt
10 no.s̄.de reſcript.ſignificante.& c.ſuper literis.Sic & epiſcopus † ſi-
ne eccleſia inuenitur.s̄.de tranſla.epiſcopi.c.ij.§.j.verſ.j.& de ordi.
ab epiſcopo.c.j. [Quamquam] verſ. [Vtebatur] & hoc eſt,quod
imputatur.j̄.de crimi.fal.dura.& c.ad falſariorum. & c.accedens.
Sed hæc culpa procuratoris non eſt monaſterio retorquenda, vt
ſequitur [Per vitium falſitatis] ſi.s̄.de reſcrip.olim.§.j. j̄.de crimi.
fal.licet [Licet autem] verſ.forſan opponebatur (quod & oppo-
ni poterat) ꝙ monaſterium debebat ſuccumbere hoc ipſo,quod
falſo inſtrumento videbatur vſum fuiſſe,arg.s̄.de reſcrip.olim & 
de reſtit.in integ.tum ex literis,arg.opp.ff.de iure fiſci.in fraudem.
§.ſed neque.Sed reſpondetur,ꝙ non obſtat monaſterio,quod nō
conuincitur tali vitio conſenſiſſe , nec eſt propter delictum pro-
curatoris in aliquo puniendum,vt ſequitur,& hoc eſt [Quia deli-
ctum] &c.vt probatur,& vj.q.vj.ſi epiſcopum,& j̄.de his, quæ fi.a
maio.part.ca. c.j. Quamuis autem hic innuat, ꝙ hoc ſpeciale ſit
in fauorem eccleſiæ, tamen quicunque ſit priuatus falſum inſtru
mentũ producens,ex quo probato falſo per ipſam probationem
fuerit reprobatum, & propter hoc poſſit productor de falſo con-
demnari,& puniri vt patet in eo,quod leg.& no. j̄.de his quæ fi.a.
prælat.quanto. §.abſentium. tamen ad id, in quo falſum inſtru-
mentum dicebat teneri eum,cum in veritate non teneretur,vel
etiam ſi tenebatur,hoc negauit,ſed nō aliter,q̄ per falſum inſtru-
mentum conuincitur nunquam debet per iudicem condemna-
ri,alioquin ſequeretur, ꝙ iudex deberet ferre iniuſtam ſententiā,
& iniquam,& ad hoc s̄.de cauſ.poſſ.cum ſuper. Item alia ratione
non debet condemnari ad id,quod continet inſtrumētum, quia
hoc excipiendo proponit,& ideo non videtur fateri.quod dic , vt
legitur.& no.s̄.eod.§.verſ.quia exceptionem. Alij dicunt, ꝙ ſi af-
firmatiue proponat exceptionem, quam ſciebat eſſe falſam , &
volebat ipſam probare per inſtrumentum,quamuis falſum ſen-
tentia eſt ferenda contra eum, ſi vero ignorabat tunc ſecus eſt ꝓ-
pter rationes in gloſis ſuper hoc c.aſſignatas. In eccleſia tamen eſt
ſpeciale,ꝙ etiam ſcientia,vel delictum prælati,vel procuratoris ei
non obſit,vt hic dicit cum ſuis concord.[Ac non ſolum] verſic.
[Exceptio falſitatis] ſubaudi.aliàs. hic autem delicti conſcius nō
eſſet audiendus cum ſuam turpitudinem allegaret.j̄.de donat.in-
ter dilectos [Retractari veritate comperta] ſed vtrum talis ſentē-
tia teneat ipſo iure dubitari conſueuit,& uidetur,ꝙ non,quia ex-
ceptio non datur ex ea.ff.eo.tit.qui aguitis.Sed ſi nulla eſt ipſo iu-
11 re qualiter incipit valere poſt xx.annos,quia † quod ab initio non
valet,tractu temporis non conualeſcit.ff.de regu.iur.quod ab ini-
tio.& l.pen.xvj.q.iij.§.poteſt. verſ.ꝙ ſi priuatus.ſed & tempus non
eſt modus tollendæ obligationis , multominus inducendæ.ff.de
verb.obl.l.obligationum fere.§.placet.Dicunt,ꝙ talis ſententia te
net quouſque falſitas fuerit.s̄.de fi.inſtr.accepimus §.interim.ſed
probata veritate pronunciabitur nulla fuiſſet ſic.j̄.de frig.§.frater
nitatis. §.nam ſi tantum, ſic & per ſententiam ius non conſtitui-
tur.ſed quod erat per ſententiam declaratur. ff.ſi ſerui.ven.ſicuti.
§.ſed & ſi quæritur,& hoc etiam probat hæc litera,quando dicit,
valeat retractari ad hoc.C.de tranſac.ſi ex falſis.ſic eſt & in ſentē-
tia lata cum falſo procuratore,quia falſitate probata apparet iudi
cium,tunc demum nullum fuiſſe,C.de procur.& leg. & not.s̄.de
procur.in noſtra.§.fi.& de hoc etiam no.s̄.de probat.licet.§.j.ſm
Io.& B.& d.n.Hæc autem videtur ſibi contraria , quia ſi nulla ap-
paret,non poſſet retractari,quod non eſt,arg.s̄.de conſtit. cum ac
ceſſiſſent.§.j.ad fi.cum ſuis concord.ſi verò retractatur, vt hic di-
cit,ergo aliqua erat,ſed multum diſcrepant aliqua & nulla.Sol.&
aliqua,& nulla eſt,eſt enim nulla in veritate cui non ſtatur, quā-
diu eſt occulta,vt patet j̄.de ſimo.ſicut nobis.in fi.& s̄.de offi.ord.
12 ſi Sacerdos. † Eſt tamen aliqua in opinione quæ præfertur hic ve
ritati occultæ.s̄.de biga.nuper.vbi de hoc.ff.de offic.prętor.barba-
rius.veritate autem manifeſta pronunciatur nulla fuiſſe quantũ
ad veritatem, & retractatur quantum ad opinionem, & ſm hoc
intellige ſupradicta,& quod no.in ſum.de ſent.& re iud.ſub rubr.
de re iud.§.quid iuris.Quod autem hic dicit,ꝙ vſque ad xx.annos
retractari poteſt.intelligas,quādo in modum accuſationis de fal-
ſo agitur, vt C.de falſ.quærela. nam ſi actione in factum ciuiliter
ageretur perpetuo retractari poſſet.& ſic intellige.ff.de fal.qui no
13 mine prætoris,ideſt vſque ad triginta annos † in qua meta poſitæ
ſunt omnes perpetuæ actiones, C.de conſtit.pecu l.ij.§.j. Si vero
proponeretur officium iudicis ad reſtitutionem petendam, vt s̄.
de offi.iud.c.ij.tunc infra quadriennium tantum,vt patet in his,
quæ no.s̄.de reſtit.in integ.c.j.ſm hoc intellige.C.ſi ex fal.inſtru.
l.j.& ij.ff.de re iud.diuus.vnde verſus.

*Accuſans agit in factum. per.i.o.verecundis.*
*Falſum.xx.xxx.quatuor annis.*

Et dicas per.i.&.o.verecundis,ideſt per iudicis officium, quod da
tur verecundis,ideſt minoribus lęſis errorem proprium confiten
tibus,vel aduerſarij circunuentionem.ff.de minor.præfect. quod
ſine verecundia non procedit,vt colligitur.s̄.de vſu pal.niſi ſpecia
lis.xvj.q.j.ſi cupis. Aliquando autem excipiendo proponitur.ff.de
iudic.ſi prætor.§.Marcellus.& tunc perpetuo.i.donec agitur exci-
pitur.ff.de excep.doli.pure.§.fi. C.eo.tit. licet [Nolumus] ſit ergo
pro ratione voluntas.ſi.s̄.de dolo.cum olim.d.§.volentes.immo
nolumus,ſicut nec velle debemus,vt patet ex pręmiſſis.¶[Quia ve
ro] iiij. pars [Epiſcopale ius] quia intentio epiſcopi in hac parte
fundata eſt de iure communi,vt j̄.de religi.dom.de xenodochijs.
& c.conſtitutus,& c.venerabilis,& ꝙ ſit ius epiſcopale,& in quib.
conſiſtit.vide in eo,quod legitur,& no.s̄.de offi.ordin.conqueren
te,ſm d.n. [In omnibus] ſpiritualibus,quæ ad legem iuriſdictio-
nis pertinentur,quod dic,vt legi.& no.s̄.de offi.ord. conquerente.
& c.dilectus [In eadem] ſ.eccleſia ſancti Viti. ab epiſcopo Sabin.
petita , vel [Duntaxat] verſ. [Per auctentica ſcripta] nec eſt hoc
incerta ſententia,quia intelligendum eſt,ꝙ certis nominibus, vel
cir-

circumlocutionibus diſtraxit inſtrumenta, de quibus hic loquitur, arg. ff. ſi cer. pet. certum eſt, & in eo, quod leg. & no. s̃. de teſti. licet ex quadam. §. teſtes autem. verſ. pars. Vel hoc eſt intelligendũ de inſtrumentis productis in eodem iudicio, & in actis redactis, & publicatis, vel de capitulis in actus ſpecificatis, & ſic non eſt incerta ſententia, quæ per aliquam partem actorum redditur certa, C. de ſenten. quæ ſine cert. quanti. præfer. l. pen. alioquin prætextu inſtrumentorũ de nouo repertorum iuuari non poſſet, C. de tranſact. ſub prætextu, ſm quoſdã. Tu vero dicas, ꝙ bene certa eſt hæc ſententia etiam ſi in nulla parte actorum illa capitula exprimantur, quia ſcripta auctentica certa, & indubitata ſunt, quare eis fides eſt adhibenda, quod dic, vt leg. & no. s̃. de fi. inſtru. c. j. & ij. vnde prudenter facit ille, a quo petuntur iura epiſcopalia, ſi petit, & procurat, ꝙ petens exprimat, quæ ſunt illa, vt not. s̃. de offic. ordin. conquerente. alioquin ſi iudex adiudicet alicui ſimpliciter iura epiſcopalia nulla exceptione facta condemnatus tenetur de cætero omnia iura epiſcopalia exhibere, quamuis per priuilegiũ, vel præſcriptionem præcedentem ſententiam probare velit ſuper aliquibus capitulis ſe exemptum. j̃. tit. j. cum olim. iudex etiam prudenter facit, ſi quando ei conſtat, ꝙ aliquis habet in aliqua eccleſia iura epiſcopalia, ſed tamen de aliquibus capitulis dubitat. ſic pronunciat adiudicamus vbi in tali eccleſia iura epiſcopalia exceptis his, quæ per auctentica ſcripta, vel alium legitimum modũ tibi noſcuntur eſſe ſubtracta, vel exceptis talibus capitulis, de quibus plene non conſtat nobis, vt hic, & infra tit. j. auditis. & c. cum olim. & c. veniens. & j̃. de relig. dom. conſtitutus. & c. cum venerabilis. §. fi. verſ. j. ſm d. n. cuius eſt mens totius huius glo. [Ei] ſ. epiſcopo, licet enim eccleſia non eſſet exempta, vt ſequitur, erat tamen forte in aliquibus priuilegiata, ſic extra d. n. de priuilegiis. volentes. lib. vj. & de verb. ſign. veniens [Cum per priuilegium] ver. [Vel per præſcriptionem] aliàs ſine, per [Legitima] i. canonica, nam hæc materia hodie potiſſime per canones expeditur, vt patet in eo, quod leg. & no. j̃. de præſcrip. c. fi. Sed hoc ideo dicit, quia a legibus traxit originem, & habuit fundamẽtum, vt patet in eo, quod leg. & not. j̃. tit. j. vigilanti. Et eſt hic arg. ꝙ ſicut aliqua eccleſia per priuilegium eximitur, ſic & per præſcriptionem ad idem. j̃. eo. cum olim. §. fi. j̃. de relig. dom. cum dilectus. §. ꝙ ſi Abbas. & §. ſimiliter. & j̃. de priuil. cum olim. ij. §. pen. verſ. & ꝙ ea. Quod eſt intelligendum de præſcriptione legitima. i. canonica. quãdo. ſ. bona fides, & iuſtus titulus intercedit. alioquin contra. j̃. tit. j. cum ex officij. & c. ſi diligenti. & j̃. de decimis. dudum. §. prior autem. in q tũs de hoc, & ſm hoc intellige, quod hic dicit. ſ. ꝙ nõ fuit probata præſcriptio legitima. nam & quamquam teſtes forſan tempus probaſſent, cuius etiam non eſſet memoria. niſi probarent canonicum titulum non prodeſſet, vt hic patet, & j̃. de cenſi. venerabili. s̃. de conſue. cum inter vos. Secus quando prælatus præſcribit cõtra ſubditum, vt j̃. §. j. & quæ ſit ratio. j̃. de exceſſ. prælat. accedentibus. ¶ [Verum] v. pars [Vendicabat] quantum ad temporalia, vt patet s̃. eo. reſpon. j. verſ. aſſerens. vbi de hoc. Intelligas tu quantum ad collationem, & diſpoſitionem generalem non eget ipſe præſcriptione. immo hoc ſibi competit de iure communi, vt patet. x. q. j. regenda. & in his, quæ no. j̃. de ſucc. ab inteſt. c. fi. Et hic caute elicies, ꝙ ſi epiſcopus aliquam eccleſiam ad manum ſuam tenuerit, & fructus ipſius in vſus ſuos conuerterit tanto tempore, ꝙ præſcriptio ſit completa, de menſa ſua intelligitur, & ſi titulus non probetur, vt hic patet, & in ſequentibus. ad idem. j̃. de confirm. vti. cum dilecta. §. nuper. & §. pen. vbi de hoc, & ſm hoc intellige, qđ legitur. j̃. de rebus eccl. non alien. inſuper [Munitum] Not. ꝙ ratione præſcriptionis poteſt quis aliquam rem vẽdicare, & de hoc no. j̃. tit. j. ad aures. ſm d. n. [Non oſtendit] Nec aliqua alia legitima ratione [Quamquam] veſic. [Probauerit] vt patet ſupra eo. §. j. verſic. porro. & ſeq. [Bona eiuſdem] ſcilicet temporalia. Not. igitur, ꝙ non hoc ipſo, ꝙ eccleſia ſita eſt in diœce. alicuius epiſcopi, temporalia ipſius eccleſię ad epiſcopum pertinent, vt hic. vnde nec ipſa poteſt alienare, maxime vacante eccleſia, ſed ipſa conſeruare tenetur. x. q. ij. c. fi. ipſa tamen eccleſia vacante, vel quando nõ ſupereſt alius, epiſcopus habet ipſam defendere, & nomine eius aget. j̃. de ſucceſſ. ab inteſt. c. fi. & ſi non appareat quis ſit patronus, intelligam eam liberam. Hoc excepto, ꝙ epiſcopus de iure communi habet in ea ius epiſcopale, & iuriſdictionem, vt ſupra §. proxi. in princ. & x. q. j. c. j. ij. & iij. & per totum. & xvj. q. vij. omnes baſilicæ, & leg. & no. j̃. de relig. dom. de xenodochiis. & c. cum venerabili. & c. penult. & fi. & ca. cum dilectus. §. penult. In quo etiam caſu ſi non eſt collegiata, nec eſt in parochia alterius eccleſiæ, ipſe epiſcopus ponet miniſtrum in ea. Licet aliqui dicant, ꝙ ipſum miniſtrum non ponet epiſcopus, ſed potius populus pręſentabit.
a Sed nõ video, quare iſtud dicant [a], cum nullo iure hoc caueatur. Adminiſtrationis], aut rationem in omnibus eccleſijs patet epiſcopus, exceptis illis, in quibus clericus eſt patronus, ſm d. n. cuius eſt mẽs totius huius glo. Patet ex præmiſſis, ꝙ in eccleſia collegiata de iure communi nõ habet epiſcopus miniſtrum ponere, ſed collegium eligit, quod dic, vt leg. & no. s̃. de elect. c. j. & c. cum terra. niſi aliud obtineat de conſuet. quod dic, vt leg. & no. s̃. de reſti. in integ. cap. ij. ſed nec in eccleſia infra limites alterius ſita ponit epiſcopus miniſtrum. immo rector matricis eccleſiæ habet eum repræſentare. & ſi negligens fuerit, tunc epiſcopus ipſum ponit, quod dic, vt legitur, & not. infra de eccleſ. ædific. ad audientiam. j.
14 §. j. verſic. mandamus. & §. fin. Patet etiam, ꝙ † quando eccleſia habet patronum ipſæ repræſentat miniſtrum, vt infra de iure patr. per totum. & ſi non habet, epiſcopus ipſum inſtituit. xvj. q. fin. nullus omnino, & legitur, & no. infra de cleric. peregr. c. fi. & non populus. niſi forſan & ad ipſum ſpectet ius patronatus. nam & tunc ipſæ populus repræſentat, & ſic loquitur, & intelligitur, ſupra de elec. c. ij. & c. querelam. In eccleſia etiam, in qua clericus eſt patronus, non habet epiſcopus rationem exigere de temporalibus, ſed patronus, quod dic, vt legitur, & not. infra de pręben. in Lateranẽ. & de priuileg. cap. iij. §. in eccleſiis [Aliquanto tempore] non tamen tãto, ꝙ præſcriptio completa eſſet, ſi. ſupra de cauſ. poſſ. cum eccleſia ſutrina. & s̃. de electi. Cumana. ſic ergo non requiritur in hoc caſu titulus ſpecialis de neceſſitate, ſed cum iure communi ſufficit ſolum tempus, ſecus in præſcriptione monaſterij contra epiſcopum, vt no. ſupra §. prox. verſic. fin. [Abſoluendos] quia actore non probante &c. C. de eden. qui accuſare. C. de rei vendic. l. fin. C. de probat. actor. Ex his ergo no. ꝙ quantum ad temporalia eccleſiarum ſibi approprianda ius commune non fundat intentionem epiſcopi, quamuis cauſam, ſiue titulum præbeat præſcribendi, ſi. infra de iure patr. curat.

ADDITIO.

a ¶ Dicant. Adde do. Abb. hic in antepenult. col. verſic. quarto not. & eundem conſil. lxvij.

*SVMMARIVM.*

1 *Via terreſtris an potius attendatur, quam aqueſtris.*

CAP. VII.

**Olim, & infra.** Aliàs incipit cũ olim [Quia literis] quarum auctoritate citatio viuente do. Innoc. III. emanauit, ſed quia nõ ſenuit iuriſdictio per ipſam, prorogari non potuit, & interim do. Inno. mortuus fuit, cui Honorius ſucceſſit, vt patet in his, quæ not. infra §. fin. [Treueren. archiepiſcopo] cui commiſſa fuit cauſa, quæ inter. V. & eius aduerſarium vertebatur, ſm d. n. [Præſentatis] contra ipſum. V. [Idem] verſi. ſcilicet Guillermus [Ipſarum] ſcilicet literarum, & caute hoc propoſuit, cum eſſet declinatoria iudicij ne ipſa omiſſa videretur tacite in iudicem cõſentire. Aliæ vero dilatorię, ſicut eſt illa non habes mandatũ. non potes eſſe procurator ante litem conteſt. quãdoque proponi poſſunt, vt legitur, & not. infra de re iudic. inter monaſterium. C. eo. tit. l. fin. C. de probat. exceptionem. poſt litem conteſt. autem nulla dilatoria proponitur ſalua exceptione falſi. de qua dic, vt no. ſupra c. prox. §. intelleximus. verſic. fin. Et ſalua exceptione excommunicationis. de qua dic, vt no. extra d. n. eod. tit. pia, lib. vj. & infra eod. exceptionem. Hæc vera ſunt niſi, & ignorantia excuſet, vel de nouo incipiat competere, vt patet in eo, quod leg. & not. ſup. eod. paſtoralis. & s̃. de teſti. præſentium. & ſupra de offic. deleg. inſinuãte [Vltra duas dietas] a ſua diœce. ad locum ad quem citabatur, & non ad illum in quo iudices habebant domicilium computãdas, ſm d. n. [Trahebatur] in hoc enim conſiſtit vis huius exceptionis. non in diſtantia, quod dic, vt leg. & no. ſupra de reſcrip. c. dilectus. ij. [Et quia] verſic. [Recuſabat] quod poterat facere ſi vera ſit allegatio partis aduerſæ, vt no. infra §. 1. ¶ [Porro] ij. pars. in qua ponitur allegatio partis aduerſæ [Cum ipſe] verſic. [Qui]. ſ. locus [Ab illo] ſ. loco. in quo. V. inhabitabat, ſiue diœceſi loci illius [Prouiſum] ſ. vltra duas dietas, & ſi hoc verum erat appellatio nulla fuit, vt s̃. no. vt patet in concilio, quod allegat ſupra de reſcr. nonnulli, quod dic, vt ibi no. ¶ [Diſcretioni veſtræ] ij. pars [Exceptionem ſuam] cuius probatione reus actor efficitur, & ideo ſibi incumbit probatio. ff. de probat. in exceptionibus [Propoſuit] & ꝙ admiſſa non fuit, & ꝙ propter hoc eſt appellatum, infra de appell. dilecto. § fi. ad fi. [Videlicet] verſic. [Trahi] ſic videtur, quod qui appellat ante diffinitiuam ſententiam a grauamine neceſſe habet probare in cauſa appellationis verã fuiſſe cauſam, propter quam appellauit, quod dic, vt plene no. ſupra de teſti. ex parte ade. Hoc autem certum eſt, ꝙ ſi offerat ſe cauſam probaturum propoſitam, & non admittatur, & ob hoc appellauerit, non habet neceſſe probare veritatem cauſæ, ſed ſufficit, ꝙ probet, ꝙ non fuit admiſſus, infra de appellat. interpoſita. Aliàs autem tenetur probare cauſam veram eſſe, vt hic. alioquin ad priorem iudicem remittetur, infra de appell. vt debitus. niſi & de veritate conſtet per confeſſionem aduerſæ partis negantis, ꝙ non fuit appellatum ob illam cauſam, tunc enim nõ eſt neceſſe probare veritatem, de qua iam conſtat. ſed ſufficit, ꝙ probetur, ꝙ ob illam cauſam fuerit appellatum, infra de appell. dilecto. §. fi. De hoc tamen dic, vt no. infra de appell. interpoſita [Duas dietas] Quid ſi citetur aliquis vltra duas dietas, nunquid ire tenetur, videtur, ꝙ non, arg. ff. de iudic. non videtur. & l. ſi quis ex aliena. ff. ſi quis in ius voc. non ie. l. ex quacun-



que cauſa. ff. de pecul. eo tempore, infra de appella. ſi duobus. & c. cum parati. ſed contra. ff. de arbit. arbiter. Kalendis. ſupra de offi. de leg. prudentiam. reſpon. j. Sol. ſi dubitetur de dietis, vel ꝙ literæ ſint obtentæ de aſſenſu procuratorum, quos certum eſt partes habere in curia, ire tenetur. Alioquin ſi nullũ dubium eſſet non tenetur. Quid ſi citatus non diſtat a loco, ad quem citatur vltra vnam dietam per aquam, diſtat autem per terram tribus, vel quatuor, vel
1 vltra. Conſideranda eſt † via vſitatior, [a] & communior, & quæ cõ
a muniter hominibus frequentior ſit, arg. l. diſt. ſæpe cõtingit. ff. ad legem Aquil. ſi procurator. j̃. de homic. ex literis, ij. ſm Goffr. j̃. de ſpon. ex literis. ff. de fluminibus. l. j. ff. de fund. inſtruct. & inſtr. leg. cum delanionis. §. aſinam. Frequentius tamen eſt, vt viæ terræ cõſiderentur, maxime tempore hiemali, quo nauigatio ſæpe periculoſa eſt, ſed & ſemper incerta, C. de offi. recip. prouin. ciuitas, & ex eo ꝙ termini diœceſum in terra melius diſtinguuntur, q̃ in mari. Conſueuerunt enim diſtingui limites per flumina per riuos aquarum, per caſtellas, per villas, ita ꝙ caſtrũ, vel villa tota ſit vnius diœce. citra autem ſit alterius. Probatur limitatio legitima probatione, & ſic quandoque per agrimeſſores. C. de fundis limitro. l. ij. lib. xj. C. fin. regund. l. ij. ff. fin. regund. ſi irruptione. § ad officium. xvj. q. iij. licet. & c. inter memoratos. & c. diſcretio. & de hoc s̃. de probatio. ex literis. & c. cum cauſam quæ [Vos appellationem] verſic. [Legitimam] niſi aduerſa pars illegitimam probet, ſecundum id, quod propoſuit s̃. eo. §. prox. [Superſedere] ſic j̃. de appe. ſua. in fi. Immo deberent procedere. & ideo ſigno contrarium. j̃. de appell. vt debitus. Poteſt dici, ꝙ cum reſcriptum a prædeceſſore emanauerit, & citatio non tenuerit, re integra iuriſdictio expirauit, vt no. s̃. reſpon. j. & arg. s̃. de electi. bonæ me. Gremomen. in fin. & de offic. deleg. gratum. & ſic debet iungi cauda huius literæ cum capite. & ſic erit plana, & eſt ſi. j̃. de noui oper. nunc. ſignificantibus. §. fi. vbi de hoc. Vel dic, ꝙ hanc gratiam fecit Papa reo, qui conueniri nolebat coram delegato, ne vexaretur, ſed paratus erat coram ordinario ſtare iuri, arg. ſupra de reſcrip. nonnulli. reſpon. j. & §. cum autem. & in cap. vt debitus. reſponſ. j. vel dic, vt in ſeq. glo. [Curetis] & ſic continetur in regeſto permittatis procedere Abbatem ſancti Laurentij, & coniudices ſuos, ad quo pars ſuper appellatione facta ab archiepiſcopo literas impetrauit, alioquin vos, ad quos literæ iſtæ fuerunt ſub hac forma de conſenſu partium impetratæ, in ipſa cauſa ratione preuia procedatis, ſm d. n. Et hoc teneas, quia magis credendum eſt regeſto, q̃ gloſis.

ADDITIO.

a ¶ Via uſitatior. Quia attendatur potius via terreſtris, quàm aqueſtris. vide hic Pan. & eius apoſt. poſt iſtum.

*SVMMARIVM.*

1 *Omnia iudicia ſunt abſolutoria.*
2 *Nemo præciſe cogitur ſe defendere.*
3 *Data literarum eſt conſideranda.*
4 *Diſtinctioni omnino ſtandum eſt.*
5 *Quilibet periurus admittitur ad defenſionem eccleſiæ.*
6 *Opponere non ſufficit niſi & probetur.*
7 *Replicatio maioris excommunicationis non admittitur contra exceptionem maioris excommunicationis.*
8 *Replicatio de dolo, an & quando admittatur contra excipientem de dolo.*

CAP. VIII.

**Dilecti.** [Ipſos] ſ. S. P. & C. [Traxiſſet] petendo confirmationem electionis, de ipſo facto non obſtante contradictione eorundem, vt ſequitur [Super eo] ver. [Electioni] ſorte electus iſte petebat obedientiam ab iſtis. S. P. & C. & ipſi hanc denegabant, vel ipſi appellauerant, ſed appellationem ſuam non proſequebantur, vnde & electus petere poterat, ꝙ procederetur in cauſa, infra de appell. oblatæ. §. penult. vel ꝙ imponeretur eis ſilentium, & etiam aliàs punirentur, extra d. n. de elect. ſtatuimus. lib. vj. hodie tamen non ſunt ſuper hoc literæ impetrandæ, ſed debet appellatus expectare apud iudicem, ad quem eſt appellatum, & corã eo proſequi cauſam ſuam, vt ibidem. licet Papa, vel alius ſuperior quandoque cõcedat literas ex certa ſcientia, & tunc valent, quia aliter non valerent. aliquando etiam mandat Papa, vel quiuis alius citari omnes, qui ſe volunt opponere, & quorum intereſt, & tunc propo-
a ni debent edictum in publico [a], vt quicunque ſuper facto, de quo agitur, ſe opponere voluerit, coram tali iudice, & in tali loco compareat tali die, alioquin non obſtante cuiuſcunque abſentia in ipſo negocio procedet, & ꝙ ſic poſſit fieri, & quid operetur talis citatio, patet in eo, quod leg. & no. j̃. qui ma. accuſ. poſſ. cum in tua. Poteſt etiam iſte citator ſub eadem forma citare, quos voluerit nominatim, vt ibidem colligitur, hoc autem cõſtat, ꝙ in hoc caſu nullum præciſè citare poteſt, ſed vnuſquiſque ſibi eſt relinquẽdus, vt ſcilicet compareat ſi voluerit, & ſibi crediderit expedire. Aliquando autem mandatur alicui, ꝙ citet omnes illos qui ſe tali opponunt ſuper electione ſua, vel ſuper alio facto, de quo agitur, in quo caſu dixerunt quidam (ſed male) ꝙ citatoris eſt aliqua cognitio. hæc, ſcilicet vt vocet eos, quos Imperator citari petit, & quærat ab eis, vtrum ſe velint opponere, vel non, & ſi reſponderint, ꝙ velint ſe opponere citet ipſos. ſi verò dicant, ꝙ nolint ſe opponere citet ipſos. ſi vero dicant, ꝙ nolint ſe opponere, tunc abſoluat eos a citatione, & pro iſtis, qui ſic ſentiunt eſt, arg. in eo, quod
1 dicitur, ꝙ † omnia iudicia ſunt abſolutoria, vt inſtit. de offic. iudi. §. fi. ſecundum d. n. & ꝙ dicitur, ꝙ nemo de domo ſua in ius vo-
2 cari debet. ff. de in ius vocan. plerique, & l. ſequen. & quia † nemo preciſè cogitur ſe defendere, ſed ſatis eſt, ꝙ aduerſarius mittatur in poſſeſſionem bonorum. vel aliàs pœnas patiatur is qui ſe nõ defendit, vt ibi patet, & in eo, quod legi. & not. s̃. vt lite non conteſt. tuæ fraternitatis. Nec obſtat. ff. de verbo oblig. inter ſtipulantem. §. j. vbi dicitur, ꝙ iudicium redditur in inuitum, quia bene redditur iudicium, ſi ex quo venire renuit proceditur cõtra ipſum. Veruntamen d. n. non placet hæc opinio, quia cum hæc clauſula. citet omnes qui ſe opponunt, intelligẽda ſit de his, qui ante datam literarum citatoriarum ſe oppoſuerunt, & illius cuius negocium agitur interſit, vel intereſſe poſſit. eos ſe ſibi non oppoſuiſſe, non ſunt abſoluendi a citatione illi, qui ſe ſemel oppoſuerunt, quamuis dicant, ꝙ ſe nolunt amplius opponere, niſi primo ſatisfaciãt de intereſſe, ſecundum d. n. arg. ff. de interrog. actio. de etate. §. fin. ff. de condict. cau. da. dedi. & l. ſi pecuniam. cuius ſatisfactionis cognitio, ac diffinitio nõ eſt citatoris, ſed iudicis. ſi ergo citator vult bene, & plene ſuo officio fungi ſine alia interrogatione inquiſitionis citet illos, quos Imperator ſibi duxerit nominãdos, ſed & impetrator in nominatione ſibi caueat, quia ſi facit citari illum, qui nunquam ſe oppoſuit, vel non intereſt ſua, ꝙ citetur, & ſic in nullo eſt ſibi obnoxius, condemnabitur in expenſis, argu. in eo quod legi. & not. s̃. de reſcript. c. fi. §. j. Sed nunquid per tales literas citari poſſunt illi, qui primo poſt datam literarum ſe oppoſuerint, vel qui nunc de nouo ſe voluerint opponere. Dicunt quidam, ꝙ ſic, quia præſens tempus appoſitum in literis, vbi dicit, qui ſe opponunt. confuſe eſt intelligendum, vt includat in ſe, non ſolum pręteritum. ſed & præſens pariter & futurum.

*Nam præſens confuſum præſentis non tenet vſum.*

Alij dicunt, ꝙ non niſi illi, qui ante datam literarum ſe oppoſuerunt, citari poſſunt ſm d. n. hoc videtur verius conſiderata natura reſcriptorum, quæ de natura ſua præterita. i. datam præcedentia
3 tantum reſpiciunt, nõ futura. ideoque dicitur, ꝙ † data literarum eſt conſideranda, quod dic, vt leg. & no. s̃. de reſcrip. eam te. §. pen. & c. ad hæc ſumus. & c. ſignificauit. & c. fi. § aut literas. Nec mireris ſi dixerim, ꝙ ad nutum impetratoris debent omnes citari, & ſic poterũt multi iniuſte vexari, quod videtur abſurdum, nam & ſi Papa illos omnes in ſuis literis nominaſſet, omnes citaſſet, & tamen illa eadem abſurditas ſequi poſſet, videlicet, ꝙ multi iniuſte vexarentur, ſed in vtroque caſu ſi hoc appareat, & citatus compareat condemnabitur ei impetrator, vt dictum eſt ad expenſas, ſi vero citatus non compareat, non ſtatim condemnabitur ad expenſas, vel ad aliud quicquam. immo contra ipſum præmiſſis iuramento calumniæ, & cognitione ſummaria, & non aliter (ſicut iuſtum fuerit) procederetur. Sed etiam dici poteſt, ꝙ nõ citabuntur omnes illi indiſtinctè, & indifferẽter qui ab impetratore fuerunt nominati, ſed attendet citator qualitatem perſonarũ, & cauſæ, & ſicut delegans moderaretur, ſic & ipſe moderabitur qualitatem citandi, & numerum citandorum, arg. in eo, quod leg. & no. s̃. de reſcrip. ſuper literis. §. fi. ſm d. n. cuius eſt magna pars mentis totius huius gloſ. quia nec ſemper, nec in omnibus obediendum eſt, vt leg. & no. s̃. de temp. ordin. ad aures. §. j. & c. dilectas. § cũ igitur. verſ. j. [A quibuſdam] poterant autem huic electioni ſe opponere agendo, vel excipiendo, vt patet in eo, quod legi. & not. s̃. congregato. j̃. de accuſ. ſuper his. Si agendo, planum eſt ꝙ ad iudicium voluntarij veniebant. C. vt nemo inuitus in rubro, & in nigro. Si excipiendo, adhuc videtur voluntarij, & tamen eorũ exceptio replicatione non tollitur, vt ſequitur. Et per hoc patet, quod
4 † nõ eſt omnino ſtandum diſtinctioni. d. n. quod dic, vt plene no. s̃. eo. cum priorem. reſpon. j. verſ. procurator. in prin. [Canonicis] ad quos pertinebat electio dicti prioris, & forſan prioratus erat eis ſubiectus [De ipſo]. ſ. M. agente [Supradictæ]. ſ. Sanctæ Mariæ cuius erant canonici contradicentes, licet ad ipſos electio nõ ſpectaret [Iidem] verſi. ſ. canonici contradicentes [Propoſuerunt]. ſ. excipiendo [Excommunicatus] qui eſt ab omnibus actis legitimis ſeparatus, & ineligibilis, quod intelligas de maiori excõmunicatione, non de minori. j̃. de cle. exc. min. ſi celebrat [Periurii] quod & ab ordinando repellit, s̃. de temp. ordin. c. fi. Et a teſtimonio. s̃. de teſti. teſtimonium. ¶ [Cunque] ij. pars [Eorum] ſ. S. P. & C. quod eſſe non poterat, vt ſequitur [Exceptionem] quam proponebant contra confirmationem. Vel melius dicas, ꝙ iſte coelectus volebat elidere exceptionem. S. P. & C. qua dixerant eundem electum excommunicatum eſſe, replicando de excommunicatione, & ideo non audiendum ſuper petitione obedientiæ, quam fecerant, vel ſuper procedendo in principali, & imponendo

ADDITIO.

a ¶ In publico. Hic de hoc edicto, vt hodie habetur in cap. fin. de electio. libro ſexto.

do eis pœnam, prout no.ſ̃.eo.c.j.reſpon.j.verſic j.ſuper verbo.ele-
ctionem.in princ.ſecundum d.n.[Procurator] verſic.[Eorum]
ſ.trium [Quia eius] ſ.M.[Probatio] quia ſuperflua, cum nec ip-
ſum in hac parte releuaret, & ſic non admittenda, vt ſequitur, ſi.
ſ̃.de elect.bonæ me.j.§.contra. & de offic.deleg. cum contingat.
§.fin.& verſic.cum & ſi pro certo [A defenſione] ſic patet, quòd
5 † quilibet admittitur ad defenſionē eccleſiæ ſuæ etiam periurus,
quia & ad agendum, ſeu accuſandum admitteretur, proſequendo
ſuam iniuriam, vel ſuorum.iij.q.ij.neganda.& c.ſeq.iiij.q.ſi. om-
nibus. multo fortius ergo ad defendendum, nam & quandoque
ad defendendum admittitur, qui ab agendo repellitur.ſ̃.eo. cum
inter priorem.& j̃.§.j.adde, quod no.in ſeq.glo.[Suæ eccleſiæ] ſic
nec a propria.nam & periuri, & criminoſi poſſunt ſuas cauſas ꝓ-
ſequi & ſuorum, a ſimili nomine eccleſiæ accuſationes & propo
nere, & ſequi poſſunt, arg.hic, & ſ̃.de iureiuran.petitio.Et notabis
hic ſecundum d.n.ꝙ vbi talis.ſ.qui dicit ſe electum, ſed de hoc nō
conſtat, petit obedientiam a ſubdito, & ſubditus eam præſtare de
negat. in hoc caſu ſubditus dicitur defendere ſuam eccleſiam, &
electus impugnare, ſicut colligitur ex his verbis ſecundus illam
caſus poſitionem, qua dicitur, ꝙ iſte electus petebat obediētiam
ab his tribus.no.ſ̃.eo.tit.reſpon.j.verſic.ſuper verbo electionum.
in princ.¶[Adiecit] iij. pars & bene.[Dicto M.] ſ. electo [Quia
6 exceptio] verſic.[Et probata] No.† ꝙ non ſufficit opponere niſi
& probetur.j̃.de conceſſ.præben.cum ſuper.j̃.de re iudic.ſuborta.
§.j.ad fi. ſupra de reſtit.ſpoliat.Piſanis [Eundem].ſ.M.[Replica-
7 tio] verſic.[A defendendo] Et ita habes hic, † ꝙ contra exceptio
nem maioris excommunicationis nō admittitur replicatio ma-
ioris excommunicationis, quod dic, vt no.ſ̃.eod.c.ij.& c.cum in-
ter priorem. reſpon.j.verſic.procurator. in princ.[Repelleret] &
ex hoc habes, ꝙ excommunicatus non ſolum ſe, ſed eccleſiam
ſuam defendere poteſt, licet non poſſit agere, nec etiam reconue
nire, ſupra eod.cum inter priorem, infra eo.dilecte. & c.ſignifica-
uerunt, & c.venerabilem [Ipſi vero] iiij.pars [Interlocuti] & ma-
le, vt patet ex ſequentibus, & ex his, quæ not.ſ̃.§.prox.[Appella-
tum] & bene vt ſequitur.¶[Quo circa] v.pars [Si res ita ſe habet]
8 Hic habes, arg.ꝙ † contra exceptionem doli non datur replicatio
a de dolo[a], ſic.ff.de excep.do.apud Celſum.§.Marcellus, ſed contra.
ſ̃.eo.cum eccleſiaſticæ.j̃.de diuor.ſignificaſti.j̃.de adult. intellexi
mus.xxxij.q.vj.nihil iniquius. Sol.veritate inſpecta non ſunt con
traria conſiderato fine, qui vnus eſt, ſiue denegetur replicatio, ſi-
ue detur ne alter. ſ.de dolo ſuo commodum conſequatur, ideo
enim hic denegatur replicatione actor excommunicatus admit
tatur ad agendum, quod eſſe non debet, vt ſ̃.eo.§.adiecit.& ſic e-
tiam intelligitur d.§.Marcellus. ne videlicet communis malicia
vni ſit lucroſa, alteri vero damnoſa, verbi gratia, induxi te dolo ad
aliquid promittendum, deinde tu induxiſti me dolo ad remittē
dum, & ſic ego & tu in dolo ſumus, vnde ſi ago contra te ad pro
miſſum reddendum, tu potes de dolo excipere, ſed ego non pote
ro replicare, ne dolus meus mihi lucroſus ſit, & tibi damnoſus, &
hæc eſt ratio quare in d. §.Marcellus. non admittitur replicatio
in contrarijs, vt patet in adulterio vltimo viri & mulieris, vt puta
mulier adulterata petit virum ſuum ſimiliter poſtea adulteratū,
excipit vir de adulterio vxoris replicat vxor de adulterio viri. hic
enim ideo admittitur replicatio mulieris, ne ſcilicet vir lucrum
reportet de adulterio ſuo, & ipſa damnum. alioquin vni tantum
noceret adulterium, & alteri non noceret, & eodem modo intel
lige, ſupra eod.cum eccleſiaſticæ, & ſic patet, ꝙ eadem ratione de
negatur replicatio, qua & datur ſecundum B.

A D D I T I O.

a ¶ Replicatio de dolo. Adde an, & quando contra excipientem de dolo, ſeu crimine admittatur exceptio doli, vel alterius criminis pleniſſime ꝑ do.Abb.hic in ij.col.verſ.& primo.& per apoſt.ibi remiſſiue.

*S V M M A R I V M.*

1 *Quæ pœnæ poſſunt infligi a iudice ex culpa coram eo commiſſa.*
2 *Amotia beneficijs ſuis non ſunt admittendi in communibus eccleſiæ negocijs*
3 *Abſolutio poteſt peti ad diuerſos fines.*
4 *Suſpenſus ab officio & beneficio utrum, & quando poſſit agere.*
5 *Equitas rigori eſt præferenda.*

CAP. IX.

APoſtolicæ ſedis, & infra. Pars.j̃.de cler.exc.
min. Apoſtolicæ [Vobis] qui intereſſe debebatis ele-
ctioni celebratæ, ſm do.n.vel dic, vt in ſe.interlineari.
[Conſtitutis] occaſione ordinationis Pragen. eccleſiæ, vt ſequi-
tur [Suſpenſionis] ab officio, vt differat a ſequenti.[Amotionis]
1 ſcilicet temporalis, quæ idem dici poteſt, quod ſuſpenſo † quæ pe-
næ infligi poſſunt a iudice ex culpa coram eo commiſſa, argu.ff.
de pœnis.l.mortis.& l.fin. Et quia hæ pœnæ ſine magna ſolenni-
tate, & ſine ordine poſſunt infligi, ideo ſine magna ſolennitate, &
ordine poſſunt reuocari, arg.in eo, quod leg.& no.j̃.de reg.iur.c.j.
2 † Ex quo autem a beneficijs ſic temporaliter ſunt amoti infra ſuæ
amotionis tempus non debent communibus eccleſiæ negocijs
intereſſe, quod eſt dignum no.Quid autem iuris ſit de illis, quibus
officium interdictum, dic, vt no.j̃.de cler.excom.min.ſi celebrat.
& de exceſſ.prælat.c.fi.j̃.de appell.ad hæc quoniam, ſm d.n.cuius
eſt mens totius huius gl. aliàs [Priuationis a beneficijs] Per hoc
videtur, ꝙ eſſent priuati præbendis, ſiue canonijs, quod ſi iuſte fa-
ctum eſſet, tanquam extranei eſſent repellendi [Sententiæ] a iu-
dice latæ [In modum].i.ad repellēdum vos ab electione.d.n.vel
dic vt in ſeq. interlineari [Exceptionis] vt ſic remoueremini a li
mine iudiciorum tanquam inepti [Quas] verſic.ſ.ſententias [Li
cet proponeretis] Ex hoc dicunt quidam, ꝙ quandocunque quis
petit abſolui ad cautelam a ſententia, quam aſſerit nullam eſſe ꝓ
eo, ꝙ is, qui ipſam tulit non erat ſuus iudex, vel etiam ſi confitea-
tur ipſum ſuum eſſe iudicem, & ex eo tamen quia lata eſt poſt ap
pellationem, vel ex alia quacunque legitima dicit ſentētiam nul
lam eſſe, ſed vult abſolui ad cautelam, vt alij ei ſecure communi
ſus condemnandus eſt in expenſis legitimis,vt hic dicit.& expo-
ne legitimis.i.legitimæ taxatis,& iuratis.quod dic vt no.ſupra.de
procur.auditis.§.j.& c.conſtitutis.§.j.in fin. [Condemnandus]cũ
ergo ſuper expenſis ferenda ſit ſententia ſi appareat fraus non ex-
communicanti contra excommunicatum pro ipſo excommu-
nicato,vt hic dicit,multo fortius & in principali ſi de iuſtitia ap
pareat idem excommunicatus eſt abſoluendus, & vtrumque iu-
ſtum eſt,quia in talibus non attenditur fauor, vel odium, ſed po-
tius conſideratur iuſtitia,& æquitas iudicantis, ſupra eo. cum in-
ter priorem.§.j.Talis igitur in expenſis condemnatur, ſed execu-
tio differtur quouſque excommunicatus fuerit abſolutus,vel eſt
ſpeciale in hoc caſu in pœnam doloſi. Nec eſt dubitandum de
peccato,ex quo iſtud fit auctoritate Papæ, & iuris, xj.quæſtio.iij.
quoniam multos.xxiij.quęſt.iiij.qui peccat,quod dic,vt not.j̃.eo.
cap.fin.in fi.¶[Excommunicatus.] ij.pars.[Publice.].q.d. ex quo
publicatus,vnde & in partibus illis non licet ignorare,xvj.d.quod
dicitis.ſupra de poſtulat.præla.ca.j.§.quod nec ſufficit.vbi de hoc.
Et colligitur ex hac litera a cõtrario ſenſu, quòd ea, quę fiunt in
iudicio cum excommunicato occulto ualent, etiam ſi excom-
municatio poſtea detegatur,ad idem infra, de re iudi.ad proban-
dum.ſupra de procurat.cap.fi.& expreſſum eſt extra.do.noſt.eod.
9 titu.pia.§.ſi uero poſtmodum.& eſt ratio, † quia de occultis non
iudicat eccleſia,infra de ſimon.ſicut in fi.nec de ipſis diuinare te-
nemur,ff.ad leg.aquil.ſi putator infra,vt benefi.eccl.ca. vnico.§.j.
verſi.quoniam,nec tenemur ad eorum obſeruationem, ſupra de
conſti.cap.ij.82.diſtin.propoſuiſti.& intelligas publicum,ſi iudex
tulit publice ſententiam in loco conſueto præſentibus officiali-
bus,& partibus,vel altera abſente per contumaciam, C. quomo-
do,& quando iudex,ſi vt proponis C.de ſentent. excommu. peri-
re.l.ij.ſecus ſi occulte in camera proferatur,C.de ſenten. & inter-
locut. omnium iudicum, cum ſententiam. talis enim occultus
quouſque denunciatus ſit reputatur.ad hoc 19.diſt.Anaſtaſius.ſu-
pra de offic.deleg.conſuluit.§.ne vero,& no.de ſimili materia.in-
fra de vſur.cum in tua dioce. [Non opponitur]& ſi etiam dolo-
10 ſæ taceatur,vt pręmiſit,& ſic patet,† quod iuri publico renuncia-
re poteſt,ff.de poſtul.quos prætor,quod dic,vt no.infra.de for.cõ-
11 peten.ſi diligenti.[Officio,]ſic ex officio ſuo † prælatus examina-
re debet promouendum,& ſi pars taceat, ſupra de elect. cum no-
bis olim.§. his igitur,& cap. nihil eſt. Sic & militem procuratorẽ
repellit,ff.de procurat.filiusfamil.§.veterani.C. de procurat.mili-
tem.C.locati milites.Sic & compenſationem admittit, licet pars
hoc non petat,ff.de petit.hæred.l.fi.ff.de iniur. item apud Labeo-
nem.§.ſi quis. Sic & quædam poſſunt obijci poſt ſententiam C.
de iur. & facti ignor.l. prima.ff.ad maced.l.cauſam.[Iudicis]hoc
ſcientis.poſſet enim in vna eſſe occultum, & in alia eſſe notoriũ
regione,ſed vbi iudex certus eſt debet cõmunionis periculis ob-
b uiare[b] & ſibi & alijs prouidere,vt hic patet.& extra.do.noſt.eod.
titu.pia.[Repellendus.]niſi in caſu in quo non ſolum repellit iu-
dex excommunicatum, immo & ipſum agere cogit, vt patet,ſu-
pra,de offic.ordi.ſignificauit,in fi.& niſi reus contradicat,& petat
procedi in lite cœpta, quod poteſt facere ex quo ſemel ſibi obla-
tus eſt libellus,C. quomodo & quando iudex authen. qui ſemel,
C.de epiſco.& cle.autem generaliter.& legitur, & no.ſupra de do
lo,& contum.cauſam quæ.quinimmo & idem videtur dicendũ
etiam ſi reus adhuc ab excommunicato conuentus non fuerit:
ſed ab eo timeat conueniri,argu.C.de ingen.& manu.diffamari,
infra qui fil.ſunt leg.lator.& patet in eo,quod not.ſupra. de prob.
licet reſpon.j.ver.ſuper quo. alioquin quod in odium excommu
nicati dictum eſt & in fauorem non excommunicati,retorque-
retur in fauorem excommunicati, & in damnum non excom-
municati.quod eſſe non debet,vt patet C.de legi. quod fauore,&
in eo quod leg.& not.j̃.de do.inter virum,& vxo.& ſi neceſſe.§.j.
ad fin.& ſ̃.de iudi.intelleximus ſecundum do.no.

ADDITIONES.

a ¶In expenſis. Adde dom.Henr.bo.hic qui hoc idem no.poſt iſtum & Inn.
b ¶Abuiare.Quid autem ſi iudex ex officio ſuo inhabilem non repellit,nũ
quid poſſit pars appellare. Io.And.& communiter doct.ſecundum d.Ab.
hic tenent,ꝙ non.Et idem vult.Specu.ti.de offi.iud.§.intendit.circa prin.
vbi generaliter dicit iudicem non grauare,ſi non facit,quod ex mero of
ficio ſuo facere poteſt.Et ad idem vide Pe.de Ancha.poſt lap.in pen. col.
in cap.pia.eod.titu.lib.6.

*SVMMARIVM.*

1 *Rei vendicatio non competit niſi contra poſsidentem.*
2 *Dolus pro poſſeſſione habetur.*
3 *Exceptio rei iudicatæ non obſtat,niſi ad minus tria concurrant.*

## CAP. XIII.

ADuerſario. &c.[Tuo] rei vendicatione cõ
uentio.[Abſoluto] a petitione
tua.[Quoniam.] & ſi poſſideret. [Tempore] ſubau-
di maxime.idem enim eſſet, & ſi tempore motæ li-
tis poſſidebat,ſed poſtea ſine dolo deſijt poſſidere, vt
ff.de rei ven.ſi autem.& l.ſi in rem.& ſequenti. & l.ſi culpa. & l.is,
qui dolo.& l.ſequentibus.ſecundum.do.no.quod dic vt no.in ſe-
quentibus gl.[Litis] ideſt tempore quo lis fuit conte. [Ab ipſo]
quod & verum eſt etiam ſi tempore motę litis poſſidebat,ſed po
ſtea tempore ſententiæ ſine dolo &c. ad hoc enim quod in rei vẽ
dicatione ſequatur codemnatio requiritur ꝙ reus poſſideat tem-
pore litis conte.& tempore ſententiæ.Porro ſi tempore litis cõte.
poſſidebat demum ſine dolo malo deſijt poſſidere abſoluitur. ff.
de rei vendi. ſi autem.§.j. Quod & verum eſt niſi ſe liti obtulerit.
1 quamuis enim rei † vendicatio non competat, niſi contra poſſi-
dentem,vel ſaltem detinentem.ff.de rei ven.officium. ſi tñ ſe ob-

ſulerit condemnatur ſm quod diſtinguitur,ff.de rei vend.is qui ſe
obtulerit.& l.ſeq.reſpon.j.de hoc intellige.s̃.de conſti.eccleſia ſan
a ctæ Mariæ.[Poſſidere] Sed quis probabit [a] ꝙ ſine dolo deſijt poſſi
dere? Lex videtur dicere ꝙ ipſe reus qui conuenitur ff. de except.
rei iudi.ſi rem meam.& l.ſi a te.reſpon.j.& l.ſi quis ad exhibendū.
vnde hæc ſumpta eſt decre.ff.de rei vendi.eſt autem. & l.ſi poſſeſ-
ſor.Sed contra quia qui dolum dicit ipſum probare debet. ff. de
prob.quotiens.§.qui dolo.cui ſtandum eſt regulariter. Nec obſt.
præmiſſa.l.contraria.quia ſatis probat ſe non doloſum eo, ꝙ con
trarium non probatur.arg.C.qui mili.non poſſ. ſuper ſeruis.libr.
xij.& arg.C.de teſta.omni.ſic & probatur quis bene meritus eo,ꝙ
immeritus non probatur.ff.del.ij.cum pater.§.porro.ideo autem
dicit prædicta.l.ſine dolo.quia ſi dolo deſijt poſſidere condemnat̃
2 ac ſi poſſideret † cum dolus pro poſſeſſione habeatur.C.de reg.iu.
qui dolo.& l.parem.ff.de rei uen.is qui dolo, & l.ſi autem.§. ſed
& ſi is.ff.de peti.hæred.nec vllam.§.is quoque.& l.etiam.§.item ſi
quis.& l.ſed & ſi lege.§.ſin autem.§.perinde.[Exceptio] ſic. C.ad
3 exhibendum.l.iij. [Non obſtabit.] Ad hoc enim † vt non obſtet
hæc exceptio tria ad minus cōcurrere debent, ꝙ idem ſit corpus
ſiue eadem quantitas.Idem ius ſiue cauſa petendi.& eadem con-
ditio perſonarum.ff.de excep.rei iud.ſi rem meam & l.cum quę-
ritur.Sed & in rei vendicatione poſſeſſio conſideranda eſt,vt not.
s̃.eo.c.ſuper verbo.ab ipſo.& idem eſt in petitione hæreditatis, &
in actione ad exhibendum,vt in iuribus ibidem allegatis.

ADDITIO.

a ¶Quis probabit.Vide gl.hic,& do.Abb.poſt eam uerſicu. nunc quæro in
prima colon.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus conueniri poteſt.*
2 *Excommunicatus in quibus auditur, & admittitur.*
3 *Eccleſia non claudit gremium redeunti.*

CAP. XIIII.

VEnerabilem. &c.[Narbonenſem] excō-
municatum, vt ſequitur &
1 conuentum † nam excommunicatus conueniri po-
teſt,s̃. de iudi. intelleximus. [A iudicibus] contra ip-
ſum impetratis,& coram quibus conuentus fuit. [Grauamine]
expreſſo,ut leg.& no.s̃.eod.dilecte.reſpon.j.ver.& ipſe.[Litteras.]
in quibus de excommunicatione nulla fiebat mentio, quare di-
cebantur non valere,& male,vt ſequitur.¶ Et ſi ex cauſis] ij.pars.
[Alijs.] & ab alijs iudicibus. idem eſſet & ſi ex eiſdem cauſis, & p
eoſdem iudices ſententia lata poſt appellationem.quod dic vt le.
& not.s̃.eo.dilecte. & c. ſignificauerunt. vbi hæc materia plenius
expeditur.[Ad proſequendam]verſi.No.excommunicatum nō
ſolum poſſe proſequi appellationem cauſę pro qua excommuni
catus eſt,ſed etiam penitus diuerſam ſm do.no.vt & no.in præce
den.gl.[Litteras] quas impetrare poteſt ſuper appellatione ſua ſi-
cut & appellare,& ipſam proſequi,vt hic patet, & 3.q.9. re vera.j̃.
de ſenten.excommu.per tuas.& s̃.eod.dilecti. dilecte, ſignificaue-
runt, & idem eſt vbicunque impetrat ad defenſionem ſuam, &
2 ſi non appellauerit. † puta ſi quæratur de nullitate ſententiæ con-
tra ipſum latæ,arg.s̃.eod.cum inter. & c.ſignificauerunt.§.j.verſi.
j.vbi no.de hoc.ſuper verbo omnis legitima,verſi. & idem eſt. &
ſequentibus.parum enim prodeſſet ei, quod permitteretur ſe de-
fendere,niſi & ſuper defenſione ſua poſſet literas impetrare, arg.
hic.nam & defenſio,ſiue exceptio quædam ſpecies eſt appellatio
nis.ff.de arbi.non diſtinguemus.§.cum quidam.in fin. ſicut ergo
poteſt impetrari ſuper appellatione,ſic & ſuper defenſione, alias
autem neceſſe habet de excommunicatione, & cauſa ipſius, vel
etiam cauſis(ſi plures ſunt)facere mentionem,quod dic,vt legit̃,
& notatur.s̃.de offic.ord.ex parte.j̃.de ſenten.excommu.cum pro
cauſa.& c.officij.[Admittendum]& eſt ratio,quia nihil &c.vt in
ſeq.§.¶Quia nihil] iij pars. & dic, quia ſubaudi excommunica-
tus appellare poteſt grauatus,ne Innocens cōdemnetur, vnde &
ei quælibet defenſio reſeruatur,vt s̃.eod.cum inter.§.j. [Sed nihil
excommunicato] &c.quod non eſt ſentiendum, quia hoc eſſet
imponere legem verbis.C.communia deleg l.ij.ad fi.& interpræ-
tatio talis fieri debet,quod res valeat & non pereat.j̃.de uerb.ſign.
abbate.§.contra quod fuerat.[Et ſuper ea] ſ.appellatione [Impe-
trare] & vti eis eadem ratione. Sed nunquid poteſt petere, quod
a ſententia pro eo lata mandetur executioni? Reſpon. non. [a] quia
nec ei ſolui debet debitum.argum.xv.quæſtio.vj.auctoritatem.&
cap.nos ſanctorum.& cap.iuratos ſecundum quoſdam. Hæc ta-
men ratio non placet.dom.noſt.quia ſecundum ipſum bene ſol
ui debet debitum excommunicato. Eſt autem alia melior ratio
quare non poteſt petere, quòd executioni mandetur.hęc ſcilicet
quia ad hoc petendum noua actio orta eſt ſcilicet, officium iudi
cis,quod pro actione proponitur,s̃.de offi.iudi.cap.ij. Vel actio in
factum ex ſententia C.de rebus.credit. actori. Excommunicatus
autem has actiones,vel alias intentare non poteſt, quia nec age-
re,nec etiam reconuenire poteſt quamuis conueniri poſſit, vt pa
tet in eo,quod legitur,& nota.s̃.de iudi.intelleximus.Cum igitur
hæc petitio locum nō habeat ſine actione. & excommunicatus
aliquam actionem nequeat intentare,ſequitur ipſa vi, quod nec
ſententiam executioni mandare poteſt petere.Eſt & alia ratio,qa
ex quo ſententia iuſte lata eſt pro excōmunicato eſto,quod non
mandetur executioni,non propter hoc læditur ęquitas iudicātis,
nec etiam ſemper is,qui pronunciat ſententiam ſuam executio-
ni mandat,ſed alius,ff.de re iud.a diuo pio.ſupra,de offic. deleg.ſi-
gnificaſti.Eſt & alia ratio,quia certum eſt,quod excommunica-
to impedimentum præſtat. & in poteſtate excommunicati eſt fa
3 cere ſe abſolui,† quia eccleſia non claudit gremium redeunti.C.
de ſumma tri.l.fin.ſi ergo iudex non mandat executioni ſenten-
tiam pro excommunicato latam,non de iure,vel iudice,ſed de ſe
potius conquæratur, nam quandocunque faciet ſe abſolui infra.
30.annos mandabitur ſententia executioni.Et poſſunt hæ ratio-
nes colligi ex eo,quod legitur,& notat.s̃.eod. cum inter priorem.
Alij tamen dicunt ſententiam pro excommunicato latam exe-
cutioni mandandam ſecundum dom. no. cuius eſt mens totius
huius gl.argum.j̃.titu.j.cum aliquibus,ſed non eſt ſuper hoc inſi-
ſtendum,quia hodie expreſſum eſt, quod hæc exceptio executio-
nem impedit.extra do.no.eo.tit.pia.§.penul.Vtrum autem excō
municato debitum ſit ſoluendum, & an valeant contractus ab
eo initi.dic vt plene not.ſupra de dolo,& contum. veritatis.§.fin.
Sed quæro. quomodo poteſt habere locum, quod ſententia pro
excommunicato lata executioni mandetur? certum eſt enim,ꝙ
ipſe non poteſt agere,ſed conueniri tantum, vt dictum eſt, igitur
ſi conueniat repellitur, & ſic nec pro ipſo ſententia dabitur, nec
aduerſarius ſibi condemnabitur ſententia ergo,quæ non eſt,exe-
cutioni mandari non poteſt,ſi vero conueniatur non poteſt pro
ipſo dari ſententia,niſi quod abſoluatur,ſententia autem abſolu-
toria executione non eget,quia ipſam ſecum portat. Ad hoc di-
cas hoc poſſe intelligi in excommunicato occulto agente qua-
cunque actione reali,ſiue perſonali,vel mixta,pro quo etiam ſen
tentia lata tenet,quam ſi petat executioni mandari excommuni
cationis exceptio obſtat ei dummodo probari poſſit, vt patet in
eo,quod legitur,& not.extra,do.no.eod.titu.pia.§.penul. & præd.
poteſt etiam hoc habere locum in excommunicato publico, &
alio conuento in duplicibus iudicijs ſcilicet,familiæ erciſcun. cō
muni di.& finium regu.ff.de iudi.in tribus iſtis iudicijs,in quibus
de natura ſui non ſolum pro actore, ſed etiam pro reo fit cōdem
natio,& adiudicatio, vt patet in titulis ſuis,tam in C. quam in ff.
& in quibuſdam aliis caſibus,in quibus reo ſi intentionem ſuam
fundauerit actor eſt condemnandus,quod dic, vt plene not.s̃.de
reſtitut.ſpolia.ex conquæſtione.§. primo ſuper verbo. ante ipſius
cauſæ ingreſſum.verſi.ſi quis etiam obtulerit libellum.& ſequen-
tibus.vſque ad fi.ipſius glo.ſed & poteſt hoc exemplificari in con
demnatione expenſarum,prout leg.& not.s̃.eo. exceptionem.ſu
per verbo condemnandus.

ADDITIO.

a ¶Adde Archidia.in c.ſicut.2.q.j.& tex.in c.pia.§.fi.j̃.eo.lib.6. Et guido. pa-
pæ.in ſuis deci.deciſione.215.incip.an executio. in 4.col.

¶De pręſcriptionibus. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Fauor fidei præſcriptionem inducit.*
2 *Præſcriptio minor quadragenaria non currit eccleſiæ.*
3 *Præſcriptio non currit eccleſiæ ſede vacante.*
4 *Prælato excommunicato præſcriptio non currit.*
5 *Eccleſia pupillo comparatur.*
6 *Hæreticus quandiu talis eſt agere non poteſt.*

CAPITVLVM PRIMVM.

PLacuit. &c.Pars.j̃. de parochijs.c.j.xvj.
q.3.placuit ij.reſpō.j. per quod
intelligitur iſtud,vt no.j̃.[Quiſquam] epiſco-
pus[Aliquem locum.] olim catholicum,ſed
in errorem donatiſtarum lapſum. [Cōuerte-
rit] ab hereſi in qua lapſus erat per prædicatio
nem ſuam, admonito proprio epiſcopo & p
ſex menſes negligente exiſtēte [Si tamen] ſ.ſic conuerſum. [Per
triennium] Sed contra.xvj.q.iij.placuit ij.reſpon.j. Sol.illud intel
ligitur quando epiſcopus lapſi populi non fuit præmonitus & iō
maius tempus habet.hic vero loquitur quando fuit præmonitus
& ideo minus tempus habet. Vel ibi ponitur tempus poſt quod
licet alijs ep̄is populū lapſum in hereſim acquirere ac lucrari,hic
interponitur



interponitur tempus poſt quod epiſcopus lapſi populi nō poteſt
ipſum repetere. Currit tamen breuis pręſcriptio cōtra eccleſiam
fauore fidei ſecundum d.n.quod dic,vt no.j̃.eo.c. ſuper verbo.ab
eo.Vel iſtud eſt intelligendum ſm illud,& ideo dic per trienniū
ſubaudi & ſex menſes de quibus.s̃.interlineaui.& ſic non eſt con
tra.xvj.q.3.placuit vt quicunque,ſed ſuppletur hoc per illud, vt s̃.
no. [Nemine] ſ.epiſcopo de cuius diocęſi locus erat [Ab eo.] ſ.
epiſcopo qui locum conuertit.& ſic currit hæc præſcriptio trien-
nij contra eccleſiam.per quod aperte reprobatur opinio naſonis
a qui ſcripſit eccleſiam ſemper eſſe reſtituendam [a]. tanquam pu-
pillam. nam ſi poneretur loco adoleſcentis cum temporalis ſit
hæc præſcriptio,non curreret contra ipſam.C. in quibus.cauſis.
in integ.reſt.non eſt ne.ſancimus.C.eo.tit.ſicut in rem,quod dic
1 vt no.s̃.de reſti.in integ.c.j.† Hanc autem præſcritionem inducit
2 fauor fidei.arg.j̃.de conuer.infide.c.ij. in fi.alias ei † non currit re
gulariter contra eccleſiam præſcriptio minor quadragenaria.16.
q.3.§.quas actiones.j̃.eod. illud autem. [Non repetatur] iure cōi.
nam per beneficium reſtitutionis in integrum forſan.j̃.quadriē-
nium audiretur.s̃.de reſti.in inte.c.j.[Si tamen.]ver.[Fuerit ep̄s]
hoc excipit ex eo,quod s̃.dixit per triennium.&c.[Si autem]ver
ſic.[Non fuerit] ſ.ep̄s ſed vacauit ſedes, vel ſi non vacauit omni-
3 no:epiſcopus tamen hęreticus erat,vt j̃.§.vnico. Et ſic † patet ꝙ
vacante ſede,ſeu tempore illo quo prælatus non poteſt agere: nō
4 currit præſcriptio eccleſiæ,vt hic,& j̃.eo.de quarta.† ergo prælato
excommunicato non currit.s̃.de iudi.intelleximus.& s̃. de exce.
cum inter priorem.extra.d.n.de offic.vica.Romana.li.vi. Aliqui
tamen dixerunt ꝙ currit quia vacante eccleſia poteſt Iconomus
noīe eiuſdem conuenire,& conueniri.xij.q.ij.vulteranæ. & c.vo-
bis,quo nil falſius eſt cum legitimo careat defenſore, vt patet.j̃.
ne ſede vac.c.j.& fin.& adde quod no.in ſeq.gl.[Non præiudice-
tur] Sed contra,quia & ſi vacet eccleſia tamen defenſore non ca
ret,quia poteſt yconomus eccleſiæ conueniri.12.q.2. vulteranæ.
ergo currit præſcriptio.arg.ff.ex quibus cau.ma.is qui rei publice,
So.non ſequitur hoc poteſt quis agere & conueniri per procura.
vel alium,ergo currit præſcriptio contra eum.habes enim inſtan
tiam in pupillo qui per tutorē,vel auctoritate ipſius agere,& cō-
ueniri poteſt ſm quod legitur, & diſtinguitur, vtrum poſſit fari,
vel non.ff.de admi.tuto.l.j. & tamen non currit præſcriptio ei. C.
5 de præſcri.xxx.ann. ſicut in rem.ſic & dicendum eſt in eccleſia,†
quæ pupilla eſt & ei comparatur,vt patet in eo,quod leg. & no.s̃.
de reſt.in inte.c.j.ſm d.n.& adde.quod no.in præcedenti gl.[Ma-
trici eccleſiæ.] i.cathedrali.j̃.de verb.ſig.venerabili. in fi.aliter ſu-
mitur.s̃.de tranſac.prætcrea.2.j̃.c.ex tranſmiſſa.ad fi. [Sed liceat.]
ver.in eo caſu quando vacat eccleſia.[Epiſcopum] ſ.conſecratū
vel conſecrandum.dum tamen confirmatum,nam poſtea eccle
ſia ſponſum habet qui,& ea quæ iuriſdictionis ſunt exercere pōt,
vt patet.s̃.de elec.ex tranſmiſſa.s̃.de tranſla.epi.c.j.& 2.§ j.¶ Item
ſi] 2.pars in qua mutat caſum.prædicta enim locum habent vbi
ep̄s remanſit catholicus, & locus ſiue populus in hæreſim lapſus
fuit,hoc autem loquitur,quādo ep̄s cum aliqua parte parrochia-
norum ſuorum lapſus eſt in hæreſim, alia parte catholica rema-
nente & dicit,ꝙ huic epiſcopo non currit pręſcriptio quandiu in
hęreſi permanet,ſed tunc demum qn̄ recōciliatus eſt incipit cur
rere contra ipſum ſm do.n.Sed quæ poteſt eſſe hæc ratio,ꝙ con-
tra catholicum currat pręſcriptio, vt s̃.rn̄.j. & contra hęreticum
non currat vt hic.hoc enim ſatis abſurdum videtur, ꝙ melior ſit
conditio delinquentis quam non delinquentis, & ideo poteſt ſi-
gnari contra id,quod le.ff.de dona.inter virum & vxo.l.3.§.j.s̃.de
poſtula.pręla.c.j.§.pen.& j̃.de dona.inter virum & vxor. & ſi ne-
ceſſe.§.j.cum ſuis concor.Sol. non conſideratur in hac materia.
ſ.præſcriptionis fauor,vel odium,ſed ſolummodo agendi poten-
b tia,vel impotentia. [b] nam præſcriptiones non contra delinquen
tes,ſed contra negligentes,& ſui iuris contemptores ſunt adinuen
te.j̃.eo.vigilanti.§ j.in eo quo epō catholico cum agere poſſit cur-
6 rit pręſcriptio.hęretico autem ideo non currit,† quia quandiu ta
lis eſt agere non poteſt,vt & not.j̃.verſic.j. [Epiſcopus] cuius erat
locus ſupradictus. [Ex donati] hęretici a quo & donatiſte dicun-
tur.j̃.de parroch.c.j.24.q.3.c.fi.verſi.donatiſte.[Præfinitum] ſ.triē
nium lapſum ipſo in hęreſi exiſtente [Sed ex quo.] verſic.& dic.
[Sed ex eo die,ex quo conuerſus eſt] &c. & ſic tunc demum in-
cipit currere pręſcriptio contra eccleſiam,quando eſt,qui nomi-
ne eius agat,vt no.s̃.eo.reſpon.j.verſi.ſi autem non fuit. & patet s̃.
de elect.quia tua diligentia.

ADDITIONES.

a ¶Reſtituendam.Adde an contra præſcriptionem detur eccleſiæ infra qua
driennium beneficium reſtitutionis in integrum late per dom. Abb.hic
3.col.verſi. vlterius quæro.vbi tandem concludit, quod ſic. quod & hic
ſentit Hoſt.remittens ad c.j.de reſti.in integ.s̃.Sed ſtatim idem hoſt. rece
dit a dicto ſuo dicens per hunc tex.reprobari opin.Naſonis, qui dicebat
eccleſiam reſtituendam contra præſcriptionem ſicut pupillum. Sed ipſe
met Hoſti.tenuit primam ſuam opi.videlicet,quod eccleſia poſſit reſtitui
aduerſus præſcriptionem in ſum.de in integ.reſti.§.3.prope fi. Conſidera
ſi placet,quod Hoſt.non videtur dicere eccleſiam non eſſe reſtituendam
infra quadriennium aduerſus præſcriptionem,ſed reprobat opi.Naſonis
dicentis,quod ſemper erat reſtituenda.Adde etiam an,& quando contra
locum religioſum currat præſcriptio. An & quando aduerſus præſcri-
ptionem reſtitutio detur.Et an tempus quadriennij conceſſi ad reſtituē
dum contra præſcriptionem ſit vtile,uel continuum per do.Abb.conſil.
32.in primo uolum.
b ¶Vel impotentia.Adde an, & quando non ualenti agere currat præſcri-
ptio.do.Abb.in d.conſil.32.1. uolum.

*SVMMARIVM.*

1 *Quis a iure ſuo deſiſtere debet propter ſcandalum.*
2 *Seruos Dei inuolui non decet contentioſo iudicio.*
3 *Bona eccleſiarum pauperum ſunt.*
4 *Omnia communicanda tempore neceſſitatis.*
5 *Victu & veſtitu contenti ſumus.*
6 *Negligentia pręlati non præiudicat ſucceſſori.*
7 *Res inuaſa præſcribi non poteſt.*
8 *Princeps contra alium quomodo præſcriptiones, interrumpat.*

CAP. II.

NIhil prodeſt. Nihil cum ſcandalo.] Argu.
1 ꝙ † propter ſcandalum deſi-
a ſtendum eſt a iure ſuo [a] x.q.3.cauendum.xj.q.1.noli-
te.vnde & dominus licet ſciret tributum non eſſe ſol
uendum ipſum ſoluit propter ſcandalum euitandum.vt ibi.& a-
poſtolus proprijs manibus victum quærebat vt ſcandalum euita-
ret.xxviij.q.j.iam nunc.ante fi.hac eadem ratione beatus auguſti
nus conſuetudinem obſeruabat.xij.diſt.illa in fi.Arg. contra.j̃.de
regu.iu.qui ſcandalizauerit,quod dic vt no.s̃.de renunt. niſi cum
pridem.§.pro graui quoque ſcandalo.& de temp.ord.c.2.[Fora-
2 li.] i.† cōtentioſo iudicio cui non decet ſeruos dei inuolui. de ac
cuſ.olim.I.V.& P.rn̄.j. ver.in negotio.& no.j̃. de ſindico.c.vnico.
[Strepitu] hęc uerba expone vt plene not.j̃.de ſtat.mon.ca.fin.§.
ꝙ ſi abbas.verſi.j in fi.[Vobiſcum] ſi ſcribatur Italie patricijs,bo-
b na eſt littera.ſi vero patricio [b] cauſa humilitatis ſic loquitur ſicut
no.j̃.de teſta.filius.§.j.alias hodie ſecus eſſet vt patet j̃.de cri.falſis,
quam graui.[De cauſis pauperum] i.religioſorum. maxime.idē
3 eſt enim & in alijs quantum ad ſcandalum, † & ſic bona eccleſia
rum pauperum ſunt.xvj.q.j.quoniam quicquid. xxiij.qō.7.quod
autem.& q.8.conuenior. circa prin. Dicuntur autem pauperum
4 ideo,quia tempore † neceſſitatis ſunt omnia communicāda. 47.
5 diſt.ſicut hi.12.q.j.c.ij.& q.ij. aurum.& ca.gloria. † Sic & victu &
veſtitu contenti ſumus.q.ij. epiſcopus. nec ſunt approprianda ut
patet.j̃.de pręben.cap.iij.& de dona.c.ij. [Scripſiſſe] & ſi hoc feci-
mus ex ſuperabundanti iuſtitia proceſſit, ſed nec in hoc peccaui
mus ſecundum d.no.[Meminimus] & ideo forte creditis, ꝙ res
pauperum quas teneris retinere poſſitis,quaſi vobis videamur fe-
ciſſe pactum de nō petendo.quod falſum eſt.& ideo ſequitur. ſed
illud &c.[Sed illud] verſi.[Patientiam noſtram futuris.] Arg.eſt
6 hic † quod negligentia ſiue taciturnitas. pręlati non pręiudicat
ſucceſſori,quia delictum perſonę &c.s̃.tit.j.cum venerabilis.§.in-
telleximus.vnde & tempore pręlati male alienationis non currit
pręſcriptio.xvj.q.3.ſi ſacerdotes.& pręlatus conditionem eccleſię
c deteriorem facere non poteſt [c] infra.de do.c.ij. quę oīa uera ſunt
in alienationibus & delictis & quantumcunque taceat, dūmo-
do pręſcriptio completa non ſit alioquin contra.s̃.c.proxi.& j̃.c.
auditis.[In rebus] per vos violenter inuaſis, ſeu occupatis. vnde
nec pręſcribi poſſunt.xvj.q.3.licet.93.diſt.illud.inſti.de vſuca.§.ꝙ
autem idem eſt ſi mala fide poſſideantur.j̃.e.c.fi. [Pręiudicium.]
quominus.j̃.c.annos poſſunt repeti,quantumcunque etiam bo-
na fide poſſideantur,vt patet in eo quod leg.& no.j̃.eod. cum no-
bis.Et ſic eſt,arg. hic ꝙ quamuis quadragenaria pręſcriptio cur-
rat eccleſijs adeo,ꝙ poſtea non audiantur pręlati,vt patet.j̃.co. de
quarta & c ad aures.tamen ſummus pontifex nomine romanę
eccleſię cui ſubſunt omnes alie.s̃.de ſumm. Trini.ca.fi.ad fi.non
obſt. pręſcriptione quadragenaria audietur, niſi & centenaria ſit
completa quę ſola ei currit. vt in auth. vt Romana eccleſia gau-
deat &c.§.j.col.ij.xviij.q. 3.nemo,nam & de iure ſuo agere poteſt
quamuis inferior eccleſia ſuccubuerit, vt patet infra, de capellis
mo.capi.ij.§.fi.Si ergo epiſcopus nomine eccleſię diocœſi. ſuę ad
mittitur ad agendum,j̃.de ſucc.ab inteſta.capit. fina. & Abbas j̃.
eo.ex tranſmiſſa.ſic & Papa nomine omnium eccleſiarum,cum
& omnes intelligantur eſſe de ſua diocę.generali, vt patet in eo,
quod legitur,& notatur ſupra.de offic. archipresbit. capitulo 3.§.
confeſſiones.& de offic.vica. tua nobis. Sed contra, infra eodē.ad
audientiam

ADDITIONES.

a ¶Deſiſtendum a iure ſuo Fely.hic in princ.addit bo.tex.in l.item ſi res.in
ſiu.ff.de alie.iudi.mutand.cau.fact.ibi non eſt uerecunda eius cogitatio,
qui potius uult re carere,quam ob eam ſępius litigare. Ponderat tamen
hic dom.And.Bar.in adi.ad pa.quod tex.hic dicit,uelle,& non dicit debe
re,& ſic uoluntarie,& non ex debito.
b ¶Patricio.domi.Abb.intelligit,quod ſcribatur patriciæ, & ita eſt,ut ap-
paret ex ſupraſcriptione.
c ¶Non poteſt. Adde utrum prælatus poſſit facere conditionem eccleſiæ
deteriorem. Bart.in l.iubemus nullam.C.de ſacro.ſan. eccle.

audientiam.§.fina. verſicu.reſpicientes.ſecundum vnam expoſi-
tionem.dic,vt ibi notatur. Hæc etiam verba Principis quandam
interruptionem videntur facere,arg.xvj.q.iij.§.poteſt. verſic.is au
tem.C.de ann.excep.vt perfectius.& adde quod notatur in ſequē
ti glo.[Non facturam] etiam in his,quæ ſpectant ad Romanam
eccleſiam,ſalua taciturnitate centum annorum,xvj.q.3.§.poteſt
& notatur in præcedenti glo.in princip.Vel dic,quod loquitur in
7 re inuaſa,† quæ præſcribi non poteſt,xvj.q.iij.§. licet. Vel dic,† ꝙ
8 vnus Princeps contra alium per tales proteſtationes interrumpit
a præſcriptionem,cum non ſit alius coram quo conueniatur [a], ar.
C.de an.ex.vt perfectius.ſecundum d.n.dic vt not. in præced.gloſ.

ADDITIO.

a ¶Conuenietur.Adde d.Ab.hic,in uer.tertium intellectum, vbi multum
extollit hanc lecturam,quam ſequuntur cõiter doct. ſed ſecundum eum
non congruit huic literæ, cum ipſa patricia potuiſſet in iudicio conue-
niri,vt patet in tex.ibi,nihil cum forali ſtrepitu. & ipſe ponit aliam lect.
no.in fi.verſi.vel dic.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio 30.annorum an admittatur.*
2 *Eccleſia præſcribit,contra laicum ſpacio 30.annorum.*

CAP. III.

Sanctorum. &c. [Sanctiones] xvj.q.iij.c.j.
& ij.& capitulo.placuit.& ca.
1 quicunque.quæ † admittunt præſcriptionem xxx.an
nor.ſed hodie non tenent,immo corriguntur, j̃.ca.j.
& capitulo illud,vel dic,vt notatur j̃. [Vt omnes poſſeſſiones.] id
eſt omnia iura prouincialia dominus noſter.[Pertinentes.] acci
pe,perpetuo teneantur, quod eſt in fi.ſubaudi ab his fratribus no
ſtris,a quibus,&c.vt ſequitur.& dic pertinentes,ſcilicet ſpe.j̃.de pe
cul.cleri.per totum, & ſic loquitur in patrimonialibus rebus epi-
ſcoporũ,nec corrigitur aliquo iure.Vel dic pertinentes, ſicut cre-
ditur: puta,quia emptæ ſunt bona fide,ſed a non domino, qui &
malam fidem habuit.Et ſic † eſt caſus, ꝙ eccleſia præſcribit con-
tra laicum,C.de præſcriptio.long.temp.l.j.& autenti.ibi poſita,&
adde quod notatur in ſequenti gl.[A quibus,] ſcilicet fratribus.
[Per triginta] contra laicos,nam & vnus archiepiſcopus infra ꝓ
uinciam alterius quandoque etiam contra laicos aliqua præſcri-
bit. Alioquin ſi vna eccleſia præſcribat contra aliam, neceſſarij
ſunt quadraginta anni,vt patet in eo quod legitur & notatur j̃. ca
pitulo j.Vel melius videtur dicere,quod vnus archiepiſcopus con
tra alium ſpacio triginta ann.iura prouincialia præſcribit, & lo-
quitur ſecundum antiqua tempora,ſecundum dominum nr̃m.
quaſi dicat,hodie non ſeruatur.Tu dicas,vt notatur in præceden-
ti gl.[Quiete.] ideſt ſine interruptione aliqua. alioquin contra,j̃.
eo.illud in fi.[Et ſincere.] ideſt bona fide, ſine qua non currit præ
ſcriptio,j̃.eo.vigilanti.hoc tamen præſumitur, niſi contra probe-
tur,ar.C.qui mi.non poſ.ſuper ſeruis.lib.xij.q.xvi.q.4. volumus.ff.
de probatio.quotiens.§.qui dolo.[Abſque Synodali.] per quam
fit interruptio,ſm d.n.ſubaudi tu,ſi aliter non poſſit lis conteſta-
a ri [a], C.de an.ex.vt perfectius.alias non videtur hoc locum hic ha
bere poſſe,C.de præſcrip.xxx.ann.ſicut in rem.

ADDITIO.

a ¶Conteſtari. An autem per conteſtationem nullam interrumpatur præ-
ſcriptio,& de multiplici interruptione pſcriptionis vide plene per Bart.
in l.naturaliter.ff.de uſucapio.& do.Abb.in conſi.94.in primo uolu.

SVMMARIVM.

1 *Quarta de omnibus ſpectat ad Epiſcopum.*
2 *Seruitus ruſtica amittitur ſpatio x.annorum.*
3 *Acquiſitio ſeruitutum.*
4 *Titulus requiritur in rebus immobilibus,in ſeruitutibus, uel iuribus non.*
5 *Titulus vtrum præſumetur.*

CAP. IIII.

De quarta. &c. [Decimæ] & repete quarta.
[Oblationis] id eſt mortuariorũ,
j̃.de ſepultu.certificari.Vel oblationis, quæ fit pro de-
functis,j̃.de vſuris.quanto.§.j.de verbo.ſignifi.cum in
1 ter vos.de quibus † omnibus ad epiſcopum ſpectat quarta de iu-
re communi,vt legitur & notatur j̃.de decimis.quoniam.[Cleri
cus.] id eſt rector,vel aliquam dignitatem, vel officium habens,
etenim hoc nomine perſonæ præſcribi non poſſet, argumen.j̃.
de iure patron.de iure.Loquitur ergo de tali,qui nomine eccleſiæ
vel officij ipſam quartam bona fide poſſedit, puta quia in alterius
loco ſucceſſit,ff.de regu. iuris. qui in alterius. vel alio quocunque
vis modo.ſecundum D.quod dic,vt notatur infra eodem capitu
lo,in fin.[Quadragenaria.]Hic notandum, ꝙ ſecundum ll.ſerui-
2 tus † ruſtica,quæ non habet interuallum,vel habet ſed modicum
puta aliquot horarum,vel etiã dierum,amittitur præſcriptione x.
annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes. Si autem ha-
beat interuallum annorum vel menſium, tunc duplicatur tem-
pus,videlicet vt inter præſentes neceſſarij ſint viginti anni,& inter
abſentes quadraginta,argumen.ff. quemadmodum ſer. amitt. ſi
ſic conſtituta ſit aqua.& C. de ſeruitu.l. prima idem intelligen-
dum eſt ſi habet interualla ſeptimarum, ſunt enim odia reſtrin-
genda,ff.de liber. & poſthum. cum quidam.Alij tamen dicunt,
quod non ſunt neceſſarij etiam inter abſentes, niſi viginti anni.
ſunt & qui aſſerunt, quod hæc diſtinctio non habet locum ſecun
dum canones: nam certum eſt, quod hoc ius, de quo hic loqui-
tur,ſcilicet perceptionis decimarum habet magnum interuallũ,
ſcilicet de menſibus vnius anni vſq; ad menſes alterius, & de vin-
demijs vſque ad vindemias, & tamen in eo non duplicatur tem-
pus,vt hic apparet.Tu vero dicas, quod hoc ius non habet inter-
uallum aliquod etiam horarum,immo quaſi cõtinuam cauſam
a habet, [a] cum quotidie poſſint & debeant recipi decimæ non ſolũ
perſonales,ſed etiam prædiales, quia prædia quotidie aliquos fru-
ctus producere poſſunt,de quibus & quarta eſt ſoluenda, argum.
in eo,quod legitur & notatur, infra de decimis. ex parte ſecunda,
& capitulo,non eſt in poteſtate. Idem etiam dicendum eſt de iu-
re eligendi: nam & ſi quotidie non eligant,quia nec quotidie va-
cat eccleſia,eſt tamen aptum hoc ius ad quotidie eligendum, ꝗa
& quotidie vacare poteſt eccleſia, & quotidie apta eſt ad vacan
dum, argumen.eius quod dicitur de ſtillicidio,ff. de ſeruitu.vrba
præd.foramen.& ideo in hoc iure ſufficiunt xl. anni, vt hic legit
& notatur ſupra,de cauſa poſſeſſi.cum eccleſia.§.fin.verſic.nec ex
eo.& cap.cum olim.& ſupra,de elect,Cumana.§.penul.ad fin. Si
autem ſit ius,quod interuallum certum & deputatum ab homi-
ne, vel a iure recipit,quale eſt,quod quis omni anno in dedicatio
nis, vel alicuius feſtiuitatis,vel alio certo die partem oblationum
vel aliud certum ſeruitium recipiat,decima quæſtione tertia,nec
numerus.xviij.quæſtione ſecunda Eleutherius infra,de cenſibus,
cum venerabilis.in hoc caſu ſecundum eos,qui dicũt tempus eſ-
ſe duplicãdum,neceſſarij ſunt octuaginta anni. Seruitutes etiam
vrbanorum prædiorum tempore amittuntur. Sed hæc eſt diffe-
rentia inter ſeruitutem ruſticam & urbanam, quia ruſtica perit
certo tempore non vtendo,vrbana vero per ſolum non vſum nõ
omnino perit, ſed ita demum, ſi vicarius ſimul vſucapit liberta-
tem.veluti ſi ædes tuæ ædibus meis ſeruiant, ne tuæ altius tollan-
tur,ne luminibus mearum ædium officiant. in hoc caſu ſi ego ꝑ
ſtatutum tempus feneſtras meas perfixas habuero, vel obſtruxe-
ro, ita demum ius meum amitto, ſi tu per idem tempus altius
ſublatas habueris ædes tuas, alioquin ſi nihil noui feceris, retinet
3 ſeruitutem,vt ff.de ſeruitu.vrba.prædi.hæc autem iura.† Sed & cir
b ca acquiſitionem ſeruitutum [b] vel conſimilium iurium notabis
quod ſi ius,de quo agitur,habeat cauſam perpetuam atque conti
nuam,ſicut eſt ſeruitus aquæductus, quæ ſine intermiſſione duci-
tur,uel quaſi perpetuam, vt eſt videre in caſibus ſupradictis, ac-
quiritur ſeruitus per præſcriptionem x.annorum inter præſentes,
& triginta inter abſentes ad ſimilitudinem rerum immobilium.
4 C.de ſeruitu.l.ſecunda.C.de præſcrip.long.tempo.l.fin. † Sed hæc
eſt differẽtia, quia in rebus immobilibus requiritur titulus,vt ibi,
ſed in ſeruitutibus ſiue iuribus non requiritur ibi, immo ſufficit
ſolus vſus,vt patet ff.ſi ſeruitus vẽd. ſi quis diuturno. & in eo quod
notatur infra eodem ſi diligenti. Et incipit hoc tempus currere,
ex quo quis cœpit vti illo iure non vi, non clam, non præcario,
ſciente videlicet illo,cui fiebat præiudicium, & non contradicen
te ſed tacente & hoc ipſum probare debet ſecundum quoſdam,
& ſic intelligunt ff.quemadmodum ſer.amit.l.fina.ff. de iti.actu-
que pri.l.j.§.Iulianus.ſi autem non habeant cauſam perpetuam,
& continuam,vt eſt ſeruitus viæ, & ſeruitiorum extraordinario-
rum præſtatio.hęc & ſimilia non præſcribuntur, niſi tanto tem-
pore percipiantur, cuius contrarii memoria non extitit, decima
quæſtio.tertia,quia cognouimus.100.diſtin.contra morem.& pa
tet in eo,quod legitur,& notat.infra.de verb.ſign.ſuper quibuſdã.
§.j.verſic.ſi.ad idem ff. de aqua plu.arc.l.i.§.j. & l.ij.§. antepenul.ff.
de aqua quo.& ęſti.hoc iure.§.ductus aquæ.Vel ibi ideo exigitur
tam longa præſcriptio,quia aqua dicitur de flumine publico. Et
hoc ſcias,

ADDITIONES.

a ¶Quaſi continuam cauſam habet.Adde, vtrum ius percipiendi decimas
dicatur habere cauſam continuam,uel diſcontinuam,& an & quanto tẽ
pore poſſit præſcribi,late per domin.Anto.in repeti.cap. peruenit.in 20.
col.de cenſib.Et Franc.Areti.conſil.30.& 154.& Petr. de Anchara. conſil.
141.Et domin.Abba. poſt Innocen. hic in tertia colunna uerſiculo,extra
gloſſa.
b ¶Acquiſitionem ſeruitutum.Adde ad materiam gloſſ. magiſtralem in l.
ſeruitutes.ff.de ſeru tit.generali,quæ tractat de ſeruitutibus cauſam cõ-
tinuam,uel diſcontinuam habentibuſ,de quo etiam pulchre per Bart.in
l.2.C.de ſeruitu. & aqua.



hoc ſcias,ꝙ ius percipiendi decimas de fructibus fundi cõtinuã
habet cauſam,ſed ius percipiendi decimas de vino vel grano tan
tum, vel de omnibus munitis tantum, vel conſimilibus non
habet cauſam perpetuam, quia hæc percipiuntur temporibus
certis tantum,vt & no.j̃.e.ad aures,ſm d.n.cuius eſt mens totius
huius gl.Quæ quantum ad canones potius eſt ſubtilis quam vti-
lis,ſiue enim agamus de corporalibus,ſiue in corporalibus conti
nuam cauſam habentibus,vel non regulariter eſt tenendum, ꝙ
ſola præſcriptio quadragenaria currit contra eccleſiam, & nulla
minor,vt no.j̃.e.ſuper verbo,videtur.Sed nec in eccleſiaſticis cur
a rit præſcriptio ſine titulo [a] contra illum ad minus,qui id de quo
agitur de iure communi petere poteſt,vt notatur.infra. eodẽ.ſu-
per verbo,non admittit.Quinimo etiam hi,qui contra ius com-
mune petunt ſe admitti ad eligendum, neceſſe habent exprime-
re,quo iure hoc petant.quod dic,vt legitur & no.ſ̃.de elec.conſti
tutis.& dic,quadragenaria cum titulo.alias contra,j̃.e.ſi diligenti.
[Tueri.]hoc poteſt intelligi, quando epiſcopus dedit & remiſit
hanc quartam ſine conſenſu capituli,nam talis donatio dat titu
tulum præſcribendi,j̃.de donati.apoſtolicę.§.j.j̃.de iure patro.cu-
ra.Si autem de conſenſu capituli hoc feciſſet,nec reuocari poſ-
ſet,nec præſcriptio neceſſaria eſſet.ſic intellige xij.q.iij.c.ſi.[Vide-
tur]minor enim quadragenaria præſcriptione non ſufficit regu-
lariter cõtra eccleſiam,vt hic patet,& j̃.e.ad aures.& c.illud.xvj.q.
iii.§.quas actiones.& §.poteſt.ad.fi. per vnam columnam.ver.in
canonibus. cauſaliter autem quandoque eſt contrarium reperi-
re,vt le.& no.ſ̃.c.j. ſed eccleſia contra laicum ſpacio xxx.annorũ
præſcribit.& ſic poteſt intelligi.ſ̃.c.prox.vt ibi no.[Niſi forte]ver.
b [Caruiſſet]hoc enim tempus ſubducendum eſt [b] j̃.e.auditis.& c.
cum nobis.& eſt ratio,vt.no.ſ̃.eo. c.rñ.j. ver.ſi autem non fuerit.
[Qui.]ſ.paſtor.[Exigere.]quia ad hoc tenetur præſtito iuramen-
to,vt no.ſ̃.de iureiu.ego.[Debuiſſet.] ſubaudi,nec tricẽnalis ſuffi-
ceret.& ſic continuatur ſequens ver.nam Romana eccleſia &c.
[Nam Romana.]ver.[Contra eccleſiam.]bene dicit,nam con-
tra laicum,ipſam admittit,vt ſ̃..c.proxm.[Non admittit]Sed vi-
detur,ꝙ nec quadragenariam admittere debet in hoc caſu,nam
& quarta de iure cõmuni ad epiſcopum pertinet, x.q.iij. vnino.
j̃.eo.cum olim.vnde ſi clericus ceſſat in ſolutione,cum malæ fi-
dei ſit.non præſcribit.C. de præſcrip.xxx.an.male agitur.j̃. c.j.Sol
intelligas,ꝙ ab iſto clerico non poteſt incipere præſcriptio,niſi ti
tulum habuiſſet,qui & ſi minus iuſtus ſit,ſufficit,vt no.j̃.co.ſi dili
genti. Si vero ab aliquo prædeceſſorum fuerit inchoata præſcri-
ptio,potuit preſcriptionem complere tanquam bonæ fidei poſ
ſeſſor,quia qui in alterius loco ſuccedit,iuſtam habet ignorantię
5 cauſam,ff.de reg.iur.qui in alterius,ſecundum B.† Tu dicas,quod
non præſumitur titulus, niſi ab eo qui ipſum transferre potuit,
habeatur, vt expreſſe probatur infra de decimis. dudum, quod
dic,vt ibi notatur.ſed & hoc c.intellige, vt no.ſupra eodem.rñ.j.
ſuper verbo,tueri.

ADDITIONES.

a ¶Sine titulo.Subaudi tu,niſi ſit tanti temporis,de cuius initio non extet
memoria,j̃ e.ti.c.j.lib.vj.
b ¶Subducendum eſt.Adde an præſcriptio currat contra eccleſiam vacan
tem,Bar.in l.naturaliter.ff.de vſuca.

SVMMARIVM.

1 *Studenti competunt vigiliæ.*
2 *Vigilantibus & non dormientibus iura ſubueniunt.*
3 *Tempus obligationem non tollit.*
4 *Canonica interuptio fit per multam fidem ſuperuenientem.*
5 *Iura faciunt hoc eſſe meum,& illud tuum.*
6 *Princeps poteſt mihi dare rem alienam,& tutus ero.*
7 *Dominia rerum incerta eſſe non debent.*

CAP. V.

1 Vigilanti ſtudio. Studenti† competũt vi-
2 giliæ.Vigilãtibus† enim
& non dormientibus iura ſunt prodita,ff.de his quę
in frau.cre.pupillus in fi.ſuper quo vide quod nota.ſ̃.
de offi.primi.capi.vnico,ad fi.extra,d.n.de homicidio.pro huma
ni.§.j.[Cauendum.] inquantum volumus animabus proprijs,
prouidere,vt patet j̃.e.c.ſi [Alienis.]ſcilicet pſcrbendis.[Quoniã]
ver.[Nulla dierum antiqua.]quantacunque ſit, etiam ſi non ex-
tat memoria.[Malæ fidei.] & creditur quiſq; bonę fidei,niſi pro
betur cõtrarium,ff.de mino.intra vtile tempus.ante fi.C.de euic.
l.penul.& arg.in eo,quod legitur & notatur ſ̃.de præſumptio.c.fi.
ſed ſecundum leges ſecus eſt,C.de præſcrip.xxx.anno. ſi quis em-
ptionis.xvj.q.iij.præſcriptione.ſecundũ dominum noſtrum.Hoc
autem ſecus intelligas quantum ad præſcriptionem, non quan-
tum ad malam fidem,nam & ſecundum leges etiam cum ma-
la fide currit præſcriptio, ſed non ſecundum canones. & in hoc
ſecus eſt,vt hic patet,& in eo quod legitur & notatur j̃.e.c.ſi. quã-
tum autem ad præſcriptionem malę fidei non ſecus,ſed idem eſt,
vt probant concor.primo inductę.ſ̃.e.gl.vnde & ſecundum leges
qui malam fidem vel dolum proponit, ipſum probare debet ff.
de probatio.quotiens.§ qui dolo.[Poſſeſſorem] ſubaudi, nec doli
nere poteſt mala fide poſſidere.[Niſi reſipuerit.]&c.ſic j̃.e.ſi dili-
genti.& c.veniens.§.ſina.in fi.& c.quoniam.xvj.q.iij.licet.xxxiiii.
3 q.j.ſi virgo.xxxiij.q.v.quod Deo.Quod etiam ideo contingit, †ꝗa
tempus obligationem non tollit,ff.de act.& ob.obligationum.§.
placet.multo minus ipſam inducit,j̃.de cenſibus.peruenit. argu.
ff.de regu. iuris.fauorabiliores. & hoc ſecundum canones.ſecus.
ſecundum ll.C.de præſcriptio.xxx.anno.ſi quis emptionis. xvj.q.
a iij.§.poteſt.ſecundum B. quas dicas correctas [a] in vtroque foro,vt
patet in eo,quod legitur & no.j̃.e.c.fina.[Nouerit poſſidere]dum
4 eſt in præſcribendo.Et ſic patet,ꝙ† per malam fidem ſuperueniẽ
b tem fit interruptio canonica, [b] vt patet j̃. eodem.quoniam.Quid
ergo ſi iam præſcripſerat,antequam haberet ſciẽtiam rei alienæ?
Dicunt quidam, ꝙ ipſam tenetur reſtituere quantumcunque
præſcripſerit,ex quo ſcire incipit,quod alterius fuit, quia non di-
mittitur peccatum &c.xiiij.q.vj.ſi res.j̃.de vſur.cum tu. Alii con-
tra, quia completa præſcriptione tutus eſt ſecundum vtrunque
ius,vt j̃.c.proxi.C.de præſcriptione xxx.ann.omnes. ergo iure poſ
ſident per conſequens & iuſte,xiiij.q.iiij.quid dicam.ff. de acqui.
5 poſſeſ.iuſte.nam & iura faciunt† hoc eſſe meum, & illud tuum,
6 viij.diſti.quo iure.item princeps †poteſt mihi dare rem alienam
& tutus ero,ff.de euic.Lucius.C.de quadri.pręſcriptio.bene a Ze-
none. vnde & potuit hanc præſcriptionem inducere in odium
7 negligentis,vt j̃.ſequitur.& ne† dominia rerum incerta eſſent, ff.
de vſcap.l.j. & ne homines peruenirent ad arma, argumen.ff. de
vſuf.æquiſſim. Ala.dixit,ꝙ ſi talis ex cã lucratiua rẽ habeat,tunc
tenetur ipſam reſtituere, & ſic eſt vera prima opinio, argumen.
ff.de his qui in frau.cre.ꝙ autem.§.ſed quod cum pupillo.ſi vero
ex cauſa onerosa,tunc non tenetur reddere.& ſic eſt vera ſecun-
da opinio,argumen. xiiij.q.j. quod debetur.C. de iure deli.ſanci-
mus.§.ſed ſi legatarij.Sed hæc opinio reprobatur C. dę præſcrip.
long.tempo.l.penul.j̃.de donatio.apoſtolicę.reſponſo.j.ad fi.Nos
dicimus indiſtincte ſtandum eſſe ſecundæ opinioni quantum
ad iuris rigorem,vt j̃.e.c.j.& ij.& c.veniens.in c. & c.quoniam.in
fine.Dum tamen is,qui præſcripſit,non habeat conſcientiam re
mordentem.tunc enim tenetur rem reſtituere, & conſcientiam
ſuam ſequi,etiam ſi erronea ſit, j̃.de ſimonia. per tuas.ij. nam &
ſunt quidam,qui trepidauerunt timore,vbi non erat timor,j̃. de
ſimonia. & ſi quæſtiones.reſpon.j.in fi.& de hoc copioſius nota-
tur in ſumma,eo.tit.ſub rubrica,de præſcriptio.rerum immobi
li.§.quæ exigantur. ſub.§. verum quicquid. Sed & ſi præſcribens
conſilium prelati in hoc ſequi voluerit,non improbamus,argu-
mẽ.xiiij.q.j.quiſquis.v.di.ad eius vero concubitum.& in eo quod
legitur & no.ſ̃. de tempo.ordin.ad aures. Sed & ſi conſcientia in
nullo remordeat,nec neceſſe eſt confiteri.Eſt etiam caſus, ĩ quo
quis præſcribit cum rei ſcientia (non dico conſcientia) alienæ,vt
patet ſ̃.eodem ca.j.[Cum ]ſubaudi.ex quo habet conſciẽtiam
remordentem.[Bonæ fidei.]&c.ſubaudi,nec obſtat quod poteſt
obiici de legibus Imperatorum contrarijs, quia ipſi conſideratio
nem rerum habuerunt,nos animarum,& ſic cõtinuatur ſequẽs
§.Epheſinus.&c.¶ Epheſinus.]ij.pars.quis iſte fuerit,ignoramus,
forſan Imperator fuit, vel aliquis iuris conſultus,qui primo edi-
dit legem iſtam,vt ſequitur.[Segniciem.]i. pigritiam, ſeu negli-
gentiam, nam contra tales odioſa præſcriptio eſt inducta, & ne
c dominia ſint incerta, [c] C.de an.exce.l.fi.ff.pro ſuo.l.fi.ff.de vſucap.
l.j.Inſti.de vſucap.reſpon.j.[Errorem & confuſionem.]ne domi
na eſſent incerta,ff.de vſuca.l.j.vnde voluit, quod cum mala fide
præſcriberetur non curans de periculis animarum, quæ tamen
ſunt rebus omnibus præponendæ,C.de ſacroſan.eccle.ſancimus.
j.& xij.q.i.præcipimus.[Primus.] quem alii Imperatores ſiue iu-
riſconſulti ſunt ſecuti.[Impoſuit]& ſi præſcribens habeat malã
fidem.¶ Nobis autem]iij.pars.ſubaudi, qui habemus curare de
animabus potius quam de rebus.[Cognits.]ſcilicet ipſi vero do-
mino ſcienti,ꝙ ab alio poſſidentur,C.de anna.excep.l.ſi.vel con-
gnitis ipſi poſſeſſori,qui ipſas ſcit alienas. [Quorum latentibus.]
ideſt ſiue is,cuius res preſcribitur,ignoret ipſam rem ab alio poſ-
ſideri.Vel latẽtibus poſſeſſori,qui ignorat ipſam rem alienam eſ-
ſe. [Placuit.] qđ & omnibus chriſtianis,& in omni foro placere
debet,cum nulla preſcriptio nulla cõſuetudo,nullum aliud vin-
culum ſeruandum ſit, vel probandum, ex quo inducit pericu-
lum animarum,vt patet in eo,quod legitur & notatur, ſupra de
conſuetudi.capitulo, fina.infra de præbend. extripandæ.§.j.]Vi-
gorem.] ſcilicet præſcriptionem aliquam, ſi preſcribens habeat
malam fidem,talis enim & ſi dominus rei ipſam ad ſe pertine-
re

ADDITIONES.

a ¶Studenti competunt vigiliæ,immo ſunt neceſſariæ ſecundum do. Ab.
hic in primo no.
b ¶Correctas.Vide tex.& Dy.in regu.poſſeſſor.de regu.iuris.lib.6.& Barto.
in l.priuilegia.C.de ſacroſan.eccle.vbi dicit,quod hoc ius canonicum cõ
cernat ſalutem animæ,debet ſeruare etiam in foro ciuili.
c ¶Interruptio canonica.Adde Bar.in l.naturaliter.ff.de vſuc.& do.Ab.hic
ver.an autem.mala.fides.
d ¶Ne dominia ſint incerta.Adde ex qua cauſa fuerit inuenta præſcriptio,
per Bar.in l.j.ff.de vſuca.& in l.nemo poteſt.ff.de leg.j.

re ignoret,preſcribere non poteſt,xxxiiij.qõ.ij.ſi virgo.ff.de peti.
he.ſed & ſi l.§.de eo.

*SVMMARIVM.*

1 *Bonam fidem quis habere non poteſt niſi per iuſtum titulum.*

CAP. VI.

AD aures. [Super decimis.]& ita habes hic ex-
preſſum, ꝙ præſcriptio quadraginta
annorum currit in decimis,cum tamen videretur ꝙ
tempus duplicari deberet, eo quod prout frequẽtius
ſemel tantum in anno colligũtur.ſed tu reſpondeas, ꝙ licet hoc
verum ſit de grano & vino, cauſa tamen & ius percipiendi ipſas
perpetuum & continuum eſt,ſm do.n.quod dic, vt plene no.s̃.
e.de quarta.[Quas.]ſcilicet decimas.[Earum]ſcilicet eccleſiarũ.
[In alterius parochia.]Sic nõ videtur præſcribere poſſe, quia nõ
1 †poteſt habere bonam fidem, niſi per iuſtum titulum excuſetur,
vt patet ĩ eo,quod legitur & no. s̃.c.proxi.& præc.[Et infra.] hoc
eſt quæritur,cum inter eccleſias ſuper hoc orta ſit quæſtio, quæ
ipſarũ potior ſit in iure.& ad hoc in ſequenti reſpondetur.¶ Tuę
fraternitati]ij.pars.[De iure.]i.canonico.s̃.de probatio.ex literis.
ĩ.de iure patro.quod autem.xiiij.q.v. non ſane. Et ciuili.C.de rei
vendica.quotiens.ff.de reg.iur.cum par.ff. de condi. ob turp.cau-
ſam.l.ſi ob turpem.ſm B. [Melior eſt conditio] id eſt illius, qui
pręſcripſit,nam & ſi caderet a poſſeſſione,& perueniret ad alium
quam ad illum,ad quem de iure pertineat, daretur eccleſię, quę
ipſas præſcripſerat,vtilis vendicatio contra ipſum, ex quo in præ
ſcribendo habuit malam fidem, nam & ſm leges etiam ſi mala
fide poſſediſſet.xxx.annis,haberet exceptionem, & etiam actio-
nem in quibuſdam caſibus,ſcilicet contra raptorem,contra fu-
rem, & etiam contra eum qui ob ſuam cõtumaciam paſſus eſt
miſſionem in poſſeſſionem,vt omnia hæc probantur C. de præ-
ſcrip.xxx.ann.ſi quis emptionis.ſm d.n.[Poſſidentis] quæ & præ
a ſcripſit bona fide,& iuſto titulo, & tempore ſufficienti,[a] ſcilicet
xl.annis,quia quadragenalis &c.vt ĩ ſe.§.¶ Quia quadragenalis.]
iij.pars.patet per hoc c.ꝙ pſcriptio currit bona fide,& iuſto titulo
interueniente,qua completa non tenetur is,qui præſcripſit, rem
reſtituere quaſi alienam,immo ſiue poſſideat,potior eſt, vt hic,
ſiue agat,vt patet ĩ.de decimis,cum ſint omnes.& c.ad apoſtoli-
cę.[Præſcriptio]cum bona fide,alioquin contra.in eo,quod legi
gitur & no.s̃.eo.de quarta.& c.vigilanti.[Omnem] vt patet C.de
pręſcriptio.xxx.anno. omnes. dummodo talis ſit res, quæ poſſit
b præſcribi,[b]alioquin contra,ĩ.c.j.& c.accedentes.& c.cum non li-
ceat.[Actionem]ar.ꝙ actio ſm canones eſt edenda. quod dic,vt
no.s̃.de iud.dilecti.& c.examinata.

ADDITIONES.

a ¶Sufficienti. An & quanto tempore eccleſia præſcribat contra eccleſiam
vide per do.Ab.conſi 94.& Dy.in reg poſſeſſor.de reg.iu.lib.6.

b ¶ Quę poſſit pręſcribi. Quæ autem ſunt ea, quæ inpræſcriptibilia, vide
per dom. Abba. conſi.xxiiij. in primo volum.& Bart.in l.fina.C. de fun.
limitro.lib.11.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſcriptio oppoſita vtrum obſit.*
2 *Caſus octo in quibus non currit præſcriptio.*

CAP. VII.

CAuſam quę. Archidiaconum] agentem.
[Et nobilem virum] reum,
& laicum præſcriptionem opponentem. [Et infra.]
1 Hoc eſt,quęritur,†vtrum præſcriptio oppoſita obſit.
& reſpondetur ꝙ non,& quare non.¶ ideoque.]ij. pars. [Pręſcri-
ptione]a laico facta & oppoſita,quia cum laici &c.vt ĩ.§.j. Secus
ſi eccleſia contra eccleſiam præſcripſiſſet, vt s̃.c.proxi.[Conceſ-
ſione.]ita quod ſicut clericus in eis titulum habeat, nam paupe-
ribus & indigentibus ad ſuſtentationem ſuam, & in elemoſinã
dari poſſent,x.q.j.c.penul.& fi.ſm do.n. [Secularis ve.]facta poſt
a Lateranenſe concilium, ĩ.de decimis.prohibemus.& c. quam-
uis ſit graue.& c.nobis.& c.tua.& ĩ.quod dic, vt ibi notatur.[Op
ponere]ſcilicet conceſſionem pro titulo,per quem & bona fides
pręſumatur.quod dic,vt notatur.ĩ.de decimis,dudum.¶ Quia cũ
2 laici.]iij.pars [Decimas.]No.hic d.n.†octo caſus, in quibus non
currit præſcriptio tu vero dic,ꝙ ſuper hac materia poſſunt nota
ri xxxiiij.caſus in quibus præſcriptio impeditur, vt poteſt colligi
in eo quod plene notatur ĩ.eo.cum non liceat.§.fin. [Detinere.]
ciuiliter.d.n.ſic xvj.q.vij.c.j.& q.iij.§.poteſt.verſi.quod ſi priuatus.
[Non poſſunt] ſcilicet bona fide & ciuiliter, vnde nec procedit
pręſcriptio,s̃.eo.vigilanti.ĩ.eod.quoniam.nec poſſunt habere iu-
ſtum titulum in huiuſmodi ſpiritualibus, omnino enim aut ſy-
moniacus,aut alias illicitus erit. in laicum nempe ius ſpirituale
nullo modo cadit,vt patet s̃.de electio.ſacroſancta.& in eo quod
legitur & notatur.s̃.de arbi.contingit.[Præſcribere]quia nec poſ
ſidere,vt premiſit pręſcriptionem autem non poteſt obiicere,
niſi poſſeſſor, ſecundum d.n.ſic patet quod qui non poteſt poſſi
dere, non poteſt pręſcribere,quia ſine poſſeſſione non currit præ
criptio,s̃.de probatio.ex literis.in fine.ff.de vſuca.ſine poſſeſſione.
& l.iij. laicus autem decimas poſſidere non poteſt, niſi in de ri-
mentum animæ ſuæ,quare nec ipſas præſcribere poteſt,nec alias
acquirere,vel etiam retinere, vt hic & in ſuperioribus iuribus,ĩ.
de rerum permu.c.fi.

ADDITIO.

a ¶Lateranenſe concilium.Et nota quod Lateranenſe concilium, de quo
fit mentio in d. cap. prohibemus.infra de deci. & in c. cum & plantare.
infra de priuil.prohibens in feudationes decimarum, fuit celebratum
Romæ ab Alexan.3.Anno Domini mileſimo ducenteſimo 79. prout no.
Archi.in c.2.§.ſane.de deci.lib.6.quod tempus bene deberent notare re-
ctores eccleſiarum ad conuincendum laicos dicentes ſe tenere decimas
infeudatas ante ipſum Lateranen concilium.

*SVMMARIVM.*

1 *Nullus iudex minorem admittere debet.*
potuerunt vti, quod Papa ignorauit. Sic nec prodeſt archiepiſco
po id, quod vſus eſt Papa ignorante, & ita intelligitur 100. diſt. cõ-
tra morem. Hoc etiam notandum eſt, ꝙ quandocunque vtens
aliquo iure extraordinario puta collectis, quæſtis, vel exactionib.
iuuatur tempore, vel coniecturis, vel præſumptionibus, ſi tamen
in contrarium ſint aliæ præſumptiones violentiores, non iuuabi
tur probatione curſus tẽporis, ſicut eſt videre in prælatis, qui hæc,
& alia ſeruilia grauamina exigunt a ſubditis, nec enim præſumẽ
dum eſt, ꝙ ſubditi hæc ex debito præſtiterint, ſed potius ex timo-
re arg. i. q. j. nullus. x. q. iij. quia cognouimus ſecundum d.n. quod
dic, vt plene no. infra de cenſi. peruenit. Et idem eſt ſecundũ d.n.
ſi credatur aliquid cauſa curialitatis, vel hoſpitalitatis præſtitum,
vt ſi quis alium hoſpicio frequenter recepit, infra de contrahen.
emp. cap. j. & arg. ff. de acq. poſſ. qui iure familiaritatis. Secus ſi ſint
talia, quæ non præſumantur ex timore præſtita, quia ad illa coge
rentur præſtantes, argum. ix. q. iij. conqueſtus. ff. comm. præd. ven
23 ditor. §. ſi conſtat. † Sed & in talibus, ſcilicet in corporalibus ſuffi
a cit probare præſcriptionem, cuius non extat memoria [a], vt not.
ſupra eod. de quarta, & qualiter fit hæc probatio. not. infra de ver
bor. ſignific, quid per nouale. & cap. ſuper quibuſdam. §. præterea.
Nec eſt neceſſe in hoc caſu probare titulum, nec etiam allegare,
niſi forte ſit præſumptio contra petitorem. ff. de aqua plu. arcen.
24 l. j. §. fina. 100. diſt. contra morem. Alij † dicunt, quòd aliquando
proponitur præſcriptio in modum actionis. xvj. q. iij. §. poteſt. C.
de præſcript. triginta annorum, ſi quis emptionis, & tunc neceſſe
eſt probare titulum, ſupra de probat. licet, quandoque vero oppo
nitur in modum exceptionis, ſupra de probat. ex literis, & tunc
opponens non habet neceſſe probare titulum poſſeſſionis ſuæ, C.
25 de peti. hæredi. cogi. tum qui a reus eſt, & niſi actor intentionem
ſuam probauerit, abſoluetur, C. de rei vendic. l. fin. C. de probatio.
actor. Alij aſſerunt, quòd præſcriptionem quocunque modo ſiue
agendo, ſiue excipiẽdo obijciens, tenetur probare titulum, vt hic,
ſecundum d.n. & facit pro his, quia nemo poteſt incipere de fa-
26 cili poſſidere rem alienam, vel ea vti, quin fiat contra ius, † nam
tranſire per alienum agrum fas eſt, ius non eſt, vt in princ. decre-
torum, omnes leges, in fin. ingredi tamen & morari in præiudi-
cium domini nullo modo licet, vnde & ſi videam ingredientem
fundum meum, quia contra ius facit, poſſum eum iure prohibe
re, ne ingrediatur, & ſi quis ibi ædificauerit, inſeruerit, vel ſemina-
uerit, ſolo cedit, Inſtit, de rerum diui. §. plane. & §. ex diuerſo, & ſe
quentibus. Nec poteſt quis habere bonã fidem, ex quo ſcit, quòd
res non eſt ſua, nam per conſequens ſcire debet hoc ad aliũ mo-
dis omnibus pertinere, C. vnde vi. l. fi. Nec obſtat ſecundum iſtos,
C. de pet. hæred. cogi quia reſpondent, quòd loquitur, quando cõ
uentus actione reali ſimpliciter negat eſſe rem petentis, & nõ ex
cipit de præſcriptione, tunc enim neceſſe haberet probare titu-
lum. In rebus autem corporalibus neceſſe eſt non ſolum allega-
re titulum, ſed probare, vnde quando allegat quis titulum, nõ ſuf
ficit hoc tantum dicere, talis res, vel tale ius peruenit ad me titulo
emptionis, vel alio cõſimili. immo debet plane narrare factum,
vt ſcilicet dicat talem rem, de qua agitur, in me, vel in eum cui
ſucceſſi tranſtulit talis titulo emptionis. alioquin quod dicit. præ
ſumitur fictitium & non verum, vnde & hoſpitalarij coacti ſunt
exprimere titulum, & per quem ad eos decimæ peruenerunt, in
fra de decimis. dudum. In præſcriptione vero, cuius nõ extat me-
moria, ſufficit tam magnũ tempus exprimere, & ſi quæratur ab
eo de titulo poteſt reſpondere, neſcio quo titulo hæc res ad præ
deceſſores meos peruenit. ex quo tamen ipſam ſine contradictio
ne, vel reclamatione tanto tempore poſſederunt, credo & crede
re debeo, quòd iuſto, argum. bonum. xi. diſtinct. eccleſiaſticarum.
& cap. palam, & c, ſi quis neſciat, ſecundum dominum noſtrum,
cuius eſt maior pars mentis totius huius glo. ſecundum quòd ſu
perius eſt ſignatum. Quamuis autem verba ſuperiora bona ſint,
& ex ipſis multa bona elici poſſunt, tamen quantum ad intelle-
ctum verborum, quæ hic dicũt, tu ſi placet, breuis & vtilius hoc
exponas. dicas ergo [Eccleſiaſticarum] præſcriptibilium. alioqn
contra in eo, quod legitur, & not. ſupra eod. cum non liceat [Bo-
na fides] ſcilicet ſola, ſi ſit res quæ iure communi poſſideri valeat,
nec ſit præſumptio, neque contra ius, neque contra poſſidentem
[Et iuſtus titulus] ſubaudi, ſi præſumptio ſit contra poſſidẽtem,
vel ſit res, quæ iure communi poſſideri non poſſit, vt hic patet, &
xvj. quæſt. iij. §. poteſt etiam. quod dic, vt not. infra de decimis. du-
dum. & ſupra ead, glo. præceden. & cap. de quarta, & infra eod. ti,
tu. j. §. fin, [Et ſi etiam] verſic. [Potuiſſet habere] puta ignorabas
ius Romanæ eccleſiæ, & ad tuam credebas pertinere, vel quia ha
bebas bonam fidem & iuſtum titulum, adhuc non prodeſſet ti-
bi, quia non credimus &c, [Quæ ſola] ſcilicet centenaria præſcri
ptio, ſupra eod, cum nobis, & cap, ad audientiam, quod dic, vt ibi
not. [Probari] per teſtes. Quid enim ſi apparent inſtrumenta de
fidelitatibus ſucceſſiue factis per ducentos annos, & plus proxi-
me præteritos.

ADDITIO.

a ¶ Memoria. Adde, qualiter probetur præſcriptio, de cuius initio non ex
tat memoria, per Oldr. conſ. ccliij.

SVMMARIVM.

1 *Compromitti poteſt ſuper ſpiritualibus & componi.*
2 *Quæ iura epiſcopalia poteſt Abbas præſcribere, & a quo, quæ obedientia præſcribatur.*
3 *Quæ inſtitutio auctorizabilis non præſcribitur.*
4 *Abbas quam ordinationem poteſt præſcribi, quam non.*
5 *Verba iuris non ſunt calumnianda.*
6 *Bona fide ſola ſufficit in præſcriptione rei præſcriptibilis, niſi præſumptio ſit contra.*
7 *Titulus non requiritur quando allegatur conſuetudo, & non præſcriptio.*

CAP. XVIII.

CVm olim. [Epiſcope] lucane, cui loquitur
[Vẽdicares] quod eſt infra [Cum
Abbate] exempto, aliàs non potuiſſet præſcribere
nomine proprio contra epiſcopum, vt not. ſupra eo.
cum ex officij [Super plebe] Not. agi cum eo qui contendit ple-
bem ſibi eſſe ſubiectam, ſupra eod. auditis dominum noſtrum,
vbi de hoc [Et adiacentibus capellis] ideſt epiſcopi plebibus an-
nexis, ſiue ſubiectis [Inſtitutionẽ in eis & alia] & ſic patet, quòd
inſtitutio de iure communi ad epiſcopum ſpectat, & multa alia,
de quibus legitur, & notatur ſupra de officio ordin. conquerente,
ſupra de officio Archid. cum ſatis [Ius commune, ſupra eod. au
ditis, ſupra titu. primo, cum venerabilis, infra de capell. monach.
dilectus. 100. diſtinct. contra morem [Principaliter] ſecundario
vero arbitrium, infra eod. verſicu. arbitrium [Cuius auctoritate]
verſ. ſcilicet iuris communis [Quæ] ſcilicet loca [In tua diœceſ.]
ſic xvj. quæſt. vij. omnes baſilicæ. xviij. quæſt. ij. monaſteria, ſupra
eod. cum non liceat, infra de relig. dom. conſtitutis [Arbitrium]
1 verſic. † & ſic poteſt compromitti ſuper ſpiritualibus & compo-
ni, ſupra de tranſactio. ſuper eo. ſupra de arbitr. cum tempore, ſi-
ue arbitri ſint omnes clerici, vt hic, ſiue vnus ſit clericus, & alius
laicus, ſecundum id quod no. ſupra de arbit. per tuas. ¶ Ad eliden
dum autem] ij. pars [Abbas] licet enim ageretur contra Abba-
tem & monacos, erat tamen in iudicio ſolus Abbas, quod dic, vt
not. ſupra de reſcrip. edoceri [Quod] ſcilicet priuilegium [Prædi-
ctum arbitrium] quod priuilegium nõ tangebat capitula, in qui
bus modo fertur ſententia pro Abbate, alioquin cum præſump-
tio eſſet contra ipſum, & ſententia arbitrorum, nec ſufficeret pro
titulo priuilegium Grego. cum ei fuerit per arbitrium derogatũ,
oportuiſſet Abbatem ſuper articulis illis, in quibus pro eo fertur
ſententia, allegaſſe nouum titulum & probaſſet, vt patet in eo,
quod leg. & not. ſupra c. prox. §. fi. verſi. quia, & ſecundum hoc, ſu-
per verbo, & iuſtus titulus, ſecundum d.n. [Multo videbatur] No.
arg. ad coniecturam ſumendam ex his, quæ præceſſerunt, & ſecu
ta ſunt in eo, quod hic dicitur, & ꝭ. eo. verſ. aliorum, quod in ſigil-
lis & in inſtrumentis eſt potiſſime conſiderandum. ꝭ. de fi. inſtru.
inter dilectos. §. inſtrumentum. verſ. in omnib. ff. de leg. j. ſi ſeruus
plurium. §. ſi numerus [Tempore] & ideo prætextu inſtrumento
rum de nouo repertorum non eſt retractanda ſententia arbitro-
rum, vt patet ꝭ. eo. c. ad fi. & c. inter monaſterium, & C. de tranſact.
ſub prætextu. & etiam ſi priuilegium Greg. poſtea obtentum fuiſ
ſet, non præiudicaret compoſitioni præcedenti, niſi & de ipſa fa-
ceret mentionem. ꝭ. de decimis. ex multiplici. & ꝭ. c. i. vt & patet in
eo, quod no. ꝭ. eo. ſuper verbo, præceſſiſſe. Et ex his ſequitur, ꝙ ſibi
non profuerunt etiam priuilegia aliorum Romanorum Pontifi
cum poſt arbitrium impetrata. Intelligas autem ꝙ iſti arbitri nõ
fuerunt compromiſſarij, ſed fuerũt electi a partib. tanquam iudi-
ces ſine pœna & ſine compromiſſo, alioquin nõ obſtante arbitrio
agere



agere poſſet Abbas, ff. de arbit. ſi quis rem, ſecundum do. noſt. pœ-
na tamen commiſſa, C. de arbit. l. j. Sed & ſi ſine pœna, & ſtipula
tione compromiſſum eſſet ſimpliciter, tunc ex ſententia arbitro
rum actio & exceptio oriretur, C. de arbitr. l. pen. quod dic, vt ple-
ne not. ſupra de arb. per tuas. §. ſuper quo, ſed quomodo poterunt,
prout not. do. n. eligi tanquam iudices? Reſpondit, quia præerant
aliàs iuriſdictioni, quod dic, vt legitur, & not. ſupra de fo. compet.
ſignificaſti. Quinimmo & ſi priuati erant, ac epiſcopo de Abba
te conquerente, a partibus communiter electi fuerunt, tales etiã
ſi vocentur arbitri, iudices tamen ſunt, quia a lege, ſiue iure ſcri-
pto iuriſdictionem habent, vt patet xj. q. j. clericus aduerſum cle-
ricum. aliàs incipit, ſi clericus. & ff. de iuriſdict. omn. iudic. & quia
[Præceſſiſſe] & ideo ei derogatur per arbitrium in his, quæ nõ Ro
manam eccleſiam, ſed monaſterium tantum tangunt, vt patet
in eo, quod legitur, & not. ſupra de arbit. cum tempore. Alia vero
priuilegia Romanorum Pontificum ſubſequentia, cũ eſſent tan
tum confirmatoria, nihil noui iuris penitus tribuebant, vt patet
in eo, quod legitur, & not. infra de confirm. vtil. cum dilectam. §.
nos igitur. in fi. Et ex eo, ꝙ dicit, præceſſiſſet, apparet, ꝙ ſi non fue-
runt oſtenſa, non præiudicant. infra tit. j. inter monaſterium. ſi ve
ro poſt compromiſſum obtenta, nõ facta mentione de compro
miſſo, non valent, argum. infra de decimis. ex multiplici, ſupra vt
lite pend. c. ij. & fin. Quia ſi fieret mentio, in tantum partis præiu-
dicium, non eſſet priuilegium concedendum, vt C. de precib. im
per. off. quotiens. xcix. diſt. nullus. xj. q. j. peruenit, ſecundum Goff.
C. de emancip. nec auus [Per quod] verſicu. ſcilicet priuilegium
[Et capellæ prædictæ] nam & quandoque monaſterium eximi-
tur cum capellis, ſuper quo ad quid detur cenſus, eſt ſubtiliter at-
tendendum, vt leg. & not. infra de priuil. accepimus. Licet autem
eccleſia ſit exempta, non propter hoc Parochiani intelliguntur
exempti, niſi de hoc in priuilegio ſpecialiter caueatur, extra do. n.
de verb. ſigni. ad perpetuam [Donatæ] quantum ad epiſcopum,
nam plebes Abbati ſuberant cum capellis, do. n. [Aliorum quo-
que] verſi. [Poſt arbitrium] de ipſo mentionem non faciendo,
& ideo nõ valebant [Qui] ſcilicet Romani Pontifices [Et infra]
hoc eſt, ſed & præſcriptionem allegauit Abbas, & probauit quo
ad quædam, & ſic continuatur ſequens §. quia prædictus & c.
2 ¶ Quia prædictus] & c. iij. pars [Sufficienter oſtendit] Not. † hic
Abbatem præſcribere poſſe iura epiſcopalia. ſi. ſupra eod. auditis,
quod intelligas de his, quæ poſſidere poteſt, argum. infra tit. j. inter
monaſterium. Hoc autem, ꝙ non obediat dum eſt ſubditus, non
præſcribit in ſe, nam in alijs eccleſijs bene poteſt præſcribere obe
dientiam, & alia iura epiſcopalia, & ſi alij ſubeſt, cui obedit. bene
poteſt præſcribere obedientiam in ſe, non nomine ſuo, ſed nomi
ne illius, cui ſubeſt, vt patet in eo, quod leg. & not. ſupra eod. cum
ex officij, ſecundum d.n. cuius eſt hæc tota glo. Sed & hoc not. ꝙ
hic ſequuntur octo per ordinem, quæ Abbas dicit contra epiſco
pum præſcripſiſſe, quod dic, vt in ſeq. glo. Sed & hæc omnia intel
lige ſecundum ea quæ no. infra de exceſſ. prælat. accedentibus. re-
ſpon. j. §. fin. [Super inſtitutionibus & deſtitutionibus] Primum,
quod autem dicitur de inſtitutionib. quo ad beneficia curam ha
bentia, expone, ideſt collationibus [Deſtitutionibus] ideſt priua-
3 tionibus, † inſtitutio enim auctorizabilis præſcribi non poteſt,
nec deſtitutio, neceſſe eſt enim, ꝙ incuratus auctoritate epiſcopi
ingrediatur, & egrediatur, vt patet in eo, quod legitur & no. ſupra
de offic. Archid. cum ſatis. & de cleric. peregr. c. fi. & de renunciat.
admonet. Vel hoc referas ad clericos ſimplices, vel capellas ſine
cura, extra d.n. de priuileg. volentes. §. fin. lib. vj. Nec enim ad lite-
ram hoc generaliter intelligi poteſt, ſicut nec ſequentia, vt patet
ex his quæ infra no. & eſt ſi. infra tit. j. cum inter vos. §. j. [Et ordi-
4 nationibus] Secundum, non intelligas, † quòd Abbas ordinet
clericos, quia hoc non poſſet acquiri aliqua præſcriptione, vel cõ
ſuetudine, vt patet infra de conſecrat. eccleſ. vel alta, aqua. niſi for
ſan ad minores ordines hoc aſtringat, ſupra de æta. & quali. cum
contingat. Hoc autem poteſt præſcribere, quòd clericos ſuos fa-
ciat per quemcunque voluerit catholicum epiſcopum ordinari,
vt patet infra c. j. §. j. [Baptimo] Tertium. ſic infra de capell. mo-
nac. cap. ij. [Pœnitentia in leuioribus culpis] Quartum, & ideo di
cit leuioribus, quia ſecus eſſet de grauioribus, de quibus non eſt in
conſulto epiſcopo pœnitentia iniungenda, ſupra de officio archi
presb. c. iij. §. penul. xvj. q. vj. cap. j. Igitur hæc & alia quæ ſupra enu
5 merantur, curialiter ſunt intelligenda, & ſano modo, quia † ver-
ba iuris non ſunt calumnianda. ff. ad exhiben. l. penult. & ea quæ
epiſcopalis ordinis ſunt, ſeu dignitatis, non debent ab Abbatibus
occaſione conſuetudinis, vel præſcriptionis alicuius vſurpari, vt
legitur, & not. infra de exceſſ. prælato. accedentibus [Sepultura]
Quintum, libera, infra de exceſſ. prælat. nimis iniqua. §. j. verſic. &
fratres, & ſequenti [Decimarum perceptione] Sextum. nulla par
te epiſcopo reddita, ſupra eod. de quarta [Ac diuinis officijs] Sep-
timum, vt ſcilicet officientur ſecundum ordinem monachalem
non epiſcopalem [Celebrandis] ideſt quòd in dictis capellis poſ
ſit hæc celebrare, ſecundum dominum noſtrum, ſed præcedens
expoſitio magis placet [Excommunicando] Octauũ. hoc enim
iuriſdictionis eſt, quæ & præſcribi poteſt, vel per conſuetudinem
acquiri, ſupra de elect. dudum. ij. §. tandem, verſic. ſed cum in iure
6 confeſſus fuerit [Legitima præſcriptione] ideſt † conſuetudine
legitimæ præſcripta, ſupra de offic. Archid. cap. fina. vel legitima,
ideſt canonica, quia iuſtũ titulum allegauit, & probauit, ſine quo
in talibus non currit præſcriptio, vt legitur, & notatur ſupra eod.
cap. prox. & fi. & cap. de quarta. Si enim ſit res, quæ iure commu
ni poſſideatur, & præſcriptibilis ſit, ſufficit bona fides, niſi præſum
ptio ſit contra poſſidentem, per quã præſumatur mala fides, tunc
enim requiritur titulus, per quem tollitur præſumptio malæ fidei
& ſic poteſt intelligi, ſupra eod. cap. prox. & de probat. licet. Vel il-
lud, quod ibi dicitur, propter naturam vti poſſidetis contingit, vt
ibi not. Quando autem res talis eſt, quæ iure communi poſſideri
non poteſt, requiritur titulus, ideſt quando ius commune eſt con
tra poſſidentem, ſeu petentem, vt hic, & ſupra eod. cauſam. & de
elect. conſtitutis, infra de decimis. dudum. ex quo enim fundata
eſt intentio actoris, condemnabitur reus, niſi iuſtum titulum, ſeu
exceptionem legitimam opponat, & probet, C. de proba. ſiue poſ
ſidetis. & idem eſt, ex quo contra poſſidentem facit præſumptio
violenta, vt legitur, & not. infra vt benefi. eccleſ. cap. vnico. §. j. Sed
& ſufficit probabilis titulus, infra de iure patron. cura. vbi de hoc.
7 † Vero ſi allegetur præſcriptio, ſed conſuetudo, non requiritur ti
tulus, ſed ſufficit vſus cum præſcriptione, infra eod. cap. j. ſupra de
cauſ. poſſeſſ. cum eccleſia. & cap. cum olim. & ſupra de conſuetu.
cum dilectus. & infra de exceſſ. prælat. accedentibus [Munitum]
& ita patet, quòd arbitrium obeſſet Abbati, niſi ipſum præſcriptio
releuaſſet. Poteſt enim Abbas præſcribere iura epiſcopalia, vt hic
& ſupra eod. auditis. & intelligas, quòd Abbas ignorabat arbitriũ,
aliàs cum malam fidem haberet, præſcribere non poſſet, inf. eod.
cap. j. ſecundum B. & idem intelligendum videtur de priuilegijs,
vt ibidem. §. fin. [Abbatem ipſum] verſicu. [Iam dictis] ſcilicet
octo, ſupra eod. §. reſponſ. j. [Abſoluendum] ſi. ſupra eod. auditis
[Super alijs omnibus] verſic. [Ad ius epiſcopale] Not. formam
ſententiæ de iure epiſcopali, quando contra eum agitur, qui poſſi
det eccleſias, in quibus dicit ſe iura epiſcopalia præſcripſiſſe d.n.
[Iuxta tenorem] non obſtante priuilegio Grego. quia cum mul
to tempore præceſſerit, videtur ab eo receſſum per arbitrium ſub
ſecutum, nec alia valuerunt, quia non faciebant mentionem de
arbitrio præcedente, vt not. ſupra §. j. ſuper verbo, præceſſiſſe. Sed
contra, quia Abbas exemptus non potuit renunciare libertati ſi-
ne conſenſu Papæ, ſupra de arbitr. cum tempore. Reſpon. verum
eſt in ipſius Papæ præiudicium, ſed quantum ad præiudicium ip
ſius Abbatis poteſt idem Abbas renunciare, infra de capell. mo-
nach. cap. ij. [Arbitri] & iuris communis vigorem, ſupra eod. re-
ſpon. j. ſupra tit. j. cum venerabilis. §. penult.

SVMMARIVM.

1 *Parochiæ appellatione quid comprehendatur.*
2 *Laicus de ſpiritualibus nihil poteſt diſponere.*
3 *Actor ſi intentat vti poſſid. aduerſarius intentabit contra eum unde vi.*
4 *Poſſidere ab alio vi, vel clam, vel præcario quomodo poſſit quis.*
5 *Ius ſuum ad alium deuoluitur propter malitiam, vel deſidiam alicuius.*
6 *Iudicari de priuilegijs non poteſt, niſi inſpiciantur.*
7 *Generi ſemper per ſpeciem derogatur.*
8 *Priuilegium ſecundum nunquam reuocat primum, niſi de ipſo expreſſam fecerit mentionem.*
9 *Præſcriptio & priuilegium contraria ſunt.*
10 *Quis priuilegio renunciat vtendo iure communi.*
11 *Actor diuerſa proponens, non eſt audiendus in eadem inſtantia, niſi in caſibus.*
12 *Renunciatio fit tacite & expreſſe.*
13 *Priuilegium, & præſcriptio quando intelligatur eſſe contraria, & quando nõ.*
14 *Mala fides ſuperueniens non obeſt completa præſcriptione.*
15 *Priuilegium quandoque dat titulum præſcribendi, licet ius non conferat quo ad proprietatem.*

CAP. XIX.

VEniens. Epiſcopus Veſprimen. litigat hic cum
Abbate, ſed & cum hoſpitalarijs, ꝭ. de
decimis. dudum [Petijt] agens interdicto vti poſſid.
vt in ſeq. glo. & ſecundum hoc illa verba ſequentia, ſi-
cut in priuilegio Paſchalis & c. quæ in libello ponuntur, videntur
appoſita ex ſuperabundanti, ſecũdum d.n. Sed & ſi ex priuilegio
Abbatis intentio fundabatur, nõ video ꝙ ſuperabundent, immo
neceſſaria ſunt, vt patet in eo, quod leg. & not. ꝭ. de libel. obla. c. iij.
& de fi. inſtr. inter dilectos. reſpõ. j. & §. j. Vel dic, ꝙ egit hic Abbas
confeſſoria pro iure decimarum. ff. ſi ſeruit. vendi. egi. & l. loci. §.
competit. tamen ſuper iſtis libellis hic poſitis, de quibus nunc agi
tur, nulla fertur ſententia, immo epiſcopus contra Abbatem a-
lium libellum obtulerat, de quo hic nulla fit mentio, & in eo pe
tierat epiſcopus, ꝙ Abbas reciperet ab eo omnia eccleſiaſtica ſa-
cramenta, & ſuper illis ſententia fertur, infra ſecundum domin.
noſtrũ. Vel potuit eſſe conuentio, & reconuentio, vt intelligas, ꝙ
epiſcopus primo conuenerit Abbatem, vt proxime notatum eſt,

& Abbas nunc reconueniendo ipſum facit petitionem, de qua
hic habetur, in qua & videtur proponere officium iudicis, & hoc
ſonant verba iſta, quia non dicit, petijt ab Abbate, ſed dixit, petijt
a nobis.q.d.noſtrum officium implorando, ſed & ex parte epiſco
pi porrigitur libellus alius, infra eod.verſic, præfatus vero, & adde
quod not.in ſeq.gloſſ. [Non impediat] No.ad formam libello-
rum, & quòd a diuerſis partibus agi poteſt vti poſſidetis, & rei ven
dicatione, vnde & per hoc poteſt exemplificari, quod legitur ſu-
pra de cauſ.poſſeſſ.cum dilectus, Vel dic, vt in præcedē.glo. [Quo
minus omnes] aliàs homines [In parochia, vel comitatu] pro
1 eodem ſupponunt, † & ſic ponitur parochia quandoque pro
parte diœceſis, vt hic. quandoque pro vna eccleſia tantum, infra
de paroch.cap.ij.infra de eccle.ædific.cap.iij.quandoque pro toto
epiſcopatu, infra de donat.Apoſtolicæ.circa prin.vbi de hoc [De
omnibus quæ poſſident] ergo de omnibus danda eſt decima, in-
fra de decimis.ex parte canonicorum.§.fin. [Sibi] ſcilicet Abba-
ti [Soluant] ſubaudi, & quo minus ſacramenta eccleſiaſtica, de
quibus ſequitur, a quocunque maluerit epiſcopo poſſit recipere,
ſuper quo pronunciatur, infra §. j. [In priuilegijs Paſchalis] Sed
non obſtat, quia contra priuilegium ipſum præſcriptum erat, in-
fra de priuileg.accedentibus.& cap.ſi de terra, vel priuilegium in
tentionem Abbatis non omnino comprobat, vt patet exſequen
tibus [Et Regis Stephani] mirum videtur, quòd in libello admiſ
ſa fuit mentio regalis priuilegij ſuper decimis, Certum eſt enim,
quòd etiam Imperator nullam in his habet poteſtatem, vt patet
in eo, quod legitur, & not.infra de decimis.tua, & infra. Non er-
go fuit talis libellus admittēdus in motam, quam ineptus debuit
dentibus lacerari.ff.de aſſeſſ.l.j. Reſpondit Rex Stephanus, de quo
hic loquitur, fuit Sanctus, & etiam Legatus Apoſtolicæ Sedis, &
idcirco admittitur mentio ſui priuilegij in libello, ſecundum do-
minum noſtrum, vel dic, vt infra ſequitur. Eſt enim hic argum.
quòd Reges poſſunt dare priuilegia decimarum, & aliorum ſpi-
ritualium, ad idem.lxxix.diſt ſi duo.xcvj.diſt, Conſtantinus. Sed
contrarium verum eſt, vt patet infra de decimis.tua.j.& cap.du-
dum.ſecundum B. Nec obſtat quod hic dicitur. Intellige enim,
quòd Rex dedit locum, puta vallem, in qua tam monaſterium, q̃
capellæ inſtructæ fuerunt. Paſchalis vero exemit vallem illam,
quam Rex donauerat, & ſic ex tenore vtriuſque priuilegij exem-
ptio comprobatur.ſi.ſupra eod.auditis, de reſtit.in integr.auditis,
2 Laicus † nempe de ſpiritualibus nihil poteſt diſponere, vt legitur
& not.ſupra eod.gloſſ.in princ. & de rebus eccleſ.non alien.cum
laicis, ſupra de arbit.contingit [Præfatus vero] verſic [Quas] ſci
licet decimas [Sibi] ſcilicet epiſcopo [Niſi aliquo] iſte epiſcopus
videtur hic agere confeſſoria, & ideo bene opponitur hæc clauſu
la, ſcilicet niſi aliquo iure &c. Vel ſi vis dicere, quòd agebat poſ-
ſeſſorio, poſſeſſorium recuperandæ poſſeſſionis intentando, tunc
iſta clauſula eſt ſuperabundans, vt ſit ſenſus, licet omnibus deci-
mis, quas prius poſſidebam, ſim ſpoliatus, tamen non intendo re
ſtitui ad illas, quas aduerſarius aliquo iure ſpeciali oſtendet ſe poſ
3 ſidere. † Et ſecundum hoc videtur, quòd poſſeſſor eodem tempo
re, & ſuper eiſdem rebus poſſit contra aduerſarium vti poſſidetis
poſſeſſorium intentare, & aduerſarius eodem tempore, & ſuper
eiſdem rebus intentabit cōtra eum vnde vi interdictum, vel quia
vi aut clam, vel de precario, quod fateor, niſi excipiatur contra a-
gentem de ſpoliatione, ſupra de cauſ.poſſeſſ.cap fi. & procedetur
ſic, quòd ſuper vtroque feretur ſententia, ſi de vtroque cōſtat, ſed
executioni non mandabitur ſententia, niſi ſuper interdicto vnde
vi, argum.ſupra de cauſ.poſſeſſ.cum dilectus, ſed ſi primo liqueat
de turbatione, quàm de ſpoliatione, primo feretur ſentētia ſuper
interdicto vti poſſidetis.& cōpenſetur reus a moleſtatione, quo-
uſque ſententietur ſuper interdicto vnde vi. & no, in dicta decre.
cum dilectus, & argumen.infra de inſtit, cum veniſſent. Vel dic,
quòd quando ſimul liquet, quòd reus turbat actorem, & ꝙ actor
ſpoliauit reum, nulla tunc ſuper interdicto vti poſſidetis, ſenten-
tia eſt ferenda, & ſic intelligunt quidam.ff.vti poſſid.l.j. §.fin, vbi
dicitur, quòd ſi aliquis vi, vel clam, vel precario ab aduerſario poſ
ſidet, non debet vincere in interdicto vti poſſidetis, ideſt nulla ſen
tentia pro eo ferenda eſt. Hi tamen, qui tenent primam opinio-
nem, ſcilicet quòd ſuper vtroque eſt ferenda ſententia, quod eſt
Tucius aliter intelligunt eadem l.& dicunt, quòd poſſeſſor non
debet vincere, intelligas tu, quia illa ſententia non mandabitur
executioni, & ſic parum prodeſt, argumen.infra tit.j.cum aliqui
bus, quod tamen tunc tantum obtinet, quando conuentus inter
dicto vti poſſidetis conuenit actorem interdicto vnde vi, ſi enim
vis aliter intelligere dicam legem, vt ſcilicet dicas, quòd interdi-
ctum vti poſſidetis, non competit contra ſpoliatorem cum effe-
ctu, & quòd reus poſſit excipere de ſpoliatione ſua, hæc exinde ſe
quetur abſurditas, quòd probata ſpoliatione nulla ſuper interdi-
cto vti poſſidetis ſententia ferri poteſt, quia ſi feratur ſententia, ꝙ
reus qui probauit ſpoliationem ceſſet a moleſtia, expreſſe prædi-
ctus §.contradicit. ſi vero abſoluatur reus ſpoliatus ab imperitio
ne actoris, nec iſtud ſtare poteſt, quia per conſequens videretur ei
cōcedi, quòd poſſet moleſtare poſſeſſorem, ſed hoc eſt iniuſtum,
quia etiam prædo eſt reſtituendus, ſupra de reſtitu.ſpoliat. in lite-
ris, multo fortius ergo eſt defendendus, ff.de ſuperfici.l.j. §.quòd
ait prætor.ad fin. Item ſi huic ſpoliato liceret turbare, per conſe-
quens, & eadem ratione licet ei ſpoliare, quod falſum eſt, C.vnde
vi.ſi quis in tantam, & quia etiam ipſi priori ſpoliatori competit
interdictum contra ſecundum ſpoliatorem, quamuis ab alio
ſpoliatum, ff.de vi & vi arma, cum a te, & not, in dicta decret, in li
teris, Nec per prædictum modum agendi, ſcilicet ſi quis agat vti
poſſidetis, quia moleſtatur, & ex altera parte excipiat de ſpoliatio
ne, quia ſpoliatus eſt, fiet reſtitutio ſpoliato per modum actionis,
non tamen agatur vti poſſidetis, quod nō datur ad poſſeſſionem
recuperandam, ſed tantum retinendam, inſtit, de interdict.§.re-
tinendæ. Per viam exceptionis non, quia qui excipit, nihil petit,
& ſine petitione regulariter nulla condemnatio ſequi debet, vt
patet in eo, quod legitur, & not.ſupra de ordin.cognit. cum dile-
ctus.§ fin. Sed & ſi conſtat, quòd male facit iſte ſpoliator, qui tur
bat poſſeſſionem, ergo debet puniri. Sed dices forte, ſicut aliqui
inaniter ſpoliari ſomniarunt, verum eſt, quòd punietur, ſed per
alias ſuas actiones, puta iniuriarum, vel officium iudicis, ſed cer-
te hoc nō procedit, quia actio iniuriarum eſt tantum prodita ad
vindictam, vnde per hanc non conſequeretur poſſeſſor, quòd ad-
uerſarius ab eius moleſtatione ceſſaret. Sed nec officium iudicis,
(quod extraordinarium eſt) vbi auxilium ordinarium ſupereſt,
locum habet, ff.de minor. in cauſæ.ij. In hoc autem caſu prodi-
tum eſt auxilium ordinarium ſpeciale, & proprium, ſcilicet in-
terdictum vti poſſidetis, per quod poſſeſſor defenditur cōtra mo
leſtatores, ff.vti poſſid.l.j.reſpon.j.& §.fin.vbi dicitur, quòd poſſeſ-
ſor non obtinebit interdicto vti poſſidetis cōtra illum, quem ſpo
liauit, quod eſt intelligendum, quando conuentus vti poſſidetis,
excipit contra agentem, & dicit ipſum non eſſe audiendum, niſi
prius reſtituat ei rem, de qua agitur, & qua ipſum ſpoliauit, & iſte
intellectus expreſſe comprobatur, ſupra de ordin.cognit.cap.fin,
Vel etiam ſi directe proponat interdictum, vnde vi contra agen-
4 tem vti poſſidetis. † Et licet Azo in ſumma vti poſſidetis, multum
laborauerit ad exponendum quomodo poſſit quis ab alio vi, vel
clam, vel precario poſſidere, ego tamen ſimpliciter ſic expono,
poſſideo a te vi, ideſt violēter tibi abſtuli, & ſic de alijs. Et quamuis
iſta, quæ dixi, noua ſint, tamen a nullo negantur eſſe vera, & ideo
ſecurum eſt ſic te retinere. Illud autem ſatis indubitatum vide-
tur, quòd ſententia pro poſſeſſore lata in interdicto vti poſſidetis,
non parit exceptionem rei iudicatæ, etiam ſi idem, contra quem
iudicatum eſt, agit interdicto vnde vi, pro eiſdem rebus, quia pa-
tens eſt, quòd alia eſt actio, & ad aliud agitur nunc, quàm prius,
ff.de exception.rei iudica.cum quæritur, & l.ſequentibus.& ſupra
de teſtibus, cum cauſa quæ inter iconomum, & quia ſententia iu
dicis non prohibet moleſtationem iuris, ſed facti, ſed nec mole-
ſtationem facti, niſi quandiu poſſidet. hoc autem conſtat, quòd
re euicta ab eo iam non poſſidet. Illud etiam certum eſt, quòd is,
qui in interdicto vti poſſidetis, ſuccubuit, proponere poſſet rei
vendicationem, quare ergo ſimiliter non poterit proponere in-
terdictum vnde vi, vel aliam competentem actionem, diuerſita-
tis ratio non occurrit, ergo idem eſt ſentiendum, C.de liber.præ-
ter.vel exhæreda, l.prima. Quia ſi non agat vti poſſidetis, ſed con-
feſſoria petit aduerſarium a ſua moleſtatione compeſci, & fera-
tur ſententia pro actore, tunc vlterius non poteſt reus agere, vn-
de vi, vel alio interdicto. Et eſt ratio, quia in primo iudicio, in quo
fuit confeſſoria intentata actum eſt de proprietate, quæ præiudi
cat omnibus poſſeſſoriis, ſupra de cauſa poſſeſſ. cum dilectus. Et
hoc notandum, quòd licet quis corporalem poſſeſſionem ha-
beat alicuius rei, quandiu tamen illo, qui poſſidet, non repellitur
de poſſeſſione, non competit interdictum vti poſſidetis, neque
contra ipſum verum poſſeſſorem, neque contra alium, ff.vti poſ-
ſid.ſi duo.§.item videamus.& §.Labeo quoque, ſecundum domi
num noſtrum, cuius eſt mens quaſi totius huius gloſſ. [Iure] ſic
argumentatur ex eo, quod legitur 100.diſt.contra morem, ſupra
eod.cap.prox.& cap.accedentes, quod dic, vt no.infra de decimis
dudum.nam & ſi in propria prædijs inuenirentur priuilegiati, nō
ſequeretur propter hoc, quòd priuilegiati eſſent in alienis. quod
dic, vt legitur infra de decimis. dilecti. & cap.licet [Et infra] hoc
eſt, petijt etiam Abbas, quòd ſacramenta infraſcripta a quocun-
que vellet epiſcopo poſſet recipere.& ſuper hoc pronunciatur in
ſequenti, ſed ſuper decimis nihil pronunciatur. ¶ [Criſma vero]
ſecunda pars, in qua ſententia continetur. Et hoc primum ſpeci
ficatum [Oleum ſanctum] Secundum [Conſecrationis alta-
rium] Tertium [Seu baſilicarum] Quartum [Ordinationes cle
ricorum] Quintum, quæ omnia epiſcopalis ordinis ſunt, vt legi
tur, & notatur ſupra de electio.quod ſicut.§.præterea [Ad ſacros]
q.d.de minoribus non eſt vis, a quo recipiantur, quod tamen fal
ſum eſt, vt infra titul.primo.cum inter vos, & ſupra de cleric.or-
din.ab epiſcopo qui rerum epiſcop.cap.primo. Nec obſtat quod
hic dicitur, quia ſubaudiendum eſt, maxime, vel ita iacebat in pri
uilegio, cuius verba Papa in ſententia ſua ſequi voluit, ſicut & de
buit, vt patet infra eodem, verſic.alioquin [Clerici eccleſiarum]
vbi de



vbi de mandato clericorum egerat Abbatis, alioquin non poſſet
ferri ſententia contra eos, C.de ſenten.& interlocut.l.j.C.res inter
aliàs acta, per totum, vel dic, quòd clerici a Veſprimen.epiſcopo
poſtulabant &c. vt infra ſequitur non obſtante contradictione
Abbatis, & ſic fertur hic ſententia contra Abbatem, qui dixerat
in libello, quòd clerici non poterant ab epiſcopo ſine ipſius Ab-
batis licentia huiuſmodi ſacramenta recipere. Sed & epiſcopus
expreſſe petierat, quòd iſti clerici, qui ad monaſterium pertine-
bat, ab eo peterent ſacramenta eccleſiaſtica, & ſic in regiſtro ſecū
dum domin. noſtrum, cuius eſt hæc tota gloſſ. [Conſtitutum]
ideo eſt ad diœceſanum primitus recurrendum ſecundum ius,
a quo in hac parte priuilegium non diſcordat, ad hoc xvj. q.j. c.
interdicimus [Si quidem catolicus fuerit] ſcilicet epiſcopus.hoc
eſt primum, quod requiritur in epiſcopo [Et gratiam] &c. hoc
eſt ſecundum, hanc autem gratiam non habet excommunica-
tus, ſic ſupra de officio ordin.quod ſedem [Et ea gratis] &c. & eſt
tertium.q.d.ſine aliqua ſimonia epiſcopi, vel miniſtri, infra de ſi-
mon. cap.j. & idem putauit Goffr. etiam ſine aliquo priuilegio,
5 ex quo epiſcopus indignus eſſet gratia Sedis Apoſtolicæ, † quia
propter malitiam, vel deſidiam alicuius deuoluitur ius ſuum ad
alium, argum.ſupra eod.cap.j.xxj.quæſt.iij.placuit, ſupra de ſupp.
neg.prælat.cap.j.& per totum. Sed contrarium puto in hoc caſu
per id, quod legitur, & not.extra dominum noſtrum, de ſup.neg.
prælat.Romana. §.primo [Alioquin] verſic. ſcilicet ſi vnum de
tribus prædictis ſupra proxim.defecerit [Ab alio] &c. [Catholi-
co] & gratiam Sedis Apoſtolicæ &c.vt ſupra verſi.proxim. [Ea]
quæ dicta ſunt ſupra eod.§.reſpon.j. [Habeant] ſcilicet clerici] Si
cut in priuilegio] patet ergo, quòd Papa vtitur verbis priuilegij, vt
not.ſupra eod.§.verſic.j.ſuper verbo, ad ſacros [Proſpeximus] ali
6 ter † enim non poteſt iudicari de priuilegijs niſi inſpiciantur, vt
legitur, & not.ſupra de vſu pal.cap.fin.infra de priuil.porro [Non
obſtante] verſi. [Priuilegio Clementis Papæ] epiſcopo forte con
ceſſo, & ab eodem producto, in quo forſan continebatur, quòd
nullus clericus Veſprimē.diœceſ. ab extraneo epiſcopo ſine diœ
ceſani licentia ſe faceret ordinari, quod iuri congruit, ſupra de
tempor.ordina.quod tranſlationem. in quo nec proſunt literæ
a Archidiaconi [a], ſupra de offi.Archid.ſignificaſti. Vel forſan erat
conceſſum Abbati, vt ipſe & ſui vbicunque vellent acciperent ſu
pradicta, omiſſo etiam diœceſano, & hūc vltimum intellectum
approbauit dominum noſtrum, ſed hoc eſſet imputandum Ab
bati, argum.ſupra de fide inſtrum. imputari [Derogatum] quid
ni? nam priuilegia præcedentia ſpecialia erant, hoc autem quod
inducebat epiſcopus generale, vnde ſiue ſequeretur, ſiue præcede-
7 ret, † ſemper per ſpeciem generi derogatur, vt legitur, & not.ſu-
pra de reſcript.cap.j. Alij contra, vt in ſeq gloſ. [De ipſis] ſcilicet
priuilegijs prædeceſſorum [Nullam fecerit mētionem] Sed hoc
mirum, vt ſi ſuum priuilegium, in quo conceditur, non faciat
mentionem alterius ſui priuilegij, in quo minus cōceditur quod
non valet, cum & teneret, ſi nullum prius aliud priuilegium ha-
buiſſent. Ideo & ſignatur contra, C.de leg.quod fauore. Reſpond.
hoc priuilegium ideo non valet, quia obtentum fuit oppreſſa ve
ritate, hac ſcilicet quia epiſcopus conſueuerat eis conferre eccle-
ſiaſtica ſacramenta, ſed & ideo fidem non facit, quia Abbas ex-
hibuit in iudicio aliud priuilegium, huic contrarium, vt C. de fi-
de inſtrumen.ſcripturæ. Vel dic (quod plus placet) quòd vbicun
que aliqua iuriſdictio, vſus, vel libertas, vel quid aliud conſimile
conceditur alicui in caſu ex priuilegio, & in alio caſu ille idem
vſus, vel iuriſdictio, vel aliud relinquitur illi, cui debetur de iure
communi, ſicut hic patet de perceptione ſacramentorum, quæ
in caſu libere concedebatur monaſterio, & in alio caſu relinque
batur epiſcopo, ad quem de iure communi ſpectat ſacramento-
rum collatio, quandocunque hic accidit, ſi priuilegiator poſtea
vſum, vel libertatem, quæ in caſu ſuo remanſerat, epiſcopo velit
concedere eidem, cui primo in alio caſu hoc conceſſerat, ſiue e-
tiam alij, vt quidam dicunt, non valet ſecunda conceſſio, niſi de
priore conceſſione, ſiue priuilegio fecerit mentionem, vt hic, &
eſt ratio, quia ſi concedens ſecundum priuilegium ſciuiſſet, & re
cordaretur, vel prædeceſſorem ſuum, aliàs ſic dediſſe priuilegium
moderatum, ſcilicet quòd quis haberet in caſu libertatē & vſum,
& in caſu non, non mutaſſet priuilegium moderatum per ſecun
dum moderatum, argumen.ſupra de officio delega.ex parte j.&
infra de decimis. ex multiplici. Et ex hoc videtur, quòd ſi Papa,
vel alius primò conceſſit partem alicuius rei, vt decimarum ex
priuilegio, & partem reliquit iuri communi, & poſtea partem re
lictam iuri communi iterato concedit eidem, vel alij, non vale-
bit iterata conceſſio, niſi de priori fecerit mentionem. Secus eſ-
ſet, ſi ab initio concederet vſum, vel libertatem in omnem ca-
ſum, & in rem integram, quia tunc de iure communi non tene
retur facere mentionem, argumen.ff.de legibus.non eſt nouum.
& xxx.quæſt.iij peruenit.C.de teſtamen.omnium.C.de inoffic.te
ſtamen.ſi quando, & ſupra de reſcriptis, cap.primo, vbi de hoc, ſe-
cundum dominum noſtrum, cuius eſt mens totius huius gloſſ.
8 Tu verò dicas hoc eſſe expreſſum, † quòd ſecundum priuilegium
nunquam reuocat primum, niſi de ipſo expreſſam fecerit men-
tionem, ſicut obtinet in reſcripto, ſupra de reſcriptis, cæterum.
Quidam tamen dixerunt contrarium, quia priuilegium priuata
lex eſt.iij.diſtinct.priuilegia. Ideoque ſecundum priuilegium re-
uocat primum, ſicut & ſecunda primam, & ſi de ipſa non fecerit
mentionem, infra de cognat.ſpiritua.cap.j. Sed certe hoc locum
habet in legibus corpore iuris clauſis, quas Princeps habere dici-
tur in ſcrinio pectoris, C.de teſtamen.omnium. Secus in priua-
b tis [b], quas nec poteſt omnes memoriæ commendare, vt patet ſu
pra de officio deleg. ex parte j. Immo nec ſemper tenet memo-
riter corpore iuris clauſa, vt patet xxiij.diſtinct. præterea. ideo ſe-
cundum priuilegium (& ſi ſpeciales ſit) nunquam reuocat pri-
mum, niſi de ipſo fecerit mentionem, ſecundum T. Nos tamen
dicimus, quòd per ſpeciem generi derogatur, vt in præceden.glo.
[Præſertim] verſic. [Saluis inſtitutionibus] quia apparet, quòd
ipſa priuilegia ſeruabat, nec ea reuocare intēdebat [Legatorum]
ſub impetitione autem decimarum Abbatem condemnamus,
& eidem ſilentium imponimus, non obſtante præſcriptione ab
ipſo allegata, & ſic continuatur ſequens §. & comprobatur hæc
ſententia, inf.de decimis.dudum. Vel dic, quòd alia allegatur præ
ſcriptio, vt no.infra x.j.quod verius eſt. ¶ [Nec obſtare] tertia pars
[Præſcriptio] nam talia præſcribuntur, ſupra cap.prox. §.fi. [Op
ponebat] ad hoc, vt a quocunque epiſcopo hæc recipere poſſet.
[Quia ſi conſummata] verſic. [Erat] ſcilicet præſcriptio [Priui-
legium] quod eſt ius priuatum, & in quo continebatur, quòd ad
Veſprimen.epiſcopum primo recurreret, vt ſupra §.j.verſic.non
9 obſtante [Renunciaſſe] No.ergo. † quòd priuilegium & præſcri-
ptio contraria ſunt, ideo ſimul proponi non poſſunt, vnde impe-
trando priuilegium intelligitur quis renunciaſſe iuri communi,
arg.xxxij.q.j.cum renunciatur.100.diſt.contra morem. ff.de ſepa
rat.l.j.§.illud ſciendum.ff.de mino.in cauſæ.ij.in prin. ff.ad muni
10 cip.l.j.ff.de leg j.ſi quando.C.de theſaur.l.vnica.lib.x. † Et econuer-
ſo vtendo iure communi renunciat quis priuilegio, ſupra de con
ſtit.cum acceſſiſſent, infra de præb.pro illorum, infra de priuile.ſi
de terra, & c.accedentibus.C.de iure dot.impet.l.ij.ff.rem ra.hab.
l.iij §.falſus. Aliquādo tamen vtitur quis vtroque.ſ.iure commu
ni, & priuilegio, ſupra de conſuet.cum dilectus.nec renunciat qs
iure militari, & ſi iure communi vtatur.ff.de teſtam.milit.l.iij. &
argum.xxiij.diſt.quamquam.in prin.ff.de priuileg.credit. Lante-
penult.C.de excuſ.tuto.l.voluntariæ.C.de epiſc, & cler auth. præ-
sbiteros. Sed & quandoque innitur quis cōſuetudini & iuri com
muni.xcv.diſt.olim, infra de cenſi.ſopitæ.Sol.ideo videtur renun
ciaſſe hic, quia ex duabus cauſis, ſcilicet præſcriptionis, & priuile-
gij conceſſionis, non poterat idem titulus duplicari, ſecus ſi non
impetraſſet priuilegium donationis, ſed confirmationis, tunc e-
nim & ius acquiſitum per præſcriptionem videretur per tale pri
uilegium confirmari, ſupra de fide inſtrum.inter dilectos.§.cæte-
rum.verſic.cum eadem, ſecundum T. Et quod hic dicitur, intelli
gas verum eſſe, quando ius commune & priuilegium ab actore,
11 & in eadē inſtantia allegantur † actor enim contraria proponens
non eſt audiendus in eadem inſtantia, infra de appell.ſolicitudi-
nem, ad fin. Secus in diuerſis inſtantijs, C.de inoffic.teſtam.con-
tra maiores. Item ſecus in defendendo etiam in eadem inſtantia,
vt ff.de excep.nemo.ff.de inoffi.teſtam.Papinianus.§ ſed nec im-
puberis. Exceptis quibuſdam caſibus, in quibus non licet contra-
riis exceptionibus vti, C.de non numer.pecun. authē, contra qui
propriam.C.qui pot.in pig.hab.item ſi poſſeſſor, ſecundum Goſ.
In hoc autem erunt hæc duo contraria, quia præſcriptio conce-
debat, quòd dimiſſo diœceſano eſſet ad quemcūque epiſcopum
recurrendum. Priuilegium vero dicebat expreſſe ꝙ hæc erant a
diœceſano primitus poſtulanda, & hoc eſt quod tangitur in ſeq.
verſic.quod dic.vt ibi no.& adde quod no.infra ver.j. [Præſertim]
verſ. [Quod].ſ.priuilegium [Suæ intentioni] quę erat, vt a quocu
que epiſcopo vellet, poſſet recipere ſupradicta. Et ita habes hic ſe-
cundum dominum noſtrum, quòd cōtrarium priuilegium im
petrando renuncio iuri mihi quæſito per aliud priuilegium, vel
per pręſcriptionem, & quòd non poſſum pręſcribere contra id,
quod in eo priuilegio continetur, & hoc ſatis poteſt concedi, quā
uis poſſet reſponderi hoc ideo contingere, quia hoc priuilegio
vſus fuit in iudicio, ſecus enim ſi non fuiſſet vſus. Vel dic, quod
cum epiſcopus eſſet in quaſi poſſeſſione conferendi hęc ſacra-
menta, & quia verus dominus, quia diœceſanus non datur prę-
ſcribenti contra ipſum rei vendicatio, vel publicatio, ut notatur
ſupra eodem, ad aures. Hæc tamen eſt veritas, quòd impetran-
do ſecundum priuilegium primo contrarium, videor primo re-
12 nunciare. † Renunciatio enim fit non tantum expreſſe, ſed etiam
tacite, & quocunque iudicio, C.de reſtitution. in integr.minor.
l.j.ff.

ADDITIONES.

a ¶ Literæ Archidiaconi. Adde, a quibus prælatis poſſint literæ commen-
datitiæ ad ordines dari, tex.in c.cum nullus.de temp.ord.lib.vj.

b ¶ Priuatis. Et hoc hodie eſt approbatum per tex.in cap.primo, de con-
ſtit.lib.vj.

l.j.ff.de acq.hæred.recuſari. Secus autem eſſet, ſi ſ̄m priuilegium
impetraretur ad corroborationem primi priuilegij,vel primæ p̄-
ſcriptionis,vel iuris,quia tunc vtrunque valeret.s̄.de fi.inſtr. inter
dilectos.s̄.eo.auditis.j̄.de priuile.cum olim.& c.ex ore. Eſt etiam
notandum,ꝙ hæc renunciatio de tam parua libertate. ſ.ꝙ a quo
cunque voluerint accipiant clerici eccleſiaſtica ſacramēta, valet
etiam ſi conuentus hanc ignoret,arg.in eo quod leg. & not.j̄.de
dona.cæterum,& hic. Vel poteſt dici,ꝙ hic interuenit conſenſus
conuentus,quia hoc ſemper præſumitur.j̄.de his quæ fil.a prælat.
ea noſcitur.Sed contra,C.de tranſact.præſes.j̄.de donat.ca.ij. ff.de
pact.contra iuris ciuilis regulas.ff.de donat.filiusfamilias.vbi dici
tur, ꝙ conceſſa libera adminiſtratione alicui, non intelligitur ei
data poteſtas dilapidandi,donandi,vel pactum gratuitum facien
di.Solut.maior & liberior eſt poteſtas prælatorum,q̃ aliorum ad
miniſtratorum, ſicut apparet ex prædicta decret.de donatio.cæte
rum,ſ̄m do.n. Vel eſt diſtinguendum inter donationem magnā
& paruam,vt ibi no.& legitur,& no.j̄.de donat. Apoſtolicæ. Hoc
enim fatemur, ꝙ quandocunque per donationem Abbatis, vel
alterius prælati enormiter læditur monaſterium,vel eccleſia, re-
uocatur,vt ibi no.vel reſtituitur.s̄.de reſtit. in integ.c.j. & de hoc
no.s̄.de elec.cum nobis olim.§.fi.Poteſt etiam dici,ꝙ ideo tenuit
hæc renunciatio,quia ex cauſa facta fuit,vt ſ. Abbas ſugeret indi
gnationem diœceſani,arg.100.diſt. contra morem.ff.de ſeparat.
l.j.§.iſtud ſciendum.ff.de mino.in cauſę.j.reſpon.j.ff.ad municip.
l.j.ff.de leg.j.ſi quando.C.de theſau.l.vnica.lib.x.s̄.de conſtit.cum
acceſſiſſent.j̄.de priuileg.ſi de terra.C.de iuriſd.omn.iud.l.ij. Arg.
contra.s̄.de conſuet.cum dilectus. ff.de re milit. l.iij.xxiij.diſt.q̃q.
C.de priuil.ſco.l.pen.C.de excuſat.tutor.l.voluntariæ. C.de epiſc.
& cleric.auth.præsbiteros.xcv.diſt.olim.j̄.de cenſi.ſopitæ.s̄.de fid.
inſtrum.inter dilectos.C.de inoff.teſtam.contra maiores.ff.de ex
cept.nemo.s̄.eo.auditis.ff.de inoff.teſtam.cum Papinianus.§ ſed
nec impuberis,ſ̄m do.n cuius eſt mens totius huius gloſſ.& adde
quod not.s̄.eod.§.ſuper verbo, renunciaſſe [Articulum] de reci-
piendis,ſacramentis ſupradictis. & hoc ideo dicit,quia alius erat
articulus de decimis,vt s̄ eo.reſponſ.j. & quantum ad illum non
contradicebat [Contradicit] nam ſ̄m præſcriptionem non ha-
bebat neceſſe recurrere ad diœceſanum,ſ̄m priuilegium vero ne
ceſſe habebat recurrere, & ſic intentio & præſcriptio contradice-
bat priuilegio,& priuilegium intentioni,& præſcriptioni, vnde ſi
bi adinuicem fidem derogabant.ſi.s̄.de elect.cum inter R. ſenio
rem.§.ſane.aliàs autem ſi in priuilegio contineretur,vt a quocū-
13 que epiſcopo vellet poſſet ſupradicta recipere. † Et ſic concorda
rent cum præſcriptione,bene ſe paterentur ad inuicem præſcrip-
tio & priuilegium,nec eſſent contraria,vt s̄.eo.cum olim,ſup.de
conſuet.cum dilectus.non ergo priuilegium inquantum priuile
gium,præſcriptioni inquantum eſt præſcriptio,ſed tenor contra
rius contradicit,nam & quandoque quod de iure communi eſt,
ſine contrarietate aliqua per ſpeciale priuilegium impetratur,ſu-
pra de procurat.quia in cauſis.s̄.de iureiur.& ſi Chriſtus. in fin.&
hic eſt verus intellectus, quicquid s̄.no. [Si vero] verſic. [In præ-
14 ſcribendo.Ex his no.† ꝙ ex quo quis præſcripſit, non obeſt mala
fides ſuperueniens,ſed obeſt actus ſiue contraria impetratio, vt s̄.
eo.verſic.quia ſi conſummata. ſi vero adhuc præſcribit, ſuperue-
niente mala fide,non poteſt impleri præſcriptio,& ſic ſecundum
canones intelligitur fieri quædam interruptio naturalis,vt hic, &
infra c.j.in fi.& de hoc no.s̄.eo.illud.in fi. [Poſt impetratum] hu
iuſmodi, ſcilicet contrarium præſcriptioni, ſecus ſi conſonum,
quod dic,vt no.ſupra verſic.proxim.ſuper verbo,contradicit [Pri
uilegium] ſub.apparet,ꝙ bonam fidem &c. [ſecundū Canones]
15 ſupra eod.vigilanti.cum ſuis concord. [Non præſcripſit] † Quan
doque tamen, & ſi priuilegium quantum ad proprietatem nul-
lum ius conferat, dat tamen titulum præſcribendi, per quem, &
præſumitur bona fides,infra de iure patron.curat.& no.ſupra eo.
ad audientiam.§.ꝙ ſi Abbas.& c.de quarta.

*SVMMARIVM.*

1 *Fides quot modis dicatur.*
2 *Eccleſia errare non poteſt.*
3 *Quis quando dicatur habere bonam fidem.*
4 *Quadragenaria præſcriptio omnem actionem excludit.*
5 *Leges non dedignantur ſacros canones imitari.*
6 *Papa & Imperator cœleſtis ſemper recognoſcendus eſt, terreno contempto.*
7 *Papa leges poteſt corrigere.*
8 *Præſcriptio nunquam currit cum conſcientia.*

CAP. XX.

Voniam omne. In prima parte reddi-
tur cauſa conſtitutio-
nis,& corriguntur iura præſcriptionem cum mala fi-
de admittentia,in quocunque foro agatur. In ſecun-
da parte correctionis cauſa redditur. In tertia concluditur,& con
ſtitutionis prima pars comprobatur [Ex fide] .i.ex conſciētia. ſic
† exponitur de pœn.diſt.iij.ad fi.§.illud.quaſi in medio † xxviij.q.j.
1 §.ex his.s̄.de reſtit.ſpol.literas.§.porro.vbi not. † quot modis dici-
tur fides [Sinodali iudicio] q.d.in hoc concordauit eccleſia tota
2 in generali concilio congregata, † quæ errare non poteſt.xxiij.q.j.
a recta.& c.pudenda.ante fin. [Vt nulla] non ſolum inter cleri-
cos,ſed nec inter laicos,vnde & ſequitur,tam canonica &c. [Bo-
na fide] Argum.contra,infra de iure patro.curat.Sol.ibi † Quan-
do autem quis dicatur habere bonam fidem,not.ſupra eod. ſi di-
ligenti.§.fi.verſic.quia etiam ſecundum hoc, vbi & dicitur,ꝙ qui
libet debet habere bonam. Sed quid ſi aduerſarius vult probare,
ꝙ præſcribens nullo titulo poſſedit,ſed potius violenter. Videtur
audiendus,ex quo probare vult præſcriptionis originem eſſe vitio
ſam, C.de pignor.action.nec creditores. C.de præſcript.longum
tempore,authē.ſed hodie.C.de diſtract.pign.& qui ſub imagine.
xvj.quæſt.iij.ſi Sacerdotes,& cap.ſequē.& cap licet. & cap.prima.
in fin.xciij.diſtinct.illud.C.de præſcript.triginta annorum,ſi quis
4 emptionis. §.ſed hoc. Sed contra, quia † quadragenaria præſcri-
ptio omnem actionem excludit,ſupra eod.aures. C.de præſcript.
triginta annorum.l.penulti.& fin.Solut.audiendus eſt omnino,
C.de rei vendic.ſi fundum.ff.de probat.quotiens.§.qui dolo.quia
probata mala fide,per conſequens poſtea non præſcribit,ſupra c.
proxi.in fin. Sed nunquid præſcribenti ſola ſine titulo ſufficit bo
na fides. Dic vt no.ſupra eod.diligenti.§.fin.infra de deci.dudum.
§.fin. [Vam canonica] &c. ideſt ſiue de re ſpirituali agatur, ſiue
ciuili in foro canonico, ſecundum quoſdam, aſſerentes, ꝙ aliud
eſt inter laicos,& in foro ciuili,& ſic non corrigunt leges admit-
tentes præſcriptionem etiam cum mala fide.Sed iſte intellectus
corrigendus eſt tāquam erroneus,quod enim peccatum eſt mor
a tale ſimpliciter,in vtroque foro peccatum eſt,& corrigendum,
5 & puniendum.In quo quidem caſu,& leges † nō dedignantur ſa-
cros canones imitari, in auth.vt non luxu. contra naturam.col-
lat.vj.& in authē.vt cleric.apud proprios epiſcopos conueni. §.ſi
vero eccleſiaſticum.collat.vj.ſupra de iudic.clerici.vbi de hoc.vn
de dictam canonicam,q̃ ciuilis.ideſt tam eccleſiaſtica,quàm ſecu
laris.q.d.non ſolum in foro eccleſiaſtico,ſed etiam ſeculari,vt nō
dicas aliud in vno foro, aliud in alio, aliud ſecundum Canones,
aliud ſecundum leges,immo inter Chriſtianos catholicos idem
iuris eſt vbicunque,& hoc eſt,quod not.ſup.quando dicit [Quo
niam omne] &c. [Et ſinodali] &c. [Et vt nulla] & hunc intelle
ctum approbat d.n.vt patet in ſeq.gloſ. [Quàm ciuilis] Sed quid
ad Papam de præſcrip.inter laicos. Reſpond.ratione peccati hoc
ſtatuit, ſupra de iud.nouit.ſecundum d.n. Diceret quis,ergo cor-
riguntur leges,quæ volunt,ꝙ cum mala fide poſſit quis præſcribe
re rem alienam. Reſpon.verum eſt,nec mireris, & ſic continua-
tur ſequēs §.cum generaliter &c.¶ [Cum generaliter] ij pars.q.d.
in omni foro,& inter omnes Chriſtianos cuiuſcunque cōditio-
nis exiſtant,vnde & ſequitur [Omni cōſtitutioni] &c ſiue ſit im
perialis, ſiue canonica, vel quæcunque alia, ꝙ non poteſt ſeruus
contra dominum,nec inferior contra ſuperiorem, vt leg.& not.
ſupra de conſtit.quæ in eccleſiarum.& c.eccleſia.ſupra de maio.
& obed.cum inferior.ſupra de iureiur.nimis.immo & in talibus
6 ſemper recognoſcendus eſt † Papa,& Imperator cœleſtis,terreno
contempto.xj.q.iij.Iulianus.& cap.ſeq. [Atque conſuetudini] vt
ſupra de conſuet.c.fin.& pacto & iuramento,vt in auth.ſcenicas
mulieres.collati.v. & priuilegio,& poſtremo cuilibet vinculo,ut
no.infra de præb.extirpandæ.§.cum igitur [Abſque mortali pec
7 cato] hęc eſt ratio,quare Papa † leges poteſt corrigere in hac par
te,vt patet in eo,quod legitur & not.ſupra de iudi.nouit.reſpon.j.
verſic.fin.& §.j.verſic.cum enim.& infra qui filij ſint legit.per ve
nerabilem.§.rationibus.¶ [Vnde oportet] tertia pars, & dic [Vn-
de] ſcilicet quia ex premiſſis patet,quòd leges,quę admittunt prę
ſcriptionem cum mala fide,ſeruari nō poſſunt ſine peccato mor
tali, corrigendę ſunt, quia ad hoc vt pręſcriptio iuuet [Oportet,
vt qui pręſcribit] quaſi dicat, licet mala fides obſit pręſcribendo,
non tamen obeſt iuri iam pręſcripto ſiue iam acquiſito,vt ſupra
c.prox.in fi.vbi de hoc [In nulla temporis parte] ſ. ipſius pręſcri-
7 nunc de nouo cœpit eam mouere.Sicut & emptor † poſſeſſor ꝑfertur venditori.ff.eod.tit.ſępæ.& poteſt etiam appellare ſi ſentiat ꝙ feratur ſententia contra eum a quo habuit poſſeſſionem.arg. hic.& ff.de app.ab executore.& l.ſequenti. Si vero non offerat ſe defenſioni,ſed primum reum permittat agere & feratur ſententia contra ipſum reum: ſufficit ſi illi qui de nouo obtinuit cedat actionem ex ſtipulatione quam habet cõtra eum qui primo obtinuit,& per eam obtinebit ꝙ reſtituat ſibi rem pro qua cauit. & ſi velit probare de iure ſuo non audietur,quia in culpa fuit pro eo,quia ſi confidebat de iure ſuo defenſionem cauſæ non aſſumpſit,vel quia non appellauit, vel quia appellauit, & appellationẽ proſecutus fuit non nomine ſuo,ſed nomine condemnati.Si vero primus reus condemnetur ambobus.ſ.primo & ſecũdo actori.antequam a primo dicta præſtetur cautio,tunc ipſe reus ei qui primo cauebit rem reſtituet. & alij contra illum qui cauit cedet actionem Alij tamen aliter dicunt.Item alia ratione non obſtat prædictæ.l.ff.de rei vend.is a quo & ſequen.quia ibi neuter ſe immiſcuit cauſæ alterius.immo vterque contra eundem agebat ſuper eiſdem rebus.& bene fatemur,quod ſi vnus vellet ſe immiſcere & impedire ne lis cum reo incipiat,non eſt audiendus , dummodo actio competat contra eum,& eodem modo dicimus ꝓcedendum in cauſa matrimoniali quando tres,vel plures perſonæ ſimul occurrunt in ea.vt notatur. infra. de ſponſa. veniens.j. tertia tamen perſona ſi non ad impediendum proceſſum admittatur.ad auxiliandum ſaltem admittetur.Poterit enim auxiliari nedum reo,ſed etiam actori,dummodo ſua interſit, vt ſi aliqua eccleſia proponet in libertatem dicens quòd ſoli papæ ſubeſt,tali enim poterit papa aſſiſtere.vt patet in eo,quod legit. & nota.ſ.de confirm.vti cum dilecta.§.quia vero, ſed ſiue eccleſia appellet ſiue non,tamen is,qui ei aſſiſtit cauſam ſuper principali poterit de nouo incipere,& proſequi.non per modum appellationis, ſed a capite incipiendo, & proſequendo.ac ſi nunquam fuiſſet appellatum,niſi in caſibus.infra cod. quamuis. ſecundum dominum noſtrum cuius,eſt mens totius huius glo. [ Infra tempus.] infra titu.j.an ſit deferendum.[Legitimum.] ſcilicet,annum,& ex cauſa bienniũ,vel citra ſi a iudice reſtringatur.ſ.titu.j.ca.ſæpe.& c.

8 oblatæ.[Deſtinatum.]Not.† hic expreſſum.arg. & ſ.titu.j.ſignificante.§.pe. quòd ſi appellans infra tempus legitimum ad proſequendam appellationem nuncium deſtinauerit.& ſi litem conteſtatus nõ fuerit,ſeu libellum non obtulerit,vel ( quod plus eſt) ſe iudici non præſentauerit,tamen elapſo tempore nihilominus audiendus,ſed contra.C.de tempo.app.authen. ei qui appellat.& in authen.de his, qui ingrediuntur ad app.§. illud quoque. coll.v.Solu. benignius agunt canones in hac parte, vt pater.ſ.tit. j.oblatæ.ſicut & in appellatione ante ſententiam.infra tit.j.ſuper eo.reſpon.j.& §.j. Alij intelligunt deſtinatum cum effectu. ita, ꝙ impetret,vel ſaltem ſe iudici repreſentet.& legitimum quid proponat.vt expreſſe comprobatur.argum.ff.de excuſatione tutorũ. l.Græca.ſcire.§.ſufficit. & ſequenti. quia verba intelligenda ſunt cum effectu.infra de cle.non reſi. relatum.& hoc videtur æquius vt patet in authen.eo.titu. collatio.viij. & ſecundum hoc intelligendum quod legitur infra,titu.j.perſonas.& c.cum ſit Romana.& ca. ex ratione.& ca.directẽ.ſed & omnino propter impotentiam excuſatur.ſ.titu.primo,ex ratione [Executio] verſi.[Poſſeſſionem] in qua ponendus erat epiſcopus aurien. pro quo lata eſt ſententia. vt ſ.eod.reſpon.j.[Detrimentum] ſic confirmatur ſententia.vt ſ. §.j.& executio retardatur,vt hic.Et eſt ratio.vt not.ſ.ſuper verbo. rationabiliter interpoſita.vel fuit, ſed non miſit nuncium . & ſecundum dominum noſtrum neſciuit cauſam ſuam agi, alias ſecus.ſ.eod.quamuis.[Sicut ius poſtulabat,] vt ſcilicet , non excedatur modus,vt ſupra eod.quod ad conſultationem. in fi.vel i.qa

9 hoc ius poſtulabat.ſupra eod.cum aliquibus, † & ita ponitur ſicut pro quia , hoc ſicut & alias.ſi. pro quia iuxta illud ſi Deus eſt animus &c.[ Præiudicio.] quo ad proprietatem. ſic.ſ. vt lit. non conteſt.quoniam.§.pen.C.de libe.cau.iubemus.& accedit quod legitur & nota.ſ.de reſtitu.in integ.ſuſcitata.& capit.ſuborta.Sed contra.ff.eod.tit.a diuo.§.ſi rerum.alias incipit.ſi ſuper rebus,vbi dicitur,quòd ſi ſuper rebus propter rem iudicatã in cauſa pignoris capiendi fiat controuerſia , ſummaria cognitio eſt facienda. Sol.aliud vbi petitur ſententia mandari executioni in rebus alijs quam in illis,quæ adiudicatæ ſunt.vbi requiritur ſummaria cognitio vt ibi,& aliud quando nõ in rebus alijs , ſed in illis eiſdem quæ adiudicatæ ſunt petitur fieri executio . vbi nulla ſummaria cognitio adhibetur,vt hic,ſecundum dominum noſtrum, & eſt ratio,quia a principali cauſa iam plene facta eſt.[Cui.] verſi.ſcilicet eccleſiæ oueten.[Non præiudicant. ] quantum ad proprietatem:nam quantum ad poſſeſſionem præiudicant. vt patet. ſupra.[Cum res inter alios acta] ſit tamen tale quale præiudicium vt hic patet.& arg.C.de liber.cau.iubemus.Sed non videtur quod a ſententia lata inter alios poſſit quis appellare.ff.de app.a ſententia.verum eſt,niſi ex cauſa,vt ibi dicit.& hic patet. Sed eſto quòd ſententia mandetur executioni pro epiſcopo, nũquid epiſcopus tenetur cauere monaſterio,quòd ipſum defendet contra eccleſiã

10 oueten.Videtur quòd ſic,quia ſi duo petant rem ab aliquo † victor tenetur cauere quòd defendat victum cõtra alium.ff. de rei vend.is a quo.ff.de pet.hær.l.pen. ſed hic non eſt ita, quia hic agit tantum modo eccleſia oueten.ſecundum.Ioan.& de hoc no. plenius.ſ.eod.ſuper verbo.nuncium. [Regulariter] nam in caſibus nocet,vt legitur,& notatur,ſ.eo.quamuis alijs ignorantibus: ſubaudi qui non ratione poteſtatis,vel ſocietatis,vel contractus , vel officij,vel procurationis agenti ſunt aſtricti. alias contra ff. de iureiuran.ſi duo.§.ſi quis iurauerit.& l.ſi ſeruis.& ſequenti.& l.ſed & ſeruus.& l.duobus.Illis etiam & vtrique illorum qui agunt inter ſe in vna cauſa,ſi agant ſeparatim in alia cauſa . vel ſi cum alio agant,vel agat alter eorum, nocet, nam & condemnatus de furto,vel publico crimine, tanquam infamis a teſtimonio & a iudicatu repellitur in quacunque cauſa,& cum quocunque alio agatur.iij.quæſtio.7.cap.primo ſecundo,& iij.ſ.de teſtib.teſtium. & hoc idem eſt in alijs caſibus innumerabilibus inuenire.Quod intelligas verum in his,quæ conſeruatiua ſunt priorum ſententiarum vel aliorum actuum . in alia autem cauſa non præiudicat. vbi gratia conuentus eſt aliquis ciuiliter ſuper furto. & condemnatus : hæc ſententia ei non præiudicat ſi poſtea criminaliter accuſetur.C.de fur.ſi quis a ſe fundum.ſ. de ele.cum dilectus.& no.ſ.de pur.ca.cum dilectus ſecundum dominum noſtrum cuius eſt mens totius huius gl.& de hoc no.ſ.de fid.inſtru. inter dilectos.§.inſtrumentum.verſi.porro ſuper verbo. inter alios. [Canonicas] ſ.de fid.inſtru.inter dilectos §.inſtrumentum. ver. porro.ſ.de præben.dilecto.in fin.[Ciuiles.] C.res inter alios acta. per totum.ff.cod.titu.ſæpe.

SVMMARIVM.

1 *Certum miſterium commiſſum alij mandari non poteſt.*
2 *Creditor, qui ſolum pignus habet, nec præſentare poteſt, nec eligere.*
3 *Venditor ſi peniteat rem ipſam vendendo & tradendo alteri, emptor contra ipſum actionem habet.*
4 *Epiſcopus ſi aliquem inſtituit ſine præſentatione præſenti factum epiſcopi caſſatur.*
5 *Inſtitutus ab ordinario ſine repræſentatione patroni eſt ab eccleſia amouẽdus.*
6 *Sententia non valet niſi ad eam audiẽdam ſit ſpecialiter terminus peremptorius aſſignatus.*
7 *Mora in iudicio purgari poteſt ante conteſt.litis.*
8 *Induſtria perſonæ electa non poteſt alteri delegari.*
9 *Iudex quicunque & etiam ſubdelegatus certum articulum, & teſtium examinationem poteſt committere.*
10 *Appellatur a ſubdelegato ad delegantem.*
11 *Veritas ſemper inquirenda eſt per ius & per iudicem.*
12 *Puritas debet adeſſe & obreptio abeſſe in collatione beneficij.*
13 *Acta retractari debent per circumuentionem.*
14 *Qui minimam partem fundi poſsidet totum poſsidere videtur.*
15 *Quod humani iuris eſſe deſiit non recipit ſeruitutem.*
16 *Cauſa retractationis primæ ſententiæ exprimenda eſt in cauſa appellationis.*
17 *Relatio debet eſſe plena, & fidelis.*
18 *Volens probare contrarium, ſemper auditur.*
19 *Caſus quatuor circa nullitatem vel firmitatem ſententiæ.*
20 *Quis poſſit petere electionem minus canonicam caſſari.*
21 *Actiones veteres vtiliter competunt, quamuis extinctæ ſint.*
22 *Officium iudicis dandum non eſt niſi iuſta cauſa oſtenſa.*
23 *Libellus qualis non ſit recipiendus.*
24 *Seruitutes, & alia iura tranſeunt in fundo vendito.*
25 *Iura omnia tolluntur ſoluto pignore.*
26 *Interpretatio lata ſit in emptione, & alienatione cum dominium tranſeat.*
27 *Quædam habere poſſumus, quamuis nobis vtilia non ſint.*

CAP. XVIII.

C Vm bertoldus. [Curiam ſuam.] ſorte manerium erat cum manſo,eccleſia, & hominibus.ad hoc infra.de cenſi.capi.primo,in princip. [Obligaſſet.] retento ſibi iure patronatus eccleſiæ, & ſic non contradicit, infra de iure patronatus.ex literis, & capitulo,cum ſecundum.vt ſolu.vt no.infra eod.ca.in fi.[De medio] idest mortuo. [Eius.] ſ. Petri. [Qui] ſcilicet nepos.Succeſſit] vniuerſaliter. vel in obligatione dictæ hipothecæ.ex teſtamento,vel ab inteſtato. [Eidem] ſcilicet,Petro. [Eiuſdem loci] ſ.curiæ ſupradictæ. [Aſſerens] quia nullam vtili-

**tatem de illo pignore conſequi potuiſſet**, cum enim inter cęte-
ros fructus iuris patronatus ſit præſentare,hunc fructum nō poſ
ſet ſibi computari in ſortem , quia libere debet fieri præſentatio
nullo dato penitus vel retento.j.q.ij. quam pio.ſed nec iuribus ſi
ue ſeruitutibus fundi vtitur creditor.ff.de pig. ſed an viæ.ſi etiam
hoc conſideretur ſequeretur abſurditas hęc ſ.ꝙ ſoluto debito re
moueretur præſentatus.ar.ff.quibus modis pi.vel hyp.ſolui.l j.C.
ſi pig.pigno.da.ſit l.j.& ij.quod eſſet ꝯ illud xvj. q.ſi.inuentū.alios
autem fructus computat ſibi in ſortem creditor poſtq̄ ꝯſumpti
ſunt,C.de pig.ac.l.j.& ij.ff.de pig.creditor.ſecus eſt in emptore,&
feudatario,qui cū directū, vel vtile dominium habeant, ſicut &
alios fructus omnes licite percipiunt,ſic & licite præſentant,arg.
ff.de contrahen.emp.in modicis,& l.ſi aquęductus. & l.ſe.& l.do
lia,ff.de fundo do.l.j.ſm d.n.cuius eſt mens totius huius glo.Bre-
uius tamen te potes expedire,vt dicas,aſſerens ſubaudi , & men-
tiens,vt apparet.j.§.fi.quod dic,vt ibi no.[Cum vniuerſitate]quę
dam enim cum vniuerſitate tranſeunt,quæ ſpecialiter non tran
ſirent,ff.de contrahen.emp.ſi aquæductus,& l.dolia, quod dic,vt
no.j.de iure patro.ex literis,& j.eo.c.in fi.vaſalli tamen non tran
ſeunt niſi ſpecialiter hoc dicatur,vt in li.feu. ſi de feudo,quid in-
terpellatus ſum in generali.D.clericum.]ver. [Loci] Hæc dictio
poteſt determinare archidiacono quod ſequitur,& eſt ſenſus ꝙ
archidiacono loci fuit repræſentatus,vel poteſt determinare cle
ricum,quod præcedit.q.d.clericus erat origine eiuſdem loci.ſ.cu
rię,hoc enim eſt honeſtum,C.de epi. & cleri.in eccleſiis lxj. diſt.
nullus inuitus.ſ.de cleri.peregri.c.ſi.non neceſſarium niſi in ca-
ſu,vt le.& no.ſ.de ele.ne pro defectu.§.ſi.[Archidiacono] id quē
ſpectat de conſuetudine.j. de exceſ. prælatorum.c.ii.& iii. ſed ad
epiſcopum ſpectat de iure communi , vnde & ei fit repræſenta-
tio.j.eo.ver.fi. [Qui.]ver.ſ.archidiaconus , & no.verba ſequentia.
a nam de duplici inſtitutione videntur facere mentionem.ſ.de
auctorizabili,quæ dignitati epi inhæret, & corporali quæ ad ar-
chidiaconum pertinet, vnde ſic expone.[De conſenſu epiſcopi]
qui ſibi ſpecialiter hoc commiſit.[Ipſum].ſ.repræſentatum. [In-
ſtituit]inſtitutione auctorizabili , & in perſona propria, quia cū
1 †certum miniſterium eſſet ſibi commiſſum hoc non poterat
alij mandare ſ.de offi.dele.c.ſi.in fi. [Induci faciēs corporalem.]
inſtitutione corporali.ſ.quæ inſtitutio facti eſt,& ad archidiaco-
num ſpectat de iure communi.ſ.de offic.archi. c. vt noſtrum,&
ideo ipſam potuit alij demandare,vt hic,quod dic, vt plene nota
tur.ſ.de offi.archidi.cum ſatis,& c.ad hæc.§. in quadam . [Prædi-
ctus vero]verſicu.[B.dñs fundi.]id eſt curiæ,qui ipſam obligaue
rat,& ex his verbis apparet,ꝙ verus patronus erat,quod dic,vt no.
j.de iure patro.ſuggeſtum,in princi.& patet.j.eo. cap. in fi.[Præ-
ſentauit.]& ſimile,ex quo primus elector ſiue p̄ſentator ius non
habebat,quis de hoc non conſtaret,ſufficit enim,ꝙ de hoc mo-
do conſtet,& ſic ſoluitur.ſ.de elec. conſiderauimus , ſecus enim
eſt,quando cōſtat,ꝙ illi,qui eligunt,ius habent , licet priuati ſint
hac vice,vel priuari poſſint propter delictum ſuum , vt & nota-
2 tur.ſ.de electio.dudum.j.& cap.auditis. At hic conſtat , ꝙ†credi-
tor,qui ſolum pignus habet, nec eligere , nec præſentare poteſt,
vt patet in eo quod legitur & notatur.ſ.eod.ſuper verbo,aſſerens,
ſm d.n.[Sed ipſum.].ſ.T.ſacerdotem per dominum fundi præ-
ſentatum,patronus.n.ſm do.n.ex quo aliquem præſentat ſupe-
riori ſicut fecerat,ſine licentia ſuperioris variare nō poteſt cum
effectu.j.de iure patrona.paſtoralis.ſicut nec poſtulante.ſ. de po-
ſtula.præla.bonæ.ii.§.nec nocebat . Cum ergo patronus , ex quo
ſemel præſentauit,variare non poſſit,ex hoc ſequitur ꝙ præſenta
tus ius habet ſaltem implorandi officium iudicis,vt eccleſiam ſi
bi conferat,ad quam eſt canonice præſentatus,maxime quando
vacat,vel pro vacante habenda eſt, quando.ſ.inſtitutus in ea nō
eſt canonice inſtitutus,vt hic,ſecus eſt , vbi eſſet alius inſtitutus
ad ſecundam præſentationem patroni , etiam cum iniuria pri-
mo præſentati.j.de iure patrona.paſtoralis. tunc enim cum non
vacet eccleſia,implorationi officij iudicis non eſt locus , ſed vbi
alium non præſentauit,& inſtitutus non eſt , vel minus canoni-
ce,habet locum imploratio officij iudicis,vt dictum eſt. Nec ob
ſtat quod quidam opponunt dicentes,patronus poteſt mutare p̄-
ſentatum,ergo(dicunt ipſi)præſentatus non poteſt petere eccle-
ſiam,non enim dicimus ſicut,& præmiſimus,ꝙ præſentatū poſ-
ſit mutare ſine ſuperioris licentia,& etiam epiſcopus, qui nō ad-
mittit idoneum peccat,& exinde ei remanet obligatus.j. de iure
patrona.paſtoralis, ſed nec ſequitur hoc argumen. patronus pōt
variare ſiue mutare voluntatem ſuam,ergo p̄ſentatus ab eo non
poteſt agere , ſicut & vides in venditore , qui rem vni venditam
alij vendere poteſt , & tamen anteq̄ ipſam alij vendat , pœnitere
3 poteſt.Siue enim venditor,†pœniteat ipſam vendendo,& traden
do alij,C.de rei vendi.l.quotiens,ſiue non , ſemper tamē emptor
contra ipſum actionem habet. ff.de acti. emp. & venditi.ex em-
pto.Sed quid dices,ſi eps inſtituat alium q̄ præſentatum a patro-
no?Rñ.caſſabitur inſtitutus ab epo,xvi.q.vii.decernimus. Nec ob
ſtat.j.de iure patrona.paſtoralis.quia ibi loquitur, quando ſecun-
do pręſentatum ab eodem patrono inſtituit,nam & patrono va
**riare licuit,vt ibi.Sed nec obſtat.ſ.de offi. leg. dilectus. Reſponde**
enim,vt ibi notatur.Alij dicunt , ꝙ agit tanq̄ procurator,in rem
4 ſuam,& eſt ſic expreſſum,†ꝙ ſi eps, ſine repreſentatione patroni
aliquem inſtituit,factum epiſcopi caſſatur. j. de iure patrona.il-
lud.Vel dic hoc contigiſſe,quia conſtat inſtitutorem erraſſe,vel
in facto,vel in iure,nam habens rem obligatam præſentare non
poteſt,vt patet in eo quod legitur & notatur.ſ.eo.cap.ſuper ver-
bo,aſſerens.Inſtitutor autem contrarium credebat , & ideo eius
præſentatum admiſit , ſm dominum noſtrum , cuius eſt mens
totius huius gloſæ:nam per conſequens patet , ꝙ in iure errauit,
quare proceſſus eius eſt reuocandus, vt patet in eo quod legitur
& notatur.j.de conceſ.præla. ex parte Aſten. Illud autem indu-
5 bitatum eſt,†ꝙ inſtitutus ab ordinario ſine repræſentatione pa-
troni regulariter eſt ab eccleſia amouendus , vt hic patet,& xvj.
q.vij.decernimus. j. de iure patrona. illud.Regulariter ideo dixi,
quia fallit in caſibus,puta propter delictum patroni,qui minus
idoneum repreſentat.quod dic,vt plene notatur ſ.de ſup.ne.prę.
capit.ij.§.fina.Vel propter eiuſdem negligentiam ,ſcilicet quan-
do infra quatuor vel ſex menſes non reprę́ſentat.quod dic,vt le-
gitur & notatur j.de iure patro.capit.j.& ij.& capit.eam te.& ca.
cum propter diſcordias.& adde quod notatur.j.§.j. ſuper verbo,
depoſuit.[Non admiſit]& male , vnde & pro ipſo ſacerdote da-
tur ſententia,j.eo.capit.§.fi.¶ Cum autem.].ij.pars. [Dictus T.]
ſcilicet ſacerdos per dominum fundi repræſentatus. [Memora-
tum D.]per hæredem creditoris repræſentatum.[Depoſuit.]co
ram Remeñ.archiepiſcopo,vt ſequitur.Sed qualiter potuit agere
iſte T.contra D.clericum de iniuria per epiſcopum ſibi facta,nō
videtur quod hoc eſſe debeat,vt j.de his quæ fi.a ma.par. ca.capi.
quæſiuit.j.de contrahen.emptio.capitu.fina.immo potius agen
dum eſt contra epiſcopum , j. de præben.inter cætera.j.de iure pa
tron.paſtoralis. nam per præſentationem patroni laici quaſi nul
lum ius videtur acquiri, cum & ipſi in hoc iure de gratia tollerē
tur,vt patet de iure patrona.quoniam.reſponſo.j.& capitu. quod
autem.& capitu.cum autem. Solu. quamuis layci in iure patro.
de gratia toleren tur,tamen quandiu tolerantur,reprę́ſentato ab
eis ius acquiritur,non adminiſtrandi quouſque admiſſus fuerit,
ſed eccleſiam petendi, donec alius per eoſdem repreſentatus fue-
rit admiſſus,& ſic intellige dictum capitu. quod autem , & hoc
quod hic dicitur , poſtmodum autem amittit ius petendi eccle-
ſiam,& agit de iniuria contra ordinarium,qui eūdem reprę́ſen-
tatum admiſit,vt in dictis capit.quod autem , & paſtoralis.quod
dic,vt ibi notatur.Vbi vero diuerſi a diuerſis ſemel tantum reprę
ſentantur,potior eſt a vero patrono repræſentatus,adeo ꝙ remo
uet ad præſentationem alterius inſtitutum,vt hic, & j. eo.cap.in
fi.niſi forſan ex putatiui patroni quaſi pacifica poſſeſſione rele-
uetur,j. de iure patro.conſultationibus. & adde quod notatur ſ.
eo.capitu.reſponſo j.ad finem.ſuper verbo,ſi ipſum. [Remeñ.ar.
chiepiſcopus.]ver.coram quo fuit quęſtio depoſita, vt præmiſit.
[Legatus]ideo poterat cauſas totius prouinciæ audire,& alijs de
legare,ſ.de offi.del.c.j. [Iudicibus] qui poſtea ad eundem legatū
partes cum receptis atteſtationibus remiſerunt , vt ſequitur. [Ad
quem.]ſcilicet archiepiſcopum.[Vtrumque. ] ſic ſ.de probatio.
licet.§. 1. & extra do.no. de teſtibus. præſentium. [Receptas.] &
6 cauſam inſtructam. † vnde & partibus certam diem peremptò-
riam præfixerunt ad ſententiam audiendam coram archiepiſco
po & legato,vt patet in antiqua.ſic ſ. de teſtibus. cum olim.in fi-
ne.alias non tenuiſſet ſententia contra abſentem lata,C.quomo
do & quando iud.ea quæ, quod dic,vt no. j.eo.§.j.[Per partes]in
cluſas tamen ſub ſigillis ſuis,j.de fideiuſſo. conſtitutus. ad fi. ſ.de
ele.dudum.j.[Et præfato D.] ver. [Atteſtationib.] ſed atteſtatio-
nes aduerſarij dimiſit, vt patet j.§.fina. verſicu. tum etiam quia
cauſam.[Ipſe]verſicu.ſcilicet archiepiſcopus.[Clerici memora-
ti.]ſcilicet D.& non presbyteri . & ſic minus inſtructus tulit ſen-
tentiam.& hæc eſt vna cauſa,quare retractatur,j. eo. §. fina.[Ip-
ſum.]ſcilicet clericum.[Abſolutum. ] & male,vt apparet,j.eod.
capitu.in fi.¶ Poſtmodum]iij.pars.[Infra breue tempus. ]& vita
7 videtur,quod † mora poſſit purgari ī iudicio.quod verum eſt an
te litis conte. & vbi ius aduerſæ partis non eſt factū deterius,ff.ſi
quis cau. & ſi poſt tres.ſ.de dolo & contu.c. j. §.fi.poſt ſententiā
autem non poteſt niſi veniat iudice adhuc ſedente pro tribuna-
li,ff.de reſtit.in inte.diuus, vel niſi iuſta cauſa abſentiæ allegetur,
& probetur,vbi quidem,& ſi mero iure teneat ſententia,ſubueni
tur,vt hic,& ſ.de reſti.in integ.ex literis. [Archiepiſcopus vero.]
verſi. [Iuſtam abſentię cauſam] alioquin non fuiſſet auditus, vt
not.in pręced.glo.& argu.ſ.de reſtit.in inte.ex literis.Et licet quæ-
dam dicant illud ſpeciale in fauorem matrimonij , & quia non
poterat haberi recurſus contra doloſum,qui non ſoluendo erat ,
tamen hoc generale eſt, quod abſente iuſta cauſa regulariter ſub
uenitur,vt ff.ex quibus cauſis ma.per totum.& ar.ſ.de proc.que-
relam.v.q.iij.ſi epiſcopus ægrotās.vnde nec dicitur iudicatū , vbi
iuſta de cauſa detentus eſt tanquam contumax condemnatus,
ff.eo.ti.quæſitum. nec debet talis ſententia executioni demanda
ri, ff. de iudi. ſi prætor. in fin. Caueat ergo iudex , ne nimis feſti-
net



net ad proferendam ſententiam,ar.ſ.de dolo, & cont.cū dilecti.
§.expectantibus.nam ſi iuſtum impedimentum probatum fue-
rit,reuocatur,vt hic,& ff.de dā.infec.ſi finita.§. ſi forte. ſed caueat
delegatus,ne nimis expectet,vt patet in eo quod leg.& no.ſ.de of
fic.delega.conſuluit. [Ille] ſ.T. ſacerdos. [Coram eis]ſ.delegatis.
[Prædictam ſententiam] ſed ꝯ,iudex non poteſt ſuam retracta-
re ſententiam,niſi vbi nulla eſt ipſo iure,C.ſentētiam reſcin. nō
poſſe,l.j.& no.ſ.eo.cum inter vos.§.fi.ver.attendentes.Reſpon.ve
rum eſt,niſi per reſtitutionis in integrum , vel ſupplicationis be-
neficiū,vt ff.de min.in cauſæ. 2.§.fi. & l.præfecti. & niſi vbi ex ge-
nerali clauſula,ſi qua mihi iuſta cauſa videbit,annullatur , ff. ex
quibus cau.ma.l.j.Vnde dic.[Prædictam ſententiam] data reſti-
tutione in integrum,ff.ſi quis cau.l.ij.& no.ſ.de proc. querelam.
ſm d.n.ītelligas tu,ex generali clauſula retractatam,ſiue annulla
tam.[Nullius decernerent.] &c.& ſic talis ſententia contra illū ,
cui peremptorium aſſignatum eſt,iuſto tamen impedimēto de
tento lata,non eſt nulla,ſed annullanda,vt & probatur j.eod.§.fi.
verſi.vnde ſententiam. quamuis alias ſi abſens nō fuiſſet citatus,
vel contumax,nulla eſſet,ff.quæ ſententiæ ſine app.reſcin.l.i.§.itē
cum ex edicto.C.qūo & quando iu.ea quæ . [Alioquin,] ſcilicet
ſi non oſtenderet iuſtam cauſam abſentiæ,ſententiam,&c.¶ Ve-
rum.] iiij.pars,[Committentibus.] & male,C.de iudi.a iudi.j.de
appellatio.cum cauſam.Vel forte licet poſt litis cōteſtationem ,
vel etiam lite non conteſtata,ad certum articulū, puta receptio-
nem teſtium,vel alium,ita ꝙ non iuriſdictio, ſed certum tātum
miniſterium committatur,vt & notatur in ſequenti gloſa, quia
tunc ipſe ſubdelegatus delegati papæ ſubdelegans illud facere vi-
detur,quod per alium facit, ff. de adminiſtrat. tuto.ita autem.§.
geſſiſſe.C.de offi.delegat.paſtoralis.§.præterea.reſpon.j.ad fi.cum
ſuis concordantijs. Vel dic,& melius, ꝙ aliud eſt recipere teſtes ,
& aliud ſcribere atteſtationes.ille enim,cui commiſſum eſt,ꝙ te
ſtes recipiat,hanc receptionem alijs non poteſt committere , qa
ad officium recipientis teſtes pertinet diſcernere quanta fides ſit
teſtibus adhibenda,& hoc ipſum reſcribere committenti,ff.de te
ſtibus.l.3.j.de fideiuſſo.conſtitutus ad fi.ſ.de probationibus.licet
teſtium multitudinem refrenare,ff.de teſtibus,l.j. quod dic,vt no
tatur ſ.de teſtib.cum cauſam quæ inter epiſcopum.§.fin.teſtem
vacillantem capere,& punire,C.de teſtibus. nullum. articulos &
interrogatoria examinare,ſ.de teſtib.per tuas.& alia ſimilia,quæ
pertinent ad teſtium receptionem,ex quibus omnibus poteſt col
8 ligi,† ꝙ ex induſtria perſonæ illius,cui hoc committitur , eſt ele-
cta:& ideo non poteſt hoc alij delegare,ſ.de offic.delega.quoniā
apoſtolica.§.is autem. Aliud autem eſt ſcribere atteſtationes . ꝙ
ſi vni committatur, ille poteſt committere alij , quia non indu-
ſtria perſonæ,ſed potius opera videntur electa, argumen.j.titu.i.
cum cauſam.ſecundum dominum noſtrum . Sed hæc ſolutio ,
non placet,tum quia & ſi opera electa eſt, non poteſt hoc com-
mitti alijs ſine conſenſu illius qui elegit,ff.de ſolutio.inter artifi-
ces.tum quia ex quo certus tabellio electus eſt ad ſcribendum to
tum, fidei ſuæ videtur eſſe commiſſum, & certum eſt,ꝙ vnus &
fidelior,& diſcretior eſt alio,& talis conſideret de electo,qui non
conſideret de ſubrogato,tum quia & tabellio magnam poteſtatē
habet,& multa mala committere poteſt: nam & plerumque te
ſtes interrogat,& ad mandatum receptoris tā in præſentia ipſius
quam in abſentia frequēter recipit ipſos teſtes , & etiam ſi aliqua
adijciat factum contingentia, & teſtis reſpondeat,bene ualet: &
ideo dic,vt in ſequenti gloſa.[Alijs.] lite coram ſe legitime con-
teſtata:vnde ad exemplum procuratoris poterunt alium ſubro-
gare,in qua opinione fuit Azo.per l.C.de procurato.neque tuto
res.& l.procuratoribus. & l.nulla dubitatio eſt . Et ſic non obſtat
C.de iudic.a iudice,cum ſuis ſi.Contradicit his,j.titu.j. cum cau-
ſam.Sol.dominus noſter dixit,ꝙ hic recitatur factum. Alij dicūt
ꝙ clericus propter hāc delegationem iniuſte factam appellauit,
vt ſequitur,& bene tenuit appellatio,alioquin in expenſis condē
natus fuiſſet,argumen.j.titu.j.vt debitus. ſed poteſt reſponderi,ꝙ
non fuerunt petitæ,pro & contra,j.tit.j.Tu dicas vt in præceden
9 ti & ſequenti gloſa.[Vices ſuas.] ſubaudi quo † ad receptiones te
ſtium,& ſic quo ad certum articulum :quod poterunt facere,cū
iuriſdictionem haberent,quia hoc poteſt iudex quicunque, ſ.de
offi.delega.ſuper quæſtionum.§.j.Quod intelligi debet , quando
& articuli,& interlocutoria, & omnia alia plene ſunt examina-
ta a committente,& numerus teſtium limitatus , ita ꝙ ſit nudus
auditor, & ſic intellige ſupra de offi.delega.cum te.& capit.ſuper
quæſtionum.§.primo.Secus ſi hæc non ſunt examinata, ſed ha-
bet commiſſio cauſæ cognitionem annexam , & ſic intellige j.
de appellatio.cum cauſam.ſecūdum dominum noſtrum,vt pa-
tet in eo,quod legitur,& notatur ſupra eo.§.in princip. Quod &
mihi placet.Nec obſtat,quod appellatum fuit ab eis ad papam .
Reſponde enim,vt in ſequenti gloſa . [Receperunt.] ſubaudi , &
dictis delegatis legati remiſerunt.[A quibus. ] ſcilicet delegatis ,
cum legatus reuocatus fuiſſet. [Dictus clericus vocem ad nos. ]
&c.Sed contra,quia ſubdelegato delegati papæ ad ipſum delega-
tum appellandum eſt , & non ad ipſum papam primo delegan-
tem,C.de iudi.a iudice.ſ.de offi.delega. ſuper quæſtionum.§.por
ro.Solutio,ordinarium eſt,quod dicis,ſed de hoc exceptum non
fuit coram papa,alioquin remiſiſſet partes ad illos , ad quos fue-
rat appellandum,vel papa ex certa ſcientia hic proceſſit, argum.
j.de conceſſio.præb.propoſuit.cum ſuis concordantijs.Vel dic tā
tum ad papam appellandum fuiſſe, quia tota cauſa ſine retentio
ne alicuius iuriſdictionis fuit commiſſa , ſecundum diſt. dicti §.
ſ.de offi.delega.ſuper quæſtionum.§.porro.& §.ſi vero domino .
ſecundum dominum noſtrum , & ideo etiam de iure commu-
ni ſcripto tenuit hic appellatio ad papam facta,quia non erat a-
lius,ad quem recurretur.ſic ſ.de offic.ordi.paſtoralis.§. præterea.
Si enim legatus non fuiſſet reuocatus , ad ipſum erat appellan-
10 dum,† quia ſemper a ſubdelegato ad delegantem appellatur , vt
legitur & notatur ſupra,de offi.deleg.ſuper quæſtionum.§. verū.
& §.porro.Vel papa recepit hanc appellationem de plenitudine
poteſtatis,ij.quæſtio.vj. ad Romanam.Vel de conſenſu partium
ſic proceſſit,quia & placuit presbytero per curiam expediri,alio-
quin ſi fuiſſet exceptum, remiſſæ fuiſſent partes , ſecundum do-
minum noſtrum.Hæc placent.Et idem eſt ſecundum quoſdam
ſi exponas a quibus,ſcilicet ſubdelegatis;ſi tamen intelligas,ꝙ de
legati lite conteſ.coram eis vices ſuas commiſerunt ſimpliciter:
vnde cum nihil retinuiſſent, ad ipſos non poterat appellari , ſed
prior lectura magis placet. No.etiam dominum noſtrum hic, ꝙ
quamuis iudex poſſet committere tabellioni receptionem teſtiū
quantum ad ſcribendum, non tamen quantum ad examinan-
dum,infra de conſan.capitu.j.ſecundum Ioan.quod non placet
& de facto ſeruatur contrarium,& accedit C.de fi.inſt.iudices.&
authen.apud eloquentiſſimum.ibi ſignata. & de hoc notatur. ſ.
eo.§.j.in prin.¶ Licet autem] v.pars.[Minus ſufficienter.] quia a
non ſuo iudice proceſſum fuit,& ſic eſt argum.ꝙ non valet ſub
delegatio facta ſ.§.proxim.vel quia non plene probauit. & ſic eſt
argumen.quod ſubdelegatio tenuit, ſi.j.eo.ver.j.& ij. quia nec re
quiritur ſemper plena probatio in talibus , vt notatur ſ.§. proxi.
in princ.[Probauiſſet]& ſic videretur aliquibus,ꝙ non deberent
audiri.[Ne tamen præiudicaret.]&c.ſic j.qui fil.ſint leg.per tuas.
11 vbi de hoc.pro & contra ſ.de bi.nuper.[Veritati.] No.quod † per
iudicem & per ius quantum permittit æquitas,inquirēda eſt ſem
per veritas,& ſeruanda,vt hic patet,& ſ.vt lite non conteſta.quo-
niam.reſpon.j.verſi.in quibus caſibus.cum ſuis concordan.Item
argumen.quod delegans poteſt ex cauſa delegati ſui ſententiam
reuocare,quod dic,vt notatur,j.eo.§.fi.item argumen. quod veri
tate comperta,eſt per errorem lata ſententia reuocanda, vt & p̄-
batur infra de pur.vulga.capit.ij.quod tamen regulariter non eſt
verum,niſi fuerit appellatum,vt hic , & in his, in quibus ſeruata
ſententia animæ damnarētur, quod dic ut notatur ſ eo. conſan
guinei.§.fina.vel dic,vt notatur in ſequenti gloſa. [R.diaconum
cardinalem.]Hic habes,quod poſt ſententiam diffinitiuam nul-
la legitima appellatione ſuſpenſam iterum datur auditor. & exa
minatur,& cognoſcitur de ipſa.quod eſt ſpeciale,quando de be-
12 neficijs agitur,cum † in eorum collatione omnis puritas debeat
adeſſe,& omnis obreptio abeſſe,vt hic,& prima q.j.ſi quis neque.
ſ eo.cum olim.§.j.& ij.ſ.de electio.cum dilectus.§.nos vero.j.de
con. præ.cum noſtris.§.auditor.Nec obſtat infra eo.inter mona
ſterium.& ca.ſuborta.quia non loquuntur in beneficijs. Vel dic,
ꝙ hoc quod hic dicitur , locum habet cum in tenore ſententiæ
ipſius deprehenditur iniquitas euidens,vt hic erat,nam falſum re
periebatur in eo,quod dicebat,per atteſtationes fuiſſe probatum
ꝙ A.habuiſſet poſſeſſionem iure patron.Item in eo,ꝙ dicebat,ꝙ
T.in probatione defecerat,vt infra,eod.§.verſi.j.& ver. tum quia
in eadem ſententia.argumen.ad hoc j.de pur.vulga.capitu.ij.Vel
contingit hoc ideo,quia iudex ab aduerſario doloſe circumuen-
tus fuit,vt patet ex ſequentibus . & ideo bene poteſt ſententia re-
tractari,ff.de iud.ſi prætor.Vel dic hoc ſolum ſufficere ad caſſatio
nem ſententiæ,ꝙ ordo iudiciarius non fuit hic ſeruatus,ſcilicet,
quia iudex probationes condemnati non vidit , C. de ſenten. &
interlo.omn.iudicum.prolatam.Vel dic,ꝙ ex quo apparet ſentē
tiam diffinitiuam per obreptionem & dolum malum elicitam,
ipſe idem iudex,qui tulit,ſi ordinarius eſt,reuocare poteſt, argu.
ff.de dolo.cum a te.xxxv.quæſtio.ix.veniam. & cap.ſententiam .
Sed ſi ſine dolo male dicatur lata,tunc non reuocatur,ff. de iud.
ſi prætor.Vel dic,quod licet a principio poſſet & deberet repelli
is,qui petebat ſententiam reuocari , ſi tamen admiſſus eſt de fa-
cto,& apparet ſententiam iniuſte latam,reuocabitur.Et eſt ratio
quia ex quo iudex cognouit,pronunciare debet,ff.de iudi.de qua
re.& iuſte,& ſecundum allegata,ſiue probata,ff. de offi.præt.illici
tas.§.veritas rerum.xj.quæſtio.iij.illa.& capit. ſummopere. & ca-
pitu.tunc vera.& hoc iurat iudex , vt in Authen. iuſiuran. quod
præſ.ab his.§. & æquus ero. collatio ſecunda . Si ergo ex allegatis
apparet eam reuocandam,ipſam reuocabit, argum.ff. quæ ſent.
ſine ap.reſcind.l.j.§.j.Vel dic, quod hic admiſſus fuit beneficio re
ſtitutionis , vel potius ſupplicationis contra ſententiam propter
abſentiam,licet minus ſufficienter probata fuerit , tamen ex illa
minus ſufficienti probatione data fuit reſtitutio in integrum ad
audientiam

audientiam cauſæ.ſi.ſupra de reſtit.in integ. ex literis, ſecundum
dominum noſtrum,cuius eſt mens totius huius gloſſ.Vel dic,vt
in præced.& ſeq.glo. [Conceſſimus] & ſic videtur approbare pro
bationem factam,& alia acta habita coram ſubdelegatis, ex quo
apparet,ꝙ tenuit ſubdelegatio,& appellatio,argum.ſupra de offi-
cio deleg.paſtoralis.§.præterea.verſic.nos autem.Vel dic,vt in ſe-
quenti interline. [Auditorem] de voluntate partium , quamuis
non tenuiſſet ſubdelegatio, nec appellatio, & ſic ſuper eo , quod
præmiſit,de his nullum recipit contrarium decret.ſupra de foro
compet.cap.penult.& fin.Vel dic,vt notatur ſupra eod. ſuper ver
bo,R.diaconum Cardinalem [Qui cum nobis] verſicul.ſcilicet
Cardinalis [Omnia fideliter] Nota,ꝙ plena debet eſſe relatio,&
fidelis,vt hic colligitur,& ſupra de electio.dudum.§.fin. [Senten-
tiæ] latæ per archiepiſcopum,vt ſupra eod.§.j.ad fin.& hic ſequi
13 tur [Circunuentum] Nota,ꝙ per † circunuentionem factum eſt
retractandum,ex quo de ipſa conſtat, vel per tenorem ſententiæ,
& alia acta,vt hic,& ſupra de reſtitut.ſpoliat.cum ad ſedem.§.fin.
& argum.ſupra eod.cauſam quę.§.vnico.verſic.quia tamen.Vel
quia aliàs liquidum eſt,vt ſupra eod.cum olim.§.j.in fine, & §.ij.
in princ. [Tum quia continebatur] prima ratio [In illa] ſcilicet
ſententia. Et ſic not.ꝙ fatuum eſt in ſententia cauſam exprime-
re,quod dic, vt legitur, & notatur ſupra eod.ſicut nobis.§.fin. [In
poſſeſſione] quod bene ſuffeciſſet,ſi verum fuiſſet, inf.de iure pa-
tron.conſultationibus [Eundem] ſcilicet clericum [Cũ tamen]
verſic. [Pro quodam iure] Sed videtur,ꝙ per hoc,ꝙ fuit in poſſeſ
ſione partis,fuit & in poſſeſſione totius,argum.ff.de ſeruit.vna eſt
14 via. † nam & qui minimam partem fundi poſſidet,totum poſſi-
dere videtur,ff.de acquir.poſſeſſ.poſſideri.quod verum eſt in con-
nexis,ſecus in ſeparatis, vt legitur,& notatur ſupra de pręſcrip.au-
ditis. ſed nec perceptio penſionis probat poſſeſſionem, vel domi-
nium rei,pro qua pręſtatur,ſupra de fide inſtrumẽ.inter dilectos,
§.penult. ff.de acquir.poſſeſſ.quamuis. §.primo, & notatur ſupra
de cauſ.poſſeſſ.cap.fin.Sed & alia eſt poſſeſſio penſionis,& alia poſ
ſeſſio repreſentationis, & ideo errauit archiepiſcopus credẽs hoc
ſufficere,& Petrum accipiens pro Martino. Et quamuis talis ſen
ſus in fundatione,vel in conſecratione imponi poſſit auctoritate
epiſcopi,vt legitur,& notatur infra de iure patrona.præterea.poſt
conſecrationem tamen ſeruitutem res non recipit conſecrata,ff.
15 de ſeruit.ſeruitutes.§.fin.nam & quod † humani iuris eſſe deſiit,
non recipit ſeruitutem,ff.communia pręd.caueri,ſecundum Io-
han. [Prędicti] P.ſcilicet creditor [Et A.] nepos ipſius creditoris,
qui eidem ſucceſſit,& clericum pręſentauit,vt ſupra eo. reſpon.j.
[Decem ſolidorum] per hoc non probatur , ꝙ eſſet in poſſeſſio-
ne iuris patronatus,nam & penſio de natura ſui non eſt de fructi
bus ipſius , quamuis patronus ipſam quandoque percipiat in re-
tentione & fundatione habita, vel ex pacto.xviij.quęſt.fina.Eleu-
therius,& legitur,& notatur infra de cenſib.quanto.& ſupra eod.
cap.in princ. [Tum quia in eadem] verſic.ſecunda ratio [Defe-
cit] ſubaudi,quod omnino falſum eſt,cum per atteſtationes &c.
quas nec archiepiſcopus vidit,vt ſequitur [Ipſum] ſcilicet presby
terum [Intentionem] ſcilicet,ꝙ a vero patrono fuerat præſenta-
tus,vt infra eod.cap.in fin. [Probaſſe] ideo debuit obtinere,vt no
tatur ſupra de probatio.ex literis.quare ſententia corrigitur,vt in-
fra ſequitur [Tum etiam] verſic.tertia ratio, quia ſupra expreſſit
16 duas , † & ſic patet , ꝙ in cauſa appellationis exprimendum eſt ,
quare prima ſententia retractatur,vt notatur ſupra eod.ſicut no-
bis.§.finali. [Non recepit] ſcilicet archiepiſcopus [Sufficienter]
17 cum plena † debeat eſſe relatio & fidelis, vt notatur ſupra eod.§.j.
verſic.j. [Vnius tantum] ſcilicet clerici, & non presbyteri,vt legi
tur,& notatur ſupra eod.§.j.verſicu.fin. [Quæ] ſcilicet atteſtatio-
nes,vt patet in eo,quod legitur,& notatur ſupra eod.verſicu.cum
tamen [Vnde ſententiam] verſicu. [Irritandam] non enim erit
irrita, immo ſi non fuiſſet appellatum, in rem iudicatam tranſi-
uiſſet,cum contra ius litigatoris tantum lata fuiſſet,vt ſupra eod.
quod ad conſultationem.§.j.& cap.cum inter vos.§.fina.Secus ſi
expreſſe contra ius conſtitutionis , quia tunc omnino nulla eſt ,
ſupra eo.cap.j.Item ſecus ſi contra ius litigatoris,& boni commu
nis Reipublicę lata ſit,puta ſi dicatur quis promotus fuiſſet ſimo
niace,argumen.infra de ſimon.tanta.& in his,quę ibi not.in cau
ſa matrimoniali,& alijs, in quibus ſi ſententia ſeruaretur, animæ
18 damnarentur,quia & tunc † volens probare contrarium,auditur
ſemper,vt patet in eo,quod legitur ſupra eod.conſanguinei.Item
aliud ſi dicatur lata contra ius litigatoris,& boni iudicialis Reipu
blicę,puta per falſos teſtes, & falſa inſtrumenta, infra eod.cum I.
& A.tũc enim nulla eſt in veritate,aliqua in opinione,& ſic neu
tra eſt.Poteſt tamen vſque ad triginta annos ad plus retractari,vt
legitur,& notatur ſupra de exceptio.cum venerabilis.§.intellexi-
mus.verſicu.ac non ſolum. In his autem duobus prędictis proxi
mis caſibus, ſcilicet in quibus vertitur periculum animarum , ſi
cut in cauſa matrimoniali,& ſimilibus,& vbi per falſos teſtes ſen
tentia lata dicitur, & ſi in veritate ſententia nulla, ſi tamen ei ſta-
tur quouſque probatione habita fuerit nulla pronunciata,ſupra
19 de fide inſtrum.accepimus. Ex premiſſis igitur † no. ſubtiliter qua
tuor caſus,quia quandoque eſt iniuſta,ſiue iniqua ſentẽtia, & ta-
men tranſit in rem iudicatam,& ſemper ſeruatur auctoritate iu-
ris ſine peccato.xxxiij.quęſt.iiij.qui peccat,vt quando lata eſt con
tra ius litigatoris tantum.Quandoque vero omnino nulla eſt,nec
vnquam ſeruanda , vt quando lata eſt contra ius conſtitutionis ,
& error euidenter in ſentẽtia eſt expreſſus.Quandoque vero neu
tra eſt,nec vnquam tranſit in rem iudicatam,ſed tamen ſeruatur
quouſque de errore appareat,vt in cauſa matrimoniali, & ſimili
bus. Quandoque vero neutra, ſed tamen tranſit quaſi in rem iu-
dicatam triginta ſaltem annis elapſis,vt quando dicitur lata fuiſ-
ſe per falſos teſtes.vel etiam inſtrumenta.& iunge hęc in ſumma
eod.tit.§.quòd ſint eius ſpecies.ſub §.diffinitiua.& adde quod no
tatur in ſequenti gloſ. [Memorato T.] Mirabilis videtur hęc ſen
tentia,quia ſupra eod.cap.§.j.in princip.dicitur,quòd T.cuius ele
ctio,ſiue repręſentatio confirmata nõ erat,egit contra D.qui poſ
ſidebant,& cuius pręſentatio admiſſa erat,hic vero dicit,quòd Pa
pa adiudicauit eccleſiam huic T. & tamen vnus electus, vel pręſ-
ſentatus debet adminiſtrare, donec fuerit confirmatus, vel inſti-
tutus,ſupra de electio.qualiter,infra de preben.cum iam dudum.
Ad hoc dicas iſtum T.hoc modo proceſſiſſe. Primo adiit diœce
ſanum petens ab eo inſtitutionem ſuę pręſentationis,& quia ille
noluit eam impendere,ſecũdo adiuit legatum,a quo & idem pe-
tiit propter defectum diœceſani. legatus vero diſcrete procedens
vocauit D.eccleſię poſſeſſorem, qui dixit excipiendo, quòd peti-
tio T.non erat admittenda pro eo,quod ipſe D.ad eandem eccle
ſiam erat canonice pręſentatus, atque inſtitutus, & idem T.pręe-
dictus in loco viuentis ponendus non erat, infra de conceſſ.pręe-
ben.cap.primo,ipſo T.aſſerente contrario.ſcilicet quod D.nec ca
nonice fuit repręſentatus,nec inſtitutus , ſed ipſe T.a vero patro-
no fuerit canonice præſentatus,& ſic erat inſtituẽdus, & alius ſci
licet D.remouendus. Mota igitur hac queſtione inter eos finali-
ter probauit T.intentionem ſuam,bene ergo fecit Papa,qui adiu
dicauit ei eccleſiam,quia & per hoc ipſum confirmaſſe, ſiue inſti
tuiſſe videtur,cum non ſit vis in verbis,ſecundum dominum no
ſtrum,infra de verborum ſignificatio.intelligentia.& cap.in his.
nam & ſententia principali plenum ius confert,nec alijs admini
culis eget,argumen.C.de ſenten.paſſ.l.j.& l.fin. C,de teſtamentis
omnium,ff.de manumiſſ.apud eum.Vel potes dicere ſecundum
dominum noſtrum,quod T.ab initio petiit ſuam electionẽ con
firmari a legato,non obſtante pręſentatione,& cõfirmatione fa-
cta de poſſeſſore,quę non tenebant,& in hoc caſu bene debuerũt
admitti probationes iſtius T.non ſolum ſuper canonica repreſen
tatione poſſeſſoris,ſed etiam ſuper ſua canonica,alioquin quan-
tumcunque conſtaret poſſeſſorem minus canonice inſtitutum,
nunquam adiudicaretur eccleſia petitori,niſi & de iure ſuo proba
ret,ſed potius eſſet poſſeſſor abſoluendus,argumen.ff.ſi vſusfruct.
pet.vti frui.reſpon.primo,& in eo, quod legitur, & notatur ſupra
de probatio.ex literis,ſecundum dominum noſtrum.Vel ſi velis
dicere,ſpeciale eſt in beneficio,quod male inſtitutus ex officio re
moueatur,ex quo conſtat de minus canonica inſtitutione,& il-
le,qui habet ius,inſtituatur,vt patet in eo,quod legitur,& notatur
ſupra de officio vicar,cap.j.§.fin.ſupra de cleric.peregr.cap.fin.in
fra de inſtutionibus.cap.iij. Ad minus pro petitore non dabitur
ſententia,niſi & de iure ſuo probet,vt patet in eo,quod legitur,&
notatur ſupra de reſcriptis,olim ex literis.ad fi, Sed & ſecundum
dominum noſtrum probationes T.ſuper mala pręſentatione poſ
ſeſſoris non ſunt admiſſe,niſi ad hoc vt iuſtificetur pręſentatio ip
ſius T. vnde ſi T. non iuſtificaſſet ſuam præſentationem , ideſt ſi
non probaſſet ipſam canonicam,nõ prodeſſent probationes ſuæ
ſuper mala repreſentatione poſſeſſoris habite quantum ad ipſam
caſſandam,quia nec ad hoc fuerunt inductæ, ideo videtur, quòd
tales petitiones non eſſent admittendę inter huiuſmodi repreſen
tatos,peto electionem meam confirmari,& electionem aduerſa
rij caſſari,nam ſi ſuper tali petitione conteſtetur lis, ex quo prin-
cipaliter petitur caſſatio , eſto quod actor nihil probet de iuſtitia
ſuę electionis,tamen caſſanda erit electio aduerſarij,dummodo
probet aliquid , per quod debeat caſſari, licet forte actor aliàs ad
hanc petitionem non fuiſſet admiſſus,niſi ratione iuris ſui, quia
& multi iniqui repelluntur,vt notatur infra de accuſationibus.ſu
per his. Quidam tamen dicunt, quòd & talis petitio admittenda
eſt,ſed tamen iudex non caſſabit electum reum,niſi & actor pro
bet intentionem ſuam. Sed quicquid dicatur, & notatur infra de
iure patrona.cum dilectus.& hic, hoc tamen debet aduertere di-
ſcretus,& diligens aduocatus,quod quando datur talis libellus,pe
to electionem meam confirmari,& electionem aduerſarij infir-
mari, ſtatim contradictor poteſt dicere , exprimas quo iure petis
electionem tuam cõfirmari,& meam infirmari.ſi dicat actor, pe
to meam confirmari,quia canonica eſt,ſtatim poteſt ſubiunge-
re contradictor,cariſſime, multi ſunt modi canonicę electionis,
ſcilicet per ſcrutinium, per compromiſſum, ſupra de electi.quia
propter.quandoque etiam eligit quis iure ſuo, quãdoque iure de-
uoluto, ſupra de electio.bonę.j.& cap.cum Vintonien. & cap.ne
pro defectu . certifica me ergo de his , vt deliberare poſſim , ff.de
eden.



eden.l.j.& patet in eo,quod legitur,& notatur ſupra de libel.obla.
cap.ij.& iij.veruntamen modica vis eſt in hac parte,etenim ſecũ-
dum ſimplicitatem canonicam non tenetur actor modos iſtos
electionis ſuæ exprimere , ſed ſufficit quod ſimpliciter proponat
electionem ſuam canonicam,& ideo petat ipſam confirmari,vt
patet in eo,quod legitur,& notatur ſupra de iudic.dilecti.In ſecun
da vero parte libelli,in qua petitur electio aduerſarij infirmari,eſt
magna vis facienda,& valde vtile eſt,quod petatur exprimi cauſa
caſſationis,quia ſi exprimat talem cauſam,quę vergat in præiudi
cium ipſius actoris puta quia facta eſt de homine illiterato,vel ir
regulari, vel criminoſo , & ideo electio de ipſo facta nulla eſt, &
per conſequens electionem de actore factam, quamuis ſubſecu-
tam non potuit impedire,audiendus eſt,ſupra de electio.cum in
cunctis,& cap.congregato,infra tit.primo,conſtitutus.j.Si autem
exprimat talem cauſam , quæ quamuis legitima ſit, tamen non
intereſt ſua,vt ſi dicat eum ineligibilem,vel caſſandam propter ir
regularitatem,vel crimen aliquod,ſed nõ ſubijcit in quo ſibi pro-
ſit,vel obſit caſſatio, non recipietur hæc ſecunda pars huius libel
li,& ſi recipietur, reſtringenda erit ſententia ad præiudicium , vel
vtilitatem actoris,vt prædictum eſt,ſi tamen hoc fieri poſſit,alio-
quin ſi hoc fieri non poſſit, & inueniatur iam electio confirmati
caſſanda,caſſabitur,& imputet ſibi reus,qui talem libellum rece-
pit,& actorem non repulit, quod ante litis conteſtationem face-
re potuit, & non fecit, C.de ann.exceptio. l.fina. Inſtitu.de exce-
ptionibus.§.fin.ſecundum dominum noſtrum. Sed quicquid di
cat,quilibet canonicus poteſt petere caſſari electionem electi mi
nus canonice in ſua eccleſia, vel ꝙ remoueatur Prælatus minus
canonice inſtitutus, eſto ꝙ petens non ſit electus , vel interſit ſua
quo ad priuatam vtilitatem , ſufficit enim ei publicum intereſſe,
vt patet in eo,quod legitur,& notatur extra dominum noſtrum,
20 de election.ſtatuimus. † Quinimmo videtur, quod non ſolus ca
nonicus, ſed & patronus , necnon & Parochianus cuiuslibet ec-
cleſiæ in hoc ſit admittendus,ſaltem propter periculum anima-
rum,argumen.xvj.quæſt.vij.filijs,& in eo,quod legitur,& notatur
infra de rebus eccleſijs non alienan.ſi quis presbyterorum.ad fin.
infra de cohabit.clericorum,& mulie.veſtra. & ſi non dirigendo
actionem contra electum, ſiue Prælatum, ad minus tamen quo
ad denunciationem ſuperiori faciendam,argum.ff.de officio pręe
fecti vr. l.j. §.quod autem dictum eſt.& Inſtitu.de his,qui ſui, vel
alieni iuris ſunt.§.finali.& ſuperior ad talem denunciationem de
hoc inquiret, qui & ſine aliqua denunciatione ex puro, & mero
officio ſuo idem facere poteſt,vt patet in eo,quod legitur,& nota
tur infra de ſimon. licet Hely. Quidam tamen ſecundum domi-
num noſtrum dicunt,quod nõ eſt admittendus talis libellus,pe-
to confirmari electionem , vel proceſſum meum non obſtante
electione alterius,vel proceſſu,vel peto electionem meam confir
mari , & electionem aduerſarij caſſari , & ponunt exemplum in
ſimilibus dicentes,qđ talis libellus nõ eſſet admittẽdus,peto talem
fundum non obſtante aliqua venditione,vel traditione aduerſa-
rio facta,vel peto centum ex cauſa mutui non obſtante pacto de
nõ petendo,vel non obſtante ſententia cõtra me lata ſuper hoc.
Sed certe iſti minus bene dicunt,nam omnes iſti libelli recipien-
di ſunt,vt ſatis colligitur.ff.de priuil.credito. Imperatores.ff.quod
metus cauſa.metum.ij.§.volenti.& l.ſimiliter.§.fin.& l.ſequ.quia
21 etiam † veteres actiones vtiliter competũt,quamuis extinctæ ſint,
ff.ſi ex noxa.cauſa.l.ij. §.fina.ff.de capi.dimi.tutelas. §.ſi libertate.
C.ſi aduerſus tranſactionem.l.ij.C.de accept.l.fin.Et hoc idem di-
cendum eſt in reſtitutione in integrum,vt notatur ſupra de reſti
tutione in integrum ex literis.in omnibus tamen iſtis cauſa expri
menda eſt in libello,vt patet in eo,quod legitur,& notatur ſupra
de libelli oblatio.cap.fina.& quia ſi ſuper prædictis officium iudi-
22 cis † imploretur,ipſum non debet impendere,niſi iuſta cauſa ex-
primatur,de qua eſt cognoſcendum,vt apparet ff.de minor.l pri
ma.§.prætor edixit.& l.in cauſæ.j.& ij.Dicunt autem aliqui,quod
in talibus libellis primo eſt cognoſcendum de ſecunda parte ip-
ſius libelli,quàm de prima. Sed tu dicas,quòd de vtraque cogno-
ſcetur ſimul, ſupra de reſtitutione in integrum ex literis. & argu-
men. ff.de loc.& conducto. ſi conductionis. & l.ne cui. & l.con-
23 ductores. † Prædicta locum habent , vbi aliquid accreſcit actori
ex dicta adiectione,& hoc etiam debet exprimere in libello,alio
quin ſi in libello non exprimat,quid ſibi accreſcit, nunquam eſt
recipiendus libellus cum adiectione,quæ aduerſario obeſt,& ſibi
non prodeſt,argumen.ff.de rei vendic.in fundo,& in eo,quod le-
gitur,& notatur ſupra de reſcri.plerumque.§.cum igitur. in prin.
Et hoc idem dicendum eſt de poſitionibus, & probationibus ſu-
per eiſdem faciendis,& ſi de ipſis nihil contineatur in libello,ſecũ
dum dominum noſtrum , cuius eſt mens maioris partis totius
huius gloſſæ, declaratione,& correctione, & quibuſdam alijs ſal-
uis. Adde hic, quòd de ſuperfluis & otioſis poſitionibus , & pro-
bationibus notatur ſupra de electio.bonæ.j.§.contra legati.& de
officio delega.cum contingat.§.ſecundo,& tertio [Cum per atte-
ſtationes] verſic. [A vero patrono] ſignatur contrarium,quia vi
detur,quod ius patronatus obligata curia, vt ſupra eodem reſpon
ſo primo,in princip.tranſire debuit cum vniuerſitate,ſicut in fun
24 do vendito,† ſeruitutes,& alia iura tranſeunt.ff.de contrahen.em
ptio.ſi aquæductus.& l.ſequenti.& l.dolia.& fundus dotalis, ff.de
fundo dot.l.prima.& res ſacra,ff.de contrahend.emption.in mo
dicis.& eſt caſus expreſſus,infra de iure patrona.ex literis.Solutio.
poteſt dici,quòd hic fuit exceptum ius patronatus,vt notatur ſu
pra eodem,reſpon.primo,quod nepos ſucceſſor iuſte potuit igno
rare,ff.de regulis iuris.qui in alterius. Vel aliud in obligatione,vt
hic,aliud in emptione,ſeu in alienatione, vt in contrarijs. Ratio
diuerſitatis hæc eſt,quia creditori non accedunt niſi ea,quę in fru
ctu conſiſtunt ęſtimabili,vnde & ſors extenuari poſſit,C.de pign.
actio.l.prima,& ſecunda,infra de vſuris,capit.primo,& ſecundo,
ergo ius patronatus etſi in fructu ipſum eſſe diceremus,in obliga
tione tranſire non poſſet,quia nec ęſtimatur,infra de iure patro-
na. capitu.de iure. immo nec talibus iuribus vtitur creditor , niſi
ſpecialiter ſit conuentum,ff.de pignor.ſed an uiæ,& l.præcedent.
25 in fine. † Item omnia iura tolluntur ſoluto pignore,ff.quibus mo
dis pign.taci. ſolua. l.prima , & C. ſi pign. datum ſit , l.prima,&
ſecunda,ſecundum hoc ergo repreſentatus per creditorem debe
ret ſoluto debito ab eccleſia remoueri,contra illud.lvj.diſtinctio.
ſatis peruerſum.xvj.quæſt.vii.inuentum, infra de exceſſio.prælat.
capitu.fina item quia creditor peccat vtendo pignore, ff.de furt.
26 creditor.alias incipit, pignorare. † In emptione autem, & aliena
tione lata ſit interpretatio,cum dominium tranſeat, infra de do
nationibus.cum dilectus. in fine,ſic & in firma, infra de iure pa-
trona.ex literis,quia alienatio eſt ad tempus, infra ne prael vic.ſu.
querelam. Licet ergo omnia in alienatione tranſeant,ff.de acqui
rend. rerum dominio. quædam.& alijs contrarijs ſupra ſignatis ,
non tamen in obligatione generali veniunt ea quæ nec quis ſpe-
cialiter obligaret,C.quæ res pignor.obligare poſſunt,l.prima,& l.
ſequenti.ff.de pecul.qui peculij. Aliud ergo in emptore & firma-
torio,qui faciunt fructus ſuos,aliud in creditore, qui omnia tene
tur computare in ſortem, infra de pigno.cum contra.Item ſigna
27 tur aliud contra. † quia quædam habere poſſumus, quamuis no-
bis vtilia non ſint,ff.de ſeruit.in fundo. Solut.non ſequitur ideo,
quòd omnia talia habeamus. Illud autem nemini dubium,quin
vtile eſſet creditori,ſi diceremus ius patronatus tranſire,quia poſ
ſet pręſentare filium,vel nepotem ſecundum id,quod notatur in
fra de iure patrona.quia clerici.ſed & ſi repręſentaret extraneum,
remaneret ſibi ad antidora naturaliter obligatus,ff.de peti.hęred.
ſed & ſi lege.§.conſuluit.& adde quod notatur ſupra eod.capitu.
reſpon.primo,ſuper verbo,aſſerens.

*SVMMARIVM.*

1 *Papa ab iniurijs ſe abſtinere debet reſpectu Dei.*
2 *Conſuetudo Romanæ curiæ.*
3 *Subtilitas quandoque approbatur.*
4 *Procedendum non eſt de ſimilibus ad ſimilia.*
5 *Papa ſi iura aliorum ſeruare debeat multo fortius uita ſua.*
6 *Proceſſus Principis,non eſt præſumendum,quod maculam habeat.*
7 *Papa ſine cauſa diſpenſare non debet.*

## CAP. XIX.

IN cauſis. [Summi Pontificis] qui ſicut ſum-
mus eſt,ſic & ab iniurijs(& maxime
1 ſummis) ſumme, ideſt præ cæteris † abſtinere debet
reſpectu Dei,prima quæſtio.tertia.aliorum,vel hoc ip
ſum debet reſpectu hominum , quamuis non ſit aſtrictus huma
nis legibus.C.de legibus,digna vox [Iudicio] diffinitiuo,quod ſe-
quendũ eſt,vt hic ſequitur,ſecus de interlocutorio,niſi ſit in cor-
pore iuris clauſum.ff.quod metus cauſa. metum.§.ſed quòd præ-
tor,ſecundum omnes.vtrumque tamen ſequimur,ſi iuſte & cau
ſa cognita pronuncietur,vt notatur infra verſic.primo,ſuper ver-
bo, teneantur [Et ordo] quo ad proceſſum, ſupra de probationi-
2 bus † quoniam, de conſuetudine tamen curiæ per narrationem
facti,& petitionem verbalem,& contradictionem,ſiue reſponſio
nem coram Papa , & fratribus habitam inter partes maxime in
electionibus,intelligitur lis conteſtari & ſi nullus libellus oblatus
fuerit,cõtra id,quod legitur, & notatur ſupra de libelli oblatione,
capitu.primo. Habet, & alia quædam ſpecialia , quæ nec ſunt in
exemplis trahenda, vt patet in eo, quod legitur, & notatur ſupra
de tempor.ordina.capitu.primo, & de officio lega. quòd transla-
tionem [Et vigor] quo ad pronunciandum , vt ius pauperis de-
fendat, & contra iuſtitiam nulli parcat , ſupra de iudic.nouit.§.j.
verſicul.penulti. vbi de hoc [Aequitatis] vt nullo tractus fauore,
odio,timore,vel commodo declinet ad dexteram,vel ad ſiniſtrã,
etiam ſi hæreticus,vel excommunicatus ſit,pro quo ſententia eſt
ferenda, ſupra de præſumption.literas.§.fina.in princip. ſupra de
exceptionibus.cum inter priorem.§.primo, vbi de hoc [Subtili-
ter] vt nec cauſa pauperis negligatur,ſed pro ipſo ſicut pro poten
te ſubtilizet,licet plerumque fiat aliter.xj.quæſt.iij.pauper. Et no.
3 † quòd quãdoque ſubtilitas approbatur . ſi.ſupra de ferijs. Capel-
lanus

ſanus.§.primo,verſicu.fina.ad finem,vbi de hoc [Obſeruandus]
niſi forte &c. vt infra verſic.niſi forte [Cum in ſimilibus] verſic.
4 eſt igitur de ſimili † ad ſimilia procedendum, vt hic, & ſupra de
reſcriptis, inter cæteras, cum ſuis concordantijs [Cæteri] ſcilicet
iudices. ſecus in arbitris,& arbitratoribus, ſupra de arbitris,capit.
primo, & ſecundo [Teneantur] dummodo examinatione præ-
cedente cauſa cognita,& partibus præſentibus etiam interpretan
do,vel interloquendo pronunciauerit.C.de legibus.l.fi.vnde hoc
ſumptum eſt. xvj.quæſt.iij. infra de verborum ſignificatio.in his,
in fine,dummodo appareat.deſcripto in iuris corpore clauſo du-
bitari non oportet.ff.quod metus cauſa.metum. §.ſed quod præ-
tor.ſecus ſi ſine cauſæ cognitione ex poteſtate,vel voluntate inter
loquatur.C.commina epiſtolas,l.penulti.& fina. C.de ſentent.&
interlocut.omnium iudicum,ex ſtipulatione.talis enim interlo-
2 cutoria ius non conſtituit, & ſic intellige. C.de legibus. l.tertia.
Alij tamen dicunt cōtra, vt notatur ſupra ſuper verbo.in iudicio
[Similiter] tanto ergo periculoſior,& pernicioſior eſt iniuſta,vel
iniqua ſententia Summi Pontificis, quanto eſt pluribus (quia, &
omnibus) in exemplum, ad hoc infra de præbend.niſi eſſent. re-
ſpon.primo,infra de voto,magnæ.§.primo,verſic.penult,& fina.
5 xj.quæſt.iij.præcipue, † ſed ſi iura aliorum ſeruare debeat, multo
fortius iura eccleſiæ Romanæ,ſiue ſua, ſupra de ſupp.neg. prælat.
capitu.tertio,infra de capell.monach.capit.ſecundo.§.fina. [Iudi
care] Si contra,quia non eſt exemplis iudicandum,C.de ſenten.
& interlocut.omnium iudicum, nemo iudex, Solut. ſpeciale eſt
hoc iu ſententia Principis,cuius exemplum ſequendum eſt,vt in
iuribus allegatis,ſupra ſuper verbo.teneantur,& probantur. C.de
veter.iur.enucle. l. prima. §.penult. C.de conſuli.nemini.libr.xij.
Et eſt ratio ſpecialitatis, quia quicquid ei placet, intelligas animo
condendi ius.lex eſt.inſtitu.de iure nat. §.ſed & quod Principi. &
6 quia non eſt præſumendum,quòd † proceſſus ſuus maculam ha
beat,ſiue rugam.xxiiij.quæſtio.prima,in ſede,& capitu.hæc eſt fi-
des.& quia plene examinata omnia præſumuntur.xxxv,quæſt.ix
Apoſtolicæ, & notatur ſupra de reſcriptis, ad audientiam.j. C.de
legibus.l.fina.nec ſuperiorem habet qui corrigat,ſupra de electio.
licet.in fin. [Niſi forte] verſic.iſte.verſic.poteſt reſpicere, ſupra re
ſpon.primo,vt ibi notatur,vel quod ſtatim ſicut iacet, litera dixit
7 [Neceſſitatis] vel vtilitatis. Eſt ergo hic,argumen.† quòd ſine cau
ſa non debet etiam Summus Pontifex diſpenſare,quod dic,vt no
tatur ſupra de electio.dudum,ſecundo §.fina.infra de præben,de
milita.ad finem. [Diſpenſatiue] & ſic eſt ſpeciale, nec ad exem-
plum trahendum,vt leg.ff.de conſtitu.princip.l.prima,ad fin.& l.
fina.& legitur,& notatur infra de conceſſio.præbend.conſtitutus
[Statuendum] idem eſt,& quandoque in pœnæ inflictione.inſt.
de iure nat.§.plane.

ADDITIO.

2 ¶Ius non conſtituit. Adde an ſententia Papæ,vel Principis faciat ius per
And.Sic.remiſſiue in addit.ad Panor.hic.

*SVMMARIVM.*

1 *Qui non exprimit grauamen literas impetrare non poteſt.*
2 *Proteſtatio non eſt facienda in abſentia iudicis.*
3 *Iudex ſi non recuſatur, valet quicquid facit.*
4 *Habens plures exceptiones dilatorias, primo debet opponere illam de iudi-
ce ſuſpecto.*
5 *Excommunicatus non poteſt iudices eligere, nec arbitros.*
6 *Iuri ſuo quis tacite renunciat.*
7 *Priuilegium contra priuilegium non valet, niſi de ipſo faceret mentio-
nem.*
8 *Omittenti ſcienter exceptionem rei iudicatæ præiudicatur.*
9 *Caſum in quibus tenet ſecunda ſententia contra primam.*
10 *Abbas benedici non debet, niſi presbyter.*
11 *Papa iuri epiſcopali etiam per factum proprium non vult præiudicare.*

CAP. XX.

INter monaſterium. Caſus. Vacante monaſterio Sā
cti Leufredi,ſiue Sancti Leodon.monachi quendam
Abbatem de Gremio ſui monaſterij elegerunt,quem
cum coram ſuo diœceſano peterent confirmari, opponentibus
ſe monachis Sancti Andocij, ſiue Antonij ipſam obtinere non
potuerunt, tandem cauſa delata ad Papam ad petitionem mo-
naſterii Sancti Leufredi commiſſa fuit quibuſdam iudicibus, co
ram quibus lis fuit conteſtata,& poſtea quędam cauſæ recuſatio
nis fuerunt propoſitæ,tanquam friuolæ non admiſſæ, immo ni-
hilominus fuit proceſſum in cauſa.Demū monachi Sancti An-
docij ad alios literas impetrarunt quæ,& primis iudicibus oſten-
ſæ fuerunt, ſed in multis vitioſæ inuente fuerunt. Primo quia di-
cebatur in eis,quòd primos iudices legitime recuſarunt,cum ta-
men cauſæ friuole fuiſſent, nec propoſitæ tempore competenti,
& poſt ipſas propoſitas in cauſa fuerit proceſſum. Secundo, quia
de priuilegio Sācti Leufredi, & proceſſu coram primis iudicibus
habito mentio non fiebat,& quamuis ex his ſufficienter exceptū
fuiſſet contra ſecundas literas. Secundi tamen iudices nihilomi-
nus proceſſerunt, & præuenientes primos pro monachis Sancti
Andocij ſententia dederunt,primi etiam iudices proceſſerunt,&
ſecundo pro monaſterio Sencti Leufredi pronunciarunt, a qua
ſententia monachi Sancti Andocij appellarunt. Occaſione au-
tem dictæ appellationis iterum cauſa ad Papam delata obijcitur
contra ſententiam,quòd non valet,quia pendente recuſatione a
ſuſpectis iudicibus data fuit, & quia eorum iuriſdictio fuit per ſe-
cundas literas reuocata, & quia ipſa lata erat contra ſententiam
pro monachis Sancti Andocij primo latam,ſed his non obſtan-
tibus Papa ſupradictam ſecundam ſententiam confirmauit. Sed
& ſecundum dominum noſtrum factum ſic fuit.Cum duo mo
naſteria,ſcilicet Antonij,& Leodij,litigarent coram iudicibus de
legatis ſuper modo eligendi Abbatem in monaſterio Sancti Leo
dij,proceſſum fuit vſque ad litis conteſtationem, & teſtium pro-
ductionem,tunc monaſterium Sancti Antonij cauſas propoſuit
ſuſpicionis contra delegatos, & quia delegati ipſas non admiſe-
runt monachi eiuſdem monaſterij appellarunt,vel etiam ſine ap
pellatione receſſerunt ab eis, iudices autem eorum abſentia vili-
penſa,pro monaſterio Sancti Leodij ſententiā protulerunt, pars
vero Sancti Antonij literas impetrauit, quod cum appellaſſet a
primis iudicibus, quia legitimas ſuſpicionis cauſas non admiſe-
runt, ſecundi iudices de cauſa cognoſcerent primo reuocato in
irritum quicquid poſt appellationem &c.& nō fiebat mentio in
ipſis literis quantum proceſſum erat in ipſo negocio quando fue
runt iudices recuſati,nec etiam cauſæ ſuſpicionis expreſſæ conti-
nebantur in eis, quas hodie neceſſe habet,appellans ante ſenten-
1 tiam exprimere, alioquin † niſi grauamen exprimeret,non poſ-
ſet literas impetrare,vt infra de appellatio.vt debitus, quamuis o-
lim ſecus eſſet,infra titu.primo,cum ſit Romana,vel impetrauit
literas ſuper principali negocio nulla facta mentione de appella
tione ſecundum illos, qui dicunt, quòd receſſit a iudicibus nulla
appellatione emiſſa,cum autem quocunque vis modo volueritis
negocium hoc eſſet ad Sedem Apoſtolicam deuolutum, Papa
decernit primas literas per ſecundas minime reuocatas,cōtra ſen
tentiam autem opponebatur, quòd non tenebat, quia lata erat
contra res prius iudicatas, & ſuper hoc producebatur publicum
inſtrumentum, ſed Papa reſpondet præſumendum eſſe, quòd ſi
coram primis iudicibus hoc ꝓduxiſſent, ipſum poſt habuiſſent,
ideſt producentibus non profuiſſet, vel ſi appareat eſſe tale, quod
profuturum fuiſſet, imputent ſibi,quia illud ante ſententiam nō
produxerunt. His ergo attentis iuſtam reputabat ſentētiam prio
rum iudicum, & electo munus benedictionis impendit, ſecun-
dum dominum noſtrum. Vtraque caſus poſitio legi poteſt,& e-
tiam componi poſſet tertia & ex duabus [Super modo eligendi]
Forte dicebant monachi Sancti Andocij electionem Abbatis
monaſterij Sācti Leodij ad ſe pertinere in totum,vel in partem,
& ideo aſſerebant ipſam electionem infirmandam ſecūdum do
minum noſtrum, puta quia facta erant ipſis contemptis, qui in
electione de conſuetudine ius habebant.ſi.ſupra de poſtula.prela
torum.bonæ.ij.vel dicebant,quòd de monaſterio ſuo Abbas fue
rat eligendus,vt ſupra de conſuetud.cum dilectus, infra de verbo
rum ſignificatio. cum Abbate [Agitata] primo coram osdina-
rio,ſecundo coram diuerſis iudicibus delegatis, ſicut continetur
in ſequenti deciſione,& ſupra poſui in primo caſu [Et infra] cō
tinet totum proceſſum,ſupra in primo caſu poſitum,& qualiter
vltimo fuit per appellationem cauſa delata ad Papā, & quæ obij-
ciebantur ex parte monacorum Sancti Andocij contra ſecundā
ſententiam,ſcilicet latam a primis iudicibus pro monaſterio San
cti Leufredi,ſuper quibus pronunciat Papa,vt ſequitur [Primam
commiſſionem] per vos impetratam omnes monachi Sancti
Leufredi quibus loquitur [Per vltimam] ex parte monaſterij Sā
cti Andocij impetratam [Reuocatam] vel per ea quæ coram ip-
ſis fuere propoſita aliquatenus impeditam ſicut ex ſequētibus po
teſt colligi,ideo factum priorum iudicum &c.vt infra eodem §.
fina. [Tum quia cauſæ] quæ fuerunt he ignoramus, fuerunt fri-
uole,vt ſe.& ideo non admittendæ,vt legitur, & notatur ſupra de
officio delega.ſuſpicionis, & probatur infra titu.primo, cum ſpe-
ciali,reſpon.primo [In iure] ideſt coram iudice partibus præſen
tibus,vt patet infra titu.primo,ſecundo requiris.§.fina. [Propoſi-
tæ] contra primos iudices,& coram ipſis a monachis Sancti An
docij,ſed poſt litis conteſtationem,& ipſis propoſitis ijdem recu-
ſantes coram eiſdem iudicibus nihilominus,vnde & eiſdem taci
te renunciaſſe præſumuntur,vt ſequitur [Quas etiam] verſicu.ſi
valerent tamen [Tanquam] &c. [Ante litis] quod minime fece
runt [Ingteſſum] omnis dilatoria enim ante litis cōteſtationem
eſt regulariter opponenda,vt hic,& iij.queſtio.vj.§.exceptio.C.de
probationib.exceptionem,ſed nec ſemper hoc poteſt fieri vſque
ad litis cōteſtationem obſtante die ſuper hoc aſſignata,quod dic,
vt legitur,& notatur infra de exceptionibus. paſtoralis [Quibus]
verſic.ſcilicet cauſis [Eiſdem] ſcilicet primis iudicibus [Subcun
do] ſi alicui competunt plures exceptiones dilatoriæ iudicij pri-
mo debet proponere exceptionem ſuſpicionis, vt notatur in ſe-
quenti gloſſ in princip. nam ſi ſemper vſque ad litis conteſtatio-
nem



nem poſſet proponi fruſtra præfigeretur tempus viginti dierum
2 ad ipſam proponendam.iij.quæſt.iij.offeratur.† Fruſtra etiam cō-
ſuleretur proteſtatio facienda in abſentia iudicis.C.de iudic.l.fin.
Sed dices nōne naturaliter falſa & excommunicationis exceptio
præcedit exceptionem de ſuſpecto? Ita videtur,quia ſi nullum eſt
reſcriptum,non eſt iudex ille,ad quem eſt impetratum. Reſpon.
quando dico reſcriptum nullum eſſe pro eo, quia eſt falſum, vel
ab excommunicato impetratum, in hoc caſu eligo iudiciū eius
cui dirigitur,quia de talibus habet ipſe cognoſcere, & eius ſenten-
tia facit ius inter partes,vt patet in eo,quod legitur, & notatur ſu-
pra de reſcriptis,ſuper literis,vnde ex quo pars ipſum in vno iudi
cem approbauit,non poteſt eum in alijs recuſare. iij.quæſtio.viij.
cuius in agendo, quando autem recuſat eum, vt ſuſpectum non
eligit eius iudiciū,ſed potius arbitrorum ad quos ſpectat hæc co-
gnitio,& non ad recuſatum,ſupra de officio deleg.ſuſpicionis,in
fra de appellationibus. cum ſpeciali. Et eſt alia diuerſitatis ratio,
3 † quia ſi non recuſatur iudex, valet quicquid facit infra titul.i.ad
hæc ſi in vna cauſa. ad fin.ſententia vero auctoritate falſi reſcrip-
ti,vel ab excommunicato lata non valet,quātumcunque aduer-
ſarius conſentiat,vt patet in eo,quod legitur,& notatur infra eod.
ad probandum,ſupra de exceptionibus,exceptionem.Secundi di
cunt,ꝙ he exceptiones ſimul poſſunt preponi,cum ad idem ten
dat,ſcilicet ad iudicem remouendum,argum.ff.de excep.nemo.
& de iudic.non videtur.Tertij dicunt,quod etiam ſeparatim dū-
modo infra viginti dies,recuſatio proponatur.iii;.quæſt.iij.offera
tur.C.de inoffic.teſtam,l.contra minores. Quarti dicunt, quod ſi
iſtud proteſtetur,hoc poteſt aliàs non,C.de iudic.l.fin. Primi au-
tem reſpondent ſic ad has leges.Primo lex illa nemo non contra
dicit,quia proponens diuerſas exceptiones nullam videtur confi
teri.nam & qui dubitat,excipit vt notatur ſupra de exceptionibus,
cum venerabilis.intendit tamen aduerſarij intentionem elidere.
ſic & quando aliquis excipit, dicens ſe eſſe exemptum per priui-
legium,vel prę ſcriptionem,ſupra de pręſcrip.auditis.veruntamē
in hoc præiudicium facit talis, quia in iudicem cōſentire videtur
litigando coram eo, coram quo litigare non tenetur. Similiter
non obſtat lex,non videtur,quia plus eſt, & maius ſignum cōſen
tiendi in iudicem litigare ſub eo,quàm genus actionis petere ſibi
edi.& quia ibi nullam ſententiam petit fieri.ff.de iudic.non vide
tur.Non obſtat etiam auth.offeratur,quia verum eſt,quod exce-
tio ſuſpicionis infra viginti dies proponi poteſt, niſi alias interim
huic exceptioni expreſſe, vel ſaltem tacite renunciatum ſit pro-
pter hoc autem,quòd dedit fideiuſſorem,vel ſportulas non vide-
tur in iudicem conſenſiſſe, quia talis cautio, ſcilicet iudicio ſiſti
præſtatur etiam coram illo,qui non cognoſcit de cauſa. ff.de iu-
dic.l.ii.§.penult.Sed & ideo hæc ſatiſdatio,& ſportularum præſta
tio non præiudicant,quia ex neceſſitate præſtantur.Hac igitur pri
ma opinione retenta, videtur, quòd nullus ſimul poſſit iudicem
recuſare,& procuratorem aduerſarij ſui repellere,cum ſuper pro
curatorio oporteat eum audire ſententiam,& ſic per conſequens
ceſſabit ſuſpicionis exceptio, quia audiendo ſententiam videtur
in proferentem tanquam iudicem conſentire,ſed ſi actor propo
nit cōtra procuratorem rei,& idem procurator recuſat iudicem,
bene procedunt ſimul he duę quæſtiones,quia ille qui recuſat nō
eligit arbitrium iſtius iudicis ſuper ꝓcuratione, ſed ſi aduerſarius
tantum,& iudicium redditur in inuitum.ff.de verborum obligat.
inter ſtipulantem. §.j. ſecundum dominum noſtrum, cuius eſt
mens huius totius gloſæ. Hoc verum eſt de iudicio veri & legiti-
mi iudicis qui non recuſatur,alioquin ex quo legitime recuſatus
eſt,nec ſuper exceptione procurationis, nec ſuper aliquo alio pē
dente recuſationis articulo coram eo cogitur reſpondere,vt patet
in eo, quod legitur, & notatur ſupra de officio deleg. ſuſpicionis,
& extra dominum noſtrum,de appell.legitima.lib.vj.De alijs ve-
4 ro dic,vt not.in ſeq.glo. [Iudicium] quicunque † habet plures ex-
ceptiones dilatorias primo debet opponere illam de iudice ſuſpe
cto.illa enim naturaliter præcedit,vt patet ex ordine ſcripturæ,ſu
pra de probat.quoniam. nam ſi primo opponat,& dicat excom-
municatum aduerſarium fuiſſe per literas impetratas,vt ſupra de
officio delegat.prudentiam.§.ſexta.& iudex pronunciet pro ipſo
excommunicato abſoluto procedet,nec ſemel approbatus pote
rit reprobari.iiij.quæſt.iiij.§.item in criminali.§.ſi quis teſtibus.iij.
quæſt.viij.cuius in agendo. qui enim alijs defenſionibus vſus eſt,
non poteſt redire ad iſtam.ff.de iudic.ſed & ſi ſuſceperit, immo,
& videtur,quod infra viginti dies ſit hæc exceptio opponenda.iij.
quæſt.iij.offeratur.& ſi iudex quem recuſare vult abſens ſit,hoc de
bet proteſtari.C.de iudic.l.fina.Sed contra videtur, quia & ſi quis
fideiuſſorem dederit ſtandi iuri, nihilominus poteſt iudicem re-
cuſare.iij.queſtio.iij.offeratur.præterea videtur,quod exceptio ex-
communicationis, vel de falſitate reſcripti naturaliter præcedat,
quia niſi reſcriptum teneat nulla ſuper principali iuriſdictio eſt
5 conceſſa,ſupra de reſcriptis.ſuper literis.item quia ſi probetur † ex
communicatus non poteſt iudices eligere, per conſequens nec
arbitros,ſupra de procuratoribus.cap.fin.xj.quæſt..ij.cum excom
municato,ſine quibus cauſa recuſationi expediri non poteſt,ſu-
pra de officio delega.ſuſpicionis cauſa. vnde videtur, quod pri-
mo inquirendum ſit de reſcripto,ſiue excommunicatione aduer
ſarij antequam ad alia procedatur. Solut.ſuper hoc eſt diuerſitas.
nam ſecundum T.ſi quis omiſit exceptionem de ſuſpecto,& pro
ponit alias,ſiue ſuccumbat,ſiue obtineat, non poteſt poſtea iudi-
cem recuſare quaſi videatur in ipſum tacite conſenſiſſe, argum.
eſt hic expreſſum,& ſupra de officio deleg.inſinuante,& cap.gra-
tum.in fin.& in primis iuribus ſupra inductis, niſi forte per pro-
teſtationem aliquam releuetur. Io.dixit,quod hoc verum eſt vbi
interlocutoria pro eo fertur,ſecus ſi contra,quia adhuc non con
ſenſit cum ſemper intendat iudicium declinare, argument.C.de
inoff.teſtam.contra maiores,& hoc verius credit B. Quid ergo ſi
iudex qui ſcit ſe recuſari poſſe fert primam interlocutoriam pro
illo qui ipſum recuſare poteſt,vt ſic eum deludat.Iam cogetur co
ram ſuſpecto a iudice litigare,contra illud,infra tit.primo, ſecun-
do requiris,in fin. ideo dic de hac materia, vt plena not.ſupra de
probationibus. quoniam contra falſam, & in ſumma de officio
delega.ſub §.ſed nec illud.§.quando debet fieri recuſatio. & adde
quod not.in præceden.glo.in qua & ſi hæc eadem tangantur ali-
6 ter tamen, & aliter hic quàm ibi [Renunciaſſe] Argum. ꝙ taci-
te renunciat quis iuri ſuo.ſi infra de his quæ fiunt a maio.par.ca-
pit.cap.ex orc.§.fin.ſupra de officio deleg.gratum.in fin.cum ſuis
cordantijs [Cum etiam] verſicu. [De priuilegio] per quod vobis
forte indulta erat libera eligendi facultas de proprio gremio, vel
etiam aliunde,ſupra de conſuetud.cum dilectus,ſupra de electio.
conſiderauimus,ſed nihil facit hic ad rem ſecundum dominum
7 noſtrum. † Tu vero ex hoc notabis,ꝙ non valet reſcriptum, ſiue
priuilegium contra priuilegium impetratum niſi de ipſo fecerit
mentionem,argum. ſupra de reſcriptis,conſtitutus,& capit.cum
ordinem,& patet infra de priuile.ex parte prima [Et proceſſu ne-
gocii] ſic patet, ꝙ de proceſſu, & rei ſerie facienda eſt mentio in
reſcripto,alioquin non valebit vt hic,& infra de cohab.cleric.&
mulie.ſuper eo.Sed nunquid ſufficit,ꝙ de proceſſu fiat mentio ge
neralis. Ita videtur nam & prolixitatem actori non poſſet forſan
recipere pergamenum. Dicas hoc arbitrarium,vt tamen ſcias,ꝙ
de principalibus articulis, & exceptionibus, & ordinationibus,&
his,de quibus,& inter quos,& coram quibus actum eſt,eſt ſpecia
lis & expreſſa mentio facienda, ſicut probatur de articulo, ſupra
de reſcriptis,cum dilecta,& de exceptione,ſupra de procuratorib.
in noſtra.§.fin.& de ordin.ſupra eod.cum olim.§.primo,& de iu
dicibus litigantibus.& de his,de quibus agitur,ſupra de dolo,& cō
tum.ex literis.vbi de hoc,& breuiter ſic eſt interpretandum, ꝙ ea
dem ratio quæ delegātem moueret,moueat delegatum, ſupra de
reſcriptis,ſuper literis,in fin.Quia ſi delegatus omnino ſit dubius
conſulatur is a quo commiſſio ēmanauit infra de ſent.excom.
inter alia.§.primo.in princip.prout legitur,& notatur ſupra de of
ficio deleg.cap.ii.ſupra de iudi cum veniſſent [Nihil] non ſolum
in ſpecie,ſed nec in genere.quod dic,vt in præceden.gloſſ. [Quod
expreſſum] ſcilicet de priuilegio, & proceſſu [Potuiſſent] & ſic
nullæ fuerant, vnde proceſſus per ipſos habitus irritus iudicatur,
ſupra de reſcriptis.ſuper literis,quod dic,vt legitur, & notatur ſu-
pra de reſcriptis.dilectus.j.in fine. ¶Non obſtante] ſecunda pars
[Sententia] per quam forte in totum,vel in partem monaſterio
Sancti Andocij ius eligendi eſt adiudicatum. Sed contra.ij.quæ-
ſtio vj.§.diffinitiua.Solut.hoc intelligitur vbi exceptio rei iudica-
tæ fuit oppoſita, ſed nec per inſtrumentum ſententiæ (quod nec
fuit exhibitum) nec alio modo fuit probata,contrarium vero lo
quitur quando hæc exceptio fuit etiam oppoſita. ff.de compenſ.
quod in diem,ſecundum dominum noſtrum. Sunt & alij caſus,
in quibus tenet ſententia lata cōtra res prius iudicatas,de quibus
not.infra,ſuper verbo confirmantes [Dicebatur] quia nec appa
rebat,vt ſequitur [Prolata] primo alio tempore ſecūdum domi-
num noſtrum.Vel dic prolata a ſecundis iudicibus ſicut poſitum
eſt in caſu,quæ non obſtat, quia nulla eſt cum a non ſuo iudice
lata fuerit,vt ex præmiſſis patet. Vel poteſt intelligi, ꝙ hæc ſentē
tia,alias iuſte, & a ſuo iudice lata eſſet, & ꝙ monachi Sancti An-
docij non appellauerat a ſententia diffinitiua,ſed ante, quia iudi-
ces exceptionem recuſationis, & reuocationis priorum literarū
per ſecundas non reciperet,& ſecundum hunc diuerſum intelle
ctum exponuntur diuerſimode quæ ſequuntur [Quæ] ſcilicet
ſententia [Nobis] aliàs vobis [Non fuit] ſubaudi, nec primis iu
dicibus,& ad hoc ſtatim ſequitur,verſic.ſequens [Tamen ſi a prę
dictis] verſic.ſcilicet primis. qui pro vobis iudicauerunt [Ea] ſci-
licet ſententia [Poſthabita] ideſt poſtpoſita, ſiue contempta, ſic
exponitur poſthabuit,ideſt poſtpoſuit thorum coniugalem,& ac
ceſſit ad ancillam.xxxij.quæſt.iiij.dixit Sarra.ſic. C.de exact.mili.
anno.l.ij.in fine,lib.xij. [Contrarium] ideſt contra ipſam nihilo
minus pronunciaſſet [Statuiſſent] vt præſumitur quia ex quo ip
ſam vidiſſent ad hanc cognitionem venire non deberent ſecun-
dum dominum noſtrum [Alioquin] verſic.ſi non eſſet poſtpo
nenda,& ſic vidiſſent,imputent ergo ſibi,ꝙ ipſum non exhibue-
runt,quia nunc de nouo [Eam obijcientibus] &c. & habet locū
hęc expoſitio ſecundum primam caſus poſitionem ſupradictā,
& hæc

& hæc expoſitio comprobari videtur in eo, quod ſequitur ſtatim.
cum ſub prætextu &c.& infra cap.prox.§.fin.veri.nimirum. & ff.
de neg.geſt.ſin autem.§.ſi quocunque,ff.de compen.quod in diē.
8 §.i.Quicquid tamen hic exponas hic euidēter probatur, ꝙ omit
tenti ſcienter exceptionem rei iudicatæ opponere imputatur, ſi
vero intelligas, ꝙ hæc ſententia aliàs a ſuo iudice lata eſſet, tunc
expone [Ea poſthabita] ideſt poſtquam eam iudices habuiſſent
[Contrarium ſtatuentes] ideſt contra eam non pronunciaſſent
[Alioquin] ideſt ſi non fuit illis oſtenſa, tunc de nouo poſt ſecū-
do latam ſententiam eam obijciētibus &c. [Nouorum] ideſt de
nouo repertorum. C.de tranſact.ſub prætextu, ſecundum do.no.
[Inſtrumentorum] ſic infra c.j.in fi. & not.in §.ſeq. ¶[Factum]
iij.pars [Iudicium] pro vobis pronunciatum [Habeamus] ſic in
fra de teſtam. Rainaldus,in fi.& cap.Rainutius. in fi. [Et eorum]
verſ,ſcilicet priorum iudicum [Confirmantes] & ita hic ſenten-
tia contra res prius iudicatas lata tenet,& imputatur illis pro qui
bus prima lata fuerit,quia ipſam nō oppoſuerunt antequam fer
retur ſententia ſecunda, vnde poſtea non audiuntur, quia ſub præ
textu nouorum inſtrumentorum &c. vt præmiſit, vt probatur.ff.
de re iudic.Imperatores.C.de tranſact.ſub prætextu, quia nec po-
ſtea peremptoria exceptio locum habet, niſi fuerit appellatum.
C.de ſent.reſcind.non poſſe.l.ij. ſupra de fi.inſtrum. cum Iohan.
vel niſi beneficio reſtitutionis ſubueniatur, ſupra de reſtit.in inte.
cap.j.& ij.& fin,in fi.vbi de hoc, quod dic, vt not.in ſumma, eo.ti.
§.qualis.ſub §.iuxta.verſic.iiij. Item non poteſt opponi ſententia
ſi fuit oſtenſa iudicibus,& ipſi eam reprobauerunt tanquam nul
lam, vt infra c.prox.ff.de compenſ.quod in diem.§.j.& in his duo
bus caſibus, ſcilicet quando is cui exceptio rei iudi. competit eam
ſcienter & doloſe omittit, argum, ſupra de except, exceptionem.
Inſtit.de excep.§.item ſi in iudicio,& quando proponit, ſed repro
9 batur † tenet ſecunda lata ſententia contra primam, niſi fuerit ap
pellatum, vt hic,& ff,eod.titu.cum prolatis. Et in tertio, ſcilicet in
negocio publico.ff.eod.tit.Imperatores. Et in quarto quando pars
parti iuramentum defert. ff.de iureiur.admonendi. In quinto ſe-
cundum quoſdam generaliter in his videlicet in quibus vertitur
periculum animarum, ſupra eod.conſanguinei.tenor.lator. & ſu
pra de teſtibus.ex parte ade. Et in ſexto, quando primo lata eſt au
ctoritate probationis reprobatæ euidenter de iure & facto, infra
de pur.vulg.cap.ij. Et in ſeptimo quando, ſcilicet de ſubreptione
conſtat, vel quando eſt ſupplicatum.ff.de min.præfecti.& legitur
& notatur ſupra eod.cum olim.§.j.& ij. Et in octauo, ſcilicet quā
do negatur iudicatum fuiſſe, & ſic pronunciatur. ff.quæ ſenten-
tiæ ſine appell.reſcind.l.j. in quo caſu & tranſactio tenet, vt patet.
ff.de condit.indebi.eleganter.§.primo. Aliàs autem ſententia ſe-
cunda contra primam lata regulariter nulla eſt. adeo quòd non
eſt neceſſe appellare, C.quando prouoc.non eſt nec.l.j.& ij. quæ-
ſtio.vj.§.diffinitiua.verſic.ſententia. Ex præmiſſis igitur videtur, ꝙ
monachis Sancti Andocij iniuria facta fuit, quia ipſi appellaue-
rāt,& in cauſa appellationis hæc exceptio opponi pōt, vt dictum
eſt, quod verum eſt, niſi in primo iudicio doloſe ſit omiſſa, vt hic
ſecundum Iohannem, quod omnino puto verum. Alij dicunt
vt T. ꝙ monachi iſti non appellauerant a diffinitiua, ſed fruſtrato
riæ ante ſententiam, quia ſcilicet iudices non admittebant cau-
ſam recuſationis, vt notatur ſupra §.primo, ſuper verbo.prolata.&
ſic contumaciter receſſerunt, vnde non audiuntur. ij.quæſtio.vj.
§.ſunt quorum,& ſic intellexit Vinc. ſecundum quem, ſiue igno
ranter, ſiue ſcienter. exceptio rei iudicatæ omiſſa fuerit poſt ſentē-
tiam obijci non poteſt, niſi fuerit appellatum, quia prætextu no-
uorum inſtrumentorum &c. ſicut præmiſit.& B.dixit, quòd intel
lectus iſte in integra.comprobatur, ſed prior intellectus magis pla
cet [Electo a vobis] Argumen. quòd nullus debet vocari Abbas,
donec ſit benedictus, ſed electus tantum, ſic ergo benedictio dat
nomen Abbati, ſicut & conſecratio nomen epiſcopo,& pallij tra
ditio nomen archiepiſcopi cum executione officij ex benedictio
ne, vel cōſecratione, vel vſu pallii traditione, vt hic patet, & ſupra
de eta.& qual.cum contingat.& de tranſlat.eod.cap.ij.§.fin. & de
10 vſu pallij, niſi ſpecialis. Et eſt argumen. quòd in † Abbatem non
debet non presbyter benedici, quod dic, vt plene notatur ſupra de
eta.& qualit.tuam [Noſipſi] ad maius robur, argumen.ſupra de
maior. & obedien.per tuas [Benedictionis] quod non præſume-
retur feciſſe, niſi iuſta eſſet electio, argumē.infra de priuileg.cum
olim.§.olim. verſicu. illud etiam attendentes, & ſequenti, ſupra
de electio.cum inter R.§.fin.verſic.quia tamen [Saluo iure diœ-
ceſani] ad quem pertinet Abbates ſubiectos benedicere, ſupra de
ſupell.neg.prælat.cap.primo. Et not.hic, quòd quando aliquid fit
quamuis iuſte, per quod poteſt alij præiudicari in poſterum vti-
le eſt proteſtari, vt hic,& vij.quæſt.j.Pontifices, ſupra de ſupel.neg.
prælat.l.i.cap.ij.in fine. Nota etiam, quòd Papa non vult deroga-
re iuri epiſcopali etiam per factum proprium, vt hic, & ſi etiam
epiſcopus ſciſmaticus ſit, vt ſupra de elect. quia diligentia, nec per
reſcriptum ſuum, nec per priuilegium, niſi in ipſis de ipſo iure ſpe
cialis mentio habeatur, vt legitur, & notatur ſupra de officio de-
leg.ſuper eo.infra de confirm.vtil.cap.fin.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopo ſufficit probare ſpoliationem ad hoc, ut reſtituatur.*
2 *Inſtrumentum dicitur reprobatum eo ipſo, quod oſtenditur iudici, & contrarium iudicat, in compenſatione ſecus,*
3 *Priuilegium per ſententiam tollitur.*

## CAP. XXI.

Suborta. [Epiſcopum] diœceſanum, vt infra
§.fin. reſpon.j. ex parte vna [Et mona
ſterium] ex altera [Subiectione] quia epiſcopus dice
bat ipſum ſibi ſubeſſe, ſic ſupra tit.j. cum olim, reſpō.j.
[Litigantibus] ſuper poſſeſſorio d.n.& petitorio, vt infra notatur
[Quia per confeſſionem] verſic. ſubaudi procuratoris [Aduerſæ
partis] ſcilicet monaſterij [Conſtitit] ſic patet, ꝙ confeſſio procu
ratoris nocet domino, vt legitur,& notatur ſupra de poſtula.præ-
lat.cap.j.§.j.& vt lite non conteſt.cap.j.§.fi. [Quaſi poſſeſſionem]
hoc ideo dicit, quia incorporalia non poſſidentur.ff.de vſucap.ſe-
quitur.§.viam. ſupra tit.j.ſi diligenti.§.j.verſic.nec præſcriptione.
& ſupra de caut.poſſeſſ.cum eccleſia Sutrina. §.nos igitur.ad fin.
1 ſupra de foro competen. conqueſtus [Habuiſſe] Not. † ꝙ ſufficit
epiſcopo probare quaſi poſſeſſionem, nec oportet, ꝙ probet ſpo-
liationem, vel ſubtractionem violentam, hoc enim ipſo, ꝙ ſubdi-
tus per eum requiſitus non exhibet ei obedientiam cōſtat, quod
eam ſubtrahit ſibi,& inde competit epiſcopo, vel interdictum, vel
officium iudicis, vel conditio, vt patet in eo, quod legitur, & nota
tur ſupra de elect.querelam, ſupra de reſt.ſpoliat, ſæpe, ſecundum
dominum noſtrum [Per ipſum] epiſcopum [Reſtituēdum] ſic
ſupra de elect.querelam.§.fin. [Decernimus] Hic agebat epiſco-
pus poſſeſſorio recuperandæ poſſeſſionis,& petitorio, ſed quia cō
ſtabat de poſſeſſione ſtatim ſententiauit ſuper ea dilata quæſtio-
ne proprietatis, quod non eſt nota dignum, & forte non haberet
locum niſi de ipſa poſſeſſione per confeſſionem conſtaret ſecun
dum quoſdam, ſed nō eſt verum, immo hoc generaliter obtinet
qualitercunque de ipſa poſſeſſione conſtet ſecundum dominum
noſtrum, vt & patet in eo, quod legitur,& notatur ſupra de reſtit.
ſpoliat, ex conqueſtione.§.fin. [Ad eandem] ſcilicet quaſi poſſeſ-
ſionem, ¶[Verum] ij.pars [Innocentij] ſcilicet ſecundi [Exprime
bat] & ſic a probatione monaſterium releuatur, quia ipſi ſtandū
eſt priuilegio, niſi cōtrarium probetur, vt ſequitur [Vt epiſcopo]
verſic. [Reſtituto] Not. ꝙ licet cauſa liberalis ſit præiudicialis ta-
men quæſtio ſpoliationis ei præiudicat, vt hic patet,& C.de ordi.
cogn.l.fi. §.j. [Obijceret & probaret] ſic ergo non ſufficit aliquid
proponere niſi & probetur ſic, argum, ſupra eod.cum ſuper.§.j.in
princip. vt ibi notatur [Sibi] ſcilicet epiſcopo, quia pro priuilegio
erat prima facie præſumendum, vt notatur ſupra eod.§.j. in prin.
[Et infra] hoc eſt iudices cauſam examinauerunt, & fuit obie-
ctum ex parte epiſcopi & probatum, ꝙ Alexan.III. coram quo a-
ctum fuerat aliàs ſententiam tulerat pro epiſcopo ſuper eodem
contra monaſterium ſupradictum, vnde iudices dubitātes vtrum
priuilegium Innocen.II. præiudicaret ſententię Alex.III. vel econ
uerſo. cauſam remiſerunt inſtructam, diem peremptoriam parti
bus aſſignantes,& ſuper hoc in ſeq.§.pronunciatur. ¶[Iudicibus]
iij.pars [Inſtructam] plene. ſic enim debet fieri remiſſio, ſiue rela
tio, vt legitur,& notatur ſupra eod.cum Bertoldus. §.fin. [Effica-
ciores] quia habebat ſententiam Alex. Et nota, ꝙ vbi tam actor,
quam reus intentionem ſuam probat, pronunciatur pro illo, cu-
ius iura ſunt potiora, vt hic,& ſupra de poſtula.prelat.bonæ.ij.§.fi.
vbi de hoc, ſed & in dubio arbitrarium eſt, ſecundum id, quod le
gitur,& notatur ſupra de teſti.preterea §.fin.& cap.in noſtra [Ei-
dem] ſcilicet epiſcopo [Vt ibidem] ſcilicet in ipſo monaſterio.
[Ita tamen] verſi. [Præiudicium] & intelligas Papam ignoraſſe
ius, quod in eo habebat, alias præiudicaſſet ſibi. ff.eod.tit.ſæpe, ſe-
cundum dominum noſtrum. Vel niſi dicas, ꝙ ratione officij pu-
blici,& neceſſarij excuſetur, nam de qua re &c. ff.de iudic.de qua
re, ſupra de cau.poſſeſſ.cum ſuper.ad fin. ſicut in tutore pro pupil
lo agente, vel ei auctoritatem prebente. C.de adminiſt.tuto.cum
quedam mulier.ad fi.ff.ex quibus cau.maio.videlicet. Licet ſecus
ſi ſit officium voluntarium, ſicut eſt officiū aduocationis,& pro-
curationis.ff.de inoff.teſtam.aduerſus.§.fin. & l.fin.reſpon.j. ff.de
rei vendic.inter officium.ff.quemad.teſtam.aper.ſi quis ex ſigna-
toribus. C.de inoff.teſtam.parentibus, Tutius tamen eſt iudici, ꝙ
ſemper ius ſuum excipiat, vt hic fecit Papa,& eſt ſi.infra de capel.
monach.cap.ij.§.fin.nec mirum ſi Papa prouideat iuri ſuo, quia
& ius aliorum reſeruatur, vt ſupra cap.prox.in fi. & not.ſupra eo.
in cauſis [Generetur] quia res inter alios acta,&c, ſupra eod.cum
ſuper.ad fi.& quandoque ſi præſcriptum ſit contra ſubditum, nō
tamen contra Romanam eccleſiam, vt ſupra tit.j. ad audiētiam.
& cap.cum nobis [Nimirum] verſic.q.d.ne mireris ſi pro ipſo epi
ſcopo pronunciamus, nō obſtante priuilegio ſupradicto, cum &
Alexander idem fecerit [Si quia præfati] &c. [Alexandro] qui
pro epiſcopo, tunc erat, idem pronunciauerat, ſicut continetur in
integra,& no.in deciſione, ſupra eo.§.j.in fi. [Et ipſæ] ſcilicet Ale
xander [Sententiam] pro epiſcopo [Contra illud] ſcilicet priui-
legium [Intelligitur] & ſic non obſtat priuilegium [Reprobaſſe]
No. ꝙ



No. ꝙ inſtrumentum dicitur reprobatum eo ipſo, ꝙ iudici oſten
ditur,& cōtrarium iudicatur, vt hic. Sicut & exceptio de falſo op
poſita. C.de fi.in l.fi.& C.ſi ex fal.inſtrum.l.j. Et ſic teſtis reproba-
tur eo ipſo, ꝙ contra ipſum iudicatur, licet per hoc nō efficiatur
infamis.ff.de his qui no.infam. Lucius, ſupra de ordin.cogn.cum
dilectus.§.fi. Secus in compenſatione quæ & ſi propoſita ante ſen
tentiam admiſſa non fuit, poteſt opponi poſt ſententiam, niſi ex
preſſe fuerit reprobata.ff.de compen.quod in diem.§.j. & hic eſt,
argum. ꝙ ipſo facto, ſiue verbo amittitur priuilegium, quod dic,
vt legitur,& notatur ſupra de conſtitutionibus. cum acceſſiſſent.
in fin.& no.etiam, ꝙ tacite renunciat quis iuri ſuo, vt.leg.& no.ſ.
cap.prox.reſpon.j. verſic.quibus [Si vero] verſic. [Non fuit exhi-
bitum] ſcilicet priuilegium Alexandro antequam ſententiaret,
imputet ſibi monaſterium [Quia prætextu priuilegij] &c. & ſic
in vtroque caſu pro monaſterio eſt concluſum [De nouo reper-
ti] ſic ſupra c.proxi.§.j.in fi. C.de tranſact.ſub prætextu, quod dic,
3 vt not.ſupra c.prox.§.fi. † & ſic tollitur priuilegium per ſententiā,
vt hic,& ſ.tit.j.cum olim. ſicut & per conuentionem.ī.de deci.ex
multiplici,& per arbitrium, ſ.tit.j.cum olim.§.j.

*SVMMARIVM.*

1 *Monachi an poßint procuratores conſtituere, vel conſtitui.*
2 *Melius eſt, quod monacus per alium agat, quam per ſe ipſum.*
3 *Inquiſitio ut procedat, præcedere debet frequens infamatio, & clamor.*
4 *Procurator conſtitui poteſt in cauſa inquiſitionis.*
5 *In cauſa appellationis poteſt plene probari, quod in prima inſtitutione fuerat probatum ſemiplene.*
6 *Exceptio contra teſtem propoſitam, niſi per iudicem ſteterit, ante ſententiam eſt probanda.*
7 *Conſpirator contra conſpiratorem admittitur.*
8 *Teſtes minus idonei admittuntur in cauſa inquiſitionis.*
9 *Hæreticus contra hæreticum, & conſpirator contra conſpiratorem admittitur in teſtem.*

## CAP. XXII.

Cum I. & A. [Ex parte] No. ꝙ canonici re-
gulares nō ſolum nomine ec-
cleſię, ſed & ſuo procuratorem inſtituunt aliū etiam
canonicum regularem, vt hic patet. Arg.tamen con-
tra.xvj q.j.qui vere.& c.monachi, infra de accu.c.pen.lxxxvij.diſt.
peruenit. Ad hoc reſponde, ꝙ monaſterium indubitanter procu
ratorem conſtituit, ſupra de conſuet.cum dilectus, ſupra de iura.
1 calum. Imperatorum,& in multis alijs iuribus, † ſed & monachi
& alij religioſi in cauſis, quas habent procuratorem conſtituunt,
videlicet ſi fiat inquiſitio contra eos, vel ſi inquiſitionem contra
Prælatum ſuum impetrent, vel proſequantur, vt hic, & infra de
accuſat.cum olim.I.V.& P. idem ſi de electione ſua agant, infra
eod.ad probandum, ſupra de reſcriptis, cum dilecta, ſupra de ele-
ctio.cum inter R.iuniorem. idem in accuſatione, denunciatione
Prælati ſui, in quo caſu & expēſæ eis ſunt de bonis monaſterij mi
niſtrandæ, infra de accuſat.ex parte,& cap.meminimus. Et gene
raliter vbicunque licitum eſt monaco agere, licet ei & per alium
literas impetrare,& cauſam proſequi, ſupra de exceptio.dilecti.in
princ. vbi dicit tranſmiſſa nobis petitione monſtrarunt, nam ex
quo permittitur ei agere, per conſequens & procuratorem con-
ſtituere, hoc enim regulariter obtinet.ff.de procurator.l.j.immo
2 †& melius eſt, ꝙ monacus per alium agat, quam per ſeipſum, ſu-
pra de ſindico.cap.vnico. Quilibet etiam regularis poteſt cōſtitui
procurator ab Abbate in negocio monaſterij ſui, xvj.quæſti.j. qui
vere.& cap.monachi. Non autem in ſuis proprijs, ſcilicet Abba-
tis negocijs, puta ſi fiat requiſitio contra eum, vel alia negocia pro
pria ei inſurgant ſecundum quoſdam, cum prædicta capitula di-
cant, quia ad hoc vt monacus poſſit hæc negocia forenſia exerce
re duo ſunt neceſſaria, ſcilicet Abbatis mādatum, ſiue auctoritas,
& monaſterij proprij vtilitas. Tu vero dicas, ꝙ etiam in inquiſitio
ne & alijs negocijs Abbatis,& in electionibus ipſius,& in alijs po-
teſt eſſe monacus procurator. nam & in hoc vertitur vtilitas mo-
naſterij, vt ei bonus Abbas præficiatur, & præfectus defendatur.
Immo & hac ratione attenta, ſcilicet vtilitate monaſterii, & pro
laico patrono, vel Principe, vel magno defenſore, ſiue vtili ami-
co monaſterij, videtur ꝙ poſſit eſſe procurator. nam & epiſcopo
videtur hoc idem etiam fortius, q̃ monaco prohibendum, vt pa-
tet.v.quæſt.iij.quia epiſcopus.ix.quæſtio.iij.cum ſimus, ſed tamen
Arelaten.archiepiſcopus pro Domino Guillermo montis Peſſu-
lani domino, qui nec ſuus Princeps eſt nec patronus, ſed vicinus
tantum per Papam admittitur procurator, infra qui filij ſunt legi
timi.per venerabilem. multo fortius igitur eſt in prædictis caſib.
monacus admittendus,& ſi is cōtra quem inſtitutus eſt, excipiat
ꝙ in hoc non vertitur vtilitas monaſterij replicabitur, ꝙ nō per-
tinet ad ipſum de hoc excipere, quia nec inquirere debet, neque
ſcire, poſſent enim eſſe tales & ita occultæ vtilitates monaſterij, ꝙ
nō expediret, immo potius efficeret ipſas omnibus eſſe notas, ſed
conuentus ad quem pertinet ſcire, & tractare vtilitatem mona-
ſterij, vel etiam ipſe monacus qui conſtituitur poſſet contradice-
re ex hac cauſa, ſed & de mandato epiſcopi poſſet monacus con-
ſtitui procurator.xvj.q.j.qui vere. immo potius (quod plus eſt) cō
tra voluntatem epiſcopi,& Abbatis poſſunt monachi denuncia-
re malum Prælatum,& ad hoc procuratores conſtituere,& con-
ſtitui, vt hic patet ij.q.viij. quapropter. quinimmo in proſecutio-
ne cuiuſlibet negocij, in quo plures monachi agendo, vel defen-
dendo admittuntur, poſſunt vnus, vel plures ex eis pro ſe negociū
proſequi, & etiam conſtitui procuratores ab alijs nomine eorun
dem. argum. hic,& infra de accuſat.olim.I.V.& P. §.prædictis au-
tem monachis,& in eo, quod leg.& no.ſupra de teſti.inſuper. Sed
contra hæc omnia videtur, arg.expreſſum.xij.q.j.non dicatis. vbi
dicitur. ꝙ nec literas recipere debet monacus ſine licentia ſuperio
ris, quod intelligitur de literis priuatis,& amicabilibus, ac ſimpli-
cibus ſibi miſſis,& ſi de hoc verum eſt multo fortius, & de procu
ratorijs hoc oportet concedi. Solut. quod dicitur in d.c.non dica
tis, ſcilicet ꝙ monacus nō debet recipere literas ſibi miſſas, ſubau
di tu pro ſua vtilitate. nā pro vtilitate monaſterij hoc poſſet. Vel
illud regulariter verum eſt. Fallit autem quando procurator con
ſtituitur, vt hic,& in alijs caſibus a iure exceptis ſecundum domi-
num noſtrum, cuius eſt mens totius huius glo. ſi qui forte reperiā
tur de hac materia, not.ſupra de poſtul.præl.c.ii. [Quorundam]
etiam ſua,& ſic erant in iudicio criminali pro ſe,& pro alijs cum
ciuiliter ageretur. alioquin contra in eo, quod leg.& not.ſupra de
procurat.tuæ.in ciuili bus enim tales conſortes eiuſdem litis dicū
tur, vt not.ſupra de conſtit.cum M.Ferra. [Eorum] ſcilicet cano-
3 nonicorum [Multipliciter] ad hoc enim, † vt procedat inquiſitio
præcedere debet frequens infamatio & clamoſa, vt leg.& not.in
fra de accuſa.qualiter.ij.infra de ſimo. licet Hely [Infamans] hic
corrigitur textus per regeſtum, in quo ſic continetur infamatus,
& cum ſuper his, & alijs cum procuratoribus ipſius Abbatis ali-
quantulum litigaſſent, nos Cathalanē.&c. vt ſequitur ſecundum
dominum noſtrum [Nos Cathalanen.] verſi. [Perſonaliter] In
hoc caſu non poſſent iſti committere vices ſuas, ſupra de offi.de-
leg.c.fin.§.is autem cui.nec alibi, q̃ in eccleſia inquirere, ſupra de
reſcrip.cum dilecta. alias autem quando de fama alicuius quæri-
tur, eſt de hoc in loco vbi conuerſatus eſt inquirendum, vt leg.&
not.ſupra de elect.poſtquam is.& cap.ſcriptum. §.ij. [Tam in ca
pite, q̃ in membris] ſic fuit commiſſa inquiſitio generalis. vnde,
& conſpiratores admittuntur quantum ad ſtatum domus, vt in-
fra eod.§.fin. ¶[Iudices autem] ij.pars] magis autem proprie di-
xit, quia ſicut iudices ab adminiſtratione remouent remouēdos,
vt ſequitur, & legitimas exceptiones excipiunt quantumcunque
præciſè ſcribatur eis, ſupra de offic.deleg.ex parte ij. proprie tamē
loquendo magna differentia eſt inter inquiſitores, & iudices, vt
patet in eo, quod leg,& not.ſupra de iudic.exhibita [Abbatis] co-
gitur ergo iurare is, contra quem fit inquiſitio, argu.hic. Sed con-
tra, infra de accuſ.qualiter.ij.in fin.§.dilecti.dic vt ibi notatur [Et
canonicorum] etiam conſpiratorum, quo ad forum etiam cla-
uis pœnitentialis, infra eo.§.fi.verſic.vt per ipſorum. ſed non quo
ad forum clauis iudicialis, per quam remouetur quis ab admini-
ſtratione, vt infra eod.§.ſi vero.& ſequ. Canonici igitur quo ad a-
gendam pœnitentiam per conſpiratores conuincentur, quia nō
eſt curandum quis in talibus teſtificetur, vel denunciet, vt not.ſu
pra de iudic.nouit, ſupra de teſtib.in omni [Iuramenta] ſecundū
formam, quam habes, infra de accuſat.qualiter.j.§.formam.& c.
cum dilecti.§.j. [Recipientes] ſubaudi per ea, quæ coram ipſo cō
tra dictū Abbatem probata fuerunt [Ipſum Abbatem] &c. [Sen
tentiam] Ecce quare iſtos vocauit iudices, ſupra eod.§.in princ.
[Correctione] verſic. [Dilata] ſed poſtea expedita, vt patet in eo,
quod leg,& not.infra eod.§.ſi vero in fi.& per hoc patet, ꝙ licet
Inquiſitor de quibuſdam pronunciauerit, de quibuſdam non, ni
hilominus durat eius officium, & poterit de aliis cognoſcere, &
pronunciare,& idem eſt in ordinario.ff.de excep.doli. apud Cel-
ſum.§.item quæritur.ff.de nego.geſt.at qui natura.§.pen.alias eſt
lex,& incipit. nam ſeruus. Sed & idem eſt in arbitro, niſi dictum
ſit, ꝙ de omnibus ſimul pronunciet. in quo caſu ſi de vno tantū,
vel pluribus, dum tamen de omnibus non pronunciauerit nihil
egit, ſed poteſt de nouo & de omnibus ſimul pronūciare.ff.de ar-
bit.quid tamen [Quam] ſcilicet correctionem membrorū, quia
ad plenum inquiſitum non erat [Tunc] &c.ſi.xj.quæſt.iij. graue
[A qua ſententia] verſic.non ergo a grauamine, vt infra not. ſed
a ſententia appellauit, vt hic probauit [Procurator] ſcilicet Ab-
4 batis, † & ſic no.in cauſa inquiſitionis procuratorē conſtitui poſ-
ſe ſecūdum dominum noſtrum [Prædictus] ſubaudi in deciſio-
ne,& ſic litera iſta fuit nimis deciſa, ſicut & illa, infra de Iudęis, ad
liberandam ſi. ſupra de offic.ordin.dilectus. §.j. ſed & Abbatē poſ
ſet appellare procuratorem, vt patet infra de dona.cap.ij. prima ta
men præualet [Appellauerit] ad quod tenebatur, licet non proſe
qui, quod dic, vt leg.& not.ſupra de procur.non iniuſte. §.potuit.
[Propoſuit] coram nobis,& ſic proſequebatur, licet non tenere-
tur, vt in præced.glo. [Tum quia iudices] verſi. prima ratio [Lite
non conteſt.] Hæc exceptio non eſt efficax in cauſa inquiſitionis
cum actor deficiat, vt patet infra de accu.qualiter.ij.reſpon.j.in fi.
ſ.vt lit.non conteſt.quoniam.§.ſunt & alij. Veruntamen citādus
eſt is

eſt is,contra quem fit inquiſitio,& exponenda ſunt ei capitula,de quibus inquiritur,& non ſolum dicta teſtium ſed & nomina publicanda,vt ſe poſſit defendere, niſi forſan per contumaciam ſe abſentet,vt legitur & no.j̃ de accuſa.qualiter.ii.§.debet.Sed contra.infra de pur.ca.cum dilectus.rñ.j.& §.j.& s̃.de procur. in noſtra.Sol.in illis non in modum inquiſitionis ex officio, ſed aliquo proſequente, vel in modum commiſſionis fuerunt litere impetrate. Ideoque cum iudex & actor & reus appareat in litis conteſtatione & in aliis eſt ibidem ordo iudiciarius obſeruandus, ſicut & s̃.de iudi.exhibita. Hic autem loquitur quando in formam inquiſitionis ex officio emanat commiſſio, vbi quidem cum fama loco actoris, ſiue accuſatoris ſuccedat non eſt cum quo lis valeat conteſtari, vt.s̃.no. & de hoc no. plenius.s̃.de teſti.cum olim. [Tum quia iuramenta]. ver. Secunda ratio, & eſt hæc valida exceptio,& ideo.j̃.diſtinguitur ſuper ea, ſm do.no.
a [Conſpiratorum].qui nullo modo ſunt recipiendi[a]. vt legitur & no.infra de ſimo. per tuas, ſuper hoc tamen diſtinguitur in hoc caſu, vt patet.j̃.eo.§.j.& ii.[Contra ipſum].ſ.abbatem.[Depoſitionibus].ver.conſpiratorum, alias enim forte publicarunt, ſm do.no.tu vero dic,vt in ſeq.gl.[Publicatis]. Tertia ratio quę omnino efficax eſt,vt no.j̃.de accuſa.qualiter.ii.§. debet, & c.olim.§. ſi vero,& tamē propter hoc non reuocabitur ſententia cum ob hoc non fuerit appellatum. Vel dic ꝙ pars abbatis non negabat publicatas atteſtationes niſi conſpiratorum, aliorum enim teſtium bene fuerunt dicta publicata,vt bene colligitur ex hac Decre.inferius j̃.ver.j.& ſeq.Vel Papa mandat dicta conſpiratorum publicari,& inquiri,an iudices dicta conſpiratorum fuerunt ſecuti,& aliorum dicta dictis conſpiratorum concordent,ſm d.n. Tu vero dicas atteſtationes alique non fuerunt publicate, vt hic dicit,& ita tam ex hac cauſa q̃ ex præced. tenuit appellatio cum Papa non inſiſtit huic cauſæ,ſed præced.tantum,ſecundum.B.vt patet ex ſequentibus,hoc forſan ideo quia per acta apparuit contrarium.s̃.eod.cum Bertoldus. in fi. vel quia conſtitit de contumacia abbatis,ſecundum ea quę no.s̃.eod. verſi. tum quia iudices,ſuper verbo. lite non conteſta. Vel ideo non facit Papa vim, quia de hac cauſa non fuit a grauato ante ſententiam appellatum,ſm hoc euidens eſt argu. ꝙ grauamen contra ius litigatoris illatum tranſit in rem iudicatam,ſiue potius videtur a grauato approbatum elapſis decem diebus ſi non fuerit appellatum, ſicut & diffinitiua ſententia.s̃.eo. ꝙ ad conſultationem.rñ.j.& c. cum inter vos.§.fina.& interlocutoria.s̃. de teſti. ſignificauerunt, quod dic vt no.extra do.no.de appella.Romana. §. ſi vero vocatis.lib.vj. Quare ergo retractatur hæc ſententia propter cauſam pręcedentem a qua ſimiliter non inuenio appellatum ante ſententiam,ſed a ſententia tantum, vt no.s̃ eod.ver.a qua ſententia? Reſpon.quia illud grauamen.ſ.de receptione teſtium conſpiratorum potiſſime tangit ſententiam, magis enim grauatus fuit abbas circa illum articulum in ſententie prolatione q̃ in teſtium receptione,& ideo ſm diſtinctionem quæ.j̃.ſequitur ſententia retractatur.¶[Quia vero].iii.pars.[De conſpirationis articulo].& nihil repetit de aliis,quia de ipſis non eſt vis facienda, vt in præced.glo.[Plena fides].non ergo ſufficit ſemiplena, vt patet in eo, quod legitur,& no.s̃. de renuncia. poſt tranſlationem.§. cum ergo [Mandamus].ver.[Conſtiterit]. Sicut pars abbatis offerebat
5 ſe paratam probare, † & ſic patet ꝙ in cauſa appellationis poteſt plene probari quod in prima inſtantia fuerat probatum ſemiplene, quod dic, vt no.s̃. de teſti. fraternitatis. [Conſpiratores].qui enim ad teſtificandum malo zelo mouentur non ſunt in teſtimonium admittendi, nec ergo conſpiratores.j̃.de accuſa.cum oporteat.j̃.de ſimonia per tuas xj. q.j. conſpirationum, & c.coniurationum. [Conſtaret].vt patet.s̃.eo. §.j. in prin.[Quod].ſcilicet ꝙ conſpiratores fuiſſent.[Probare].debuit enim proteſtari ꝙ in perſonas teſtium volebat dicere,quod quia non fecit ſibi præiudicauit.s̃.de teſti.preſentium. imò quod plus eſt debet probare ſtatim,vel petere & recipere terminum ad probandum.arg.hic, & s̃.de teſti.cauſam quæ inter vos,ſm do.no. tu vero dic, vt in ſequen. glo.[Voluit]. ſic non videtur ſufficere ꝙ hoc obiectum eſſet niſi & ad probandum ſe coram primis iudicibus obtuliſſet, ſed nec ſufficit probationem obtuliſſe, ad hoc vt ſententia retractetur niſi & probetur veritas cauſe.Sed contra.j̃.titu.j. interpoſita.Hic contrarietas ſoluitur in eo quod no.s̃.de teſti.ex parte ade. ſm.B.Tu dicas.[Probare voluit].ſed non obtulit vel repulſus nō fuit,& ſic non obſtat.j̃.titu.j.interpoſita,vel melius, vt in ſequen. glo.[Coram eis].ſcilicet iudicibus,non tamen ideo quia ad probandum admiſſus non fuerit, ſed a diffinitiua poſtea contra ipſum abbatem lata ſententia appellauit,vt patet.s̃.eo.§.j.ver. a qua ſententia,& ideo nō niſi ex cauſa legitima & probata eſt ipſa ſententia retractanda,vt patet.s̃.eod.cum Bertoldus.§.fina.& c.cauſam quæ.§.unico.Eſt autem hic argu.† ꝙ exceptio contra teſtem propoſita niſi per iudicem ſteterit ante ſententiam eſt probanda, ad idem.s̃.de exceptionibus.deniq;.vbi de hoc. [Et eorum].ver. ſcilicet conſpiratorum.[Secuti].ſic patet ꝙ non ſufficit probare conſpirationem,vel falſitatem teſtis vel inſtrumenti, niſi probetur ꝙ iudex talem probationem in ſententia eſt ſecutus.ad idem C.ſi ex fal.iudi.fallaciam.s̃.de teſti.ſicut.[Tantummodo].diceret quis qualiter poterit hoc conſtare, & ipſe ſtatim reſpōdet.[Cum per alios]&c.ſcilicet teſtes, vel inſtrumenta, vel confeſſionem, ſeu aliquod genus probationis, ad quod accedit quod legitur & no.s̃.de reſti.ſpolia.cum ad ſedem.§.fina.ſed & per eoſdem iudices hoc poſſet conſtare,vt patet.s̃.de arbi.c.j.§.fina j̃.de exceſ. prę la.inter dilectos.§.præterea.in quo caſu etiam ſi qua probatio coram eiſdem facta fuiſſet, apparet eſſe nihilominus ſententia retractanda,vt patet in eo quod legitur & no.j̃.de conceſſio.præbē. ex parte.§.fina.s̃.de offi lega. cum ſuper abbatia.[Ea].ſ.crimina, propter quę.ſ.ſententia lata fuit.[Eorum].ſ.iudicum.i. ſententiā & proceſſum.ſ.per conſequens.[Formam].ad ipſos iudices directam.s̃.eo.§.j.ver.nos cathalenen. ¶ Si vero eos].iiij.pars.[Nequi
6 uerit].quia nec facile eſt. vnde & † conſpirator contra conſpiratorem admittitur,vt legitur & no.s̃.de teſti.cogē.c.fi.[Vel licet]. ver.[De hoc].ſ.conſpiratione.[Cōſtaret].ex hoc patet ꝙ per appellationem non reuocantur niſi ea quæ minus legitime facta ſunt.ſic.s̃.de reſtitu.ſpo.audita.§.quia tamen.& eſt mirabile quia ſententia tenet poſt appellationem ex cauſa legitima interpoſitam,quod eſt contra illud.s̃. de offi.deleg.ſuper quęſtionum.§.fi. ſed appellatio iſta licet fuiſſet legitima prima facie quia cauſa ſufficiens erat,eam tamen non probauit,ſ.omnes teſtes fuiſſe cōſpiratores,& ſic modo apparet ꝙ appellatio non fuit legitima,vnde ſententia non retractatur ſed confirmatur.ſi.s̃.de teſti.ex parte ade.ſecundum do.no. Supponit magiſter ꝙ ab hoc grauamine ante ſententiam fuerat appellatum & non a ſententia cum tamen contrarium ſit,vt legitur & no.s̃.§.j.ver. a qua ſententia,& ver.depoſitionibus,& ideo quia erratur in intellectu,erratur & in glo.hoc enim certum eſt ꝙ ſi appellatum fuiſſet ideo ꝙ iudices probationem oblatam noluiſſent admittere appellatio iuſta eēt, & quicquid factum eſſet poſtea tanq̃ a non ſuo iudice retractandum,vt patet.j̃.titu.j.interpoſita,& c.dilectis.§. j. ad fi.& s̃. de offi. deleg.cum olim abbas.§.fi.& c.paſtoralis.§.præterea,& cap.ſuper quæſtionum.§.fi.[Vel etiam ſi aliqua].ver.[Per aliorum].non enim retractatur ſententia per falſos teſtes lata niſi iudex eorum dicta ſecutus fuerit,vt hic, & no.s̃. de proba. licet quamuis aliud in conſpiratoribus & aliud in corruptis teſtibus dici poſſit, ſm d. no.[Sufficienter].quia propter auctoritatem iudiciariam præſumendum eſt pro ſententia ex quo aliud non probatur.s̃.eo. ſicut nobis,in fi.[Proceſſum].i.ſententiam cōtra abbatem latam quæ ſecuta eſt ex proceſſu.[Confirmetis]. tam in capite q̃ in membris,quorum correctio licet dilata fuerit.s̃.eo.§.j. fuit tamen poſtea expedita. Nec obſtat ꝙ conſpiratores recepti ſunt.& ſic continuatur ſequens.§.quia licet &c. ¶[Quia licet] v.pars.[Ipſorum].
8 ſcilicet conſpiratorum.[Recipi potuerunt]. Videtur ꝙ † minus idonei teſtes admittuntur in cauſa inquiſitionis, ſicut & in cauſa compurgationis.s̃.de pręſum.literas.j̃.de pur.ca. conſtitutus.Sed nonne alij de eccleſia idonei poſſent iſtos repellere tanq̃ criminoſos? Poteſt dici ꝙ ſic, & quod hic dicitur intellige non quantum ad plenam probationem,ſed pręſumptionem,quia licet ex conſpiratione talium dicta debilitentur,non tamen ex toto euacuantur.faciēt ergo fidem cum aliis adminiculis. j̃. de ſimo.per tuas.Vel poteſt dici ꝙ imputatur aliis qui tales tolerauerunt.arg. j̃.de accuſa.c.j.hoc tamen verum eſt quod cōtra extraneum nō admitterentur niſi idonei.xiiij.q.ij.ſuper prudētia.ij.q.j. Deus omnipotens,ſm Io.Imò ideo eſt quia fit generalis inquiſitio, vnde his ſubtilitatibus non eſt locus.maxime quantum ad illos qui pęnitentiam agere debent,vt no.s̃.eo.§.j.in princi.in quo caſu non eſt locus forſan illi forme.de qua traditur.j̃.de accu.qualiter.ii.§. debet.licet abbas qui ſpecialiter expreſſus erat, & ab adminiſtratione remouendus,de hoc conqueri etiam potuiſſet, vt le.& no. s̃.§.j.ver.depoſitionibus, ſed nec talibus teſtibus creditur contra illum contra quem conſpirarunt,vt ſequitur.[Vt per ipſorum].
9 ſcilicet conſpiratorum.[Super aliis].& † contra alios conſpiratores,ſupra de teſti.cogen.c.fi.ſicut & hæretico creditur contra hęreticum.ii.q vij.ſi hæreticus, vel dic vt in ſequen.glo.[Fides poſſit adhiberi].Sed nunquid potuerunt in totum repelli a teſtimonio tanquam peccatores? Reſpon.ſic,ſi iſtud ab aliis obiiceretur.s̃.de teſti.teſtimonium. At hic nullus contra eos de conſpiratione obiiciebat, niſi ſolus abbas a cuius nocumento bene excluduntur.Vel dic ꝙ in cauſa inquiſitionis etiam criminoſi recipiuntur cum inquiſitio non fiat niſi contra infamatos.j̃. de accuſa.qualiter.ii.ſm do.no.Saltem quando generalis fit inquiſitio tam in capite q̃ in membris,vt hic erat,& j̃.de accuſa.qualiter. ii. ſm do.n. Vel contra alium criminoſum.infra de accuſa. cum.P.Manconella,infra de ſimo.per tuas, vnde & conſpirator per alios conſpiratores conuincitur, quod dic vt legitur & no.ſupra de teſti.c. fi.Vel dic ſm.d.n.teſtimonium iſtorũ modicam fidem facere & non plenam,ſicut alij teſtes,ſed præſumptionem tm̃ inducere. nam & quo ad repellendum a teſtimonio nō ſolum inimici dicuntur,qui odiunt in mente,ſed etiam hi, qui ſine mentis odio inimicitiæ cauſas habent vel habere præſumuntur. arg.3.q.v.c.ij. & ſeq.& idem poteſt dici in illo conſpiratore, qui pro bono eccleſiæ ſine peccato conſpirare poteſt contra prælatum, & tamē a teſtimonio repellitur,ſm d.n.Vel dic ut no.s̃.eo.§.ſuper uerbo. recipi poterunt.[Præſertim] ver.i.maxime. [Cum tunc] ſcilicet tempore ſententiæ,& correctionis poſtea factæ, quia licet abbas hoc probare voluit non tamen obtulit,vel probauit, vt no.s̃.e.§. quia vero.verſi.j.Hoſtien.

ADDITIO.

a ¶Recipiendi. Adde quando conſpiratores admittantur ad teſtificandum Oldr.conſ.cclxxviij.& cxlv.



*SVMMARIVM.*

1 *Animas licet per pęnitentiam ſaluare poſſimus infamiam abolere non poſſumus.*
2 *Infamia irrogata ex ſententia per eum qui pronunciauit tolli non poteſt.*
3 *Qui famæ poſſint reſtituere.*
4 *Iniuria fit non ſolum factis ſed & uerbis.*
5 *Actio iniuriarum per pactum tollitur ipſo iure diſſimulatione, morte, & lapſum anni.*
6 *Condemnatus iniuriarum fit infamis.*
7 *Papa in integrum reſtituit honori patriæ & omnibus.*
8 *Naſci de adulterio non eſt eius culpa qui naſcitur ſed illius qui generat.*
9 *Imperator & omnes Reges in integrum reſtituunt.*
10 *Lubricum linguæ ad pęnam de facili non eſt, tradendum.*
11 *Calor inconſultus vitio calumniæ caret.*
12 *Actio iniuriarum pro modico non datur.*
13 *Quicquid placet Principi, lex eſt.*

CAP. XLIIII.

a CVm te. [a] Sic conſtrue.[Cum te cōuento actione iniuriarũ.ab eo,ꝙ diceres] &c. [Iudices]&c.[A.B.] ſi iſti erant clerici bene poterant ꝑpter talem infamiam ſi qua eſſet ad papam recurrere.ij.q.3.§.notandum.in fi.hoc tñ non colligitur ex litera,ſed potius ꝙ eſſent laici.vnde non videtur ꝙ habuiſſe debuiſſent recur
1 ſum ad papam,† quia q̃q̃ per pniām animas ſaluare poſſimus: infamiam abolere non poſſumus.ij.q.3.§.hinc aũt colligitur.Dicas ꝙ iſti ſuberant domino papæ temporaliter,& ſic planum eſt
2 ſm B.Dicas ꝙ † infamia irrogata ex ſnīa per eum qui pronunciauit vel ordinarium tolli non poteſt.arg.ff.de fur.non poteſt, nec per pniām:etiam ſi a papa imponatur, quia non eſt modus tollendi infamiam.vt in d.§.hinc colligitur, nec per pęnæ remiſſionem etiam ab imperatore factam.C.de generali aboli.indulgen
3 tia.† Tollitur autem per reſtitutionem in integrũ ab imperatore obtentam.C.de ſnīam paſſis.l.j.& fi.ij.q.iij.in fi. Vel a ſenatu.ff. de poſtu.l.j.§ de qua. Multo forti⁹ a papa ut patet.j̃.ver. tu timēs. & in eo quod leg.& no.j̃.qui fil.ſint legit. per venerabilem.§. rōnibus.j̃.de ſecun.nup.c.pen.in fi.& c.fi.nam & eccleſia Senatum habet.xvj.q.j.eccleſia.& adde quod no.j̃.eo.§.j.ſuper verbo reſtitu
4 tione.[Iniuriarum actione] † fit iniuria non ſolum factis,ſed & verbis.ff.de iniur.item apud Labeonem.§.iniuriam.C.de iniur.ſi non conuitij.Et agitur hac actione ad iniuriæ extimationem pecuniariam,vt legit.& no.j̃.de iniur.olim. Et condemnatus infa-
b mis redditur,[b] vt hic,& ff.de his,qui no.infa.l.j.& l.athletas.§.fin. C.ex quibus cau.infa.irrog.iniuriarum,& habet hoc locum etiā vbi clerico,vel (quod plus eſt) epiſcopo irrogatur,qđ dic vt legit.
5 & no.j̃.de iniur.olim.§.j.& ij.& de ſent.exc.ea noſcitur.rñ.j.† Tollitur autem hæc actio per pactum ipſo iure.ff.de pact.ſi tibi decē. §.quædam.Quinimmo & diſſimulatione.Inſt.de iniur.§.fin. Et morte illius cui eſt iniuria irrogata,niſi fuerit lis conteſt.ff. de iniur.iniuriarum.Et lapſu anni.C.de iniur.ſi non conuitij. Naſcit autem ſtatim irrogata iniuria,& ſi ad animum non fuerit reuocata.Inſti.de iniur.§.fi.[Illius] ſ.B.[Condemnaſſent]& ſic per talem ſnīam videtur infamis fuiſſe,vt s̃.no.[Tu timens.]ver.& merito.[Notaret.] id eſt infamaret,quod dic vt no.s̃.de off.del. cum
6 olim.§.ſane.nam † condemnatus iniuriarum fit infamis: ſiue ciuiliter ſiue criāliter agatur.ff.de his,qui not.infa.athletas.§.fi.& l. ſeq.ſm d.n [Reſtitutionis.] non pœnitentiæ,quia illud non pro
7 deſſet,vt no.s̃.† ſed famæ cui plene per papam reſtitui poteſt in integrum & honori patriæ,& omnibus alijs.C.de ſen.paſ.l.j.& fi.ij. q.iij.§.fi.ad fi.Et notandum ꝙ ſm ius ciuile ſolus Princeps & Senatus hanc reſtitutionem tribuunt,vt in eiſdem iuribus. & ff.de poſtul.l.j.§.de qua.nam licet alii magiſtratus alios maiores & minores de iuriſdictione ſua,& quantum ad iuriſdictionem ſuam poſſunt reſtituere,non tamen quantum ad famam.vt in eo.§. dicitur,& ſic etiā epiſcopi,licet maiores, & minores reſtituere poſſint & in multis caſibus diſpenſare,vt no.s̃.de temp.ordi.dilectis. & abſoluere a iuramentis,votis,& fidelitatibus,s̃.de iureiuran.cũ quidam.j̃.de voto.ca.i.xv.q.vj.auctoritatem. in integrum tamen reſtituere non poſſunt quantum ad honores & ſimilia.nec infamiam remittere:cum hoc nullo iure caueatur.ſm d. no. immo
8 potius contrarium,† quia eſſe filium ſacerdotis non eſt delictũ filij,ſed patris.lvj.diſt.naſci,eſt tamen nota delicti.j̃.de pur.ca.accedens,& ideo videntur bene ſentire hi,qui dicunt ꝙ epiſcopi, qui nec infamiam remittere,per conſequens, nec cum talibus diſpēſare poſſunt. quamuis quandoque per nos contrarium ſit notatum,quod dic,vt legitur,& notatur.s̃.de fil.presby.c.penul.& fin. Verum ſecundum d.n.collegium Cardinalium hanc reſtitutionem facere poteſt,quia auctoritatem Senatorum habet.xcvij. diſtin.Conſtantinus,& ſic poteſt intelligi,quod dicit ca. ꝙ eccleſia habet Senatum,ſed epiſcopus hoc non poteſt, vt dictum eſt, & propter hoc dici debet ꝙ licet epiſcopus infames ipſo iure, vel ꝑ ſententiam condemnatos de crimine toleret,vel cum eis diſpenſet cum hoc ei non liceat. vt patet.ij.q.iij.§. hinc autem colligitur, nihilominus tamen ab accuſatione, & teſtimonio repellerentur cum infames ſint.ij.q.j.prohibentur. ſupra de teſtib. teſtimonium.ſecundum dominum noſtrum,& etiam ab ordinibus quia in nullo debet vacillare fama promouendi.xxxiij. diſtinct. laici.infra de accuſa.epiſcopus.Nec obſtat.s̃.de tempo.ordi.quæſitum,j̃.de cleri.coniu.ſane.ij.quia nō loquitur de condemnatis, & de iure infamibus,ſed de occultis peccatoribus, vel infamatis de facto cum quibus epiſcopi poſt peccati pęnitentiam, vel partem ipſius peractam diſpenſare poſſunt ut ibi dicitur, & patet in eo,quod legitur,& notatur,ſupra de biga.quia circa.vnde & ſecũdum dominum noſtrum ſi epiſcopus, cum alio criminoſo quā cum infami diſpenſet bene admittitur ad accuſandum & teſtificādum,non ſolum in ciuili,ſed etiam in criminali cauſa, nec ſolum contra laicos,ſed etiam contra clericos,cum & talis, (quod plus eſt) poſſit ad ordines promoueri,& ad beneficiũ, & ad alios actus legitimos. quare multo fortius poterit accuſare.& teſtificari in ſacerdotes.ij.q.vij.ipſi teſtes.& ca.præcedenti.& ſequen. Nec obſtat ſupra de teſtib.teſtimonium.vbi dicitur quod condemnatus de crimine non poteſt teſtificari in criminali cauſa,quia illud intelligendum eſt quando non eſt diſpenſatus, ſecundum dominum noſtrum, vel quando eſt condemnatus de crimine ex cuius ſententia non fit infamis, alioquin dominus no. eſſet contrarius ſibi ipſi,vt patet ex præmiſſis,& etiam in dicto c. teſtimonium.excipitur iſtud. Sed quærit d.n.an papa poſſit reſtituere in integrum laicum iuriſdictioni ſuæ non ſubditum,& ſcripſit hic; quod non.ij.q.iij.hinc autem colligitur.Nec obſtat, quod hic dicitur ꝙ laicus iſte de iuriſdictione eccleſiæ erat: alium autem nō ſubditum laicum reſtituere nō poſſet papa,vt dictum eſt,niſi forte ſibi eſſet neceſſarius in clericatu.tũc enim poſſet dari ꝙ ad hoc papa tantum & non alius poſſet eum reſtituere in integrum, & integrę famæ ſuæ reddere,vt ſic reſtitutus poſſit ad clericatum aſſumi.argu.liiij.diſtin.multos.& ca.ex antiquis. vbi poteſt ſeruum alterius aſſumere eccleſia dummodo ius ſuum ſerui domino recompenſet.ſecundum dominum noſtrum.melius facit ad hoc, quia laicus non eligitur,ſed tantum poſtulatur.61.diſtin.§. ſed aliud.& c.Oſius.Poſtulatio autem ad epiſcopatum facta non poteſt approbari per alium quam per papam,vt patet in eo,quod legitur & notatur ſupra de poſtul.prælat.bonæ.ij.§. nec nocebat.& c.fi.per totum.Nos tamen putamus contrarium,quod dic.vt no. s̃.eod.c.reſpon.j.circa prin. Sed nunquid reges poſſunt reſtituere in integrum? Scripſit hic dominus noſter, quod non quia vnus tantum inter laicos Princeps præeſt omnibus aliis, ſcilicet Imperator,vt patet.vij.q.j.in apibus.ff.de exerci.actio. deprecatio. C.de quadri.præſcrip.bene a Zenone,cuius legibus omnes Chriſtiani laici tam reges quam alij obedire deberent.C.de legi.leges. maxime quia & ab eccleſia ſunt approbatę. ſecundum dominum noſtrum,niſi in his,quæ contra eccleſiam ſunt x.dicto capi.j.& ij.& per totum.& in eo quod legitur,& notatur j̃. de noui oper. nun. ca.j.quod dic,vt plene not.infra de ſolut.c. fina. & ſecundum dominum noſtrum nulla lege cauetur, ꝙ poſſit reſtituere in integrũ quis,niſi ſolus Princeps ideſt Imperator,vel Senatus. vt not. s̃.ead gl.in prin.q.d.quod hoc videtur omnibus alijs prohibitum niſi probetur conceſſum,quod dic vt legitur, & plene nota.s̃. de tranſla.epiſco.ca.ij.§.ſed neque.verſi. fi. & ſecundum dominum
9 noſtrum. Alij dicunt, ꝙ omnes † reges in integrum reſtituunt, nec ſunt Imperatori ſubditi,ſed papæ ſoli.In dubiis tamen & grauibus articulis tantum,quod dic vt not.j̃.qui fil.ſint legiti. per venerabilem.§.i.verſi.fin.& §.rationibus.De papa vero non eſt dubium, quin in integrum reſtituere poſſit clericos & etiam laicos iuriſdictionis ſuæ, & dic,vt legitur & notatur.j̃. qui fil. ſint legiti. per venerabilem.reſpon.j.maxime ver.fina.& s̃.eo.c. ſuper verbo literis. A.B.[A ſede apoſtolica] cui & maior poteſtas eſt data, xxiiij.quæſt.j.quodcunque.s̃.de tranſl.epiſco.c.j.& ij. [Nos autē] verſicu. [Vel] pro immo. ſubaudi aliqua [Sed minima,] quia non omnia talia verba pro iniuria ſunt habenda, vt ſi verbum repentino

ADDITIONES.

a ¶Pro intellectu huius decretalis.vide Bart. in l.infamem.ff. de public. iudic.
b ¶Infamis redditur.Adde an actio iniuriarum infamet do.Abba. hic poſt princ.verſi.quæro nunc cui additur Io.de Ana.conſi.44.

repentino aĩo proferatur,ij.q.iij.ſi quis iratus.& de pęni.diſt.j.di-
10 uortium.†nec lubricum linguæ ad pęnã de facili eſt trahendũ,
11 ff.ad leg.Iul.maieſta.famoſi,† & inconſultus calor vitio calũniæ
caret,ij quę.3.§.notandum.Illud autem requiritur,ꝙ ſit ɔ̃ bonos
12 mores,ff.de iniur.item apud Labeonẽ.§ j. & § adijcitur. † Habes
hic arg.ꝙ pro minimo non datur iniuriarum actio, ſicut nec de
dolo,ff.de dolo.ſi oleum.in fi.& l.ſeq.Nec reſtitutio,ff.de reſtit.in
integ.ſcio.Sed actio furti, pro medico datur,14.q.vj.c.fi.ſm B.Tu
vero no.hic,ꝙ pro minimo datur,vt ſ̃.no.& in ſeq.glo.[Iniuria]
iſte B.multum videbatur gloriari in multitudine capillorum,de
quo potius verecundari deberet,vnde B.cui papa loquitur, quaſi
ei detrahendo dixit coram multis ad iniuriam.i. detractionem
eius: multum habet B.pulchros capillos,ſed non minus habet(a-
lias valet) equus meus. & ſic pudorem eius læſit, & ideo tenetur
de iniuria.ff.de iniur.item apud Labeonem. §. generaliter. licet
iniuria minima fuerit,vt hic dicit, & ſic pro minimo datur hæc
actio,contra id quod no.B.in præced.glo [Volumus] alias nolu-
mus.& tunc non debes habere non notari,ſed notari ſimpliciter
13 ſine nõ.Et eſt ar.ꝙ † quicquid placet principi,lex eſt,vt ſ̃.e.in cau
ſis.ſic ſ̃.de dol.& contu.cũ olim.§. volentes. cũ ſuis ɔcordantijs.

*SVMMARIVM.*

1 *Modicum fermenti totam maſſam corrumpit.*
2 *Diuinare non tenemur de occultis.*
3 *Sententia retractatur ſi impedimentum poſt ſententiam detegatur.*
4 *Ineptitudo vnius iudicis alio aptos ineptos reddit.*

CAP. XX.

AD probandum. Forſan hæc decret. lo-
quitur de codẽ facto,
de quo & illa ſ̃.de reſcr.cum dilecta.Pone ergo, ꝙ e-
lectis duabus monialibus in cuſtodia Hereſienſis ec-
cleſiæ papa commiſit cauſam quibuſdã delegatis, qui confirma-
uerunt alteram de ęlectis,a qua ſñia fuerat appellatum,& diceba
tur ꝙ non valebat ſñia pro eo,ꝙ vnus de iudicibus erat excõica
tionis vinculo inodatus.Ideoq; iterum committitur cauſa,vt ſe-
quitur.[Interim]pendẽte.ſ.adminiſtratione perſonæ, cui debuit
fieri reſignatio ſubtractorum,ſ̃.de reſcr.cum dilecta. vel penden-
te appellatione quia & ſñia non eſt retractanda, niſi ex cauſa, ſ̃.
eo.cum I.& A.[De electione.] i.ſuper electione, quæ ab ipſis iu-
dicibus fuerat confirmata,ſed forſan a ſñia fuerat appellatum,vt
innuit in ſeq.[Cuſtodis.] factæ in abbatiſſam:poſſunt enim mo
niales & monachi de minori officio ad maius aſcendere, quãdo
ad ipſum per electionem vocantur,ſm d.n.& ſic patet, ꝙ religio
ſus poteſt eligi,vt hic,& j̃.de ſta.mo.c.ij.§.priores.quod dic, vt ple
ne no.ſ̃.de renun.poſt trãſlationem.Vel dic, ꝙ hæc cuſtos forſan
loco abbatiſſæ habetur,vel aliud certũ officiũ eſt in eccleſia,ſicut
alias,ſ̃.de off.cuſto.c.j.& ij.[Vt eam]ſ.ſñiam.[Confirmare vel in
firmare.]Hic innuit,ꝙ appellatum fuit:hoc enim officium eius
eſt,qui de appellatione cognoſcit,vt patet ij.q.vj.in fi. [Ita vt ſi ꝓ
1 eo]verſi.[Vnus] † modicum enim fermenti totam maſſam cor
rumpit,vnde & ſi tota vniuerſitas procuratorem conſtituat,vno
de ipſis excõicato conſentiente,vel alias auctoritatem præſtante,
non valet quod agitur,ſ̃.de proc.c.fi.[Ex delegatis iudicibus]ſ̃.de
procu.c.fi.ɔ̃.Sol.aliud eſt in conſtitutione procuratoris, vt ibi.a-
liud in ſñia prolationis,vt hic,ſm d.n.Tu vero dicas, ꝙ idem hic
& ibi:nam in vtroque caplo innuit,ꝙ diſtinguendũ eſt inter pu
blicum & excommunicatũ,vbi non valet quod agitur,& occul
tum vbi valet,quod dic,vt no.in ſeq.gl. Sed eſto, ꝙ iſte tertius iu-
dex eſſet publice excõicatus,nonne ex quo de iure erat impedi-
tus,alii duo procedere poterunt? Reſpon.vtiq;, dũmodo in reſcri
pto eſſet appoſita hæc clauſula,ꝙ ſi non omnes &c.ſ̃.de reſcr.ſci-
ſcitatus,ſed hic non credebant duo,ꝙ ſine tertio ꝓcedere potuiſ
ſent,quare ipſum tanq̃ coniudicem admiſerunt,& ideo volũtas,
& poteſtas ad inuicem ſe impedierunt,quia quod voluerunt.ſ.ꝓ-
cedere cũ tertio,hoc non potuerunt,& ꝙ potuerunt.ſ.procedere
ſine tertio,hoc noluerunt.ſiĉ ſ̃.de offi.dele.cum ſup abbatia. ſm
d.n.[Publice innodatus] ſic ſ̃.de exce.exceptionem. ad fi. innuit
ergo,ꝙ ſi occultus eſſet,valeret ſñia di.argu.ff.de off.præto.Barba-
rius.C.de teſta.l j.& 3.q.vij.§.verum.j̃.de iur. patr. conſultationi-
2 bus,† quia nec de occultis tenemur diuinare,j̃.vt benefi.eccl.c.v-
nico.§.j. ver.quoniam.& de hoc plenius no.ſ̃. de procu.c.fi.extra
d.n.de excep.pia.[Litera.]Notant oẽs hic ar.ꝙ literis epĩ creditur
tñ ſubtiliter conſiderans contrarium hic notabit,niſi aliter expo
natur,vnde expone ꝙ ſequitur.[Perhibetur.] i. perhibere dr̃, ſed
non fuit nobis oſtenſa.ſic ſ̃.eo.inter monaſteriũ.§.non obſtãte.
Vel dicebatur in litera,ꝙ metropolitanus intellexerat hunc iudi
cem per epiſcopum ſuũ excõicatum fuiſſe.ſic ſ̃. de elect.cũ inter
R.alias autem ſi metropolitanus dicat ſe talẽ ſubditum ſuum ex
cõicaſſe,vel a ſuo iudice in præſentia ſua excõicatum fuiſſe, tali
literę crederetur,ſ̃.de treu.& pa.c.j.& arg.j̃.de pręb. cũ ſm aplm.
ad fi.quod dic,vt plene not.ſ̃. de probatur. poſt ceſſionem.[Aut
ex alia iuſta cauſa] puta ipſa electa erat excõicata, vel ſimoniace
electa,aut quia inutilis vel inſufficiens j̃.tit.j. conſtitutis.ſ̃. de ele.
per inquiſitionem.ſ̃.de ęta.& qual.c.fi.ſ̃.de off.cuſto.c.j. & j.q j.§.
ecce cum honoris,vel quia non fuit forma ſeruata.ſ̃.de elect. qa
propter.& c.cum poſt petitam.Vel quia non fuit lis conteſta. vel
alias ordo ſeruatus.Per hoc tñ vltimum & ſi reuocaretur ſñia,nõ
pręiudicaretur principali,vt patet ſ̃.de elec.dudum.ij.§.licet.& §.
tandem.[Eandem ſñiam] per exceptionem oppoſitã ɔ̃ petentẽ
executionem ſñiæ: aliter enim ad irritandam ſñiam ab excõica
to latam agi non poteſt,ſm quoſdam.Hoc non placet,immo be
ne agitur,ſi publice fuit denunciatus,vt patet in eo,ꝙ leg. & not.
ſ̃.de excep.exceptionem.ſm d.n.[Infirmandam]i.infirmã nun
ciandam,vt patet ſ̃.de elect.cum in cunctis.[Ipſa] uer.ſ.ſen tẽtia.
[Caſſata] i.caſſa nunciata,vel quatenus de facto proceſſit.Et ſic
3 patet,ꝙ retractatur†ſentẽtia,ſi impedimentum poſt ſententiam
detegatur.ad idem viij.diſtin.veritate.xxix.q.2.ſi quis ingenuus.j̃.
de pur.ca.c.ij.Sed ɔ̃.j.q.j.ſi quis a ſimoniacis.Sol.Ideo ibi retracta-
tur,quia impedimentum publicũ erat,per quod patet, ꝙ in eum
nulla potuit cadere iuriſditio,ſecus ſi occultum fuiſſet, vt in ɔ̃.&
no.ſ̃ eo.ſuper verbo,publice innodatus.Item eſt hic arg.ꝙ vtile ꝑ
4 inutile vitiatur,† quia ineptitudo vnius iudicis alios aptos inep-
tos reddit,ſic ſ̃.de off.dele.cum ſuper.& c.ſuper qõnum.§.ſi vero
& hoc propter connexitatem,arg.ff.de arb.Pedius.in fi. Argu.ɔ̃.ff.
quod cum fal.tu.l.j.§.j.ſ̃.de elec.cum Vintonien. vbi de hoc, ſm
B.Et habet locum hæc gl.ſi intelligas,ꝙ non ſit appellatum quo
ad ſui principium.[Cognoſcatis.] vbi enim retractatur ſenten-
tia,quia a non ſuo iudice lata eſt,nõ perimitur principale,vt hic,
& C.quomodo & quando iud.ſi vt proponis.Idẽ eſt, quando ine
pta proponitur actio,ſ̃.de iudic.examinata.

*SVMMARIVM.*

1 *Res inter alio acta alijs non nocet.*
2 *Fallentiæ regulæ Res inter alios.*
3 *Defenſio licet competat in iudicio tam ei qui rem poſſidet, quam illi cuius no
mine poſſidetur tamen in defenſione præfertur ille cuius, noĩe poſſidetur.*
4 *Infamia uel bonorum ademptio ſequitur aliquando ex in accuſationis.*
5 *Defendere quando quis ponitur prorogare.*

CAP. XV.

1 QVamuis regulariter. Hæc eſt enim
rl̃a, ꝙ res † in-
ter alios acta ſiue iudicata alijs non nocet, & ſumit
ex eo quod leg.& no.C.quibus res iud.non nocet.l.j.
& ii.& C.res inter alios acta,vel iudicata alijs nõ nocet.in rubro
& in nigro,& ſ̃.eo.cum ſuper.in fi.cum ſuis concordantis. Eſt &
hæc rl̃a vera,ꝙ res iudicata inter aliquos non præiudicat aliis q̃-
tum ad hoc,vt ɔ eos pariat actionem vel exceptionem:in hoc ta
men bene præiudicat,ꝙ poſſeſſio,quę erat apud primos, transfer
tur apud victores, ɔ̃ quos forte difficilius erat eis agere quam ɔ̃
primos,arg.ff.de ali.iu.mu.cau.fac.l.3.niſi forſan fuerit appellatũ
quod dic,vt leg.& plene not.ſ̃.eo.cum ſuper. ſed ſi quis ep̃s poſſi-
det iura epãlia in monaſterio alterius dioceſis, ſecus eſt, vt patet
in eo qđ leg.& no.j̃.eod.verſi.i.ſuper verbo,actio. ante finẽ ipſius
2 gl.ver.& ex hoc videtur.& ſeq.ſm d.n. † Hæc autem regula fallit
in caſibus.Primo in connexis.81.diſt. tantis.iij.q. vj. hæc quippe.
j̃.de accu.ad petitionem.j̃.de pur.ca.c.penul.Secundo in querela
inofficioſi teſtamenti,in qua res inter alios acta prodeſt filio, ff.
de inoff.teſta.Papinianus.§.meminiſſe. Tertio in cauſa ingenui-
tatis ſiue libertatis,niſi detecta fuerit colluſio,ff.de ſta.hom.inge-
nuũ.Quarto in cauſa filiationis,ff.de lib.agno.l.j.& ij.& iij. Quin
to in re indiuiſibili,ff.ſi ſerui.ven.loci.§.ſi fundus.Sexto in re cõ-
muni cum pupillo,ff.quemadm.ſer.amit.ſi communem. Septi-
mo,vbi idem ius,vbi idem negotium, & eadẽ cauſa defenſionis
exiſtit,ij.q.vj.§.diffinitiua.ver.quandoque plures.& legitur & not.
j̃.de appel.c.penul.Octauo in re communi cum fiſco,C.de com
muni rerum ali.l.ij.In his tamen quatuor proxime dictis caſib.
prodeſt.Nono,decimo,& vndecimo in caſibus hic contentis, vt
j̃.ſequitur,& probatur ff eo.tit.ſæpe.vnde ſumpta eſt hæc decret.
Hæc tamen materia in ſumma,eo.ti.ſub rubrica,de re iud.§.qui-
bus noceat,copioſius expeditur,& in ſeq.gl [Non noceat.] Fallit
hæc regula vbicũque fit ius ex ſententia,vt in querela inofficioſi,
& in cauſa filiationis & ingenuitatis,vt no.in pręced.gl. In crimi
nali etiam actione ſpeciale eſt,ꝙ accuſatus ab vno nõ poteſt ac-
cuſari ab alio,niſi doceat primum præuaricatum fuiſſe,ff. de præ
uari.l.iij.uel vbi dolorem ſuum proſequatur,doceatque ſe igno-
rauiſſe accuſationem ab alio inſtitutam,ff.de accuſ.ſi cui.§.j. Idẽ
eſt in populari actione, ſi actore bona fide agente abſolutus ſit,
reus,ff.de iureiuran.eum.qui.§.in popularibus. Sed & in crimine
adulterii ſpeciale eſt, vt abſolutio adulteri proficiat adulteræ, ff.
de adult.denunciaſſe. Item ſpeciale eſt in pluribus appellatorib.
vt victoria vnius aliis profit.quod dic,vt legitur & notatur.j̃.titu.
j.ca.penul.Item in ſeruituribus pręedialibus,ff.ſi ſerui.vend.loci.§.
ſi fundus.Item ſi extraneus agat & rumpat teſtamẽtum per que-
relam,aliis prodeſt.ff.de inoffic. teſtamen. poſthumus. Alias au-
tem res iudicata non nocet, vel prodeſt regulariter, ut hic di-
cit, niſi illis, contra quos lata eſt, vel qui finguntur idem cum
illis, puta quia eis ſingulari,vel vniuerſali iure ſucceſſerunt, ff.de
except.rei iudic.ſi a te.§. fin.& l.& an eadem. reſpond.j. vel exce-



ptio rei iudicatæ,ſm d.n.[Ei tñ] ver.[Actio.] vt ſi debitor patiatur
creditorem hipothecariã intẽtare,& ſic de proprietate agere,ha-
bet enim neceſſe ꝓbare,ꝙ obligatus dominus fuit,ff.eo.ſæpe.Vel
ſi debitorem patiatur creditor experiri de proprietate pignoris.
præiudicat ſibi circa hypothecariam,cum creditor quo ad om-
nia intelligatur poſſidere præter quo ad ſatiſdandũ,ff.qui ſatiſda.
cog.ſi fideiuſſor.§.creditor,& quo ad vſucapionẽ,ff.de acq.poſſ.l.
j.§.per ſeruum.ſm Gof.Et eſt verum hoc,ſm d.no. qñ ambo eo
dem iure vtuntur,vt in præmiſſis exemplis,ſecus ſi diuerſis iurib.
agant,vt ſi proprietarius patiatur vſufructuarium agere de fru-
ctibus,vel econuerſo.Itẽ ſecus,ſi ille,qui partem habet in re,patia
tur alium,qui ſimul in eadem re partem habet,de alia eadẽ parte
ſua agere,ff.de lib.cau.ſi pariter. Sed quid ſi ij,quos res tangit, vi-
deant alium agere implorando officium iudicis ſup reſtitutione
in integrum,vel hmõi,& taceant,nunquid fit eis pręiudiciũ? Rñ.
non,niſi citentur nominatim vel per ędictũ,vt no ſ̃.de maio.&
obed c.fi.ſ̃.de ꝓcur.in pñtia.Alias aũt bene nocet eis. Nec obſt.re
gula hic poſita,res inter alios &c.quia in caſu poſito,ex quo cita-
tio facta eſt,intelligitur ɔ̃ omnes illos,qui ſciuerunt, vel ſcire de-
buerunt cauſam agi,in talibus nempe ſñijs non noĩatur aliquis
ſpãliter,ſed in genere fertur ſñia, ſic ſ.reſtituimus te in integrum
præſtamus autctoritatẽ adoptioni tuæ, & idẽ in ſimilibus eſt di-
cendum.Illi etiam,cui primo competit actio,fit præiudiciũ, ſi ſe
quentem agere patiatur.v.g.Repetamus prædicta exempla. Cre-
ditor habet ɔ̃ quemlibet rei detentorem hypothecariã, & debi-
tor rei vẽdicationẽ,& præfertur creditor debitori.idem eſt in his.
in quibus non cõpetit actio,tamen illi,quibus competit, ius hñt
ex perſona illorum,qui agunt & tacent,tunc.n.ſi eos ſciẽter age-
re permittunt,licet male agant,fit tñ eis præiudicium, vt eſt vide
re in marito & vxore,nam marito datur rei vendicatio ad rem
dotalem,& non vxori,C.de rei vend.doce. & tñ ſi vxor vendicet
rem dotalẽ,licet male agat,præiudicat marito ſcienti & toleran-
ti.Idem eſt videre in emptore,cui competit actio, & in vendito-
re,cui non competit,& in emphiteota,cui competit actio. Et in
ꝓprietario,cui non competit.In his oĩbus caſibus & ſi agere non
poſſint,hi quibus non cõpetit actio,ſi tñ agant,licet male, ſcien-
tibus illis,quibus cõpetit,& q eos prohibere pñt ne agãt,& tñ nõ
prohibent,fit eis p̃iudicium,quia ſm voluntatẽ eorum iudicatũ
vr̃ de iure,quod habebant ex perſonis agentiũ,& ſufficit in his ca
ſibus ſola ſcientia,nec exigitur ꝙ citentur, ſic intellige qđ hic di-
cit,& ff.eo. ti.ſæpe.Quidã tñ dñt,ꝙ in ſolo primo caſu.ſ. in credi-
tore & debitore locum habet qđ hic dr̃ de actore, in aliis autem
tribus caſibus locum habet qđ hic ſequit̃ de defenſione,& vbicũ
que in d.l.ſæpe.quo ad prædictos tres caſus inuenies experiri. ex-
pone.i.defendere,ſm d.n.Et iuxta hãc opinionẽ ſignata eſt hęc
gl.ſ̃.eo.gl.& ſimiliter ſequens gl.Primo aũt ſm d.n.actio & defen
ſio naturaliter eis cõpetit,qui ſuis auctorib.pro euictionis pericu
3 lo ſe conuentos denunciare tenentur.†Poteſt ẽt dici, ꝙ licet de-
fenſio cõpetat tã ei,qui rem poſſidet noĩe alieno, q̃ illi cuius no-
mine poſſidetur,tñ in defenſione præfertur ille cuius noĩe poſſi-
detur,vt patet in eo,quod legi.& no.ſ̃.vt li.non conte. qm̃.§. ꝙ ſi
ſuper rebus.Et tñ ɔ̃ utrumq; datur actio,ɔ̃ vnum,ſ.ratione deten-
tionis,& ɔ̃ alium rõne ciuilis poſſeſſionis, bene.n. competit rei
vendicatio ɔ̃ vtrumq;, vt patet ff.de rei vendi.officium. & ẽt in-
terdictum vnde vi,ratione vtriuſq;,ſ.detentionis naturalis,& ciui
lis poſſeſſionis datur.Et utriq; poſſeſſori poteſt fieri reſtitutio ſe-
paratim,nam & dño poſſidẽti ciuiliter poteſt fieri reſtitutio eiuſ
dem ciuilis poſſeſſionis,& vſufructuario poſſidẽti naturaliter fiet
reſtitutio poſſeſſionis fructuũ,& etiam ſuæ naturalis.In quo caſu
vr̃,ꝙ ſententia ſup naturali poſſeſſione lata præiudicat ciuiliter
poſſidenti ius, intm̃ ꝙ uſumfructum non poſſit ei, qui obtinuit
denegare,& econuerſo.Si feratur ſñia ſuper ciuili poſſeſſione, vt
ſcilicet adiudicetur alii q̃ illi,a quo vſufructuarius cauſam hẽbat
bene præiudicat naturali poſſeſſori.ſ.vſufructuario,adeo ꝙ is,qui
in ciuili poſſeſſione obtinuit, poterit vſumfructũ eidem vſufru-
ctuario denegare, debuit enim ſuas exceptiones prætendere, &
cauſam deferre. Alij tñ ɔ̃dicunt. Vel poteſt dici,ꝙ ille,q naturali-
ter detinet,eſt in hoc caſu illi,qui ciuiliter poſſidet, præferẽdus,
ſed detentior debet hoc denunciare dño,ſicut & debitor credito-
ri.Ideo aũt in p̃dictis caſib.dicimus præiudicari ei,qui ex perſona
alterius ius habet,ſi permittit eum agere,qa poteſt ipſum prohi-
bere,cæterum ſi non ex eius pſona,quia agit,ius haberet,quantũ
cunque ageretur etiam nomine ſuo vel alieno,nunquam ſibi p̃
iudicaret,etiamſi agens eſſet de coniunctis perſonis, niſi manda
tum præceſſiſſet,vel ſaltem ratificatio expreſſa vel tacita ſequere
tur,C.quibus res iudi.non no.l.j.ij.& 3.ff.eo.ti.ſępe.§.fi.ibi,diuerſa
cauſa eſt &c.ff.de procur.ſed & hæ perſonæ.rñ.j.ff.iud. ſolui.l. .§.
j.ff.rem ra.ha.l.iij.§.falſus. Et hac etiam rõne conſiderata impu-
tatur patrono,ad quem primo pertinet defenſio,ſi non defendat
libertũ,ff.eo.tit.ſæpe.ante fi.uer.nam & ſi libertus. Et ex hoc uide
tur,ꝙ ſi unus epiſcopus agat contra aliquod monaſterium petẽ-
do ibi epiſcopalia,& ille epiſcopus, qui primo ibi ſẽ eadem epã-
lia exercebatur,non defendit monaſterium, in hoc caſu ſñia la-
ta ɔ̃ monaſterium quo ad poſſeſſorium præiudicat illi epõ, qui
prius ibidem epãlia exercebat,arg.eius quod dictum eſt de patro
no & liberto,ſ.quia defenſio primo ad epiſcopum poſſidentem
quam ad monaſterium pertinebat. Et certum eſt, ꝙ epſ primus,
qui poſſidebat,poteſt agere ɔ̃ ſm, qui obtinuit poſſidentem, qđ
non eſt ius in eodem monaſterio epiſcopalia exercendi, multo
fortius ergo,quando illa petebat epiſcopus, qui obtinuit, debuit
venire in iudicio,& excipere & cauſam defendere, ſicut ſuperius
in prædictis caſibus eſt notatum.Secus eſſet ſi ſecundus epiſcopus
egiſſet contra monaſterium interdicto vnde vi, vel vti poſſidetis,
etiam ratione iurium prædictorum epiſcopaliũ,quibus per mo
naſterium diceret ſe ſpoliatum,vel in quibus aſſereret ſe turbari,
quia tunc primus epſ non tenetur ſuſcipere defenſionem huius
cauſæ,nec etiam ex ſententia contra monaſterium lata ſibi ali-
quod iuris præiudicium generatur, nam contra perſonas tantũ
& ex delicto ſuo agitur,quia perſonale eſt interdictum.Poſſet ta-
men & quandoque ex interdicto præiudicium generari ex vi ẽt
interdicti.v.g.Egit aliquis ɔ̃ alium,qui ſpoliauit eum poſſeſſione
iuris inſtituendi clericos in aliqua eccleſia, vnde petijt reſtitui ad
prædicta iura,& caſſari quicquid fecerat ſpoliatione pendente.in
hoc.n.caſu ſi ɔ̃ reum feratur ſñia,bene fit præiudicium clericis ꝑ
eundem in eccleſia conſtitutis, quia ex vi ſñiæ interdicti ſunt de
ipſa eccleſia repellendi,vt patet ff.de vi & vi arma.l.j.§.ſi fundus.
& ſeq.ad idem ſ̃.de fil.presbyt.veniens. Ideoq; & ipſis clericis fiet
pręiudicium,niſi cauſam ſuã defenderint in hoc caſu,vt patet ex
præmiſſis,& in eo quod no.j̃.eo.ver.fi.ſuper verbo cauſam.Secus
tamen eſſet,ſi non egiſſet interdicto, ſed negatoriã intentaſſet pe
tendo ſibi adiudicari ius inſtituendi,cũ ad ipſum pertineret, hic
enim ex ſñia ɔ̃ inſtituentem lata nullum fit præiudicium inſtitu
tis,quorum inſtitutio valere debet pro eo,ꝙ auctor ipſorum, qui
ipſos inſtituit,tempore inſtitutionis eiuſdem hoc ius,ſ.inſtituen
di repertus eſt poſſidere,ut patet in eo qđ leg.& no.j̃.de iure patr.
conſultationibus.ſm d.n.cuius eſt mens totius huius gl.a ſuperio
ri.ver.& eſt hoc verum citra.[Vel defenſio] vt ſi permittat mari
tus vxorem vel ſocerum ſuper re ſibi in dotem data conueniri,
ff.eo.ſępe.cum ipſe maritus dominus ſit,C.de rei ven.doce. [Su-
ſtinuit] & eſt rõ,quia prohibere hoc potuit,ff.eo.ſæpe.§. cur aũt.
ſecus ſi non potuit prohibere,nec ſubſtituit,puta quia hoc igno-
rauit.ff.de excep.rei iud.l.iudicatæ.§.ſi debitor.& l.ſi mater.§.fin.
ff.de pig.ſi ſuperatus.C.de pig.præſes.[Ac etiam illi] verſi.[Cau-
ſam] vt ſi electus patiatur electores de electione ſua, an ſit cano-
nica agere,vel ordinator ordinatum.ſ̃.de elect. dudum.ij.81.diſt.
tantis Daniel.3.q.vj.hæc quippe,nam ſñia ɔ̃ electores vel ordina
tos lata in eo,in quo eſſent publice delinquentes, præiudicat ele-
ctis & ordinatoribus,vt patet in prædictis c.Idem eſt & ſi ille, pro
quo iudicatum eſt,patiatur iudicem,a quo cauſam habet defen-
dere ſñiam pro eo latam,quod nõ poteſt habere locum, niſi qñ
proceſſit iudex ex officio inquirendo.ſuper quo vide quod not.j̃.
de appel.cum ſpeciali.§.penul.ſuper verbo. coram ſuperiore,pu-
ta remouit aliquem ex officio,cuius prębendam alii contulit,hic
enim ſi inquiſitor defendit hanc cauſam,& ſuccumbat, bene p̃-
iudicabit hæc ſententia illi,cui eandem præbendam contulerat,
ſi ſciuit ipſam cauſam agi inter ipſum inquiſitorem, a quo cãm
habebat & remotum ab eo,niſi ius ſuum defenderit,vt hic dicit
Idem ſi Petrus egiſſet de iure mihi ab eo cõceſſo,& ſuccubuiſſet,
& ego modo agerem de eodem.Hoc autem quod dictum eſt de
ordinato & ordinatore, non videtur ita indiſtincte tenendum,
nam quantumcunque condemnetur de crimine ordinatus, nũ-
quam præiudicat ordinatori, nempe ex vi accuſationis ordinati
4 non ſequitur condemnatio ordinatoris, † nam ex vi accuſatio-
nis ſequitur aliquando bonorum ademptio,infamia, vel huiuſ-
modi,vt patet C.de bonis damnatorum.l.j.ij.& iij. & per totum.
ff.de his,qui nota.infami.athletas.§.finali. & l. ſequentibus.ff.de
furtis. non poteſt. Quod ergo alius non accuſatus ex vi al-
terius accuſationis pœnam patiatur,nulla occurrit ratio,nec in-
uenimus hoc iure cautum,niſi in certis caſibus,qui ſunt in dete-
ſtatione immanitatis criminum ſpeciales:ſicut eſt crimen læſæ
maieſtatis,& hæreſeos,vt vj.q.j.§.verum.& in eo quod leg. & no.
j̃.de hæreti.vergentis.§.cum enim.Nec obſt. ca.tantis Daniel. &
alia ſuperius allegata,vel alia cõſimilia. Intelliguntur.n. qñ adeo
ſunt notoria delicta ordinatorum,& electorum inſtitutorum,ꝙ
etiam ſi non eſſet actum contra ordinatos, tamen ordinatores
eorum,qui ſcienter malos ordinarent,ex hoc puniri poterunt iu
ris ordine non ſeruato,j̃.de accuſ.euidentia.ſ̃.de iureiuran.ad no-
ſtram.iii.Sed & ſi accuſaretur ordinatus pro eo, ꝙ extra quatuor
tempora promotus fuit,& ex hoc cõdemnatur,vel pro eo, ꝙ mi
nus canonicæ electus,vel tranſlatus fuit, quæ & publica & noto-
ria ſunt,bene præiudicabit hæc ſñia ipſi ordinatori:hæc enim a-
deo ſunt connexa,ꝙ ſeparari non poſſunt,nam ſi ordinatus ma
le fecit ordinem tali modo recipiendo, deterius fecit ordinator
ipſum conferendo,vt patet in eo quod legitur & not.ſ̃.de tranſl.
epiſco.c.ij.§.fi.ver.& quamuis ijdem archiepiſcopi,& verſ.& qm̃
præfatus epiſcopus,& de temp.ord.literas.§.fin.& c.dilectus.§.cũ

igitur. Aliud autē eſſet cenſendū in non ita cōnexis: nam bene ordinatus poſſet male recipere ordinem, quia ſciebat ſe criminoſum, & ordinator bene dare, quia hoc ignorabat, vt patet in eo, ꝙ legi. & no. s̃. de cor. viti. expoſuiſti. Et hoc quidam de plano cōcedunt, melius tamen dicitur, ꝙ quantumcunq; ſit notoriū crimē ordinati, vel quia ordinator extra quatuor tempora ordines celebrauit, nunquam tamen agi poteſt ad hoc, ꝙ caſſetur ordinatio, quam ordinatus habet ab ordinatore, ſed tantū ad hoc, vt aliter puniatur, vel pnīam agat, quam nec ab ipſo ordinatore habet, & ideo præiudicat vni ſententia ɔ̄ alium lata, ſm d. n. niſi forſan ex officio exuberatione aliud contingat ad aliorum terrorem, arg. ff. de pœnis. aut facta. in fi. & patet in eo, quod legitur & not. j̃. de maledic. c. j. & ſic poſſunt intelligi c. tantis Daniel. & alia inducta s̃. eo. gl. in prin. Secus autem eſt dicendum ſm d. n. in electionib. & electis, nam in illis obtinet quod ſuperius eſt notatū. Illud vero indubitatum eſt, ꝙ ſi ego egi ɔ̄ capitulum alicuius eccleſiæ petendo præbendam, quæ mea erat, vel quę mihi debebatur, nunꝗ̄ fit mihi præiudicium, quantumcunq; alio eandem prębendam petente capitulū condemnetur: quia aut poſſidebam ipſam præbendam petitam, aut non: ſi ipſam poſſidebam, conſtat ꝙ mihi non præiudicat, quia ɔ̄ capitulum qđ non poſſidebat non competebat actio, ſed ɔ̄ me poſſidentē, arg. s̃. de ali. iu. mu. cau. fac. l. pe. ff. de rei vendic. officium. & patet in eo quod legi. & no. s̃. de iudi. examinata. §. i. Si uero non poſſidebam eam, tunc ſimiliter conſtat, ꝙ non præiudicat, quia nec actorem prohibere potui ab agendo, ff. eo. tit. ſæpe. §. fi. ff. de iureiur. nam poſtea. §. fi. & l. ſeq & l. fin. Verum ſi quis ageret contra capitulum petens præbendam quam dicit vacare de iure, licet alius eam defacto teneat, vel quā dicit ſibi deberi, & alius ſimiliter ipſam ſibi debere dicit, & vterq; ex eodem iure agit, puta ex electione capituli: in his caſibus & ſimilibus ſatis videtur, ꝙ hæc litera locum habet, ſm d. n. cuius eſt mens totius huius gl. [Habuit] vt ſi emptor patiatur venditorem experiri de proprietate rei venditæ, vel maritus ſocerum de re dotali, ff. eo. ſæpe. ſecus ſi Titius petat a te fundum, quem credo ad me ſpectare, non tamen habeo cauſam ab eo: tunc enim ꝗ̄uis me ſciente agatur, & pronuncietur ɔ̄ eum, non oberit mihi ſententia, ff. eo. ti. ſæpe §. fi. ff. de excep. rei iud. ſi mater. §. pen. [Experiri,] id eſt defendere, vt patet ff. eo. ſæpe. § cum autem. ſic ff. de ali.
5 iu. mu. cau. fac. l. penult. ſicut & econuerſo † quandoque ponitur defendere pro agere, C. de teſti. l. j.

*SVMMARIVM.*

1 *Maiori numero ſemper ſtatur.*
2 *Promptiora ſunt iura ad abſoluendum quam ad condemnandum.*
3 *Honor & uituperium eſt delegati.*
4 *Iuriſditioni ordinarię magis quam delegatę eſt deferendum.*
5 *Iuſtum eſt vnicuique ſua committere.*
6 *Iura magis fauent ordinarijs quam delegatis.*

CAP. XX.

1 DVobus. Non pluribus. alioquin ſtaretur ſnīæ duorum ɔ̄ tertium, ff. eo. ti. duo ex tribus, † quia hæc eſt rīa, ꝙ maiori numero ſemper ſtatur, lxv. diſt. c. j. & ij. ff. de arb. ſi in tres. & l. ſeq. & l. die. § ſi plures. & l. non diſtinguemus. §. cum in plures. dumodo omnes præſentes ſint & pronunciauerint, vt ibidem. quod dic, vt plene no. s̃. de off. dele. vno delegatorum. Quandoque tñ non ſtatur maiori numero, vt s̃. de reſcrip. paſtoralis. rñ. j. j̃. de ſtatu. mona. in ſingulis. §. ordinentur. in fi. & in cauſa epiſcopi criminali, in qua neceſſe eſt ꝙ oēs præſentes concordent, vi. q. 4. c. i. & ca. ſi quis eps criminaliter. [Diuerſas] i. contrarias, quia vnus abſoluit, alius cōdemnauit: alioquin ſi diuerſæ eſſent, vt ſi vnus in x. alius in xv. cōdemnaret, valeret ſnīa quo ad x. quia in illam ſummam omnes concordant. ff. de arbi. diem proferre. §. ſi plures. ff. eo. tit. inter pares. §. fin. & idem eſt, ſi ſint plures quam duo, dūmodo hinc & inde ſint pares, vt in eadem l. inter pares. [Ordinaria] ſi vero ex delegata & c. vt j̃. e. §. ſi uero. [Pro reo] vt ff. eo. inter pares. Et eſt rō,
2 † quia promptiora ſunt iura ad abſoluendum ꝗ̄ ad condemnandum, ff. de act. & obl. Arrianus. & legit. & no. s̃. de probationibus. ex literis. [Niſi in cauſa fauorabili] ver. in qua ſtatur ſnīæ latæ pro ipſo, qui cauſam fauorabilem fouet, etiam ſi ſit actor, multo fortius ſi ſit reus, quia tunc duplex fauor occurrit, ſ. rei & cauſæ. ad ꝙ accedit, qđ no. j̃. de clande. deſpon. c. j. [Matrimonio] xxx. q. iij. §. ſi quis vero. j̃. de deſpon. impube. continebatur. s̃. de teſtib. licet ex. quadā in fi. vbi de hoc, niſi propter periculū animæ aliud ſtatuatur, j̃. de ſpon iuuenis. [Libertate] ff. e. tit. inter pares. ff. de manu l. antepen. & de hoc no. s̃. de pb. ex literis. [Dote] cuius cauſa ſemper & vbique præcipua eſt, ff. ſol. matri. l. j. & ideo pro ipſo in dubio iudicatur ff. de iure do. in ambiguis. [Teſtamento] ff. de inoff. teſta. ſi pars iudicantium. ¶ Si uero] ij. pars. [Vtraq; pendet] vt ff. eo. ti. duo iudices. [Delegantis] approbat ergo abſolutoriam, vel condemnatoriā quam maluerit, quia eius & non delegati eſt iu-
3 riſdictio & honor, & † vituperium delegati, vt no. j̃. ti. j. vt debitus ff. de off. dele. cum olim magiſter. ¶ Quod ſi ex compromiſſo] i. pars. [Neutra.] & ſic nihil actum eſt, ff. de arb. Pedius. §. fi. & l. ſeq. & l. diem. §. ſi plures. & no. in ſumma, eo. ti. §. ſi quis debeat. ſub §. delegatus. ver. viij. & ſeq. Conſueuit aūt quæri rō diuerſitatis iſtorum iurium: & dixerunt quidam, ꝙ ideo tenet ſnīa ordinariorū, nec recurritur ad ſuperiorem, quia ipſo carent, nec habent ſuperiorem, niſi legem mortuam. Sed hoc falſum eſt, quia excepto papa, vt s̃. de elec. licet. in fi. in quo nec litera iſta locum poſſet habere, arg. s̃. de offi. ordi. quoniam in pleriſq; nullus alius eſt, qui in ſuperiorem habeat, vt patet 14. diſt. a ſubdiacono. & ca. nulla rōne. Dicas ergo, ꝙ aliud eſt in ordinarijs, aliud in delegatis, quia iuriſditio ordinariorum naturalis eſt & ordinaria, delegata vero ac
4 cidentalis & extraordinaria † quare magis deferendum eſt ordinariæ ꝗ̄ delegatæ, vt patet in eo, ꝙ no. j̃. ti. j. vt debitus. ideo ſnīa ordinaria firma eſt, ſnīa vero delegati ex arbitrio pēdet illius, cuius eſt iuriſdictio, ff. de off. eius cui man. eſt iuriſd. l. i. §. qui mandata,
5 † nam & iuſtū & vnicuiq; ſua committere, C. de iud. nemo. in arbitris autem ideo nulla eſt, quia nec aliqua iuriſdictione vtuntur vnde nec infamat eorum ſnīa, ff. de his, qui not. infa. quid ergo, §. ex cōpromiſſo, nec eſt res neceſſaria, ſed voluntaria, imputet ergo ſibi qui talem elegit, ff. de arbi. l. 3. §. j. & l. diē. §. ſtari, ſed & hæc
6 ſtatuuntur ideo cauſa diuerſæ, † vt ſciamus ꝙ iura magis fauent ordinarijs ꝗ̄ delegatis, & magis delegatis ꝗ̄ arbitris: & vt omnes recurrant ad ordinarios primo & principaliter: ad delegatos aūt ſecundo, & in ſubſidium. Ad arbitros vero, coram quibus poſſumus grauari de facili & laborare in vanum, nunquā, niſi neceſſitate vrgente, quæ & voluntatem compromittendi inducat. ſic intellige ff. de arbit. l. iij. §. j.

¶ De appellationibus, recuſationibus, & relationib. Rubr.

*SVMMARIVM.*

1 *Conſuetudo circa exceſſus famoſos locum commiſſos habet.*

CAP. PRIMVM.

a DIlecti. Pars, s̃. de iudic. dilecti. [Grauem.] depoſitione, vel ſaltem amonitione dignam, eo ꝙ non detulit appellationi ad papam factæ ij. q. vj. decreto. [Apoſtolicæ ſedis legatus] ſicut & cantuarien.[a] vnde pñt vniuerſas cauſas etiam per querimoniā corā eis factas audire, s̃. de of. lega. c. i. [Poſt appellationem] quæ ſi legitima fuit ſententia excōicationis, ſuſpenſionis, interdicti poſtea in appellantē lata non tenuit, j̃. de ſen. excōmu. per tuas. s̃. de offi. dele. cum contingat, ꝙ ſi probatio tractum hēt poterit impetrari abſolutionis beneficium ad cautelā, vt legit. & no. j̃. de ſen. excō. venerabili, ſed ſi utraq; pars intentionem probauerit. dic, vt legi. & no. s̃. de teſt. cum tu fili. Hoc autem circa hanc materiam notandū, ꝙ ſi negetur appellatum, neceſſe eſt ꝙ de appellatione fiat fides, antequam iudex appellationis in cauſa procedat, extra, d. n. eo. ti. Romana. §. ſi vero. de quo etiam exigitur pbatio in curia apoſtolica facienda, vbi eſt ad ipſam appellatum, ſicut tenet curia de conſuetudine, & patet in eo quod leg. & not. extra, d. n. eo. tit. cordi. §. poſt hæc lib. vj. & de elec. ſtatuimus. & j̃. de ſent. excō. per tuas. in fi. ubi de hoc plenius no. Sed pone, ꝙ coram auditore a papa dato, offertur libellus ſuper appellatione, in quo petitur ꝙ appellatio pronuncietur iuſta, & quicquid poſt appellationem attentatū eſt irritari, appellatus nihil obijciēdo, vel excipiendo, vel proteſtando conteſtat litem negando. Poſt litem vero conteſtatā fit poſitio, quia ſic appellatum fuit, & negatur, datur articulus ex parte appellantis, & petit ſe remitti ad partes ſuas vbi vult probare ſe ſic appellaſſe, nunquid eſt audiendus? Breuiter dicas ꝙ ſic, & imputet ſibi appellatus, qui ante lit. conte. hoc non oppoſuit iudicium declinando, arg. 3. q. vj. pulſatus. & in eo quod legit. & no. s̃. tit. j. inter monaſterium. certum eſt. n. ꝙ papa ordinarius eſt cunctorū, vt patet in eo qđ leg. & no. s̃. de for. compe. licet. & per ɔ̄ns ꝙ coram iudice ſuo lis conte. eſt de cętero ergo nō eſt locus declinatoriæ, ff. de procur. filiusfamilias. §. veterani. & l. Pomponius. §. ratihabitionis. & ubi cęptum eſt iudicium &c. ff. de iud. vbi igitur lite iam conte. non poteſt appellatus de hoc excipere, niſi in modum peremptoriæ, cuius probationes appellans non cogitur ad curiam ſecum ferre, niſi ipſum facta citatio ad hoc arctet, & ſufficit, ꝙ ante ſententiam proponatur, C. ſentē. re. non poſſ. l. 2. C. de excep. præſcriptionem. & l. ſeq. & ſic fuit iudicatum per dominum Clementem papam 4. de conſilio fratrum. Sed dices, ſic omnes poterunt fruſtratorię fatigari, dicētibus aduerſarijs, ꝙ appellauerunt, & petentibus ꝙ remittantur ad ppria, vt ibi, probent appellationem? Reſpon. non eſt ita, immo ante li. conteſta. hæc exceptio obijci poterit, & ſic non fiet remiſſio. Si quæris, quid perimit hæc exceptio poſt lit. conteſt. Reſpon. libellum oblatum ſuper appellatione, & omnia petita in eo. Huic tamen diffinitioni videtur fortiter contradicere quo ad verba, & mentem

ADDITIO.

a ¶ Cantuarien. De iſtis legatis natis. vide gl. ordinariam, in c. j. de offi. lega.



mentem, extra, dom. noſt. eo. titu. cordi. §. poſt hæc. & de elec. ſtatuimus. lib. vj. [Et ſuſpendit.] Primum grauamen. [Interdixit] Secundum grauamen. [Si eidem.] hac conditione pendente facta appellatio ſententiam impediret, j̃. eo. præterea. [Excommunicatos] præmiſſa ſententia, alioquin per ſolam ſententiam non ligarentur, j̃. eo. paſtoralis. ante fi. [Denunciauit.] Tertium grauamē & ſic perſonam prioris iura ſua & honorem ſuum lęſit, & male proceſſit ſaltem in hoc vltimo, etiam ſi appellatum non fuiſſet, quantumcunque accuſetur prior, vt patet in eo, quod legit. & no. j̃. de accuſa. olim I. V. & P. §. prouiſo. [Et j̃. hoc eſt, ꝙ etiam quaſdam eccleſias ad priorē pertinentes ordinauit, & ſuper hoc quarto grauamine tantum, omiſſis tribus præcedentibus in ſequenti §. prouidetur. ¶ Super quibus] ij. pars. [Per idoneas,] hoc ſolum ſufficit ſine fama, vt per duos vel tres idoneos fiat fides, s̃. de teſti. licet vniuerſis. & c. ſeq. ſecundum B. [Et famam loci,] quæ ſola per ſe non ſufficit, quod dic, vt legit. & nota. s̃. de teſti. præterea. ſecundum B. ſecundum quem tanguntur hic duo genera probationum. ſ. teſtium ſine fama, & famæ cum alijs adminiculis ſine teſtibus, ſufficientibus. Vel poteſt dici, ꝙ hic alludit conſuetudini Angliæ, ſecundum quam creditur duodecim iuratis aſſerētibus, ſiue credentibus ita eſſe, & talem fore vocem ſiue famā patrię: & ideo ſic expone. [Per idoneas perſonas] ſcilicet duodecim electas de vicinia iuxta morem. [Et famam loci] probatam per eoſ
1 dem, † quæ conſuetudo circa exceſſus famoſos commiſſos ſpecialiter locum habet, maxime ſi notorij ſint, & negentur, argu. s̃. de elec. bonæ. j. §. licet. ſed in ſententijs non toleratur, vt patet s̃. de conſue. c. ij. nec in his videtur, ꝙ plenam probationem faciat. ſuper quo vide quod not. s̃. de proba. c. ij. & c. ad noſtram. [Sollicite inquiſita.] Arg. ꝙ vbi etiam de poſſeſſionibus agitur, poteſt iudex in modum inquiſitionis procedere. Vel dic, ꝙ nec loquitur hic de inquiſitione ex officio, ſed de contentioſa, & hoc innuit hoc verbum, ſollicite. q. d. non perfunctorie, non ex officio, ſed ſecundum iuris ordinem procedendo. ſic s̃. de iudic. exhibita. [Factas] tempore ſuſpenſionis, excommunicationis, ac interdicti ſentētiarum in priorem latarum per archiepiſcopum, & factas ab archiepiſcopo, ſicut continetur in deciſione præced. vt ibi no. [Malitioſe.] i. ſcienter, vt fructus ſuos faciant, arg. j̃. de præben. de multa. §. & ſi vltra ſex. ſi enim ignorarent vacationem, tempus non curreret, vt patet in eo, quod legit. & not. s̃. de ſup. neg. præla. licet [Diſtulerint.] vltra ſex menſes, ſiue ad ipſos ſpectaret collatio, ſiue repræſentatio, vt patet in eo, quod legitur & not. j̃. de conceſſ. præben. c. ij. j̃. de iure patr. eam te. [Eas] ſ. eccleſias. [Pertinet.] ſcilicet conferendo vel repræſentando, & non auctorizabiliter inſtituendo: hoc enim ſolius epiſcopi eſt, vt hic innuit, quod dic vt legitur & no. s̃. de offi. archidia. cum ſatis. [Ordinare.] vt ſic eſſet poteſtas ad archiepiſcopum deuoluta, s̃. de ſup. neg. præla. c. 2. [Eaſdem.] ſ. poſſeſſiones ab archiepiſcopo factas. [Irritum.] nullæ enim ſunt, ex quo poſt appellationem legitimam factæ ſunt, ſecundum d. n. vt patet s̃. de excep. dilecti. in fi. & j̃. eod. cum cauſam quæ. in fine. & ca. dilecto. in fi. quod eſt intelligendum, quando non ſolum poſt, ſed & contra appellationem factę ſunt, quod dic, vt no. j̃. eo. conſuluit. ij. in fi. ] Reuocetis] cum iſte legatus nō ſit de latere, & ſic circa collationē beneficiorū ex legationis officio nullā habebat ptātē, & ita ſoluitur j̃. de iu. pat. cū dilectus. s̃. de offi. leg. dilectus. ꝙ dic, vt ibi no. & ex̃, d. n. de of. leg. officij. li. vj.

*SVMMARIVM.*

1 *Id quod non valet in genere quandoque valet in ſpecie.*
2 *Aliqua ſunt quæ conceduntur in genere, & non in ſpecie.*
3 *Qui contra ius facit redarguendus eſt.*

CAP. II.

a INter cætera. Et j̃. [Generalem,] nec generalis appellatio[a] facta ante ſententiam diffinitiuam valet vt hic, nec ſpecialis, niſi ex cauſa rationabili fiat, ſeu a grauamine illato, vel comminato, vt patet j̃. e. vt debitus. & c. cum ceſſante. Sed cō-
1 tra, j̃. eo. conſuluit. ij. Sol. ut ibi. Item argu. † ꝙ quandoq; id, quod non valet in genere, valet in ſpecie. ſic ff. de pact. ſi vnus. §. pacta. & §. illud. ff. communia prædio. ſi in venditione. §. in tradendo.
ita tamen.& ſupra eod.ad noſtram.[Pro ſalute] & hoc cum deſi
derio,quia vitam recuperãt infinitam,de pœn.diſt.v. conſideret.

*SVMMARIVM.*

1 *Quis ad continentiam alternatiue compellitur.*
2 *Caſus maiorum cauſarum excipiendi.*

CAP. XXVII.

AD hæc,& infra. [Appellatum] & a te, vel ab aduerſario appel-
lationi delatum,infra eo.interpoſita.§ j. [Fas tibi ſit]
verſic.non ergo neceſſitatem importat.ff.de offi.præ
ſid.generaliter.& l.præced. [Vel coram te] verſic. ſub alternatio-
1 ne,vt dictum eſt ſupra eod.conſuluit.ij.ad fi.ſic alternatiue† com
pellitur quis ad continentiam.xxvij.queſt.ij.multorum [Pareãt]
ſupra eod.cum ſit Romana.& c.perſonas.ſecundum dominum
2 noſtrum. Sunt † autem excipiendi caſus maiorum cauſarum,vt
patet in eo, quod legitur, & notatur infra eod.ſollicitudinem.&
cap.vt debitus.in fine. [Aut ſi alterutra] verſi.ſcilicet appellatrix,
ſiue appellata,& ſic proponuntur hic tria ſub diſiunctione, quo-
rum alterum ſufficit eligere appellanti, ſupra de reſcriptis, inter
cæteras.vbi de hoc.Excipe & quartum,ſcilicet ſi iterum ex cauſa
rationabili appelletur,infra eod.directe.§.fin.Excipe etiam quin
tum,ſcilicet ſi iuſta cauſa impeditus fuit,quare appellationẽ non
eſt proſecutus,ſupra eod.ex inſinuatione Et ſextum,ſcilicet ſi ad-
uerſarius ex certa ſcientia alium iudicem impetrauit,infra de cõ
firm.vti.bonæ.[Suſpectum] ſed quomodo poteſt eſſe,cum ſemel
ſub ipſo litigauerit?Reſpon.ex noua cauſa,vel quia ipſum per ali
quem actum,cum ſemper declinauerit eius iudicium,non vide
tur adhuc ipſum approbaſſe,quod dic,vt legitur,& notatur ſupra
titu.j.inter monaſterium, ſupra de offic.deleg. inſinuante.[Iudi-
cem eligant] ſi partibus placuerit,vel ad ſuperiorem remittet,in
fra eod.cum ſpeciali.olim autem ſecus erat,ſupra de fo.compet.
ſi clericus.xj.quæſt.iij.peruenit. Sed hodie etiam ſecundum leges
ſecus eſt,C.de iudic.l.fin.niſi velis exponere,quod ſequitur, quæ-
ſtionem,ſcilicet de ſpoliatione, ſecundum dominum noſtrum,
tu tamen de hac materia dic, vt plene not. ſupra de fo.compet.ſi
quis contra clericum.& cap.licet,infra eod.cum ſpeciali.§.j.

*SVMMARIVM.*

1 *Verbum prorumpo,in vitium ſonat.*
2 *Res quę dilationem non capit.*
3 *Quicunque habet beneficium,debet facere ſeruitium.*
4 *Priuatio eſt pœna non reſidentię.*

CAP. XXVIII.

PEruenit. [In ea] ſcilicet eccleſia. [Reſidentiã] quam quilibet clericus tenetur face-
re.vij.q.j.ſi quis in clero.xcj.diſt.cap.j.& ſeq. etiam ra-
tione beneficij viginti ſolidorum , alioquin niſi iuſta
cauſa impediat,priuari poteſt,vt infra eod.§.fi.& legitur,& nota-
tur infra de cleri.non reſid.conquerente.& cap.inter quatuor.&
1 cap.fin.†[Proruperit] in vitium ſonat, vt notatur ſupra eo.repre-
henſibilis.reſpon.j.in fi & c.ſuper eo.ij.§.fin.q.d.fruſtratorie,vt ſe
quitur.¶Cum autem] ij. pars.[Videbatur] ſcilicet tibi , vel ſicut
aſſeris,vel ideſt præſumatur,quouſque conſter de cauſa rationabi
li,quam expreſſit , puta quia non poterat ibi ſecure commorari,
ſupra de renunc.ad ſupplicationem.reſpon.j.vbi de hoc,alias au-
tem ſi cõſtaret,ꝙ eſſet fruſtratoria, vt puta quia nulla cauſa ratio
nabilis expreſſa eſſet,non valeret,infra eod.vt debitus.& cap.cum
ſpeciali.[Appellaſſe] hoc ſecundum iura antiqua,hodie vero nõ
audiretur,niſi grauaretur ſecundum dominum noſtrum.Tu dic
appellaſſe,ſubaudi tamen qa probabilem cauſam expreſſit.[Man
damus] &c. [Vel infra terminum] verſic. [Iter ad nos] factum
recitat,quia non ſufficit,ꝙ appellans infra tempus iter arripiat,ni
ſi Apoſtolico conſpectui ſe præſentet,ſupra eod.cum ſit Roma-
na,ſecundum do.n.immo eſt determinatio Papæ, ideo dic,vt in
ſequ.glo. [Arripiat] ſic datur hic terminus ad iter arripiendum,
alibi ad ſe iudici præſentandum,quod dic,vt not.ſupra eod.perſo
nas.[Veniendi] quid ſi Prælatus &c.vt infra §.fi. [Interim vero]
verſic.ſcilicet appellatione pendente.[Perſonæ] ſic ſupra de offi.
ordin.cum vos,infra de cleric.non reſid.cum ad hoc.§.fi. [Com
mittas] hoc tamen poteſt iudex facere poſt appellationem,quia
hæc† res dilationem non capit.ff.de appell.non recip.l.fin.vel lo-
quitur ſecũdum iura antiqua,quæ appellationem fruſtratoriam
admittebant,in quo caſu non erat mirum,ſi epiſcopus alij perſo-
nę eccleſiam committebat,hodie vero ſecus,cum non niſi a gra
uamine poſſit quis appellare,infra eod.vt debitus,ſecundum d.n.
Vel poteſt dici,ꝙ hoc fit ex iſto ſpeciali mãdato Papæ, per quod
hæc mandauit epiſcopo,cui hęc dirigitur decr.Nobis tamen ma
gis placet primus intellectus,ſecundum quem quantumcunque
prima facie ex cauſa rationabili appelletur , epiſcopus tamen ex
officio ſuo hoc habet facere,vt patet.x.q.j.regenda.& cap. ſeq. &
in eo,quod leg.& not.infra de offi.ordin.cum vos.& infra de cle
ri.non reſid.cum ad hoc,& infra eod.ſuper verbo,aſſignes.nec ali
ter eſſe poteſt,certum eſt enim,ꝙ eccleſia non debet carere recto
re propter pericula animarum, ſed iſte qui appellauit non poteſt
ipſam perſonaliter regere, cũ & appellationem perſonaliter pro-
ſequatur,vt præmiſit ſupra in præced.verſic. ſed nec per alium in
uito epiſcopo,vt patet in eo,quod leg.& not.s̃.de offi.vic.clericos.
igitur ex vi iuris ſequitur,ꝙ epiſcopus alij hoc committat, vt hic
dicit,& eſt ſpecialis caſus, in quo is a quo appellatum eſt iuriſdi-
ctionem ſuam exercet.Sunt & quidam alij,quod dic,vt no.s̃.eo.
cum teneamur.reſpõ.j. [Et ei] ſcilicet ſubrogato,& Vicario tem-
porali,quod non debet fieri niſi ex cauſa,& ſic non obſtat, infra
de prębend.extirpandę.§.niſi forte. vbi de hoc. [De beneficijs il-
lius].ſ.eccleſiæ.i.prouentibus,vel illius.ſ.Guillermi appellantis,ad
quem prouentus eiuſdem eccleſię pertinent,dum eſt canonicus,
ſiue rector,vt patet in eo,quod leg.& not.ĩ.de his quæ fi.a prę.pa
ſtoralis.reſpon.j de pecul cleri. c.fin. [Aſſignes] ſed ex quo eius
appellatio admittitur,quare in hoc grauatur.contra.ij.q.vj.appel
latione.infra eod.dilectus.§.j.in fi.Sol.nihil fit hic in pręiudiciũ,
3 ſed potius in ſubſidium appellantis,† nam quicunque habet be-
neficium debet facere ſeruitium,infra de cleric.coniug.diuerſis.
& in perſona propria,vt notatur ſupra reſpon.j.ſuper verbo, reſi-
dentiam.Fit ergo gratia,quia admittitur ſubrogatum, argum.in-
fra de præben.ſignificatum,ſupra de offic.deleg.quoniam.§.is au
tem.Et eſt ratio ne eccleſia,quę culpa caret propter eius malitiã,
ſeu negligentiam puniatur,infra de his quæ fi.a ma.par.cap.quę
ſiuit.& vt animarum,& aliorum ſpiritualium necnon & tempo
ralium periculis occurratur,ſupra de elect.ne pro defectu.reſpõ.j.
& vt lite non conteſta.quoniam.§.j.ſed nec grauaretur,ſi cenſus
temporalis quem deberet eccleſia interim ſolueretur,multo for
tius non grauatur,ſi reddat eccleſiæ per alium penſum ſuum,inf.
de celeb.miſſa.c.j.in princ. [Congrue] pro ſe,& familia.l.diſt.ſtu
deat.& xxxj.diſt.omni modo,alias omnino, ſecundum Goff.im
mo aſſignetur portio congrua,argum.infra de præb.extirpandæ.
§.niſi forte.ĩ fi. ¶Quia ſi prælibatus] iij.pars.[Alterum iſtorum]
quia nec pręciſe tenetur ad vnum,vt not.ſupra eod.conſuluit.ij.
4 ad fin. [Priues eundem] hæc † eſt ergo pœna non reſidentiæ, vt
not.ſupra eod.reſpon.j. [Et eam].ſ.prębendam ſic vacantem de
iure,quamuis non de facto.ĩ.de pręben.de multa. quod dic, vt ĩ.
de conceſſ prębend.c.j.& c.cum noſtris.& c.literas.[Idonee] hoc
ſemper intelligitur,vt ſupra de elect.cauſam.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatio quæ interponitur contra edictum perpetuum, nulla eſt ipſo iure.*
2 *Iudæi mancipia Chriſtiana timere non debent.*

CAP. XXIX.

COnſuluit. [A Rege] põt intelligi, ꝙ Rex Frã ciæ appellabat pro Iudęis, vt eis li-
ceret mãcipia Chriſtiana retinere.quod dic,vt in ſeq.
glo.Vel is poteſt eſſe ſenſus, ꝙ aliqui nomine Iudæo-
rum appellabant a Rege,ne prohiberet eis quo minus poſſet ha
bere mancipia Chriſtiana ſm d.n. ſed quocunque modo intelli
gas non erat talis appellatio tanquam præſumpta contra Cano-
nes admittenda,vt patet in eo.quod not.inf.verſic.j. [Pro Iudęis]
quaſi gerens,ſiue defendens factum eorum,quod non deceretur
Regiam maieſtatem,infra de Iudæis.c.penult.licet alias inter nos
ſint tolerandi, prout legitur, & nota.infra de Iudæis, ſicut Iudæi.
[Non conuenit] verſic. [Pro huiuſmodi appellationibus] appel
1 latio† enim quæ interponitur contra decretum,ſiue edictum per
petuum nulla eſt ipſo iure.ff.de appel.non recip.l.fi.& hoc eſt cõ
tra



2 tra decretum,vt ſequitur [Decreti] prohibentis,† ne Iudæi man-
cipia teneant Chriſtiana.C.ne Chriſtia. man. l.vnica. liiij.diſtin.
mancipia.& cap.fraternitatem.C.de epiſco.& cleric.Deo nobis.
§.his ita.quod dic,vt leg.& not.ĩ.de Iudæis.multorum.& cap.Iu
dæi.& c.ſicut.& c.cum ſit.& c.fin.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex debet deferre appellationi factę.*

CAP. XXX.

AD hæc ſicut aſſeris , & infra.
1 Sic conſtrue [Reſpondemus,ꝙ † iudex debet deferre
appellationi factæ] ꝙ eſt in fi.huius reſpon. [Si ei].ſ.
iudici [Conſtiterit appellantem] a iudice delegato, coram quo
conueniebatur,vt ſequitur,ſecus in ordinario, vt ĩ.eo.vt debitus.
Alij dicunt,ꝙ hęc corrigitur,quod dic,vt ibi not. [Nuncium ad
Sedem Apoſtolicam deſtinaſſe antequam partes] &c. [Peruenif
ſet] ideſt antequam ipſe qui appellauit ſciret,ꝙ delegatio facta eſ
ſet.nam poſtea non prodeſſet,vt ĩ.verſ.vnico.quod dic, vt legi.&
not.s̃.eo.ſuggeſtum.& c.meminimus.[Ad ipſum] ſcilicet appel
lantem,& hoc eſt,quod ſequitur.[Qui appellationis] &c.ſm do.
noſt.hic non fuit magna philoſophia,quia ipſa litera ſe exponit.
[Sed ſi poſt citationem] ver. [Deſtinatus].ſ.nuncius, vel ex quo
ſciuit mittens,ꝙ delegatio facta erat,vt s̃.eo.reſpon.j.

*SVMMARIVM.*

1 *Prælatus ſi modum excedat in corrigendo, appellatio bene admittitur.*

CAP. XXXI.

DE priore,& infra. [Propter ſuas enormitates] verbi grat.
prior ꝑcipiebat canonico,de quo hic loquitur,ꝙ con
ſentiret donationibus, quas faciebat ꝯſanguineis,vel
alijs ſuis illicitis donationibus,vel ꝙ nemini concubinas,quas te
nebat,vel ſuos cõtractus ſimoniacos releuaret,& ſuper his forſan
volebat iſtum canonicum aſtringere iuramento,quare canoni-
cus ex hoc ſentiẽs ſe grauari ad Sedem Apoſtolicam appellauit,
& in hoc cõcordat d.n.Vel forſan idem canonicus ex his cauſis
ipſum priorẽ ad Sedẽ Apoſt.appellauit. prior vero ex hoc mot⁹,
& appellationi non deferens eundem canonicum ſuſpendit, &
excommunicauit,vel forte cępit,& in carcerem poſuit, qđ quan
doque faciunt prælati religioſorum ex odio, vel ex leui cauſa, vt
patet in eo,quod leg.& no.ĩ.de ſta.mon.c.fi.reſpon.j.verſic.fi.ſm
quoſdam.immo propter hoc fecit ipſum omnibus veſtib.vſque
ad camiſiam ſpoliari,& appellationi renunciare coegit,vt in an-
tiqua,& quia ſine iniuria Apoſt.Sedis.in hoc caſu attentatũ non
fuit,vt patet ij.q.vj.ad Romanam.j.& ij.& c.ideo.j.& ij. & c.inter-
medijs. ideo præcipitur hic, ꝙ prior ſuper his ſatisfacturus ad cu-
riam perſonaliter trãſmittatur,vel dic vt no.in ſeq. [Manifeſtas]
.i.notorias. [Notabilem].i.infamem,quod dic,vt no.s̃.de off.de-
leg.cum olim magiſter.§.ſane.[Appellauit]extra iudicium non
in iudicio & hoc eſt quod no.ex eo,quod dicit appellauit priorẽ,
quod eſt s̃.& non dicit a priore.ſi.ĩ.de accu.olim I.V.& P.& intel
lectus iſte colligitur in antiqua.alij autem hoc aliter intelligunt,
vt s̃.eo c.in prin.& in ſeq.glo. [Et ipſe] ver.ſ.prior [Deferre con-
1 tempſit] ex hoc patet, † ꝙ ſi prælatus modum excedat in corri-
gendo bene admittitur appellatio ex hac cauſa.s̃.de off.ord.licet.
& c.irrefragabili.§.j.quamuis alias nõ admitteretur, vt leg.& no.
s̃.eo.ad noſtram.ſm B.innuit ergo,ꝙ hic in iudicio, vel quaſi ap
pellatum fuit a priore volente corrigere,ſed hoc non habetur ex
textu.immo potius contra,vt no.s̃.in præced.glo. Fateor tamen,
ꝙ ſi corrigere vellet ex cauſis præmiſſis appellari poſſet,ſi notorie
eſſent.ſic enim modum excederet.quia ad talem iudiciũ,vel cor
rectio non ſpectaret,arg.iij.q.vij.iudicet.xxxij.q.vj.c.j.& iij.& ĩ.de
cohab cler.& mul.veſtra.& c.fi Sed qualiter hoc cõtempſit, for
ſan ipſum ſtatĩ vinculis captiuauit.ſicut & ſæpe fit . ĩ.de ſta. mo.
c.fi.reſpon.j.ad fi.in quo caſu tam præcipiens,q̃ obediens excom
municationem incurrunt ſm id,quod leg.& not.ĩ.de ſent.excõ.
vniuerſitatis,ad fi.immo quia ipſum ſpoliari fecit &c. vt no. s̃.e.
c.in prin.verſic.immo propter hoc.& hoc eſt,quod innuit infra
verſic.vnico.ibi de tanto exceſſu.vt ibi no. [Eum] verſic.ſcilicet
priorem [Literis] ſi.s̃.eo.peruenit.ad fi. ĩ.de ſecun.nupt.c.j. [De
tanto exceſſu] quia appellationi non detulit,& ideo eſt grauiter
puniendus.ij.q.vj.decreto.immo & forſan ipſum appellantẽ vin
culis alligauit.Immo aliter,quod dic,vt not.ſupra eod.c.in princ.
& ſuper verbo deferre contempſit.[Satisfacturum] in xxx. pon-
do auri,vel alias arbitrarie,vel vt deponatur, quod dic, vt not.ſu-
pra eod.ad præſentiam.§.fin.

*SVMMARIVM.*

1 *Inficiationi locus non eſt in conuictis per confeſſionem.*

CAP. XXXII.

QVia nos.& infr.vt Abbates.
ſubaudi ſtatuimus.ſiue conſuetudinem quorundam
monaſteriorum approbamus volentem & concedẽ
tem,vt Abbates &c. [Infamia] ſuper publico,& infami crimine,
de qua infamia nequeunt ſe purgare ij.q.iiij.presbyter ſi a plebe.ĩ.
de ſimo.de hoc.& c.inſinuatum. & ideo ſunt remouendi, vt ibi.
Vel dic ſm d.n.ſpeciale eſſe in regularibus, vt poſſint pro ſola in
famia a ſuis adminiſtrationibus remoueri.Vel dic vt no.s̃.eo.ſu
per verbo,in communi capitulo[Conuicti]de plano omiſſo ſtri
cto ordine iudiciario.ĩ.de accuſ.olim.I.V.& P.qui in talibus non
ſeruatur,vt patet ĩ.de accuſ.qualiter in fi.& no.s̃.eo.reprehenſibi-
li.§.fi.ſm B Sic innuit,ꝙ iudicialiter ſit proceſſum. Sed hoc non
1 habetur ex litera,ſed potius contra,† vnde dic conuicti per confeſ
ſionem publice factam.ĩ.de exceſſ.præl.q̃ ſit graue, vel euidentiã
rei,vnde nõ eſt locus inficiationi.ĩ.de cohab.cler.& mul.tua nos.
& c.fi.§.fi.vel ſm d.n.per inquiſitionem de plano factam aliquo
ordine iudiciario non ſeruato [In communi capitulo] quod de
bent facere Abbates,& priores de triennio in trenniũ,& ſi ſpon-
te cedere noluerit,tunc in nõ exemptis denuncietur diœceſano.
in exemptis Sedi Apoſt.quod dic,vt leg.& not.ĩ.de ſta.mo.in ſin
gulis.& c.ea quæ.in quo caſu non eſt locus appellationi,qa a cor
rectione non appellatur,vt not.s̃.eo.ad noſtram.ſm B. Sed intel
lectus iſte ſtare non poteſt,niſi aliud ſuppleatur,& hoc duabus ra
tionibus. Prima eſt, quia cum hæc decre. ſit Alexan.III.qui præ-
ceſſit concilium generale per Innocentium IIII.celebratum cu-
ius ſunt.ca.inf.de ſta.mon.in ſingulis.& c.fin.non videtur hic A-
lex.de illo futuro concilio ſomniaſſe.ſicque nõ poteſt hoc intel-
ligi de illo capitulo prouinciali,argumẽ.ff.de contrahen.emptio.
in lege.ff.de tranſactio.qui cum tutoribus. in fi. & infra de cogn.
ſpir.cap.primo. Secunda,quia nec in illo prouinciali capitulo re
nunciatio facta teneret,vt patet in eo,quod leg.& not.s̃.de renũ.
admonet.& c.lecta.& c.fi.Dicas ergo ſm Goff. ꝙ hoc c.loquitur
ſm cõſuetudinem quorundam monaſteriorum,iuxta quam ex
quo aliquis Abbas reperitur inutilis & publice infamatus, requi-
ritur ab eo ſigillum ac in capitulo commonitus tenetur cedere,
ex quo omnes concordant.& cauſa notoria ſubeſt talis,alioquin
alius eligitur non obſtante appellatione ipſius, ſic fuit obtẽtum
quandoq; in Abbatia Sancti Ruffi Valentin.& in eccleſia Vſciẽ.
diœceſ.Taurinen.quæ conſuetudo videtur hic approbari.& ĩ.eo.
cum ſpeciali.in fi.& de accuſ.qualiter.ij.in fi.& de ſimo.per tuas.
verſ.pen & in eo,quod leg.& no.ĩ.de cogn.ſpir.ſuper eo.Nec ob.
s̃.de renunc.admonet, quia loquitur in ſecularibus.Nec c.lecte.
& c.vlt.quia intelligenda ſunt quando non ſubeſt talis cauſa, vel
quando nõ obtinuit conſuetudo talis,alioquin non fit ſine iudi
ce,quia hæc conſuetudo approbatur per Papam,vt not.ſupra eo.
c.in prin.vel dic vt not.infra. [Noluerint] ſed ad iudicem recur-
ratur qui ex prędicta cauſa , & auctoritate prædictę cõſuetudinis
ad inſtantiam capituli,ſiue conuentus nullo diſcrepante concor
diter prædictam cauſam teſtificantis.& inſtanter petentis, nulla
alia probatione exacta cedere ipſos cogat, nulla appellatione ob
ſtante,vt ſequitur.& comprobatur in iuribus ſignatis. s̃.in præce
den.glo.Et iſte intellectus magis congruit iuri,ſed primus intelle
ctus reſpicit ſpeciales conſuetudines aliquorum religioſorum, vt
patet in præced.glo.& vſque ad hæc tempora de magiſtro, de Ge
nerali fratrum Prædicatorum, & miniſtro Generali fratrum Mi
norum. Abbate Ciſtercien.& Priore Gartuſien.magiſtro tempo
rali, & hoſpitalis fuit hactenus ſic ſeruatum, & in quibuſdã alijs
religionibus , quæ etiam habent ex priuilegio ſpeciali , ꝙ eo ip-
ſo,ꝙ magiſter,vel miniſter,ſeu eorum ſuperior quocunq; nomi
ne cenſeatur communiter ab omnibus,vel maiori,& ſaniori par
te fratrum eligitur,ius adminiſtrandi conſequitur,quia eligendo
confirmatur , & confirmando eligitur, ſicut hoc idem de Papa
leg.& no.xxiii.diſt.in nomine domini.& s̃.de elect.licet de vitan
da diſcordia.Et habent eędem religiones de priuilegio,vel ex cõ
ſuetudine,ꝙ ex quo in ceſſione ſuperioris concordant omnes fra
tres.quibus data eſt hęc poteſtas,vel maior & ſanior pars eorum,
idem ſuperior tenetur cedere, quod ſatis naturaliter congruit ra-
tioni,vt patet in eo,quod legitur,& notatur infra de reg.iu.c.j.ſed
ſi ſuperior in hoc forſitan refragetur, non putamus, ꝙ ei ſit vio-
lentia inferenda,ſed ad alium proximum ſuperiorem potius re
currendum,vt præmiſimus,& argum.ff.quod met.cau.extat edi-
ctum.& ff.de vi priuat.l.creditores.Superior vero ex quo ſibi con
ſtabat de volũtate fratrum prędicta hoc ipſum coget cedere, vel
ipſum a prælatione abſoluet, & dabit alijs fratribus licentiam a-
lium eligendi , quia nec eſt ſuper hoc eiuſdem prælati contradi-
ctio audienda.vel appellatio admittenda,vt ſequitur.Ad hoc op.
argum.infra de ſimo.ad Apoſtolicam.

CAP. XXXIII.

AD aures noſtras,& inf. Congruus terminus,
quod dic,vt not.s̃.eo.cum ſit Romana.& c.perſonas.
[Delegati] vel ordinarij , niſi recuſetur tanquam ſu-
ſpectus,vt leg.& not.infra eod.cap.ad hęc.ij.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia nunquam ualet in negocio principali non ſeruato ordine iuris.*
2 *Protectioni ſe ſupponere ſuperioris, & appellare ęquiparantur.*
3 *Appellatur quandoque plus eſt facto, quam verbo.*

CAP. XXXIIII.

AD audientiam. [Sancti Iacobi] quæ eſt propria Compoſtellanæ eccleſiæ ſm T.& ideo Zamoren.non erat iudex ſm Ia
cob. [Tandem] verſ. [Protectioni] expreſſa cauſa ra-
tionabili, & in ſcriptis porrecta, & apoſtolis petitis. hodie enim
aliter facta appellatio non valeret, vt extra d.n.eo.tit. cordi.lib.vj.
hic autem aliter fuit,vt patet ex ſeq.§.ideo dic,vt ibi no.& in ſeq.
gloſſ.[Subiecit] maxime.idem enim eſſet, & ſi non ſubieciſſet ſe
protectioni Sedis Apoſt. cum ſine cauſæ cognitione fuerit con-
1 demnatus,vt ĩ.§.j.nunquã † enim valet ſententia in negocio prin
cipali lata,non ſeruato ordine iuris.ſ.titu.j.c.j.vt & not.ĩ.§.j.ſuper
verbo.noſtræ protectioni. Vel dic,ꝙ illud, quod hic dicitur obti-
net ſolum extra iudicium,vbi tantum prodeſt hæc ſuppoſitio q̃-
tum appellatio,quæ & tantum valet,quando ab ordinario inter
ponitur, ꝙ a tempore appellationis ceſſare debet, vt nihil contra
appellantem faciat ſine cauſæ cognitione,& ſi hoc fecerit non te
net de iure,& ſic olim poterat appellari,& ante iudicium & poſt.
ita & protectioni Papę poterat ſe ſupponere.in hoc autem minus
habet protectio,q̃ appellatio,quia protectio non valet,niſi graua
men ſequatur.immo dummodo a grauamine caueat procedere
poteſt iudex, ſed appellatio etiam totam transfert cauſam ad ſu-
periorem ſm quoſdam, qui nec credunt naturam protectionis
2 hodie ſublatam,vel etiam immuratã,ſed melius dicitur. † quòd
per omnia ęquiparantur appellatio,& ſuppoſitio protectioni,ſm
d.n.cuius eſt mens totius huius gloſ.Ideoque ſicut in appellatio-
ne,ita & in protectione requiritur, ꝙ cauſa rationabilis exprima
tur,& ꝙ porrigatur in ſcriptis,vt no.in præced.glo. In hoc autem
refert vtrum.ſ.appellatio,ſiue protectio interueniat in iudicio,vel
extra,quia quãdo in iudicio fit nunquam prodeſt, ſi fiat a futuro
grauamine.ſ.eo.conſuluit.j.immo oportet,ꝙ appelletur a graua-
mine illato,vel ſaltem comminato.ĩ.e.vt debitus.& c.cum ceſſan
te.ſed quãdo fit extra iudicium, valet etiam a futuro grauamine
interpoſita,vel etiam ex probabilibus coniecturis.ĩ.eo.bonę.Sunt
& aliæ multæ differentiæ inter iſta.quod dic,vt ibi no.& adde qđ
not.ĩ.§.j.[Et ĩ.] hoc eſt,& ſtatim ad nos iter arripuit veniendi. ſ.
eo.meminimus.in fin.ad quod ſpectat,quod not.in ſum.eo.tit.§.
qualiter.ſub rubrica forma vocationis extra iudicium factæ.¶[Li
cet autem] iij.pars [Ex ſimplicitate] vnde parcendũ fuit. lxxxvj.
diſt.tanta.ff.de iuriſd.omn.iud.ſi quis id.§.doli.ff.ſi quis.in ius voc.
non ie.l.ij.§.j. C.de teſti.l.fi.ſ.de reſcrip.ſuper literis[Forte] & for-
te non.q.d.maxime ergo idem,& ſi ſimplex non eſſet,ſed ſimpli
citas præſumitur pro eo,ꝙ pauci ſunt,qui non dicunt appello. &
hodie vtrumque apponunt [Verborum]alias verbalem,alias ver
bi.& eſt hæc planior,& melior litera [Quia tamen] ver. [Noſtrę
protectioni] contra. ĩ.de priuil.ex parte ij. vbi non eximitur quis,
licet a Papa literas protectionis obtinuerit generales.Sol.ibi loqui
tur de generali protectione, & conſtat illos Prælatis ſuis ſubeſſe.
Hic de ſpeciali,nec conſtat Sacerdotem ſubeſſe Zamoren. epiſco
po.immo dicebat ſe ſubeſſe eccleſiæ Sancti Iacobi Compoſtella
nen.& ſic non erat ſuus iudex,vt not.ſ.reſpon.j. vnde nec ſua ſen
tentia tenuit,tanquam a non ſuo iudice lata.C.ſi a non compet.
iu.l.fi.ſ.de iud.at ſi clerici.ſm B.Tu dicas,ꝙ per literatoriam pro-
tectionem non eximitur quis,quia nec hoc intendit is,qui literas
concedit.hic autem loquitur de protectione verbali loco appella
tionis ſpecialiter expreſſa cum arreptione itineris,per quã ipſam
proferens intendit appellare,quæ extra iudicium loco appellatio
3 nis habetur,vbi etiam ipſo facto appellare videtur,quia & † quan
doque plus eſt facto appellare,q̃ verbo.ĩ.eo.dilecti.j. & c.vt nr̃m.
in fi.licet quandoque plus fit verbo,q̃ facto,quod dic,vt leg.& no.
de elect.eccleſia.j.Et ſic in vtroque caſu conſideratur intẽtio plus,
q̃ verba.ĩ.de verbo.ſign.intelligentia.& c.præterea.& c.in his.Nec
dicas hoc ſpeciale in Papa,quia idem videtur vbi protectioni Me
tropolitani aliquis ſe ſupponit,vt ĩ.eo.dilectis.verſ.epiſcopus.& ad
de quod not.ſ.e.c.j.ſuper verbo, ſubiecit [Sine cauſæ] ſubaudi per
nos examinata,vel illum cui delegaremus.ſ.eo.qua fronte.§.j.ad
fi.alioquin ſubaudiendum eſſet,maxime in eo,quod de protectio
ne procedit.nam & ſi appellatum non ſit,non tamen debet quis
ſine cauſæ cognitione ſententialiter condemnari.ſ.de reſtit.ſpol.
conquerente.ſ.de cau.poſ.c.j.ſ.de reſtit.in integ.tum ex literis.§.j.
in fi.& adde quod not.in ſeq.gloſ. [Cognitione] Hinc colligitur
a contrario ſenſu,ꝙ cum cauſę cognitione poteſt procedi contra
appellantem extra iudicium.Arg.contra.ĩ.eo.bonæ.nã vt ibi col
ligitur appellatio extra iudicium reuocat negocium ad audientiã
ſuperioris,vt & no ĩ.de his quę fi.a mai.par.cap.c.j.& ſ.de mai.&
obed.dilecti.Sol.vbi appellatur a iudice,ſiue in iudicio,ſiue extra,
nunquam reuocatur negocium ad audientiam ſuperioris,niſi iu
dex grauet,vel quia non ſeruat ordinem,vt hic, vel alio modo.ĩ.
eo.vt debitus.& ſic etiam dẽt intelligi extra d.n.eo.tit.cordi.lib.vj.
Sed & ſi qs appellet a grauamine aduerſarij extra iudicium ſimi-
liter non iuuat appellatio appellantem,niſi grauamen ſequatur,
ſed ſi ſequatur grauamen tenet appellatio ad Papam facta.ĩ.eo.d.
bonę,ſecundum do.no.cuius eſt mens totius huius glo. [Aliqua
ſententia] ſiue excommunicationis,ſiue alia.do.noſt. ¶[Manda-
mus] iiij. pars [Sententiam] forſan excommunicationis [Non
tenere] tum quia a non ſuo iudice lata fuit, vt patet in eo, quod
not.ſ.§.j. tum quia poſt appellationem, vel eius ęquipollens.ſ.de
offi.deleg.cum contingat.ĩ.de ſen.ex.per tuas.ĩ.e.ad hæc quoniã.

*SVMMARIVM.*

1 *Pars abſoluenda quandoque remittitur.*
2 *Legum auſteritas in talibus poteſt pactis litigantium mitigari.*
3 *Quilibet poteſt renunciare his, quæ pro ſe ſunt introducta.*

CAP. XXXV.

ACcepta. [Non debet] .i.non poteſt ſine pęna, vel iuris oſtenſione.nam ad inſtantiã
appellantis remittitur appellato inuito,ſed nõ ſine pœ
na,quia condemnandus eſt in expenſis, vt patet ĩ.eo.
interpoſita.§.ille denique.Item & quandoque cognoſcit is,a quo
appellatũ eſt,ſed non ſine iuris oſtenſione,vt apparet in eo, quod
leg.& not.ſ.eo.ad hæc ſi in vna cauſa. [Ad eos] vt ij.q.vj.c.fi.& c.
1 ſi epiſcopus accuſatus.C.eo.tit.eos qui [Cauſa]examinãda,† nam
quandoque remittitur pars abſoluenda ſm id, quod leg.& not.ſ.
de offi.ordi.ad reprimendam.ĩ.de ſent.excom.per tuas.[Remitti]
ſed contra.ſ.de excep.ſignificauerunt.in fi.Sol.ibi [Conſenſerint]
2 legum † enim auſteritas in talibus poteſt pactis litigantium miti-
3 gari.C.de temp.app.l.fi.& quilibet † poteſt renunciare his quę pro
ſe ſunt introducta.ĩ.de regula. ad Apoſtolicã.§.j. & c.ſtatuimus.
reſpon.j.ad fi. [Appellatum] iuſte alioquin contra.ĩ.eo.cum ec-
cleſia.in fi.& c.vt debitus.& extra d.n.eo.tit.Romana.§.fin. lib.vj.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex propter quæ poſſit recuſari.*
2 *Periculoſum eſt ſub iudice ſuſpecto litigare.*
3 *Par affectio cauſam ſuſpicionis excludit.*
4 *Iudicis incorrupti nomen proferre difficile eſt.*

CAP. XXXVI.

POſtremo. [Conſanguineus] vſque ad ſepti-
mum gradum cum alijs deficien
tibus talis ſuccedat.xxxv.q.v.ad ſedẽ.j.col.Alij dicunt
vſque ad quartum gradum.ĩ.de conſan.non debet.&
optimum,arg.C.de aduo.diuerſ.iud.petitionem.§.licentia.Sed &
pro primis facit ſpes ſucceſſionis, & quia ſemper quædam ſpecia
1 lis,& naturalis affectio,& familiaritas remanet inter tales,& † pro
pter talia recuſatur iudex,vt patet iij.q.v.quia ſuſpecti.ſ.de offi.de-
leg.cauſam quæ.& c.inſinuãte.& c.cum R. Et vt ibi no.delegatus
2 de facili recuſatur,& valde † periculoſum eſt ſub ſuſpecto iudice li
tigare.ĩ.eo.ſecundo requiris.in fin.Quid ſi iudex in eodem gradu
3 partis ſit conſanguineus vtriuſque:ceſſat recuſatio,quia par † affe-
ctio cauſam ſuſpicionis excludit.ff.de ritu nu.non ſolũ. §.de vno.
[Aut in eodem] ver. [Aduocati] timetur nene in partem ſuam
nimium declinaret.vnde & in eadem cauſa prohibetur ei etiam
4 aſſeſſoria,† quia difficulter poſſet incorrupti iudicis nomẽ profer
re.C.de offi.aſſeſſ.l.fi.ad fi.& arg.ff.de iur.om.iud.prætor. Quinim
mo nec in teſtem admittitur,ſi contigerit appellari.Et idem eſt ſi
fuerit procurator quod dic,vt leg.& no.extra.d.n.de teſtib.Roma
na. [Vel ex alia] ver. [Iuſta cauſa] quia & multæ alię ſunt,de qui
bus no.xviij.d.n.eo.tit.legitima. [Huiuſmodi delegatus] ver. [Re
cuſari] quod dic,vt legit.& not.ſ.de offic.deleg.ſuſpicionis cauſa.
[Quamuis] verſ. [Appellatione remota] videbatur contrarium
eſſe dicendum,quia ex quo remouetur appellatio per conſequẽs
& recuſatio.ſ.eo.ſuper eo.j.§.in cauſis.Solu.colligitur ex his quæ
ibi not.ſemper etenim ſubintelligitur iuſta cauſa excepta,ſed & p
hoc,quod hic dicitur exemplificari poteſt id,quod leg.ĩ.eo.paſto
ralis.& ibi not.& eſt ſi.ĩ.eo.ex parte j.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatio non ſolum ſuſpendit diffinitiuam, ſed & mandatum, & præce-
ptum.*
2 *Appellatio non ſuſpendit interdictum.*
3 *Interdictum, vel ſuſpenſio ab officio, vel beneficio, & excommunicatio in
multis conueniunt.*
4 *Suſpenſiones diuerſæ pro uarijs pœnis quandoque infliguntur.*
5 *Bene celebratur in eccleſia interdicta.*

CAP. XXXVII.

AD hæc. [Sub interdicto] ab officio & ſacramen
tis.nam in his appellatio interdictũ non
releuat,vel ſuſpẽdit. trahit enim ſecum executionem
tale interdictum,ſicut & excommunicatio.ĩ.eo.paſto
ralis.§.fi.in prin. vnde & quantumcunque interdictus appellet,ſi
durante interdicto ingerat ſe diuinis irregularis fit. xj.q.iij. ſi quis
presbyter & c.ſeq.in ſpiritualibus enim dubijs ſemper obediendũ
eſt,vt patet in eo,quod leg.& not.ſ.de temp.ord.ad aures.§.j.& in
partem tutiorem declinandum,vt legi.& notatur infra de hom.
ad audientiam. §.j. Quid ergo ſi cui non interdicantur ſpiritua-
lia,ſed temporalia, puta interdicitur quis ab ingreſſu poſſeſſionis,
vel pomerij,vel orti.ff. de ſeruis expor. cui pacto. & aquæ & igni.
vel alteri cuicunque rei temporali.ff.de interdictis, & releg.per to
tum. nunquid appellatio interpoſita tale interdictum ſuſpendit.
Reſpon.



Reſp.ſic.ff.eo.ti.non tantum.ſ.de reſti.ſpo.conquerente.niſi eſſet
caſus in quo damnatum ſtatim puniri publice intereſſet.ff.e. cõ-
1 ſtitutiones.vel alius caſus ſpecialis. † Nam & generaliter non ſo
lum diffinitiua ſententia per appellationem ſuſpenditur. ij. q. vj.
§.diffinitiua.ff.ad Turpill.l.j.in fi.quinimmo & mãdatum atque
pręceptum.vt ff.eo.ti.creditor.§.j.& ſ.tit.j. ꝙ ad conſultationem.
ĩ.de no.oper.nuncia.c.fi.Quid igitur ſi quis ſuſpenditur a benefi-
cio tantum eccleſiaſtico: Dicunt quidam ꝙ appellatio hoc in-
terdictum ſuſpendit,ſicut & in temporalibus obtinet,vt premiſ-
ſum eſt.vnde ſi appellauerit beneficiũ percipiet ſicut prius quaſi
a quadam temporalitate videatur ſuſpenſus. & hoc videtur ap-
probari in eo quod le. & no.extra d. n. de ſen. ex.cum medicina-
lis.§.ſi quis autẽ. ſuper verbo, ab ingreſſu eccleſię & diuinis. Alij
tamen dicunt idem in omni interdicto & ſuſpenſione eccleſia-
2 ſtica.ſ.ꝙ † appellatio facta non ſuſpendit interdictum, quia hęc
decre.non diſtinguit,& ideo indiſtincte & ſimpliciter eſt intelli-
genda, ſm d. n. vt patet.ff.de of. pręſi. l. iij. & in eo quod legi. &
no.ĩ.de teſta.relatum,ij.§.j.& ĩ.de priuile. quia circa.Poſſet tamẽ
diſtingui, vtrum ſuſpẽdatur quis a beneficio ſimpliciter, & tunc
ſi ipſum beneficium ſpirituale ſit vera eſt hęc opinio. & eſt ſen-
ſus ſuſpẽdo te a beneficio.i.a iure qđ habes in beneficio. Vel vtrũ
ſuſpendatur a perceptione beneficij ſui, de qua conſtat ꝙ tem-
poralis eſt: ſicut & ipſi fructus qui percipiuntur: & in hoc caſu ve
ra eſt ſententia priorum.ar.in eo quod le.& no.ĩ.de inſti.c.ij.Idẽ
ſi dicat ſuſpendo te a præbenda: quia & hęc temporalis eſt.Secus
ſi dicat ſuſpendo te a canonica: quia & illa ſpiritualis eſt,vt ibidẽ
nota.& ſ. de conſti. cum omnes.§.j.& ĩ. de præben. relatum. Et
3 not.ſm d.n. ꝙ † interdictum ſeu ſuſpenſio ab officio ſeu benefi-
cio habet ſimilitudinem cum excommunicatione in eo quod
hic dicitur. ſ. quia neutrum per appellationem ſuſpenditur &c.
vt no.ſ.e.glo.in princ. Secundo, quia in vtroq; requiritur moni-
tio præcedens.ĩ.de ſen.ex.ſacro.xij.q.ij.indigne.Niſi quando inter
dictum a beneficio ſeu officio pro pęna infligitur ipſo facto. ſ. e.
reprehenſibilis.verſ.j.ſm d.n..Verum eſt quando a canone ſic ſta
tuitur,vt in concor.ibi ſign.Secus ſi ab homine,tunc enim debet
monitio præcedere,vt patet ĩ.de cohabi.cleri. & mu ſicut ad ex-
tirpanda.& ca.ſi autem clerici. Tertio,quia vterq; irregularitatẽ
incurrit: & vtriq; eadem pęna infligitur.ĩ.de cleri.ex.mi.c.ij.& iij.
Quarto,quia vterq; cum iuratoria cautione abſoluitur.ſ.eo. qua
frõte.§.fi.ĩ.de ſen.ex.venerabili.& c. ſuper eo. Quinto,quia vtriq;
præſtatur abſolutio ad cautelam.ſ.de excep.apoſtolicę. ĩ. de ſen.
ex.venerabili.Sexto,quia in vtroq; ligat ſententia & ſi iniuſta. xj.
q.iij.c.j.& ij.& c.ſi quis presbyter.& hic. In alijs autem ſuſpenſio-
nibus eſt ordo iuris ſeruandus.alias non nocent.ſ.de reſti.in inte.
c.ij.Sed nec ſunt in alijs ſuſpẽſionibus prędicta neceſſaria.immo
in eis eã ſola obſeruanda ſunt quæ obſeruari debent in alijs inter
dictis: vel in pęnitentijs imponendis.Et capitula quæ debent præ
dicta in ſuſpenſionibus neceſſaria : intelligenda ſunt de ſuſpen-
ſione quæ fit ab officio & beneficio: vel ab officio tantum, vel a
ſacramentis.Et hęc etiam intelligas vera eſſe vbi ſuſpenſio vel in
terdictum ab officio fit pro contumacia. nam ſi imponatur pro
pęnitentia: tunc fruſtra præcederet monitio, cum ſuſpenſio ſub-
ſecuta ſit omnem caſum. Sunt & alij quinq; caſus. & ſic per to-
tum.xj.quod dic vt not.extra.d.n. de ſen.ex.cum medicinalis. §.
4 & hęc eadem.lib.vj.Et ſciendum ꝙ † quandoq; pro pęna impo-
nitur ſuſpenſio perpetua ab officio & beneficio.l.di.de his.& ca.
miror.& c.ſtudeat.& c.accedens.Et quandoq; ad tempus.ĩ.de ac-
cu.inquiſitionis.reſpon.j.Et quandoq; interdicitur tantum miſ-
ſarum celebratio.lv. di.nullus. Quandoq; a ſacramentis ſuſpen-
ditur quis vſq; ad mortem.ij.q.j. in primis. Quandoq; tantũ vſq;
ad certum tempus.l.di.eos vero.& c.ſe.& ĩ.de cleri.vena.c.j. & ij.
Sed & quandoq; ſuſpenditur quis poteſtate eligendi,vel ordinan
di.ſ.de elec.cum in cunctis.ſ.de tem.or.literas.l.di. ex pęnitenti-
bus. Quandoq; ab ingreſſu eccleſiæ, vel ſacerdotali officio. ſ. de
of.deleg.ſane.ĩ.de ſen.ex.ſacro. Et ſic multas pęnas circa ſuſpen-
ſionem officij & beneficiorum & ſacramentorum & aliorũ ec-
cleſiaſticorum poteris reperiri.Quęri autem poteſt an ſuſpenſio
a pallio & pontificalibus ſit inter hmõi reputanda. quod ſi eſt p
appellationem nõ releuatur ſm d.n.cuius eſt mens maioris par
tis huius glo. quæ d.n. alibi notat, ꝙ ſi ſuſpenſus taliter celebrat,
non fit irregularis. qđ dic vt plene not. extra. d. n. de ſen. ex.cum
medicinalis.§.ſi quis aũt.ſuper verbo,ab ingreſſu eccleſię & diui
nis.li.vj.Et adde quod no.in ſe.glo. [Illud] ſ.interdictum. Et no.
ꝙ excommunicatio & interdictum ęquiparantur in hoc : vt ſi-
cut excommunicatio poſt ap.lata non tenet,vt leg.& no.in præ-
cedẽ.gl.& ſ.e.ad audientiam.in fi. ſic nec interdictum, vt hic,ſed
& in decem alijs conueniunt.qđ dic vt no.extra. de ſen. excom-
muni.cum medicinalis.§.& hæc eadem. li. vj. Et eſt hoc verum
quando ſententia lata eſt pure,ſecus ſi ſub conditione. nam tũc
ipſa pendente appellari poteſt.ĩ.eo.pręterea. Quid ergo ſi epiſco-
pus ad tempus interdictum eccleſiæ relaxauerit, nunquid pendẽ
te huiuſmodi relaxatione poterit appellari: Videtur ꝙ non,quia
interdictum durat & ſi fuerit relaxatum,qđ ex eo patet.quia ad-
ueniente tempore eſt ſeruandum.nulla alia ſententia lata.& ſic
ſemper manet eadem ſententia.ar.ff.de precar.& ſi manente.ff.
de peculio. peculium. §. ſi ęre alieno. Nec obſtat ſi obijciatur ꝙ
interim poteſt in eccleſia celebrari, quia bene celebratur in ec-
a cleſia interdicta,[a] vt ĩ.de priuil.cum & plantare.§.ꝙ ſi templarij.
& c.vt priuilegia.§.illud.& excommunicatis etiam pręd icatur.ĩ.
de ſen.excom.reſponſo.& c.cum voluntate.& ſic licet appellatio
non ſuſpendat interdictum iam latum, eps̃ tamen qui ipſum tu
lit poteſt ſuſpendere,qđ verum eſt ſm Lauren.& Vincen. T. ve-
ro.& G.naſo dixerunt ꝙ eps̃ non poteſt ſuſpendere interdictum,
quin ipſum tollat ex toto. Vnde ſi pendẽte tali ſuſpenſione iuſte
fuerit appellatum, defendetur appellans per talem appellatio-
nem.Tu dicas ꝙ eps̃ poteſt ſententiam ſuam ſuſpendere & effe-
ctum ſententię,ſicut ex toto tollere.ff.de iudi.iudicium ſoluitur.
& ſic intellige qđ primi dixerunt, quia ſi poteſt qđ plus eſt & qđ
minus.ar.ĩ.qui fil.ſunt le.per venerabilem.reſpon.j.ver.ꝙ autem,
& ver.pręſertim.vnde nec interim appellari poteſt, vt dicunt ſe-
cundi,nam perinde eſt quando ſuſpenditur ſententia,& quando
ſub conditione fertur. quare in vtroq; caſu eadem eſt ſententia,
cuius effectus ad tempus ſuſpenditur. & tempore adueniente ſi-
ne aliqua prolatione vtraq; eſt ſeruanda,ergo appellari poteſt a
ſuſpenſa ſententia,ſicut & a conditionali.ut euidenter probatur.
ĩ.eo.præterea.& c.dilectus.reſpon.j.ver.verum dicimus. & ſe. Qđ
ergo dicimus ꝙ a ſñia interdicti appellari non poteſt,hoc verum
eſt,niſi effectus ipſius ad tempus ſit ſuſpenſus. & idem eſt in ſen-
tentia ſuſpenſionis. Secus in ſententia excommunicationis cu-
ius effectus nunquam poteſt relaxari ad tempus,niſi omnino tol
latur, quia nec vnquam participandum eſt excommunicato do
nec ſit reconciliatus per abſolutionem ſm formam eccleſiæ fa-
ctam.ĩ.de ſen.excom.cum deſideres.& no.ſ.de teſtibus. veniens.
ij.§.fi.niſi forſan irrationabiliter ſit prolata,tunc ei relaxari pote-
rit nudo uerbo.qđ dic vt le.& no.extra d.n. de ſenten. excom. cũ
medicinalis.§.ſuperior.Secus in alijs duabus ſententijs.ſ.ſuſpẽſio-
nis & interdicti,quia in abſolutione ipſarum nulla certa forma
& ſolennis traditur,immo ſicut nudo verbo proferuntur, ſic &
nudo verbo relaxantur vel ſuſpendũtur, vel ex toto tolluntur. Et
ex his patet diuerſitatis ratio, & differentia vna inter iſtas ſenten-
tias.Sunt & alię duę differentię prout no.ĩ.e.c.§.& hęc eadem.&
hanc tertiam ibi iunges.Non obſtat qđ dicunt alij ꝙ celebratur
in eccleſia interdicta, quia illud fit auctoritate papę, ut probant
iura ad hoc inducta. Temerarium ergo eſſet ſi quiuis alius hoc
priuilegium vſurparet.ĩ.de priuile.ſane.& adde quod no. in præ-
ced.glo. ¶[Noueris igitur.] ij. pars. [Poſt appellationem] ita per
appellationem ſecutam præcedentem ſententiam non euitant.
& ſic patet ꝙ interdictum &c. [Nequeunt] declinare quod eſt
in fine. Et ſic no. hic ꝙ interdictum trahit ſecum executionem.
ſicut excommunicatio.ĩ.e.paſtoralis.§.fin.in prin.[Cui.] ſ.inter-
dicto. [Suppoſitos] pure lata ſententia nec ſuſpenſa, vt patet in
eo quod no.ſ.eo.reſpon.j.& ĩ.eo.paſtoralis.

ADDITIO.

a ¶Bene celebratur in eccleſia interdicta.Adde ad hanc materiam optimũ
tex.in c.alma mater.de ſent.excom.lib.vj.

*SVMMARIVM.*

1 *Verbum iactant,in vitium ſonat.*
2 *Iactantes inſoleſcunt, & ſecurius peccant.*
3 *Legatus per ſimplicem querelam adiri poteſt.*
4 *Papa ordinarius eſt cunctorum.*
5 *Poteſtas,intentio,& voluntas ſe ad inuicem impediunt.*
6 *Iudex a quo appellatum eſt, debet ſententiam ſuam executioni mandare, ſi
contigerit confirmari.*

CAP. XXXVIII.

CVm eccleſia. [Iudicij tui] o archiepiſco-
pe Cantuariẽ.cui loquitur.
1 † [Se iactant] in vitium ſonat.q.d.ex hoc † inſoleſcũt
2 & ſecurius peccant ſic, ſupra de elect.tranſmiſſa. [Or
dinarij] & Cantuarien. archiepiſcopi ſuffraganei appellando, vt
infra §.j. [Sine cauſa rationabili] quia id non poſſunt niſi ratio
nabiliter appelletur,vt ſequitur, vel in aliis caſibus prout not.ſup.
de officio ordi.paſtoralis.reſpon.j.ad finem. Sed contra, quia iſte
3 archiepiſcopus,ſcilicet Cantuarien.legatus eſt,† vnde & per ſim-
plicem querelam adiri poteſt,ſupra de officio lega. cap.j. Solutio.
quòd poſſunt adire,ſcilicet archiapiſcopum per querelam,vt ibi.
hoc non intendunt, vt hic,quòd autem intendunt adire ipſum
per appellationem minus rationabilem, hoc non poſſunt, vt ſe-
4 quitur,ſicut eſt videre etiam in Papa,† qui ordinarius eſt cuncto-
rum.nam per querelam adiri poteſt,vt ſupra de foro competen.
cap.fin.§.j. ſed ſi iniuſte ad Papam fuerit appellatum,cauſam re-
mittit, quia hoc omnibus iudicibus eſt commune, infra eod. vt
5 debitus,& cap.cum cauſam,& cap.dilecto,† & ſic poteſtas,inten
tio, & voluntas ſe adinuicem impediunt, ſupra de officio dele-
ga. cum ſuper Abbatia. Hodie tamen talis legatus per querelam
ſimplicem non aditur, niſi ei legatio ſpecialiter committatur.

¶Vnde mandamus] ij. pars [Appellare] hic ergo innuit, ꝙ per
modum appellationis intendebãt iſti clerici ordinarij iudicium
euitare,& non per modum querelæ,vt not.s̃.reſponſ.j. quod dic,
vt ibi not. [Non ante] verſi. [Conſtiterit] hodie ſi dicatur nullo
modo appellatum,vel nõ competenti tempore,vel ꝑ alias appel
lationem eſſe delatum negocium quouſque de appellatione fides
facta fuerit,non debet Metropolitanus epiſcopo,a quo appellatũ
dicitur aliquid prohibere,vt extra d.n.eo.tit.Romana.§.ſi vero vo
catis.Sinautem dicatur, ꝙ nõ ex cauſa legitima,nihil prohibeat,
nec ſe intromittat quouſque appellationem receperit,tanquam
emiſſam ex cauſa legitima, & cognoſcere inceperit de veritate
cauſæ,vt j̃.eo.c.§.ꝙ ſi obijciatur.Si vero a ſententia,tunc etiam in
notorijs ne executioni mandetur,poteſt poſtquam appellationẽ
recepit inhibere,vt j̃.eo.c.§.ſinautem poſt ſententiam. quod dic,
vt ibi not.& adde quod not.s̃.eo. c.j. [A grauamine] hæc decret.
præſagiauit nouum ius.j̃.eo.vt debitus,ſm d.n.Vel dic,ꝙ etiã ſm
tempus iſtius decr.non niſi a grauamine poterat appellari, vt hic
dicit.Sed a grauamine,& tunc licebat,& hodie licet appellare an
te ſententiam quandocunque,dummodo in appellatione expreſ
ſum ſit,vt leg.& not.s̃.eo.ſuper eo.reſpon.j.& c.cum ſit Romana.
reſpon.j.& j̃.eo.cauſam quæ.in fi.§.fi. [Iniuſta cõdemnatione].i.
ſententia tãquam iniuſte, ſeu inique diffinitiue lata. in quo caſu
ſi apud acta appelletur ſufficit,ꝙ dicat appello.ij.q.vj.§.pen. verſi.
litigatoribus.& leg.& not.s̃.tit.j.quod ad conſultationem [Porre
ctam] iudici,& in ſcriptis,quando appellatur ante ſentẽtiam,vel
a ſententia non apud acta,ſed ex interuallo j̃.decẽ dies, ſm quod
traditur,& not.extra d.n.eo.ti.cordi.lib.vj.¶ Alioquin] iij.pars.ſ.ſi
temerarie appellatum ſit [Remittas] quod regulariter in omni-
bus iudicibus obtinet, vt not.s̃.eo.reſpon.j.& not.j̃.eo.vt debitus.
& extra eo.tit.Romana.§.fi.aliter autem non remitteretur inui-
tus,vt leg.& no.s̃.eo.accepta [Appellatione] friuola.alioquin cõ
tra j̃.eo.c.vt debitus.[Eius] ſ.epiſcopi [iudicio].ſ.iuſto.s̃.de ma.&
obed.quod ſuper his.& no.s̃.eo.ad hæc.& j̃.e.c.præterea.s̃.de offi.
ord.ad reprimẽdam.§.fi. [Pariturum] ita ꝙ omne ius ſaluum ſit
ei,cõtra quem ſit appellatum.vnde ſi tempore appellationis erat
minor,nunc autem tẽpore remiſſionis factus ſit maior.iure mi-
noris vtetur.ff.de mino.intra vtile.reſpon.j. Et eſt hic expreſſum,
arg.ꝙ iudex a quo appellatum eſt,debet ſententiam ſuam execu-
tioni mandare,ſi ipſam contigerit confirmari.quod dic,vt not.s̃.
de offi.ordin.paſtoralis.§.præterea.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellans aſſignato ſibi termino unum de quatuor debet eligere.*

C A P. XXXIX.

DIrecte. [Pars viri] matrimoniũ ob cauſam con
ſanguinitatis accuſantis, vt patet j̃.eo.c.
in fi. alias autem hoc opponit vir in modũ exceptio-
nis,vt s̃.de ord.cog.c.j. [Opponebat] cõtra matrimo
nium.pro quo mulier aſtabat [Et pars] verſ. [Proſecuta]. ſ.mu-
lier.ſecus eſſet ſi per contumaciam,vel negligentiam fuiſſet tem
pus elapſum.nam tunc nõ poſſet appellare.s̃.e.perſonas.niſi poſt
ſentẽtiam,vel a grauamine,quia illud ſemper liceret. ſed & cum
hodie aliter non liceat appellare nõ credit.d.n.ꝙ per illam decre.
perſonas circa non proſequentem appellationem ſtatuatur ali-
quid ſpeciale.vnde dic.renunciante expreſſe quod poteſt.C.eo.ti.
eos qui.in fi.C.de temp.app.l.fi.§.fi. vel tacite teſtes producendo,
vel dilationem recipiẽdo.s̃.de offi.deleg.gratum.§.fi. quinimmo
& eo ipſo,ꝙ appellationem non fuit infra terminum proſecuta,
vt j̃.eo.§.reſpondemus [De parentela].ſ.probanda,vel.i.ſuper pa-
rentela. ¶ Verum] ij.pars. iterum appellauit rationabiliter & ex
cauſa.alioquin contra in eo,quod leg.& not s̃.e.c.prox.quod po
teſt facere iterum & iterum,licet non tertio ſuper eodẽ grauami-
ne & quotiens opus eſt his ſuper ſingulis grauaminibus,vt not.j̃.
§.prox.ad quod ſpectat quod leg.ff.de eden.veluti [Procedere] &
videtur,ꝙ ſic,cum appellationi ſemel factæ renunciauerit,ar.eo.
tit.quæſtioni.& c.præced. & quia mulier appellationem proſecu
ta non fuit, iudicio illius a quo appellauerat ſm Lateran. conci
lium debet ſtare.ſed reſponde,vt ſequitur.¶ Reſpõdemus igitur]
iij.pars [Decretum] s̃.eo.reprehenſibilis.reſpõ.j.ad idem.s̃.eo.per
uenit.& c.ad aures.& no.s̃.eo.cum ſit.& probatur j̃.c.ſæpe [In ter
mino] infra quem ſufficit nuncium mittere,& literas obtinere,
& eis vti,alias non prodeſſet impetratio.arg.opp.ff.de excu.tut.ſci
re §.ſufficit.& ſeq.quod dic,vt plene not.s̃.eo.ex ratione.& s̃.tit.j.
cum ſuper.§.fi. [Proſecutus] ſubaudi videretur,ꝙ & tu [Auctori
tate tua] &c. [Tamen quia iterum] verſ. [In eadem cauſa].i.ar-
ticulo [Secundo] non tamen tertio.j̃.eo.ſua.ii.q.vj. ſi quis in qua
cunque.C.ne liceat in vna eademque cauſa.l.vnica.in rubro & ni
gro.Quod intelligas quando appellatur a ſententia diffinitiua,vel
etiam ante quantum ad ſingula grauamina,quia ſuper vno gra-
uamine non poterit tertio prouocare,ſed tãtum bis.hoc eſt a pri
mo iudice,& a ſecundo pronunciante male appellatum fuiſſe,a
tertio vero nũquam, vt aliquis ſit litium finis.ſi.s̃.de teſti.licet.iij.
§.fi. ſed & quotieſcunque grauatur ſuper ſingulis grauaminibus
eſt appellatio ſemel & ij.licet nõ tertio admittenda, vt patet.s̃.eo.
ſuper eo.j.& no.s̃.eo.§.j.Sed ꝯ,quia licet tertio prouocare,vt s̃.ti.j.
cũ cauſa.Sol.ibi [Exemptam ſe fecit].ſ.mulier q̃ matrimonium
1 defendebat.d.n.Nota † hic,ꝙ aſſignato termino appellãti vnum
de quatuor debet eligere. Primum eſt,ꝙ appellationẽ proſequa-
tur.Secundum,ꝙ ſtet iudicio iudicis a quo appellauerit.Tertium
eſt,ꝙ ipſum recuſet.Quartum eſt,ꝙ iterum appellet. Alterum e-
nim iſtorum tenetur eligere,vt hic probatur.de quarto, & de tri
bus primis.s̃.eo.ad hæc.& j̃.eo.cum a te. vbi & alia tria iungũtur.
Quod autem dixi ipſum appellantem appellare poſſe. intelligas
ex nouo grauamine.nam ex antiquo nõ putamus,ꝙ poſſit appel
lationem iterare, cum ei iam ſemel renunciauerit tacite, vel ex-
preſſe.arg.C.de rebus cred.ſi quis.C.de condi.inſtit.cum quidam.
vij.q.j.q̃ periculoſum.s̃.de teſti.cum veniſſet.& de offi.deleg. gra-
tum.ad fin. cum ſuis concord. [Præſertim] verſic. [Quod eſt]. ſ.
matrimonium. & ipſius defenſio, & non ſeparatio matrimonij,
quæ eſt odioſa,ſm d.n. [Fauorabilis] vt patet s̃.tit.j.c.fi.reſponſ.j.
quod dic,vt no.j̃.qui ma.accuſ.poſſ.videtur.in fiu. [Viri] & ideo
non ei eſt fauendũ,ſed mulieri quæ pro matrimonio ſtat,& pro
illo ſecundo appellat,ſupra tit.j.c.fin.ſecundum d.n.

*SVMMARIVM.*

1 *Suſpenſo ſuſpenditur.*
2 *Satiſfacere eſt ſoluere uel fideiuſores dare.*

C A P. XL.

PRæterea. [Sententiam] ſecundum d.n.hodie
non licet indifferenter talem ferre
ſententiam. extra d.n.de ſent.excom.Romana.§.ca-
ueant.lib.vj.immo ſi caute & ordinate vult iudex age
re,ſic procedet.Primo condemnabit reum ad aliquid certum,&
præcipiet,ꝙ infra terminum certum illud ſoluat, quod ſi non fe
cerit,tunc demum ſecũdo iuſte excommunicabit eum, vt patet
in eo,quod ibi leg.& not.Verum & ſi iudex excommunicauerit
aliquem, niſi centum vſque ad annum ſoluat, vnum tamen eſt
mandatum,vnde ſi reus vſque ad annum appellauerit, quando-
cunque non ſolum releuabitur quo ad excommunicationis ſen
tentiam,ſed etiam quo ad ſolutionem faciẽdam. quinimmo &
in hoc mandato verſantur, ſiue tanguntur duo. eſt enim in hac
ſententia excommunicatio principalis, & ſolutio acceſſoria, &
ideo ſublato principali tollitur & acceſſorium.s̃.de conſti.tranſla
1 to,ſecundum d.n. Melius dixiſſet,† ſuſpenſo ſuſpenditur, vt patet
in eo quod leg.& no.s̃.de offi.deleg.paſtoralis.§.preterea.verſ.nos
autem. Quid ſi condemnet eum pure, & poſtea ſic adijciat, niſi
ſolueris vſque ad annum ſis excommunicatus.Sol.ſi reus appella
uerit infra decem dies,releuabitur non ſolum ab excommunica
tione, ſed etiam a condemnatione.ſin autem elapſis decem die-
bus appellauerit,& ſi releuetur ab excõmunicatione,non tamen
a condemnatione quę lapſis decem diebus in rem tranſit iudica
tam.s̃.tit.j.cum inter vos.§.pen.verſ.fin.& c.quod ad conſultatio
nem §.j.in princ.nam & in hoc caſu non eſt vnum mandatum,
ſed duo diuerſa. Et ideo nihil prohibet in vno valere appellatio-
nem, & in alio non, quare etiam plerumque in eodem articulo
quo ad partem valet, & quo ad partem non.j̃.de teſt.Rainutius.
& c.Rainaldus.Quid ſi excommunicatus interim alterius iuriſdi
ctionis fiat?Dummodo non appellet,nihilominus ligatur,argu.
C.de manu.teſt.l ſtatu liberis.& patet in eo,quod no.j̃.eo. verſ.il-
le.ſuper verbo,ligetur, arg.tamen contra.ff.de do.inter vir.& vxo.
cum hic ſtatus.§.ſi ſponſus.ff.de pęn.l.fi.ff.de iuriſd.omn.iudi,eſt
receptum.s̃.de offi leg.c.fi.Quid ſi cõditio feratur in pręſens tem
pus,vel præteritum, vt ſi dicat iudex excommunico te, ſi furtum
feciſti,vel ſi rem furtiuam apud te habes.Reſpond.talis ſententia
per appellationem non ſuſpenditur. vt patet.ff.ſi cer.pet.cum ad
præſens.ff.de verb.oblig.ſi ſtipulatus fuero hanc ſummam,& pa
tet in eo,quod not j̃.eo.ſuper verbo,excommunicatum. Quid ſi
dicat excommunico te ſi appellas?Reſpõ.q̃ cito parat ſe ad appel
lãdum,eſt excommunicatus,& ideo nec appellatio tenet. Alij ve
ro dicunt,ꝙ tenet appellatio.Quid ſi dicat excommunico te ſi ele
geris talem,vel ſi non elegis talem.Dicunt quidam,ꝙ idem eſt in
vtroque caſu,argu.ff.de verb.obliga.ſi quis ſtipulatus ſit.nec valet
appellatio. Alij dicunt,ꝙ appellatio tenet,& ꝙ facta electione ſta
tim incidit in excommunicationem,niſi præcedat appellatio,qa
niſi teneret electio,non teneret excommunicatio,arg.C.ſi man-
da.ita alie.ſit.ea quidem. Tu dicas,ꝙ in his ſequenda eſt intentio
excommunicatoris,quæ ſi talis eſt, ꝙ eligens poſt electionem tã
tum ſit excommunicatus,tunc appellatio præcedens impedit ex
communicationem,& electio tenet,ſed ſi voluit,ꝙ ſic eligens ſi-
mul cum electione excommunicaretur,tunc non tenet electio,
& tenet excommunicatio.Hoc idem videtur,ſi de intentione ex
communicatoris dubitetur,vt ſic quamcito verba electionis pro
fert ſit excõmunicatus,& electio non teneat,penetrabilior enim
gladius domini,ſcilicet ſententia excommunicationis,q̃ factum
hominis,ſcilicet electio. ideo excommunicatio intelligitur præ-
cedere electionem.Sed dices ſi intelligas,ꝙ excommunicatio prę
cedat electionem,ex hoc ſequitur ꝙ excõmunicatio ſit iniuſta,
quia ſine cauſa promulgata, infra de ſentent.excommun.ſacro,
Sol.di-



Sol. dicas, ꝙ ſimul cum prolatione verborum incurrit excõmu-
nicationem,ſed excommunicatio fingitur pręcedere propter ſuã
velocitatem,& propter excommunicatoris intentionẽ qui in du
bio ſenſiſſe præſumitur,ꝙ electio non valeret,arg.ff.de his quę ꝓ
non ſcriptis.l.j. Sed & propter cauſam iuſtam intelligitur lata ex
communicatio.ſ.propter inobediẽtiam,quam taliter ligatus in-
currit,q̃ cito deliberato conſilio procedere ad electionem propo
ſuit.Sed contra,quia ex quo dicis,ꝙ electio non tenet,non videt̃,
ꝙ in pœnam excommunicationis incidat,arg.C.ſi mand.ita ali.
ſu.l.fi.Sol.dic,ꝙ aliud in ſpiritualibus,vt hic in quibus ſufficit ma
la voluntas, & inobedientia,& ſi effectum non habeant,medici-
nales enim ſunt.ij.q.j.multi.& ideo tanquam fauorabiles dilatan
tur.j̃.de ſent.exc.c.pen.& aliud eſt in pęnis conuentionalibus,&
aliud in alijs iudicialibus, quæ odioſæ ſunt,& ideo reſtringendæ,
vt in d.c.& de pęn.diſt.j.pęnæ.ff.de pęnis.præſes.& l.interpretatio-
ne,& probatur vtrunque membrum.ff.de lib.& poſth. cum qui-
dam. ſed & eligendo contrahit peccatum inobedientiæ, & ideo
vere dicitur,ꝙ talis electio infecta eſt peccato inobedientiæ,qua-
re ergo non dicam ꝙ eodem modo infecta eſt pœna excommu
nicationis, quæ per inobediẽtiam irrogatur.q.d.non currit rõ,&
ideo idem ius eſt cenſendũ,vt patet in eo,quod leg.j̃.de conſang.
tua.Quinimmo euidenter probo,ꝙ talis eligendo tantũ, & non
poſt electionem excommunicationem incurrit.nam ſi poſt ip-
ſam incurreret iniuſta eſſet, ſicut & ſi diceretur excommunico
te poſtquam elegeris,vel quia elegiſti.hoc enim eſſet iniuſtum.ſ.
12 propter probabiles cauſas quas expreſſit,† quod ſemper debet facere qui appellat,vt infra eodem,vt debitus,& ca.cum ſpeciali §. primo,ſecundum B.Tu dicas.[Appellationem,] ideſt prouocationem.hic enim decanus, a quo appellatur,non erat iudex epiſcopi,qui appellat,ſed ſubditus,nec erat alius iudex in medio,immo pars partem extra ius ad iudicium prouocauit,ſupra eodem cum ſit.§.ſi vero a grauamine,in quo quidem caſu ſufficit appellare contra iura,quæ induxit Ber.a futuro grauamine ſumpta ex cauſis probabilibus coniectura, & ſic talis prouocatio legitima reputatur,vt hic dicit,& legitur & notatur, ſupra eodem, bonæ. reſpon.j.& §.fina.[Irritam.] Hoc enim pronunciauerat officialis,vt patet ſupra reſpon.j.in fi.quare ergo retractatur hæc ſententia,vt infra eodem,ver.officialis? Reſpon. non erat iudex,& ſic intromittebat ſe de miniſterio Gacelino,vt ibi notatur, & eſt ſi. q̃d legitur infra,de accu.ad petitionem.[Non obſtante] ver. [Quaſi variando.] & ideo reddidit ſe ſuſpectum,iiij.quæſtio.iij.item in criminali.verſi.qui falſo.lxxiiij.diſt.geſta. xxiij. quæſtio.vij. quod autem.infra vt bene.ec.capi.vnico.§. omnibus.j̃. de pœnis.ſuper his.ſupra cap.proxim.in fi.ſ̃.de cauſa poſſ.cum eccleſia.§.nos igitur.in prin.[Cuius,] puta ſic dicit,niſi vſque ad decem dies dimiſeritis ſacerdotem,poſtea ſeruabitur interdictum,vel hoc ideo dicit,quia interdixit quandiu in ciuitate epiſcopus præſens eſſet, ut ſupra eod.cap.reſpon.j.ver.verum decanus, & ita cum ſententia nondum executionem traxerit, licite poteſt interim appellari, dum tamen a tempore latæ ſententiæ, vel ſcientiæ non effluxerint x.dies,ſupra titu.j. quod ad conſultationem. & ſic non contradicit,ſupra eodem paſtoralis.& c.ad hęc quoniam ſub interdicto.Vel dic & melius,quod epiſcopus ante hoc interdictum poſitum ex cauſis probabilibus,& veriſimilibus appellauit,ideoque decani interdictum latum poſtmodum nullum fuit,nec effectũ habere potuit, ſecundum dominum noſtrum. Vel dic, vt in ſequenti gloſſa.[Effectum] hoc exponi poteſt,vt notatur in præcedenti gloſſa.poteſt etiam & aliter exponi, ſi quæratur de excõmunicatione in aliquo alio caſu lata,ſed non denunciata, vt tũc dicas,[ Cuius,] ſcilicet ſententiæ excommunicationis effectum
13 quo ad participationem hominum. † Sunt enim duo effectus, vnus quo anima ligatur,quæ vna cum prolatione ſententiæ perficitur,infra de rebus eccleſiæ non ali.ſi quis presbyterorum.§.in abſentia.ſupra eodem,cum ſit Romana.ad fi.effectus iſte ſuſpendi non poteſt ex poſt facto,ex quo pure lata eſt ſentẽtia, vnde per denunciationem amplius non ligatur,ſupra eodem, paſtoralis. §.fin.ideo nec relaxari poteſt, ſed abſolui debet ſic ligatus, infra de ſententia excommunicationis,cum deſideres. xxiiij. quæſtio. ſecunda,ſane.j.& quæſt.tertia, notandum, ſecus ſi conditionalis ſit ſententia,vt legitur,& notatur,ſupra eodem præterea.Alius effectus eſt,quo excõmunicatus ſeparatur a corpore Chriſti,quod eſt eccleſia,hoc eſt a communione hominum Chriſtianorum, xj.q.iij.nihil,ſic debet intelligi iij.q.iiij.Engeltrudam, infra de cleri.ex.mi. ſi celebrat,& is cum denunciatione, ſiue per denunciationem perficitur: nam ante denunciationem occultus reputatur, qui nec in publico euitatur.j̃.de ſenten.excom. cum non ab homine.rñſ.j.nec participans,& ſi ſciat ipſum eſſe excommunicatum, peccat mortaliter,imò poteſt probabilem ignorantiam allegare tam participans,argu.ſ̃.de poſtul.præ.c.j. q̃ excommunicatus.infra de cleri.ex.mi.apoſtolicæ,poſt denunciationem vero, & maxime poſt admonitionẽ peccat mortaliter, & ſic poteſt intelligi.ſ̃.quod me.cauſa.c.ſacris,& quod legitur & notatur extra, do.no.de ſen.excom.ex ſtatuimus.& de iſto caſu loquitur hic.vnde dicas,[Cuius effectum.]i.denunciationem, per quam deuenitur ad effectum ſententiæ ſeruandæ,ſiue agatur de ſententia interdicti,vt hic, ſiue de excommunicato, ne ſe ingerat, ſiue de aliis, ne ſecum participent, infra de cleri.ex.mi.illud. §. illud. xj. q. iij. omnis chriſtianus,& concordat j̃.e.c.§.fi.[Ad tempus.]&c. ſed
14 non videtur quod ſententia interdicti poſſit ſuſpendi, † nam excommunicatio & interdictum æquiparatur.ſ̃.eo.ad hæc quoniã ſub interdicto,ſed excommunicatio non ſuſpenditur.ſ̃.eo. paſtoralis.§.fi.ergo nec interdictum,imò ſententia ſtatim ſuum ſequitur effectum: nam facti quidem quæſtio &c.ij.q.iij. §. notandũ,
15 nec † iudex poteſt facere,quo minus de furto condemnatus infamis ſit,ff.de fur.non poteſt.Solu.poteſt reſponderi,ꝙ ſententia interdicti,quam tulit decanus,non fuit pura, ſed conditionalis, vel quaſi,ſiue in diem prolata,ſiue ad certum tempus: nam ſuſpendit eccleſiam quandocunque epiſcopus præſens eſſet, vt patet.ſ̃. eo.reſpon.j.ver.verum decanus.ſi. ff. de hæred.inſti. quotiens. §.ſi quis ita.vnde & a tali ſententia potuit appellari.ſ̃.eo.præterea.nec poſtea decanus debuit exequi ſentẽtiam interdicti. Vel dic,quod in hoc differt interdictum ab excommunicatione,quia quamuis ſententia excommunicationis ſuſpendi non poſſit, interdictum
16 tamen q̃tumcunq; purum ſit ſuſpendi poteſt, ſicut † effectus originalis peccati ſuſpenditur,licet ipſum originale maneat, de cõ.di.
17 iiij.cap.ij.ſicut excommunicatio, † alicuius dignitatis ſuſpenditur.xv.q.viij.ſi quis presbyter,& effectus acceptilationis, ff. de dona. inter virum & vxo. cum hic ſtatus.§.ſi ſponſus.ſic & effectus interdicti ad tempus ſuſpendi poteſt, ipſum tamen interdictum manet, nec eſt opus vt iterum renouetur, arg. xxv.quæſt.vj. qui recedunt, C. de cur. fur. cum in aliis,& in hoc caſu ſi appelletur, non ſuſpenditur interdictum.ſ̃.eo.ad hæc quoniam. effectus vero excommunicationis ſuſpendi non poteſt, quia quamcito ex-
18 communicatus, † eſt quis, membrum eſt dyaboli, & priuatus a ſacramentis eccleſiæ, & a communione fidelium, vnde ad hoc ꝙ efficiatur membrum Dei, neceſſaria eſt abſolutio. xj.q.iij.excellentiſſimus.j̃.de vi.& ho.cleri.quoniam.ad fi. Papa tamen poteſt
19 officium eius ſuſpendere,infra de ſenten.excom. ſi vere, † quia de nulla facit aliquam, & econuerſo.iij.q. vj. hæc quippe,& magis,
20 † eſt de nihilo aliquid,quam de aliquo nihil facere,de con.di.ij.re vera.ſecundum Io. Et tu dicas, vt in præcedenti & ſequenti glo. [Cum interim.]ver.[Exequendam.]i.denunciandam,quod poteſt intelligi,quando ignorans latam ſententiam appellat, vt & notatur.ſ̃.eo.paſtoralis.§.ſi. Sic & appellatio executionem impedit aliarum ſententiarum, & ſi a ſciente ſententiam latam appelletur,ſupra de iureiuran.veniens. §. fi. vnde & appellatione pendente nihil fuit hic innouandum,vt j̃.eo.§.ver.fi. Vel aliud in ſententia excommunicationis,& aliud in ſententia interdicti, vt dixit Io.in pręcedenti gloſſa.quod & verum eſt,vt patet in eo quod notatur extra,do.no.de ſenten.excom.cum medicinalis.§.& hęc eadem.lib.vj.vel hoc intelligitur de ſententia ſub conditione,vel in diem lata, cuius effectus in quantum ad ipſius vinculum in pronunciatione ſuſpenſus ſit per appellationem, non ſolum amplius ſuſpenditur,ſed penitus impeditur, vt patet in eo quod legitur & notatur.ſ̃.eod.præterea.& c.ad hæc quoniam,& iſti duo intellectus vltimi magis placent, ſed quomodo appellatur hic a decano ad archiepiſcopum,cum epiſcopus ſit medius, contra.j̃.eo. dilecti.ſ̃.de offi.or.paſtoralis.xj.q. j. ſi clericus aduerſus clericum? Reſpon.hoc facit ſpecialis conſuetudo.ſi.no.j̃.de præben.referente.j̃.de no.ope.nuncia.cum apud.ſed & epiſcopus in propria cauſa merito eſt ſuſpectus, ſed nec appellabit epiſcopus ad ſeipſum, ar.de Inſtitu.c.fi.cum ſuis concor.[Officialis.]ver.[Qui poteſt appellationem.]ſcilicet ad nos factam ab ipſo officiali, & ab eodẽ receptam,vt.ſ̃.eo.reſpon.j.verſi.decanus.& j̃. §.j. ver. quia tamen. [Temerarium.]licet iuſtum ſit quod pronũciauit, vnde & idem pronunciauit Papa, vt nota.ſ̃.eo.§.ver.decanus, nihilominus temerarius fuit proceſſus, quia a non ſuo iudice præſumptus,vt ibi notatur.ſi.iij.q.v.§.quod vero inimici.& cap.ſeq.vnde & ſequitur. [Cum appellatione.] &c. ver. habes ergo hic regulam, quia appellatione pendente nihil innouandum eſt, & ij. q.vj. appellatione,& ff.nihil inno.ap.pen.in ipſa rubrica.& l.vnica, quæ qualiter intelligi debeat.notatur, ſupra cap.proxi. §. j. ver. fi. quod verum eſt ſi ſit legitima appellatio,vel minus legitima admiſſa,vt extra. do.no.eod.titu.cordi.& j̃.eod. §.j.ver. quia tamen. alioquin contra.j̃.eod.vt debitus.[Debuit.]a quocunque ordinario, niſi ignorantia excuſet.ſ̃.eo.ſi duobus, vel delegato excepto illo, cui princeps committit cauſam appel.remota.quod dic,vt legitur & notatur.ſ̃.eo.paſtoralis.reſpon.j.[Innouari.] in præiudicium appellationis.quod dic,vt no.ſ̃.eo.c.prox.§.i. in fi. ¶ Præterea.]iiii.pars. [Videretur.]quia ſuus iudex eſt, nec poteſt eximi præſcriptione, vel conſuetudine aliqua,vt patet, ſupra de præſcrip. cum non liceat.ſ̃.de conſue.cum inter vos.ſed contra. ſ̃. de excep.cum venerabilis.§.quia vero.Solu.ibi,& de hoc notatur,ſupra de offi.or.irrefragabili.§.exceſſus. [Perturbare.]hæc enim eſt iuſta cauſa excõmunicandi, & manus iniiciendi,vt patet.j̃.de ſenten. excom.veniens,& c.cum voluntate.§.ſi quis vero. nec mirum, quia & ſ̃m l.pœna eſt capitalis,C.de his qui ad ec.confu.denunciamus,& in Authen.de ſanctiſ.epiſ.§.ſi quis cum ſacra miſteria.col.ix. [Quia tamen.]ver.[Deferendum.]quantum ad cognitionẽ cauſæ principalis,id eſt captionis ſacerdotis, ſed tamen poſtea interdictum irritum pronunciauit,vt patet.ſ̃.eod rñ.j.ad fi. quod non potuit, vt no.ſ̃.eo.§.prox.ver.officialis.[Apoſtolos concedendo.] dimiſſorios,ſecus eſſet ſi reſutatorios,vt extra.d.n.eo.tit.c.cordi. [Non ſolum principale.]i.appellatio ſuper principali interpoſita acceſſorium vero appellat per turbationem poſtea ſubſecutam.ſ̃.eod. §.rñ.j.in fi.& ideo epiſcopi,vel officialis ſententia ex ea cauſa lata non tenuit,quia totum ad Papam negociũ deuolutum fuit,quare & idem Papa & non alius tam de turbatione q̃ de interdicto, vtrum.ſ.iuſte vel iniuſte poſitum fuerit,cognoſcere debuit.ſ̃.cap. proxi.§.nos igitur.rñ.ij.Vel dic, ꝙ principale vocat quæſtionem, quæ ſuper detentione presbyteri vertebatur inter epiſcopũ & decanum,acceſſorium vero ſententiam interdicti, vnde cum cognitio ipſorum duorum eſſet delata ad Papam per appellationẽ factam & ab officiali a quo appellatum fuit receptam etiam ipſo facto,eo ꝙ apoſtolos tradidit,vt præmiſit, apparet ꝙ & ſi interdictum violaretur,minor tamen Papa,vel delegato ab eo hoc corrigere non poterat,quia idem iuris eſt de acceſſorio quod de principali,vt hic,& ſupra de offi.de leg.præterea. & ca.prudentiam.§. penulti.& fi.cum ſuis concord.& ff.de regu. iuris. cum principale. [Poſt appellationem.]ab officiali interpoſitam.do.no.vel dic, vt in ſeq.gloſſa.huiuſmodi legitimam.ſ.non ex cauſa ſuperiori, ſed ex alia.ſic.j̃.de conceſ.præ.conſtitutis.ſ̃m B.tu dicas. Poſt appellationem huius,ſcilicet a iudice,a quo appellabatur, receptã, vnde q̃tumcunq; alias legitima eſſet, ex quo tamen iudex ipſam recepit,& apoſtolos partibus dedit, tam partes quã cauſam principalem, & acceſſoria a manu ſua dimiſit, & ad examen ſuperioris remiſit, vnde poſtea non debuit ſe intromittere, quia hoc amplius eſt quam ſimpliciter referre, & tamen poſt remiſſionẽ ſimplicem omnino ſilet officium iudicis qui remiſit,vt ſ̃.de offi. de leg.licet,& infra eo.intimaſti, & hunc intellectum iſta litera plane ſonat,& idem eſt ſi ſummus pontifex ad ſe negocium reuocaſſet,vt infra c.j.[Viribus.]nam per appellationem ad officialem factam fuit cauſa principalis delata ad officialem, qua pendente nihil fuerat innouandum,vt ſupra §. proxi. ſed appellatio ab officiali facta & ab ipſo recepta cognitionem principalis & acceſſorij ad ſedem apoſtolicam tranſtulit, quare inferior ipſo ſe intromittere non potuit, & ideo quamuis iuſta cauſa ſubeſſet, excommunicationis tamen ſententia occaſione acceſſorij lata per epiſcopum tanquam a non ſuo iudice nulla fuit, ſi.ſ̃.eod.§. proxi. ver. penul. & fin. & adde quod notatur in ſequenti gloſſa. [Caruiſſe.] mirum videtur, cum ſententia interdicti per decanum lata non tenuit, quomodo excommunicationis ſententiã in decanum,vel alias turbantes officium latam per ipſum impediuit, ſed hoc ideo eſt, quia negocium omnium interdictorum fuit gradatim primo ad archiepiſcopum, & ſubſequenter ad papam deuolutum, ſicut apparet ex ſerie literæ præceden. & ex eo quod notatur in princi.glo. Sed dices, nonne licuit epiſcopo appellationi ſuæ renunciare? Certum eſt quod ſic, C.eod.ti.ſi quis libellos. ſi tamen non fuiſſet eam coram archiepiſcopo proſecutus, ſed ex quo fuit eam proſecutus coram eo,& decanus coram archiepiſcopo appellauit ad papam, non licuit poſtmodum epiſcopo in præiudicium partis, & in cluſionem ſedis apoſtolicæ renunciare appellationi, quam tenebat, quod ex eo apparet, quia caſſatur quicquid poſt appellationem decani archiepiſcopus attentauit,ſecundum do.no. comprobantur hæc in eo quod legitur & notatur.ſ̃.cap.proxi.§.nos igitur. & ſ̃.titu. proxi.ca.j.& c.ſequentibus.¶ Verum.] iiij. pars. [Poſt appellationem prædictã.] ſcilicet ad nos factam,vt ſupra eo.§.proxi.in fi. [De qua.] ſcilicet appellatione.& ſubaudi,maxime. idem enim eſſet & ſi archiepiſcopo de appellatione nihil innotuiſſet, cum per ipſam etiam in eius abſentia factam appellans fuerit exemptus a iuriſdictione ipſius,ar.ſupra eo.paſtoralis.& ii.q.vj.biduum, ſecundum d.n. & melius ſ̃.de offi.de lega.paſtoralis.§.præterea. Vel dic,vt in ſeq. glo. [Innotuerat.]q.d.ſecus ſi ignoraſſet,vt ſ̃.eod.ſi duobus. quod
21 dic,vt ibi notatur. [Denunciauerit.] q.d.ante † denunciationem nõ aſtringitur quis ſententiam obſeruare.quod dic, vt notatur.ſ̃. §.quia vero.ver.nõ obſtante.[Senonenſes.]ver. [Cõmunicarũt.]

ſcilicet contra,quia talis vitandus eſt, q̃tumcunq; appellauerit.j̃.
de ſenten.excom.per tuas.§.nos igitur,verum eſt in iudiciis exce-
pto articulo, de quo agitur,vt ibi. Extra iudicium vero & in di-
uinis non vitatur,vt hic,& extra,do.no.de ſenten.excom.ſolet.§.
fi.[Vt appellationi.]ver.[Magis q̃ denunciationi.]ſ. ff.de mino.
minor xxv.an.in fi. Sed contra,quia in dubio præſumi debet pro
ſententia,vt s̃.eo.cum in eccleſia.& j̃.de cle.ex.mi.illud.§.licet,qđ
quidam indiſtincte hic ſcripſerunt. Tu dicas, quod hoc verum
eſt quando ſententia fertur nulla appellatione præcedente, vbi
vero poſt appellationem excommunicatur quis, diſtinguitur.qđ
dic,vt notatur in præcedenti gloſſa. & adde quod notatur in ſeq.
gloſſa.[Inculpabiles.]& ſi etiam ſic excommunicatus eligatur in
terim, & poſtmodum pronuncietur excommunicatio nulla,va
let electio,vt hic,& quia in veritate &c.viij.di.veritate,quidam ta-
men dicunt,ꝙ illi,qui talem eligunt, peccant, ſed non vidimus
cauſam,quia eligendo non communicant ei, quod eſſet pecca-
tum.s̃.quod me.ca.ſacris.ſed & talis electus cõſentiendo nec pec
cat,quia non tenetur gerere pro excommunicato. Sed contra.j̃.
de ſenten.excom.per tuas.Solu.ibi datur conſilium in his,de qui
bus dubium non eſt,an ſint ligati vt vitentur,& eſt ratio,quia pri
ma facie eſt pro ſententia iudicis præſumendum.s̃.de renuncia.
in præſentia.hic autem loquitur, quando certum eſt ſententiam
non tenere, vel pro eo, quia delatum eſt appellationi, vel quia
aduerſarius,cum quo excommunicatus vel interdictus conten-
dit, ipſum ligauit,vt patet ex ſuperioribus. idem autem eſt, vbi-
cunq; manifeſtum eſt ſententiam nullam eſſe,quia eadem ratio
eſt,ergo idem ius,vt patet in eo quod legitur & notatur.j̃.de con-
ſan.tua.& s̃.de offi.deleg. cum contingat, quod ſicut dicitur in
dicto c.j̃.de ſenten.excommu.per tuas.§. nos igitur verſi.j.ſcilicet
ꝙ donec de ipſis conſtiterit,debet in aliis euitari, expone, donec
de ipſis conſtiterit, id eſt de appellatione ex iuſta cauſa interpoſi-
ta,vel de errore intolerabili in ſententia expreſſo, quando ab ad-
uerſario hoc negatur. nam ſi pars aduerſa confiteatur, ex iuſta cã
appellatum fuiſſe euitari non debet, dummodo ex prima facie
indubitabiliter iniuſtum appareat mandatum, a quo extitit ap-
pellatum,ſupra c.proxi.§.ſi vero notorium, ſm do.no.cuius eſt
mens totius huius glo.Tu vero dic,vt nota.s̃.eo.ver. Senonenſes.

*SVMMARIVM.*

1 *Traditio ſigilli conſiſtit in facto.*
2 *Vti alieno ſigillo tanquam proprio, eſt quidam modus falſitatis.*
3 *Plus eſt factis quam uerbis.*
4 *Plus eſt reuocatio quam prouocatio.*

## CAP. LVI.

a VT noſtrum. [a]Pars. j̃. vt beneficia ec.capitu.
vnico.& per illam intelligitur
iſta,& ibi ponitur caſus vtriuſq;.[Traditionem.]ver.
[Sigilli.]cãcellarię. [Dicto H.]quem archiepiſcopus
fecerat cancellarium.do.no.[Decernerent.]s̃.eo.conſtitutus.j.cõ
tra.So.ibi erat legitime confirmatus, nec tenuit appellatio emiſ-
ſa ab aduerſario ſine cauſa, & ideo in nullo debuit ſuſpendi effe-
ctus confirmationis , vt apparet ex diffinitione ſiue reſponſione
Papæ,in eo.c.§.fi.at hic clam fuit electus & confirmatus,& ante-
quam ſigillum traderet archiepiſcopus , fuerat ad Papam nego-
cium reuocatum , vt præcedit , & de hac cancellaria controuer-
ſia erat , vt patet.j̃.vt bene.ec.ca.vnico.vnde non eſt mirum, ſi Pa
pa mandat reuocari quod poſt prædictam reuocationem & ma
xime lite pendente ab eodem archiepiſcopo extitit innouatum,
vel quoquo modo attentatum vt hic,& s̃. vt lite pen. per totum.
1 Et licet † traditio ſigilli cõſiſtat in facto, nec poſſit eſſe quin facta
ſit,ex quo facta eſt,ff.de capt.in bello. §. factæ. dicitur tamen de-
cerni traditio irrita & inanis , vt hic, id eſt nihil iuris fuiſſe colla-
tum ex traditione ſigilli, nec literæ ſigillatæ ab illo, cui traditum
eſt ſigillum ex perſona ipſius aliquem vigorem habebunt . Bene
fecit Papa,quia hoc mandauit fieri.nam cum donatio ſit de can
cellaria facta ab archiepiſcopo prima facie tanquam clandeſti-
na non teneret,nec ille,cui collata fuerat,fuiſſe in poſſeſſione of-
ficij ad cancellarium pertinentis,quod in ſigillando conſiſtit , &
quod ante traditionem ſigilli non potuerat exercere,& de cancel
laria & iure ipſius ageretur coram Papa,& ad ipſum eſſet reuoca
tum negocium antequam traderetur ſigillum,iuſtum fuit,vt tra
ditionem poſtmodum factam decerneret pronunciari irritam,
& inanem,ſecus ſi iſte H. ante reuocationem hoc ius fuiſſet ade-
ptus,vel iuſte inſtitutus,vel confirmatus fuiſſet , vt in contra. ſu-
pradicto . Hoc autem notandum , quod ſi alius quàm Papa age-
ret cum archiepiſcopo, dicens quod collatio , ſiue confirmatio
cãcellariæ ad ipſum pertinebat,q̃tumcũq; ſuper hoc citatus fuiſ-
ſet archiepiſcopus in poſſeſſionem conferendi , vel confirmandi
exiſtens,vel lis eſſet cum eo etiam cõteſtata , nihilominus tamẽ
poſſet archiepiſcopus cancellariam ſi vacaret conferre , & ei cui
contuliſſet ſigillum tradere,dummodo hoc manifeſte in nullius
præiudicium verteretur,quia lite pen.nemo priuandus eſt poſſeſ
ſione ſua.s̃.vt lite pen.laudabilem.j̃.eod. ſignificante. ſi vero hæc
alij manifeſte præiudicarent,non valerent, ſicut hic patet exem-
plum,vbi fiebat præiudicium illi,pro quo ſcripſerat Papa, vel ad
minus iuri ipſius Papæ, qui dicebat poteſtatem cõferendi cancel-
lariam ad ſe deuolutam eſſe , vnde & in hoc caſu irritandum eſt,
quicquid in præiudicium extitit attentatum , arg.in eo quod legi
tur & notatur.s̃.de ſup.ne.præ.licet.nõ eſt igitur hoc regulare,nec
de iure cõi,ꝙ ex quo Papa incipit aliquid de aliquo negocio co-
gnoſcere , quicquid fit a partibus irritum decernatur , imò quod
hic mandatum fuit de ſigillo,ſpeciale eſt, & eſt ratio ſpecialitatis
ſuſpectio,quam Papa conceperat ꝯ collationem ab archiepõ fa-
ctam,vt j̃.vt bene.ec.c.vnico,alias autem bene licuiſſet epõ man-
dare effectui collationem ſuam , q̃uis ſibi eſſet quæſtio mota.s̃.e.
conſtitutis.j.& hoc plus placet d.n.q̃ id quod no.s̃. in prin. huius
gloſſæ.Vel dic,hæc ſpecialia eſſe in reuocatione,quã ex certa ſcĩa
facit Papa,apud quem plenitudo eſt poteſtatis.ij.q. v.decreto.s̃.de
vſu pallij , ad honorem , vt ex quo ad ſe ex certa ſcientia aliquod
negocium reuocat, poſtea præter eius conſcientiam non poſſit
aliquid attentari,vt patet in eo quod legitur & no.j̃.de præben.in
ter cœtera,ſm do.n.cuius eſt mens totius huius glo.quinimmo,
& idem vr̃ qualitercunq; negocium ad ipſum ſit tranſlatum,vt
patet in eo quod legitur & no.s̃.eo.ſollicitudinem.§.nos igitur,&
s̃.de poſtu.prela.bonæ.ij.§.nec nocebat.& de elec.dudum.ij.[Irri-
tam.]tanq̃ a non ſuo iudice factam.s̃.c.proxi.§.quia vero.multo
fortius q̃ ſi appellatum fuiſſet,vt ibi,cum plus ſit &c. vt j̃.e.ver.cũ
plus.[Inhibentes.]ver.[Illi.]ſ.nepoti tuo, cui cancellariam cõtu-
2 leras,& ſigillum tradideras.[Vti præſumeret.] † Eſt enim quidam
modus falſitatis vti alieno ſigillo tanq̃ proprio, ar.ff.de cri.fal.eos
qui.§.fi.& in eo quod legitur & notatur. s̃. de iureiuran.q̃to.§. ſi
vero legitimam . ver.j. & j̃.de his quæ fi.a præl. q̃to.§.abſentiam.
idem vr̃ ſi quis vtatur de nouo fabricato in alterius prẹiudicium.
quod dic,vt legitur & notatur.j̃.de exceſ.prẹl.dilecta. ad fi. Poteſt
autem quis in alieno ſigillo vel aliena manu de voluntate illius,
cuius eſt,dummodo hoc exprimatur.quod dic, vt legitur & no-
tatur.s̃.ti.j.cum inter vos.§.j.in fi.[Cum plus.]ver.Romanum &
quemlibet ordinarium , ff. de iudi. iudicium ſoluitur . [Reuoca-
3 re.]ſicut & plus eſt facto appellare.s̃. eo.dilecti. † & ſic plus eſt fa-
ctis q̃ verbis,vt notatur.s̃.de elec.eccleſia.j.ſic ipſo facto amittit qs
priuilegium.j̃.de vi.& ho.cleri.c.fi.j̃.de ſen.ex.cõtingit. [Ad eũ.]
.ſ.Romanum Pontificem , ſed poſt appellationem ad ipſum fa-
ctam nihil eſt innouandum,vt s̃.c.proxi.§.quia vero. in fi.& §.p̃-
terea.ver.quia tñ.& ca.dilecti.& c.bonæ.§.fi. ergo multo minus
poſt reuocationem per ipſum factam,vt hic patet.ij.q.j. nemo.&
le.& no.s̃.vt li.pen.eccleſia.ij.rñ.j.& plenius no.s̃.de cã.poſ.& pro-
pri.cum ſuper.ad fi.[Prouocare.]Hoc ideo dicit,quia prouocatio
non ſemper iuſta eſt,nec propter eam quæ innouata ſunt,reuo-
cata ſunt,nam in iure conſiſtit virtus ſua potius, q̃ in facto,ſed re
uocatio ſemper iuſta cenſetur,ex quo facta eſt, & ſemper ad ſe re
uocat iuriſdictionem inferioris, & potius conſiſtit virtus eius in
facto q̃ in iure,vnde & quæ poſt eam attentantur,ſemper de rigo
re iuris reuocantur,& ideo plus eſt,i. maioris & efficatioris virtu-
4 tis, † eſt reuocatio,q̃ prouocatio.ſic s̃.de offi.leg.dilectus.

ADDITIO.

a ¶Pro intellectu huius Decret. vide multas remiſſiones hic per apoſtillã ad Panor.

*SVMMARIVM.*

1 *Diligentia alterius captioſe non debet præueniri.*
2 *Vigilantibus,& non dormientibus iura ſubueniunt.*
3 *Locus proſecutioni non eſt aliquando ſed impetrationi.*
4 *Continentia cauſæ ſub diuerſis iudicibus non eſt diuidenda.*
5 *Cauſam terminari oportet infra tempus legis.*
6 *Periculum aliud rei priuatæ,& aliud rei publicæ.*
7 *Quod permittitur non præcipitur.*

## CAP. LVII.

a OBlatæ. [a][Quibus.]ſ.iudicibus . [Inter Sãbreñ.]
agentem ex parte vna. [Et Rinocor.]de-
fendentẽ ſe ex parte altera,ſed ꝯriam ſñĩam reporta-
uit,vñ appellauit,vt ſequitur.[Et a procuratore.]ver.
[Sine termino.]ſed nec iudex ipſum aſſignauit , vt ſequitur,ideo
ſpectandum eſt tempus legis,vt j̃.§.j.rñ.j. & ver.ſi vero non ſit ap
pellatum.ad hoc enim tenetur , ex quo ꝯriam ſñĩam reportauit.
quod dic,vt legitur & notatur.s̃.de procura.non iniuſte.§.potuit.
[Nec delatum.] ver. a iudicibus, vel a parte recepta , hoc autem
ideo tangit , quia ſi delata fuiſſet appellatio , non ſufficeret mit-
tere procuratorem ad impetrandum . quod dic,vt legitur & no-
tatur.j̃.eo.Nicolao.§.fin.& c.interpoſita.§ j. [Plebanus.] ver. qui
appellatur,& pro quo ſentẽtia lata erat. [Super obſeruatione.]Ex
hoc loco & ex fine huius c. vbi dicitur , ꝙ per iſtas literas poteſt
procedi

ADDITIO.

a ¶Hoc c.nõ ſeruatur in curia Romana,vt no.Do.de Ro.deci.444.in antiq.



procedi ad confirmandam,vel infirmandam ſententiam , colli-
gitur,quod ſicut is qui impetrauit ſuper obſeruatione ſententiæ,
poteſt petere conſeruationem ipſius,ſic & aduerſarius poteſt per
eaſdem literas etiam coram eiſdem iudicibus appellationem
ſuam proſequi , ſi ab eadem ſententia appellauit, ſecundum do-
minum noſtrum,vel petere,quòd eadem ſententia infirmetur,&
hoc verum eſt , dummodo in ipſis literis de appellatione facta
mentio habeatur . quod dic,vt legitur,& nota.infra de confir.vti.
bonæ.ſed dominus noſter ſentit contrarium, vt patet in eo quod
no.j̃.§.j.ver.ſi vero non ſit.ſuper verbo,nimium.[Sententiæ.]pro
eccleſia ſua latæ , nullam faciendo mentionem de appellatione.
alioquin contra.j̃.titu.ij.bonæ.nec nimis præueniens tempus le-
gis.alioquin contra.j̃.§.j. ver. ſi vero non ſit . [Literas.] impetra-
uit,vt in ſequenti verſiculo . [Et alia pars.] ver. ſcilicet de Rino-
cor. quæ appellauerat. [Eandem.]ſcilicet ſententiam.[Impetra-
uit.] Sed nunquid ſufficit infra tempus literas impetrare? quod
dic vt notatur.s̃.eodem ex ratione. & s̃. titu. j. cum ſuper contro-
uerſia.[In poſterioribus.]vnde non valuerunt,vt patet.j̃.eo.c.§.fi.
[Vnde.]ver.[Vel vos.]ſcilicet primi iudices.[De illa.]ſcilicet ſen
tentia confirmanda & obſeruanda , vel infirmanda . [Nos ſuper
hoc conſulere.]& nos reſpondemus , ꝙ vos , ſcilicet primi iudi-
ces , & non poſteriores , vt infra eod. c.§.fi. [Et.j̃.]hoc eſt adhuc
quæritis , quid iuris eſſet , ſi terminus legis fuiſſet moderatus per
hominem , vtrum ſcilicet potuerit moderari , & ad hoc reſpon-
det in ſequentibus . ¶ Licet igitur.]ij. pars.[A lege.]in Auth.de
his qui ingre.ad app.§.quia enim victores.coll.vj. quod dic,vt ple
ne notatur.s̃.eo.conſtitutus in præſentia.§.j.& c. cum ſit Roma-
na.reſpon.j. & ii.q. vj. §. appellatore.[Quia tamen.]ver.[Prouo-
cante.]appellatus autem terminum præfigere non poteſt. [Ve-
rum etiam a iudice.]vt probatur de vtroque.s̃.eo. perſonas.[Cũ
id.]ver.[Prorogari.]niſi ex iuſta cauſa, vt legitur & notatur.s̃.eo.
ex ratione,eſt igitur hic terminus limitatus.ſi.j̃.de decimis.cap.j.
§.vnico.ver.traditionem.Et per hoc ſoluta eſt quæſtio,qua quæ-
rebatur,vtrum epiſcopus tempus legis poſſet moderari , vt nota-
tur.s̃.eod.in deciſione.quantum vero ad aliam quæſtionem,quæ
ibidem fit , credimus diſtinguendũ &c. vt ſequitur.[Credimus.]
ver.[Diſtinguendum.]per quam diſtinctionem apparet, ꝙ aliud
eſt cenſendum in termino hominis & aliud in termino legis,&
ſic ſoluta eſt ſecunda quæſtio poſita. s̃. in deciſione. [Et quòd.]
verſi.[Ab appellante , vel iudice.]quia vtrumque fieri poteſt , vt
præmiſit.[Si in eo.]ſcilicet termino ab homine moderato.[Ap-
pellatus.]vt s̃.eod.ex inſinuatione , & idem eſt ſi appellans , vt s̃.
eod.ſæpe.§. fi. vbi de hoc . [Tacita veritate.]Hic ergo expreſſum
eſt,quod de termino hominis ad proſequendam appellationem
aſſignato neceſſe eſt fieri mentionem , per conſequens ergo & de
appellatione,quod verum eſt,vt legitur & notatur,ſupra de reſcri.
ex parte.infra titu.j.bonæ . [Si vero non ſit.]ver.[Pars appellata.]
idem eſt in appellante,ponit autem de appellata ſpecialiter,quia
de ipſa magis dubitabatur, quaſi non eſſet aliqua forma , ſecun-
dum quam poſſet appellatus id facere , ſicut & illa quæ in cauſa
victoriam obtinuerat,ſecundum dominum noſtrum. [Infra ter
minum.]ſcilicet annum , vel ex cauſa biennium , vt s̃.eod.§.in
principio.[Nimium.]ſed quando intelligitur nimis præcurrere?
Poteſt dici hoc arbitrarium eſſe,argumen.s̃.de offi.deleg.de cau-
ſis.ſaltem literas impetrando , dum tamen malicioſe non fiat.
Ar.tamen contra,C.ſi nuptiæ ex reſcripto petan.l ii. ſed reſpon-
de,quod bene poteſt iſtud in hoc caſu fieri bona fide,& bona fuit
forma quam impetrauit plebs de Sabreno.nam & per literas po-
teſt pars appellans appellationem ſuam proſequi , vt notatur.s̃.e.
c.reſpon.j.ver. Plebanus.in uerbo,ſuper obſeruatione, etiam ſi in
ipſis literis de appellatione non fiat mentio , quod eſt dignum
no.& de hoc no.s̃.de offi. deleg. ex literis. Alij tamen dicunt , ꝙ
hic de appellatione mentio facta fuit,ſecundum do.no.cuius eſt
mens totius huius glo. Vel dic , quod tenetur expectare vſque ad
vltimum menſem anni , vel ex cauſa biennij, arg.ii.q.vi.§.appel-
latore.quod dic , vt notatur in ſumma.cod.titu.§. infra quæ tem-
pora.ver.fi.ſic & prope finem triennij ſententia eſt ferenda , C.de
iudi.properandum.§. cum autem hoc modicum , & adde quod
notatur ſuper verbo, procedatur.[Præcurrat.]ſcilicet ad hoc.[Vt
appellantem.]&c. ſicut nec hic fuit , & ideo valent primæ literæ
non ſecundæ,vt.j̃.eod.c.§.fi.[Supplantet.]tunc enim literæ , non
valerent , quia tales præuentiones reprobantur,vt hic , & s̃.eo.ex
1 inſinuatione.§.fi.& cap.ſuggeſtum.quia † nec debet captioſe alte-
rius diligentia præueniri,xvj.q.iii.placuit.ij.ad Tertull l.ij.§. ſi ma
2 ter. ij. alias autem dummodo fraudulenter non fiat , † conſue-
uerunt iura vigilantibus & non negligentibus ſubuenire, ff. de
his quæ in frau.cre.pupillus.in fi. ſupra de præſcrip. vigilantibus.
§.j.ſupra de offi. primi.c. vnico.ad fi.[Impetrare.]Nunquid cau-
ſam ipſam appellationis poterit proſequi coram illo iudice ad
quem extitit appellatum? Vtique appellatore præſente, & appel-
lato abſente per contumaciam,etiam lite non conteſt.infra eo.
interpoſita.§.ſane,& idem videtur in conuerſo caſu,arg. ff. de re-
gu.iuris,non debet.s̃.de mu.peti.cap.ii.§.nos vero, & ſi reperiatur
male appellatum , condemnabitur contumax in expenſis.s̃.eo.
reprehenſibilis.§.ſi autem , & remittetur cauſa ad priorem iudi-
cem,infra eod.vt debitus.§.vnico.ver.penulti. quod ſi bene appel
latum fuit , procedetur etiam in principali , infra eod.vt debitus,
in fi.& eſt hoc uerum,ſi ſit delatum appellationi, vt notatur.s̃.eo.
ſæpe.§.quia tamen,niſi appellatus petiit, quod appellator veniret
3 inſtructus,extra do.no.eod.titu.cordi.§. poſt hęc.lib.vj. † alioquin
non eſt locus proſecutioni,ſed impetrationi , vt hic, & infra eo.
interpoſita.§.j. vbi de hoc , & ſecundum hoc intellige quod no-
tatur in ſumma,eo.titu.§.& quę eſt pœna . [Quarum auctorita-
te.]ver. niſi & appellans primitus impetraſſet,vt ſupra de reſcrip.
dilectus.ij.in fi.[Procedatur.]licet autem appellatus poſſet quan
docunque vult literas impetrare , vbi terminus non eſt præfixus
ab homine , ſed a lege tantum , non tamen poteſt petere pro ip-
ſo latam ſententiam confirmari , niſi tunc demum cum vnus
tantum menſis de anno ſupereſt, ij.quæſt.vj. §.appellatore.appel
lator vero quandocunque vult poteſt coram eiſdem iudicibus
ab appellato impetratis appellationem ſuam proſequi , nam cũ
ad iudicem appellationis proprie & ſpecialiter ſpectet pronun-
ciare primam ſententiam iuſtam vel iniuſtam , ita poteſt & ip-
ſam confirmare , vel infirmare.ii.quæſt. vj. §. fi. per literas igitur
impetratas ab archipresbytero de Sambreno , quod ſua ſerue-
tur ſententia ſicut erat iuſta , poteſt & aduerſarius petere , quod
4 caſſetur ſicut erat iniuſta , † quia non eſt continentia cauſæ ſub
diuerſis iudicibus diuidenda , C. de iud. nulli. ſed ſi impetrans
nimis præoccupauerit , hoc conſequetur ex nimia ſua præuen-
tione , quod ſuæ literæ non ualebunt. Alij autem non impro-
babiliter dicunt , quod & coram iudice appellationis , & coram
ipſius delegato , non ſolum appellans, ſed etiam appellatus po-
teſt cauſam appellationis proſequi , etiam nec expectato men-
ſe iuxta finem anni , & ad hoc bene concordat litera ſequens ,
pro qua patet,quod appellatus poteſt cauſam ſuam proſequi co-
ram iſtis iudicibus , quos tamen conſtat eſſe nimis tempeſtiue
impetratos . Nec obſtat.§. appellatore . reſpondent enim , quod
ibi ponitur tempus vnius menſis , non pro eo quod præueniri
non poſſit , ſed quia illud tempus communius videtur ipſis par-
tibus , & quia ex quo tantum expectatur , nulla malicia præſu-
mi poteſt . Alij vero intelligunt hanc Decre.ſic , vt partes poſſint
literas impetrare , ſed non poſſunt cauſam proſequi ante men-
ſem , vt notatur, ſupra ead.glo. in princi. ſecundum dominum
noſtrum cuius eſt mens totius huius gloſſæ.[Ita quod.]ver.[Sub
iudice.]quia non eſt continentia iudicum diuidenda , vt legitur
& notatur.s̃.de ſequeſtra. poſ.cap.j.[Eum.]ſcilicet iudicem , vel
niſi in poſterioribus ſuis literis de primis expreſſam fecerit men-
tionem,vt j̃.titu.ii.bonę.s̃.de reſcrip. cœterum.§.j.[Sic obtento.]
ab appellatore,ſcilicet ab archipresbytero de Sambreno.do.noſt.
[Recuſare.]ſic j̃.eod.cum ceſſante.ad fi.extra,do.no. de reſcrip.di
ſpendia. ad fi. lib. vj.[Quia ſi agere noluerit.]ſcilicet appellans .
[Proſequi.]coram iudicibus ab eo impetratis etiam parte appel-
lante abſente, ea tamen prius citata. argu.in eo quod precedit,&
ſupra titu.j.cum Bertoldus.§.poſtmodum ii.q. vi. §. appellatore,
C.de temp.appel.l.fi.§.illud,& eſt expreſſum j̃.c.j.[Ex dilatione.]
5 nam † infra tempus legis cauſam terminari oportet , vt ij.q.vj.ei
qui appellat,niſi iuſta cauſa ſubſit,quod dic,vt notatur,ſupra eo.
6 ex ratione.[Grauamen.]i. † periculum rei priuatę , aliud in peri-
culo rei publicę, vt notatur,infra eod.§.j.¶ Superior quoque.]iij.
pars.[Iudex.]ad quem appellatum eſt, vt j̃.eod.§.ver.poteſt vtiq;.
[Periculum.]rei publicę , ſicut patet per exemplum ſequens,ſu-
pra vero §.proxi.in fi.loquitur de periculo rei priuatę , vt ibi no-
tatur , cui non tenetur iudex occurrere parte, cuius eſt,negligen
te , quaſi dicat bonus iudex debet conſiderare qualitatem nego-
cij a quo agitur , vbi enim litigatur de fundo , vel tunica, vel alia
re priuata , vel lana caprina poſſunt partes prorogare negocium
prout placet,vt ſupra,§.proxi ver.fi.& argu.ff. de regu.iuris , quod
quiſque. vlti. colum . vbi vero agatur de re publica , ſicut de pro-
uiſione eccleſiarum , vel de anima , ibi omnino debet iudex ex
officio ſuo occurrere etiam partibus tacentibus , vel inuitis , vt
hic , & ſupra de elec. cum nobis olim. §. his igitur , ubi de hoc,
& infra eod.ver. poteſt , cum ſuis concord. [Appellationem.]
alias,appellationi.[Puta.]ver.[Alicuius electi.]& idem videtur ſi
agatur de matrimonio carnali,vt ſupra vt lite non conteſt. quo-
niam.§.j.nam eadem eſt ratio , vt ibi innuitur, ergo idem ius de-
bet eſſe,ar.j̃.de conſan.tua.s̃.de tranſla.epiſco.c.ii.§.j. ver. ſicut er-
go.[Etiam ad annum.]vtiq; & ſatis ęquum eſſet, quod ſi nõ ter-
minaretur infra annum cauſa talis etiam principaliter mota(ni
ſi aliqua cauſa ſubeſſet)extunc ſuperior prouideret,ar.hic , & j̃.de
iure patro.eam te.& c.cum Papa . nam & quandoque iam pro-
motus & per ſex menſes,vel annum expectatus remouetur , niſi
iuſtum impedimentum habeat ab obtento,vt legitur & notatur
j̃.de cleri. non reſi. ex tuę . q̃tomagis igitur impediri poterit pro-
mouendus , quia turpius eiicitur , &c.s̃. de iureiuran. quẽadmo-
dum.§.j.& ii. cum ſuis ꝯcor.& aliis inductis j̃.ver.j.[Poteſt vtiq;.]
ver.[Immo debet.]bene correxit ſe , quia neceſſitatem impor-

7 tat,alias autem †quod permittitur non præcipitur, ff. de iud.non quicquid,ff.de of.præſi,ſæpe.& l.generaliter. [Moderari.]i.reſtringere & diminuere ſiue abbreuiare.j.de verbo ſigni.ca. fina. & eſt ratio.[Ne gregi dominico ]&c.ideo ſtatutum eſt, ne diu differatur electio.i.vltra ſex menſes,l.di,poſtquam.ſ.de elec. ne pro defectu.& ne diu protrahatur confirmatio.i,vltra quinq; vel ſex mẽſes.c,di.quoniam.ſ.de tranſla.epi.c.ii.§. ſed neq;, bonum ergo eſſet,ꝙ ſtatueretur, ne lis ſuper electione orta fieret immortalis,vt vltra annum non protraheretur, vt patet in eo quod legitur & notatur.ſ.eod.§.fina.reſpon.j.& ver.j, vel potius vltra ſex menſes, quod dic,vt plene notatur.j.de iure patro, quoniam, §. fina. quia in talibus ſæpe ſiue ſemper eſt mora periculoſa, vt patet in eo quod legitur & notatur.ſ.de elec,cum inter vniuerſas.§.fina.ſ.vt lite non conte.quoniam.§.i.ſ.e,conſtitutis,j,§.j, ¶Ex his igitur.] iiii.pars.ſcilicet quæ dicta ſunt ſ.eo,c,reſpon.j.ver, & a procuratore.& ſequen.& §.j.ver.ſi vero non ſit,& ſequentibus. [Conſultationi.]factæ.ſ,eo,c,reſpon.j,ver.fina.[Reſponſum.]quia ſubaudi, per ea quæ ibi dicta ſunt apparet [Quia nec poſteriores,]&c.[Impetratas.]a plebe de Rinocor.d.n. non facientes mentionem de prioribus.alioquin contra.j.titu.ij.bonæ.§.j. [Prioribus.]impetratis de Sambreno.do.no. [Legitime.] ergo de appellatione faciebant mentionem,alias contra.ſ.de reſcrip.ex parte [Impetratis.] non nimis præueniendo terminum legis, alioquin contra.ſ.eo. §.i,ver.ſi vero non ſit.[Per quas.]impetratas a plebe de Sambreno ſuper obſeruatione, vel confirmatione ſententiæ,do.no. [Ad confirmandam.]&c.[Vel infirmandam.] hoc enim ſpectat ad iudicem,qui de tali appellatione cognoſcat.ſ.titu.j. cum Bertoldus.§.fina,ver.pen.& de fide inſtru.cum Io.§.fina.

*SVMMARIVM.*

1 *Vterque conueniri poteſt in cauſa appellationis.*
2 *Terminus præfixus ab homine pro termino eſt habendus.*
3 *Iudex appellationis ſemper eſt certus utrique,ſed delegatus incertus.*
4 *Reus ab obſeruatione iudicij abſoluitur.ſi non liquet de cauſa.*
5 *Infirmanda uel confirmanda ſententia quando ab ea appellat.*

## CAP. LVII.

PEr tuas.& infra. [Requiſiſti.] ſic conſtrue. [Si poſt latam ſententiam.]&c.vſque.[Appellatum.]vtrum hi, qui ſuper hæc delegantur a nobis, poſſint terminare iudiciali calculo cauſam ſibi delegatam,[ſed altera partium.]&c.Eſt ergo iſte caſus,Lata diffinitiua ſuper aliqua cauſa inter partes, vel ſaltem teſtibus publicatis, ad ſedem apoſtolicam appellatur, cauſa iudicibus delegatis committitur, altera partium contumax inuenitur,vtrum ipſa abſente cauſa appellationis nec non & principalis diffiniri valeat,quæritur?ꝙ hoc fieri poſſit,dummodo de cã liqueat reſpõdetur,& dic.[Publicatas.]quodcunq; iſtorum duorum interuenerit,argui poteſt litem conteſtatam fuiſſe, cum regulariter non debeat ferri diffinitiua ſententia lite non conteſtata.ſ.vt li.non conte.in ipſa rubrica.& per totum. & ſpecialiter in ca.quoniam frequenter. [Hi qui.] ver.[Super hoc.]ſcilicet ſuper cauſa appellationis,& per conſequens ſi legitima inueniatur ſuper cauſa principali in eo caſu, quando teſtes publicati ſunt, nec fuit lata diffinitiua ſententia.j.eo.ca.j. nam quando a diffinitiua extitit appellatum, omnino tenet appellatio, dummodo infra tempus legitimum facta ſit,alioquin cõtra, vt legitur & notatur ſ.titu.j,quod ad conſultationem, & debet ipſa ſententia confirmari,vt,ſ.eod.cap.proxi.in fi.[Si altera,].i.alterutra ſit appellans, ſiue appellata. [Eorum.]ſcilicet delegatorum. [Noluerit.] ergo citanda eſt,aliter hoc ſcire non poſſet.ſic.ſ.cap proxi. §.j, ver. fin. vbi de hoc.[Calculo.]i.diffinitiuo.ſic dummodo de cauſa liq̃at, vt ſequitur.¶Nos igitur.]ii.pars.[Quia cum lis ſit.]id eſt præſumatur,vt notatur.ſ.reſpon.j.ſuper verbo,publicatas, alias ſi lis ſit, quod ideo dubitatiue ponitur, quia & quandoq; iudices minus legitime lite non conte.procedunt ad teſtes recipiendos, vel etiã ad diffinitiuam ſententiam proferendam, vnde non valet quod agunt,vt,ſ.vt lite non conte.c.j. & de litis conteſt.c. vnico. vbi de hoc.[Coram primis.]coram quibus principalis cauſa mota fuit, & appellatum ab eis.[Poterunt.]ſic j. ca.proxi.§.penul.verſi.fina. [Si iudices.]ſcilicet ſecundi reſpectu primorum, de quibus dixit. [Delegati.]ſcilicet in cauſa appellationis.[Qui conuenitur.]quicunque ſit ille,ſiue actor ſit,ſiue reus reſpectu principalis.nam in
1 cauſa †appellationis vterq; conueniri poteſt, & impetrare condemnatus,ſcilicet ſuper infirmatione ſententiæ, & alius ſuper cõfirmatione.& ſic vterque actor & vterque reus,vt patet.ſ.c.proxi. reſpon.j.ver.Plebanus.& ſequenti. [Per contumaciam.]& non aliter.quia in nulla culpa eſt abſens, cum neſciat hunc iudicem impetratum, ſecus autem eſſet ſi præfixo termino ab homine ageretur coram iudice ad quem eſt appellatum, ibi enim præſi-
2 xus †terminus ab homine pro termino eſt habendus.ſ.eo.ſæpe.
3 C.de tempo.appella.l.fina.§.illud.ratio diuerſitatis hæc eſt,†quia iudex appellationis ſemper certus eſt vtriq; parti, ſed delegatus ſæpius eſt incertus,argumen. tamen contra. ſ. de reſcrip. ſuper literis,in fi.ſecundum do.no.cuius eſt mens totius huius gloſæ. [Cũ eis.]ſcilicet delegatis.[Liquebit.]No.quòd ſi iudici non liquet de cauſa,tunc debet conſtituere præſentem poſſeſſorem, nec audietur contumax lite conteſt. poſtea veniens niſi de proprietate,C. quomodo & quando iu.conſentaneum,ꝙ ſi liquet de cauſa, procedit ad diffinitiuam ſententiam,vt hic,& hoc intellige in altero caſu iſtius Decre.ſcilicet quando lite conteſt.& ante diffinitiuam ſententiam appellatum fuit teſtibus publicatis,vt.ſ.de do.& contu.prout.vbi de hoc, ſi vero poſſeſſor ſiue reus originaliter pſens eſt, & actor abſens, tunc etiam lite non conteſt. examinatur cã, & ſi liquere poſſit,fertur diffinitiua ſententia.ſ. de dolo & contu. cauſam quæ.vbi de hoc.C.quomodo & quando iu. auth. qui ſemel.& ſic poteſt intelligi.ſ.de reſti.ſpo. audita, ꝙ ſi non liquet de
4 cauſa, tunc†reus ab obſeruatione iudicij abſoluetur, C. de iudi. properandum.§.& ſi quidem.nec obſtat quod dicitur, actore nõ probante,&c.vt j.vt bene.ec.c.vnico.§.j. in princi. quia illa regula,quando ambo præſentes ſunt,& neuter contumax,locum habet. In alio autem caſu iſtius Decre.ſcilicet quando appellatur a
5 ſententia, †confirmanda eſt vel infirmanda.ii.q.vj.§.fina.& ſ.no. Sed pone quòd primi iudices condemnarunt reum, quia credebant ꝙ actor plene fundaſſet intentionem ſuam,quod tamen vẽrum non erat,in cauſa vero appellationis actor, pro quo lata eſt ſententia, præſens eſt, & reus abſens, iudices reperiunt quod nõ fuit probatum.ſic patet.ſ.de reſtitu.ſpo.cum ad ſedem.§.ſi.vnde non poſſunt ſentẽtiam confirmare.quid fiet? Dicas,quod caſſanda eſt ſententia,ſed quia reus contumax eſt, adiudicabunt præſenti poſſeſſionem, reſeruata quæſtione proprietatis abſentis, ſicut & hoc idem feciſſent ante ſententiam. B. Immo certe ferrent ſententiam pro abſente abſoluendo ipſum, eum tamen propter contumaciam in expenſis condemnabunt, vt C. de iudi. properandum.§.ſin autem ex geſtis, argu.ſ.eod.ſæpe.reſpon.i §.j. & probatur ij.q.vj.appellatore.niſi forte dicat præſens, ꝙ plenius vult probare,nam tunc probationem ſuam recipient, vt legitur, & notatur.ſ.de teſtibus.fraternitatis.& cum liquebit de cauſa, diffinitiue pronunciabunt,vt hic, & adde quod notatur in ſequenti glo.[Diffinire]in hoc tantum eſt priuilegium appellationis, quia cum alias parte etiam abſente per contumaciam nequeat regulariter ferri diffinitiua ſententia. ſ.vt lite non conteſta.quoniam.reſpon.j.in cauſa tamen appellationis procedi poteſt, & ſi ſuper ea coram iudice ad quem appellatum eſt, vel delegato ipſius non fuerit lis conteſta.& ſic intellige quod hic dicitur, & C. de tem.appel.l.fina.§.illud. citatio tamen ſemper eſt neceſſaria, ſ.eo.ſæpe.ſm do.no.& adde quod notatur in precedenti glo.

*SVMMARIVM.*

1 *Noua iura facienda ſunt quando antiqua ſunt eſt grauiora.*
2 *Litera primo repreſentata ſemper præualet ſiue ſit prior ſiue poſterior.*
3 *Vbi lex non diſtinguit nec nos debemus diſtinguere.*
4 *Quod non mutatur ſtare non prohibetur.*
5 *Remotio appellationis ante ſententiam ualet.*
6 *Iniquitas aliqua non eſt toleranda.*
7 *Appellatione remota. an alius quam princeps poſſit cauſam committere.*
8 *Inferior principe iuris beneficium auferre non poteſt.*
9 *Locus prouocationi non eſt in iudicio.*
10 *Nemo iure ſuo priuandus ſine culpa ſua.*
11 *Appellatio gradatim facienda eſt.*
12 *Quod uituperari poteſt præcaueri debet.*
13 *Cauſæ maiores quæ dicantur.*
14 *Appellandum a decreto decurionum,& non a remiſſione.*

## CAP. LVIII.

VT debitus honor. Decre.iſta ponitur, & non ſolum exponitur, ſed plene commentata reperitur in ſumma, eod.titu.§.quomodo Decreta. vnde nec omnia quæ ibi dicuntur ſunt hic ſuperflue repetenda,tamen aliqua ſunt tangenda,dicas ergo.[Deferatur.]hæc eſt prima cã conſtitutionis,& accedit.C.quando prouo.non eſt ne. omnem honorem.[Iudicibus [.ordinariis. in illis enim tantum putamus ꝙ hęc litera ſit intelligenda.[Litigatoribus.]verſicu. repete vt & dicas, vt & litigatoribus &c.& hæc eſt ſecunda cauſa conſtitutionis. conſulitur autem ipſis,ſi coram ordinariis ſuis litigent, & ad extraordinarium iudicem ac extra prouinciam ſuam de facili non trahantur, & videtur ſumi iſta conſtitutio in eo quod legitur & notatur in Auth,de man.prin.§.ſit tibi.& ſeq.§. & non permittere ex negligentia de prouincia alicuius præſidis, ad hanc currere feliciſſimam ciuitatem,& ſequitur ibi,ꝙ ſi non adierit ordinarium, ſed pro iuſticia ad imperatorem venerit,remittet eum cum omni correctione,& rñſum dabit,coll.iij.& idem legitur in Authẽ. de quæſtore.reſpon.i.§.j.colla. vj. hoc autem ad vtilitatem ſubiectorum ſtatuitur,vt non cogãtur peregre pro defectu iuſticiæ ex-





tra ſuam prouinciam proficiſci,ſicut aperte legitur in Authent. vt diff.iudic.reſponſ.primo.& §.primo,& ſecundo, & per totum, colligitur reſpon.ſed quia ibi dicitur de omni cauſa, ſcilicet reali,perſonali,ciuili,vel criminali hoc eſſe intelligendum,& ſic generaliter de omnibus,ne Prælati eccleſiaſtici hoc ita large intelligant,excipiuntur hic in fin. maiores cauſæ, vt ibi notatur. [Super laboribus] &c.ſic ſupra de officio leg cum te.& capitu.ſuper quæſtionum.reſpon.j.& §.porro.in fine,ſupra de dolo, & contuma.finem.& propter hoc etiam facta eſt,& alia cõſtitutio in eo-
a dem concilio generali,ne quis vltra duas dietas [a] trahatur a diœceſ.& ne vænales literæ exponantur,nec valeãt ſine ſpeciali mandato domini impetratæ,ſupra de reſcript.nonnulli.[Statuimus] verſicu.i.ſtatutum nouum fecimus, quia ſecundum antiqua iura per quamcunque appellationem deferebantur cauſæ ad Sedem Apoſtolicam,vt patet.ij.quæſtio.vj.capitu.j.ij.& iij.& per totum,& ſupra eodem,ſuper eo.primo reſpon. & ſic tractus ad remotos iudices, ſpretis ordinarijs ſe cogebãt redimere, vnde huic morbo intendit mederi hæc conſtitutio, & illa ſupra de reſcript.
1 nonnulli. Sic † ergo facienda ſunt noua iura, vt hic,& ſupra de iuramen.calumn.cœterum,quãdo ſcilicet antiqua grauiora ſunt, vel inſufficientia,alioquin ſtandum eſt antiquis,& abſtinendum a nouis,vt ſupra de cleric.peregr.cap.primo.§.primo.in princ.ne fruſtra membranas occupent.xix.diſtinct.ſi Romanorum. & ſi antiqua rationabilia non ſeruentur, ſunt merito renouanda, vt ſupra de treug.& pace,innouamus. [Coram idoneo] ratione fori proprij naturalis & ordinarij,de quo & regula traditur,ꝙ actor ſemper ſequitur forum rei,ſupra de foro competen.ſi clericus.& capit.cum ſit generale. Alij autem hoc aliter intelligunt,vt in ſequenti gloſſa.[Iudice] iudex idoneus eſt non ſolum ordinarius, ſed etiam extraordinarius,ſiue delegatus,vt patet ſupra de probationibus.quoniam contra falſam.§.primo,in prin.ſupra de tranſactio.de cœtero.dicas ergo idoneo iudice,ſiue ordinario,ſiue delegato etiam Sedis Apoſtolicæ, cui ſcribitur appellatione remota,vel etiam ſubdelegato, vt quidam dicunt, prout notat dominus noſter,& ſecundum gloſſas communes,ſecundum quas per hanc cõſtitutionem corriguntur omnia iura de prioritate,& po-
2 ſteritate reſcriptorum loquẽtia,quia†ſiue ſit prior,ſiue poſterior, ſemper pręualet litera primo repreſentata,vt infra ſequitur.item corriguntur omnia alia de remotione appellationis loquentia, quia ſiue apponatur hæc clauſula in reſcripto,ſiue nõ,aut appellans grauatur,& ſic appellare poteſt,aut non grauatur, & ita ſine cauſa appellare non poteſt, vt infra ſequitur. Miramur tamen, quomodo tot & tam periti tantum errorem fuerunt amplexati, nam hæc litera,ſicut in ea patet, generaliter & indiſtincte loquitur,alia vero,quę debent corrigi ſpecialiter & diſtincte,per ſpeciale autem derogatur generali,& non ecõtra,vt legitur,& notatur ſupra de reſcriptis,capitu.primo,in fine.& de officio leg.ſtuduiſti. & capitu. quòd tranſlationem. Item communiter conſueuit di-
3 ci,vbi † lex non diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus.ff.de officio præſid. l.tertia, verum eſt niſi per legem aliam diſtinguatur. alioquin contra.ff.de teſtibus.quęſitum ſcio.igitur ius indiſtincte loquens non corrigit,ſed corrigitur,ſed ſupplet potius & declarat vt patet ſupra de officio delegat.ſuper quæſtionum. in principio. infra de ſimo.per tuas.ſed noua iura ſecundum priora iura,ſi vnquam fieri poteſt,debent intelligi,& ecõtra,vt ff.de legibus.non
4 eſt nouum,& legibus ſequentibus,quod†enim nõ mutatur,quare ſtare prohibetur,C.de teſtamen.ſancimus.C.de appellatio.pręcipimus.nam promptum eſt iura iuribus concordare,C.de inoffi.dotibus.l.vnica.quinimmo niſi ius expreſſe corrigatur,ſemper in ſuis terminis intelligitur remanere,vt in Authen.de non alienan.rebus eccle.§.fina.ante finem.collatio.ſecunda. nec eſt veriſimile Romanum Pontificem tot iura velle ſubuertere vno verbo,vt ſupra de electio.eccleſia.ij.§.denique.in fine.ſed & male curaſſet compilator hunc librum, ſi ibi tot ſuperflua tot contraria reliquiſſet,contra id,quod promittitur ſupra eodem.in proemio § ſane.Dic ergo,vt in præcedenti gloſſa,& vt notatur infra eodẽ, verſicu.ille autem. & ſequenti. [Conuenerit] per ſolam citationem,ſupra de officio delega.relatum, ſecundum dominum noſtrum,& capitu.gratum. [Ille autem] verſicu.ſcilicet conuentus coram ordinario,igitur a cõtrario, antequam conuentus fuerit, appellare poteſt extra iudicium ex probabilibus cõiecturis. quod dic,vt legitur,& notatur ſupra eodem.bonæ. §.ſi. & infra eodem, ſuper verbo,prouocet.[Ante ſententiam] Hic patet,ꝙ remotio appellationis nihil facit ante ſententiam. Sed nec poſt ſententiã poſſumus cognoſcere,ꝙ aliquid valeat,quamuis aliqui ſomniẽt hoc modo,ſcilicet ꝙ ſi remota ſit appellatio,non poteſt quis appellare, tunc niſi ex cauſa rationabili in caſibus expreſſis in iure, de quibus notatur ſupra eodem, paſtoralis. ſi vero non ſit remota,tunc poteſt ſimpliciter appellare.alij dicunt,quòd vbi remota eſt appellatio,iudex delegatus poteſt ſuam ſententiam exequi,ita quòd non incurrat pœnam illius legis.C.eod.titu.quoniam iudices,vel illius decreti.ij.quæſtio.vi.decreto.dummodo non procedat,poſtquam literæ ſuper appellatione fuerunt impetratæ,ſupra
5 de officio deleg.paſtoralis.§.præterea.†Sed & ante ſententiam valet appellationis remotio in caſu quem habes,ſupra de officio deleg.ſuper quæſtionum. §.porro. ſecundum dominum noſtrum, cuius eſt mens totius huius glo.qui ex quo ſomniatorem vocat, (vt patet ſupra eod.verſic.quamuis aliqui) illum,qui textum allegat,rationabilius poſſet appellare ſomniatorem,vel ſecutientem illum,qui cõtra textum notat,& ipſum corrigit ſine cauſa. quod dic,vt notatur in præced.glo.& infra eod.ſuper verbo, abſque rationabili cauſa.Et dic ante ſententiam ſcilicet diffinitiuam,antequam ſecundum legem,non licet niſi in caſibus appellare,vt ſupra eod.tit.ſuper eo.j. verſi.leges.ergo a contrario ab ipſa diffiniti-
b ua ſententia appellare,licet etiam ſine cauſa. in ſcriptis [b] tamen, ſed & apud acta ſufficit,ꝙ dicas appello.ff.eod.tit.l.i.in fine,& l.ij. ad ſuperiorem.quia nec archiepiſcopus poteſt audire cauſas ſubditorum ſuffraganei,niſi ad ipſum rationabiliter appelletur,vt extra dominũ noſtrũ,eodem tit.Romana.lib.vj. vel in alijs caſibus, ſupra de officio ordin.paſtoralis.reſpon.primo. in fin. vbi de hoc. [Abſque rationabili cauſa]ſed ex illa licet,vt infra §.primo.& per hoc corrigitur decre.ſupra eod.paſtoralis.reſpon.primo, quæ volebat,ꝙ vbi remota erat appellatio, non poſſet appellari, niſi ex cauſa in iure expreſſa,cum enim in multis caſibus non expreſſis in iure poſſit quis grauari enormiter, iniquum erat, ꝙ appellari non poſſet, ideo hanc iniquitatem intendit hæc conſtitutio remouere,ſecundum B.& facit pro eo,quia nec poſſunt in iure ex-
6 primi.ff.de legibus.non poſſunt.& quia†non eſt aliqua iniquitas toleranda,ſupra de arbit.cap.ij.§.fin cum ſuis concordantiis. Tu dicas,ꝙ ibi nulla iniquitas toleratur,immo & ex officio reuocatur,vt ibi legitur,& notatur,ſed nec iſta illi in aliquo contradicit, quia illa loquitur in delegato,hæc vero intelligitur in ordinario vt patet in eo,quod notatur ſupra verſic.proxim.ſuper verbo,idoneo.niſi forſitan velit aliud ſubaudire,vt not. ſupra verſicu.proxi. ſuper verbo,iudice. aut ergo remoueas ſubauditum,quod inducit contraria,aut ſolue,alioquin erroneus eſt ſubauditus, vt patet in eo,quod ibi legitur, & notatur. igitur ſi ibi ille ſubauditus eſſet in textu, adhuc potes cum diſtinctione contrarium ſoluere iſto modo,aut appellatur ab ordinario ante ſentẽtiã,& tunc non valet appellatio, niſi facta ſit a grauamine probabili. ſed ab illo facta tenet, & iudex debet eam recipere, & ſi non ſit expreſſum in iure,vt hic,& ſupra eod.cum in eccleſia.& infra eod.cum ſpeciali.§.exceſſu.quæ in ordinario loquuntur, niſi & in iure exprimatur,ꝙ appellationem nõ admittit, vt infra eodem, cum ſpeciali. §.porro.aut a delegato alio,quàm a Principe,& tunc idem, infra eodem,cum cauſam,aut delegato a Principe, cui nõ ſcribitur appellatione remota,& tunc idem & in his omnibus caſibus poteſt intelligi quod hic dicit,aut ab illo delegato, cui ſcribitur appellatione remota,& tunc nõ tenet appellatio de rigore, niſi cauſa expreſſa ſit in iure, propter quam appellatur,ſi tamen propter cauſam aliam appelletur,ſuperior ex officio,quod male attentatum inueniet,reuocabit.ſic aperte loquitur dictum contrarium, ſupra eodem,paſtoralis.& ſic intelligi debet,ſupra de reſcrip.edoceri. & ſupra eodem, nouit. cum ſuis ſi. valet ergo appellatio ob cauſam non expreſſam in iure,ſicut conſueuit dici in appellatione a ſententia excommunicationis, quæ & ſi non valet quo ad ſententiæ ſuſpenſionem,vt ſupra eodem,paſtoralis.§.finali. valet tamen quo ad cauſæ cognitionis tranſlationem,vt conſueuit nota.infra de ſentent.excommu.per tuas,ſupra de officio ordina.ad
7 reprimendam.† Sed nũquid alius,quàm Princeps poſſet cauſam committere appellatione remota? Videtur ꝙ ſic,argumen.ſupra eodem,paſtoralis.reſpõſ.primo,in fine.vbi dicit per ſuperiorem. & cap.cum in eccleſia,in fine,& infra eodem, inquiſitionem. vt ibi notatur.& ſic de facto vtantur aliqui ordinarij dicentes,quantum ad nos ſpectat appellatione remota. Alij dicunt,ꝙ hoc non eſt vti,ſed abuti,quia hoc priuilegium Principis ſpeciale,vt notatur de offic.deleg ſuper quæſtionum.§.j.in princip.nec obſtat ſupra eod paſtoralis.reſpon.j.in fin.quia exponendum eſt,quod ibi dicit per ſuperiorem, ſcilicet ſuperiorem, ideſt Papam, ſupra de elect.licet.§.ſi.nec obſtat ſupra eod.cum in eccleſia. quia non intelligitur,ꝙ illa clauſula in literis apponatur,ſed inſtruitur archiepiſcopus Cantuarien.cui loquitur ibi dominus Papa,ꝙ appellationem fruſtratoriam non admittat. ſi vero vis primam opinionem tenere, potes reſpondere, quòd non obſtant iura contraria illud enim certum eſt,quòd nullus poteſt remouere appellationem generaliter,niſi princeps, ſed propter hoc non remouetur, quin inferiores quantũ ad ipſos ſpectat, & inter ſubditos ipſum valeant remouere,hęc tamen reſponſio nõ eſt ſufficiens,nec ve-
8 ra,quia † inferior Principe iuris beneficium auferre nõ poteſt,in Auth.conſti.quæ de digni.§.illud quoque.collat.vj. xxviij.diſt.de his,& patet in eo,quod nota.ſupra de officio archipresbyt.capitu. fina.

ADDITIONES.

a ¶Duas dietas.Hodie vltra vnam non eſt quis trahendus, per tex.in c.ſtatutum.§.cum vero de reſcrip.lib.vj.
b ¶In ſcriptis.vide tex.in c.j.eo ti.lib.vj.

9 ſina,[Non prouocet.]ſ.q.d.in iudicio non eſt locus prouocationi, in qua cum fiat extra iudicium, vt.s̃.eod. cum ſit.§.ſi vero a grauamine, non requiritur grauamen illatum, ſed ſufficit probabilis ſuſpicio inferendi. quinimmo & ipſo facto ibidem prouocatur, vt legitur & notatur.s̃.eo.dilecti.& cap.bone.reſponſo j. imò & in iudicio requiritur, ꝙ appellet ex cauſa rationabili atq; vera, vt.j̃.§.proxi.[Coram illo.] ſ.idoneo iudice, id eſt ordinario. [Suam iuſticiam.]ne contingat aliquem grauari iniuſte, & ad remotos iudices & extra prouinciam ſuam trahi contra mentem huius conſtitutionis, & iurium Authenticorum, & aliorum inductorum.s̃.eod.reſponſo.j.in princi. ſin autem intelligas in delegato, vt alij intelligunt, grauatur ſaltem tractus, & ſpernitur iudex ordinarius contra iura ſuperius prelibata. [Proſequatur.] ſaluis conſtitutionibus &c.vt.j̃.eod.capitu.verſicu.fina. quod dic, vt ibi notatur.[Non obſtante.]verſi.[Si dicat.]& non probet, ſecundũ Io.ſic.s̃.titu.j.cum ſuper controuerſia.§.j.& ſic ſoluuntur contraria hic inducta, vel aliter, vt.j̃. [Nuncium.] hoc verum eſt, ꝙ ſi quis conueniatur coram ordinario, non excuſat ipſum miſſio nuncij, nec ſola arreptio itineris, vel impetratio reſcripti, vt hic, & ff.de appella. non reci.eius qui.vnde hoc ſumi videtur. imò ſi abſens non defendatur, proceditur contra ipſum tanquàm contra contumacem, ff.ex quibus cauſis ma. item ait prætor. §.fina.& l. ſequenti.nec ob.s̃.eo.dilecti.s̃.titu.j.capitu.j.quia illud intelligitur de his, quæ non ſeruato iuris ordine, imò præſumptione, vel violentia ſunt temere attentata. s̃. de reſtitu ſpo.audita.§ j. ver. quia cauſa, vel quando ordinarius procedit in cauſa propria, vt in illa, dilecti, vel poteſt intelligi ꝙ non obſtat miſſio nuncij, nec itineris arreptio, neque reſcripti impetratio, ſi in modum ſimplicis exceptionis proponatur, vt hic, & in fi.ſecus ſi in modum prouocationis, de qua excipiatur, argumen.hic a contrario ſenſu in eo quod præcedit.s̃. verſicu.ſtatuimus, ibi, conuenerit, & verſicu. proxi.ibi, non prouocet.ergo a contrario ſenſu ante conuentionē obſtabit prouocatio extra iudicium facta, & ſm hoc poſſunt intelligi & ſaluari illa capitula.ij.q.vj.ad Romanam, & capi.arguta, & capitu.quieſcit, hoc ſi ex parte poſſeſſoris fuerit appellatum, ſm quod hic loquitur. ſecus forſan ſi ex parte actoris, qui hoc poſſet facere ad reum redimendum, argu.s̃.de reſcriptis.nonnulli.ſi vero conueniatur quis coram delegato, tunc diſtinguitur, vt legitur & notatur.s̃.eo.ſuggeſtum, & capitu.meminimus. & s̃.de reſcriptis, ſi autem.& capitu.plerumq;.vel aliter, vt in ſequentibus gloſis.[Deſtinauerit.]Dicunt quidam hoc eſſe verum, vbi tantũ dicit, & non probat, nam ſi hoc probaret, tunc ſeruarentur antiqua iura dicentia, ꝙ ſi quis anteq̃ ſciat aduerſarium literas impetraſſe nuncium ad ſedem apoſtolicam miſerit, quia dubium eſt quis nuncius ſit impetraturus, expectatur anteq̃ procedatur, s̃.de offi.delega.cum cauſa.s̃.eod.meminimus, ſi autem mittat poſtq̃ ſciuit aduerſarium literas impetraſſe, non valet miſſio.s̃. eo. ſuggeſtum, ſed hoc non placet do.noſt. ſimpliciter enim dicit hodie non valere nuncij miſſionem, ſed illam diſtinctionem locũ habere, quando quis arripit iter in perſona propria, non ꝙ itineris arreptio in omnibus vim appellationis obtineat, ſed quia quicunq; ad apoſtolicam ſedem ex iuſta cauſa vadit, debet eſſe ſub protectione Papæ, vt.j̃.tit.j.cap.j.& etiam nuncij pro aliis ad eandem ſedem venientes hac gaudent immunitate, vt cõtra eos procedi non debeat, & ſi procedatur, non tenet.s̃.eod, dilecti. nec credit ꝙ hi, qui ſine cauſa probabili ad apoſtolicam ſedem veniunt, hoc priuilegium habeant, illi enim poſſunt citari ad domum, & ſi perſonaliter non ſint citati, ſm do.no.quia nec fuerunt inuenti, non obſtante lege, ff.quæ ſen.ſine ap. reſcin.l.j. §.item cum ex edicto.quæ intelligi poteſt, quando inueniri poſſunt, vel quando ex cauſa probabili ad ſe.ap.acceſſerunt.Hic tamen fatetur dominus noſter, ꝙ ſi quis condemnatus, vel grauatus ad ſe. ap. vel ad alium ſuperiorem iudicem propter hoc vadat, vel mittat, vt de grauamine conqueratur, vel proceſſum contra ſe habitum reuocari petat, & iſtud ſit certum, ꝙ propter hoc vadit vel mittit, talis itineris arreptio vel miſſio vim appellationis obtinet, & ſic poteſt intelligi.s̃.de offi.deleg.cum cauſa.s̃.de dolo, & contu.cum olim, §.intellecto.& §.ſin autem in Hibernia, & notatur. s̃.de reſtitu. ſpo.audita.ſed neceſſe eſt ꝙ ipſe nuncius infra decem dies iter arripiat, ſm dominum noſtrum, & videtur ſufficere, ꝙ infra illud idem tempus hoc ſignificetur iudici & aduerſario, vel ſaltem alteri, argumen.in eo quod legitur & notatur.s̃. de procu. mandato. nam ſm do.no.decendium tantum præfixum eſt ad hoc, vt infra illud verbo, vel facto appellatio fiat, alioquin ipſo elapſo appellari non poteſt, s̃.titu.j.ꝙ ad conſultationem.s̃. de electi. cum dilectus.in fi.ad hoc autem vt talis miſſio vim appellationis habeat, requiritur ꝙ non habeat copiam iudicis a quo vult appellare, nec de facili haberi poſſit, vt coram eo verbo appellet, & apoſtolos petat, ad quod tenetur ſi copiam eius de facili habere poſſit.ij.q.vj.biduum. Sed prudenter facit, ſi coram teſtibus exprimit omnia grauamina, pro quibus vadit, vel mittit ad curiam, nam ſi quando verbo appellat, ad hoc tenetur. Quare non teneretur ad hoc idem quando facto appellat, ſm d.no. Poteſt reſponderi, vt no.j̃.ead.glo.ver.ſed & ſi velis, & ſeq. Quidam tamen ſm do.no.dicunt, ꝙ quando facto appellat, ſufficit ꝙ coram ſuperiore grauamina ſua exponat. Sed nunquid reuocabitur quicquid factum eſt poſt miſſionem nuncij, vel poſt grauamen illatum, vel poſtq̃ iudex ſciuit facto ad ſedem apoſtolicam appellatum? Reſpon.Reuocandum eſt quicquid factum eſt poſt miſſionem nuncij, quia tunc demum primo videtur appellatum fuiſſe.s̃.e. dilecti.s̃.de offi.delega.cum cauſa, & etiam illa grauamina, quæ præceſſerunt miſſionem nuncij, & propter quæ fuerit nuncius miſſus.j̃. eod, dilecto, & ſm hoc valet nuncij miſſio, ſm do.no. cuius eſt mens totius huius glo. Potius tamen videtur hoc hodie intelligendum extra iudicium quam in iudicio, vt patet in eo ꝙ no.in præce.& ſe.glo.& in eo quod le.& no. extra, eo.do.no.eo.ti. cordi.lib.vj.Poſſet & hoc intelligi vbi pars grauata, vel condemnata propter tyrannidem partis vel iudicis, nec verbo nec facto in præſentiarum auſa eſt appellare, vt patet in eo quod leg.& no. j̃.eod.ſi iuſtus meus, & tunc etiam debet hoc quàm cito poterit parti vel iudici intimare, arg.in eo quod le.& nota.s̃. de procura. mandato. Sed & ſi velis dicere quòd in iudicio, vbi etiam nullus metus occurrit, talis poſſit fieri appellatio. Poteris hoc intelligere quando tanta occurrit occupatio, quod grauatus non poteſt appellationem ſuam formare & ſcribere, ſed hoc tantum dicit verbo iudici in præſentia aduerſarij. Domine, vos grauatis me, ſignifico vobis & aduerſario, quod ego propter hoc incontinenti vado vel mitto ad talem ſuperiorem meum, vt iuſticiam meam valeam proſequi coram eo. Talis igitur in hoc caſu itineris arreptio vel miſſio vim appellationis obtinet, & ſic poteſt intelligi, quod plus eſt appellare facto quàm verbo, id eſt facilius eſt, quia talis nõ habet neceſſe formare vel offerre appellationem in ſcriptis.vel expone, vt no.s̃.eo.dilecti.§.cum autem. Tenetur tamen talis infra decem dies ire vel mittere &c. vt no.s̃.ead.glo. ver.ſed neceſſe eſt, & ſequenti. Plus tamen placet, quod hæc intelligantur de appellationibus extra iudicium factis tantum. [Aut literas.]Si intelligas, quod hic loquatur, quando conuentio facta eſt coram ordinario: nullum recipiunt contrarium verba iſta. Sed & ſi velis intelligere, quod loquatur, quando quis conuentus eſt etiam coram delegato, adhuc poteſt ſic ſeruari, quod hic dicitur, vt dicas, literas, quas citatus fraudulenter tacuit, vt ſupra de reſcri. ex parte, vel quibus negligenter commiſit per annum, & ſic trahitur ad illa iura diſtinguentia.s̃.de reſcri.ſi autem, & c.plerumq;. nec ipſa corrigit cum hic indiſtincte loquatur, vel aliter, vt in ſequen. glo. [Priuſquàm.] ſubaudi, infra annum. [Delegato fuerint &c.].q.d. non ſufficit quod dicat ſe impetraſſe, niſi ipſas aſſignet infra annum, ex quo habuit copiam iudicis, ſed ex quo aſſignauerit, bene obſtabunt, & ſic quamuis priuſquàm fuerint aſſignatæ non obſtent, tamen poſtquàm fuerint aſſignatæ obſtabunt ſecundum Goffre. Abſurdum enim eſſet, ꝙ reſcriptum impetratum amittat vires ſuas, vbi non poteſt impetranti dolus,
10 vel negligentia imputari.s̃.de reſcript. plerumq;. † cum nemo iure ſuo priuandus ſit ſine culpa ſua.lvj.diſtin. ſatis peruerſum, niſi in fauorem poteſtatis ordinarie aliud ſtatuatur, vt.s̃.no. & argu. in eo quod leg.& no.s̃.de conſtitu.cognoſcentes.s̃.vt lite non cõteſt.quoniam.§.ſi vero.in fi. ¶Cum autem.]ij.pars, [Putauerit.] q.d.ſi quæratur, vtrum ſit appellandum, conſideratur conſcientia appellantis, ſed ipſe ſibi caueat, quia ſi errauerit punietur, vt j̃.eod.ver.& ſi minus. [Iudice.] Hic innuit, ꝙ ſi quæratur vtrum appellatio ſit admittenda, hoc relinquitur arbitrio iudicis a quo appellatur, ſed ipſe ſibi caueat, quia ſi non amittat legitimam, punietur, vt no.s̃.eo, ad præſentiam.ad fi.niſi ſit priuilegiatus, vt no. s̃.eod.paſtoralis.reſpon.j. Vel niſi probabilis error ipſum excuſet, arg.in eo quod legitur, & notatur.j̃.de ſenten. excommunicationis, ſacro.§.cumq; aduerſus.in fine. ſed & quamuis iudex ipſum non admittat, ab appellato tamen poterit approbari.j̃.eodem, interpoſita.§.j [Probabili.]tali videlicet &c.vt.j̃.verſic.j.[Expoſita.] & in ſcriptis redacta, & porrecta, apoſtolis petitis, extra.do.no.eo. titu.cordi.[Tali videlicet.]verſicu. [Legitima.] vt notatur.s̃.eod. reprehenſibilis.§.j.[Reputari ſuperior.]&c.quaſi dicat, non debet iudex, ad quem appellatur, cauſam appellationis recipere, niſi videatur ſibi cauſa rationabilis illa, propter quam eſt appellatum, & ſic ſi quæritur, vtrum appellatio finaliter ſit legitima, conſideratur arbitrium iudicis, ad quem eſt appellatum, vt hic, & s̃.eodem.cum in eccleſia, & extra domi.no.eod.titu.Romana.§.ꝙ ſi obiiciatur.ſed ipſe ſibi caueat, quia & a ſuo iniquo arbitrio poterit appellari ſecundo, non tamen tertio.quod dic, vt legitur & notatur.s̃.eodem.directe.§. finali. hoc autem quod hic dicitur de cauſa rationabili ſeu legitima, locum habet non ſolum in ordinario vt hic, ſed etiam in delegato, vt.s̃. de reſcrip. edoceri.& s̃.de excep.olim, & capi.dilecti.& capitu. dilectæ.& s̃. eodem. ſignificauit, & capitu.nouit.& j̃.eod.dilecto.& capitu.ex parte, & capitu. ſignificante, habita tamen diſtinctione, vt legitur & notatur.s̃. eo.paſtoralis.& adde quod notatur.j̃.eodem.interpoſita, §.i. ſuper verbo, vel aduerſario.& ſupra eodem §.reſponſo j. [Cognoſcat.] ſic ergo ſecundũ canones appellari poteſt ante diffinitiuam ſententiam



ſemper ex quacunque cauſa probabili, ſecus ſm ll.vt legitur.s̃.eo.ſuper eo.j.aliqui tñ volunt dicere, ꝙ idem ſm ll.arg.C. vt li.pen.l.ij. C. quorum ap.non reci. ab executore.ad fi.ff.de ap. non reci.l.ii.C.eod.titu.dominus litis, & l.ciues. & l. ſi apud.& l.ſi quis prouocatione, vbi hoc dicunt expreſſum, ſed prima opinio celebrior eſt.[Et ſi minus.]ver.[Rationabiliter.]puta q̃a licet eſſet legitima, non tamen erat vera.quod dic, vt legitur, & notatur, infra eo.interpoſita.reſpon.j.quinimmo, & quando ante ſententiam appellatur.x.requiruntur ad hoc vt rationabilis iudicetur, quod dic, vt no.extra, do.no.eod.titu. cordi.§ ꝙ ſi appellator.lib.
11 vj.[Ad inferiorem.]a quo appellatum fuit, † nam gradatim faciẽda eſt appellatio.j̃.eod.dilecti.[Remittat.]ſed contra.s̃.eo.ad hec ſi in vna cauſa. Solu. ibi plus dicimus, quòd ſi appellatus vult, ſemper iudex appellationis procedet in cauſa principali omiſſa cognitione articuli appellationis, vtrum, ſcilicet cauſa, propter quam appellatum eſt, iuſta ſit, vel iniuſta, ꝙ enim iudex de iniuſticia appellationis cognoſcat, introdoctum eſt in fauorem ipſius tantum appellati, ad hoc videlicet vt ſi non eſt iuſta, appellãs condemnetur ipſi appellato in expenſis, & ad priorem iudicem remittatur, vt hic patet, huic ergo iuri pro ſe introducto renunciare poteſt, vij.q.j.quam periculoſum.s̃.de fo.compe.dilecti.& c. ſi diligenti, & quod in fauorem eius &c.C.de legibus, quod fauore, & ſi contrarium diceretur, non eſſet niſi litem protrahere ſine cauſa, contra id quod leg.& no.s̃. de do.& contu. finem.nec ob.extra, do.no.eo.titu.cordi.§.poſt hæc, ante fi. lib.vj. vbi dicitur, ꝙ articulus appellationis omitti poteſt de partium voluntate, q̃a ſubaudiendum, vel partis appellatæ, vt patet ex præmiſſis, ſm do. no.cuius eſt mens totius huius glo.[Et in expenſis.]ver. De condemnatione expenſarum ſatis dictum eſt.s̃. de do. & contu. finē. [Alteri parti.]ſ.appellato.idem eſt, vbi appellatus perit, vt ambo veniant inſtructi, & appellatus minus inſtructus venit, ſin autem ambo inſtructi venirent, non remitterentur, ſed in principali negocio procederetur, vt extra, do.no.eo.titu.cordi.§. poſt hæc, & §. ꝙ ſi appellator.lib.vj.quod dic, vt vbi no. [Alioquin.]ver. ſcilicet ſi bene appellatum inuenerit, vel ſecundum do.no.idem eſt, ſi vera eſt cauſa appellationis, & ita habes hic expreſſe, ꝙ iudex appellationis probata appellatione ad ipſum facta cognoſcit de principali cauſa, etiam ſi a ſententia ſit appellatum.ſi.j̃.eo.cum ſpirituali, & idem eſt ſi deleget cauſam appellationis alicui, & quia delegatus ſuus appellatione approbata de principali cognoſcet, arg. s̃.de reſcrip.ſuper literis.in fi.& j̃.de teſtamētis.Raynucius, & melius extra, do.no.eo.titu.Romana.§.ꝙ ſi obiiciatur.lib. vj. ſm dominum noſtrum.[Ipſe procedet.]ſ.in principali cauſa. Sed & de conſenſu partium in principali procedi poteſt, ſm ꝙ traditur in dicto capi.extra.eo.cordi.§.poſt hæc.lib. vj. [Saluis conſtitutionibus.]verſi.q.d.licet dixerimus.s̃.reſpon.j.ꝙ ordinarius procedere poteſt in omnibus, ſuper quibus aliquis eſt conuentus, nulla appellatione obſtante, niſi ex cauſa rationabili facta ſit. Non tamē intelligas, ꝙ hoc ita generaliter intelligendum ſit, quia ſic viderētur reuocata iura, per quæ multi caſus ſedi apoſtolicæ ſpecialiter reſeruantur, quod eſſet abſurdum, & ideo ipſa excipimus, quod
12 † nim vituperari poteſt, præcaueri debet.s̃.de ſeruis non ordi.c.j. in fine.vii.q.j.pontifices, & hoc eſt quod hic dicit, ſaluis conſtitutionibus &c.vt s̃.de tranſla.epiſ.capi.j.& de offi.lega. ꝙ tranſlationem, cum ſuis concordantiis, & ibi exponitur, quæ ſint maiores cauſæ, de quibus hic ſequitur, & per hoc patet, ꝙ hæc conſtitutio non poteſt intelligi, quando quis coram delegato iudice conuenitur, quia ſi conueniretur ſuper aliqua de maioribus cauſis nõ commiſſa, nihil exciperet, nec ſuper non commiſſo delegatus procedere poſſet, vt patet in eo quod legitur, & notatur.s̃. de offi. deleg.P.& G.& capi.cum olim abbas.Si vero commiſſa eſſet, minus exciperet, quia ſm hoc commiſſio fruſtratoria redderetur, nec ſaltem appellante etiam fruſtratorie aliqua partium de ipſa poſſit cognoſcere, niſi Papa.& adde quod notatur in ſequenti gl.
13 †[De maioribus.]puta de electionibus epiſcoporum, ſm dominum noſtrum, vt patet in eo quod legitur, & notatur. s̃. de elect. innotuit.reſpon.j.Et cauſis criminalibus, ſm dominum noſtrũ intelligas epiſcoporum.ij.q.vj.Decreto.& quinq; capitulis ſequētibus.ij.q.vj.accuſatus, & capitulis ſequentibus, & de fide. arg.xvij. diſt.multis.Et idem eſt in omnibus aliis quæ ſpecialiter ſedi apoſtolicæ reſeruantur, de quibus notatur.s̃. de tranſla.epiſ.ꝙ tranſlationem, idem eſt de factis in electionibus, ſecũdum dominum noſtrum, ſaltem epiſcopatuum in iudicio habitis, quando appellatur ab his, qui ordinario iure cognoſcunt. Secus in delegatis a Papa, ab eis enim non licebit appellare, niſi iuſta cauſa appellationis expreſſa. Si tamen eis cauſa commiſſa fuerit appellatione remota, ſecundum do.no.quod dic, vt no.in præceden.glo. & s̃.eo.c.reſpon.j.verſi.ille autē.ſuper verbo, abſque rationabili cauſa. Si vero etiam ad ſedem apoſtolicam appelletur extra iudicium in proceſſu electionis, antequam facta ſit, non debet propter hoc electio canonica retardari, vt patet in eo, quod le.& no. s̃.de elec.cum nobis olim.§.j.& j̃.de his quæ fi.a ma.par.ca.c.j.§.j. & c.ex ore.§.fi. Sed per talem appellationem negocium transfert ad Papam, ita quòd nec ordinarius, ſi appellantes contradixerint, ſe poterit intromittere de confirmatione ſic electi, nec de aliis, quæ pertinent ad ipſam electionem, aliqui tamen ſentiunt contrarium, dicentes quod in electionibus non auditur appellãs, niſi iuſta cauſa ſit in appellatione expreſſa, & hæc clauſula non extenditur, ſicut dicunt, niſi ad ea quæ in ſignum ſpecialis priuilegij ſedi ap.reſeruantur, ſecundum dominum noſtrum, cuius eſt mens totius huius glo. quòd autem hoc in appellationibus generaliter intelligi debeat, eſt arg.in eo quod legitur, & notatur, s̃.eo.ſollicitudinem.§.j.& hoc in electionibus epiſcoporum hodie eſt indubitatum, quod dic vt plene no.infra de accuſa. cum dilectus.§.vnico. Sed nunquid in electionibus eſt tantum infra decendium appellandum? & quidem videtur ꝙ ſic: nam hoc generaliter obtinet, ꝙ elapſo decendio appellari non poteſt, vt patet.ij.q.vj.anteriorum, & in eo quod legitur, & no.s̃. titu.j. ꝙ ad conſultationem.§.j.alioquin qua ratione diceres, ꝙ in xj.die electionis appellari poſſet, eadem ratione hoc te confiteri oporteret & de centeſima & de milleſima, quod valde videtur abſurdum, vnde & dicit lex, ꝙ ſi quis dicere velit decurionem non creatum legitime, non auditur, niſi etiam in initio contradicat, ff.de decuri.imperatores.§.fi.hoc eſt infra illud tempus, infra quod eſt appellandum, arg.C.eod.titu.quæ ad ciuilia, & l.nominationes.ij.q. vj.nominationes, tempus enim quod attenditur in negociis, in quibus fertur ſententia, attēdi debet, & in his, in quibus nulla ſententia promulgatur, ff.quando ap.ſit.l.j. §. ꝙ in ſententiis.ij.q.vj. §.biduum.verſi.quod in ſententiis, vbi & glo. ponit exemplum de electionibus, in quibus eligentes non ſententiant, ſed eligunt tantum. Ad hoc dicendum, ꝙ appellari poteſt in electionibus in ipſo tractatu electionis, antequam fiat electio, ex cauſa tamen legitima & vera, ne.ſ.fiat, in quo caſu adeo valet appellatio, ꝙ ipſa, & cauſa ipſius probata erit irritanda electio ſubſecuta, vt.s̃. de electio. conſiderauimus, & capitu. auditis, & s̃.eodem.conſtitutis.ij.alioquin ſi ſine cauſa, vel ex cauſa iniuſta appelletur, non impeditur electio, vt & notatur. s̃. eadem glo. ver. ſi vero etiam ad ſedem apo.appellari etiam poteſt etiam poſt electionem nedum infra x.dies, quinimmo & poſt ſemper, quouſque fuerit cõfirmata, & ſic poteſt intelligi quod dicit dominus noſter, quod extra iudicium appellari poteſt, etiam poſt decem dies, vt no.ſecundum ipſum.s̃.eo.bonæ.§.finali.cum enim talis appellatio nõ ſit niſi ad cauſam prouocatio, vt.s̃.eod.cum ſit Romana. §. ſi vero a grauamine, ſicut grauatus, vel læſus, vel timens lædi, quandocumque ſibi videtur poteſt de grauante ſiue lædente conqueri. Sic ipſum poteſt ad cauſam, antequam per iudicem diffiniatur, vel procedatur, quandocunque voluerit prouocare, quia nec grauamen, vel leſio in rem tranſit iudicatam, vt patet in eo quod leg.& no.extra.do.no.eod.titu. Romana. §. ſi vero veritatis.lib.vj. Et ſic generaliter loquitur & intelligitur extra.do.no.de elec.ſtatuimus.Et poſt talem appellationem ad ſedem apoſtolicam interiectam non poteſt confirmari electio a Metropolitano, vt no. s̃.eo.verſi.ſi vero etiam ad ſedem, & ſequentibus, ꝙ ſi nulla appellatione premiſſa Metropolitanus electionem confirmauerit, adhuc poteſt appellari, ſed infra decem dies tantum, vt patet in eo quod legitur, & no.s̃.de electio.cum dilecti.§.finali.Et idem intelligas de quolibet actu iudiciali, vel quaſi, ſcilicet ꝙ ſi quis reputat ſe grauatum, neceſſe habet infra decennium appellare, & ſic loquuntur leges inductæ.s̃.e.c.a principio vſq; ad ver.ad hoc dicendum.Loquuntur enim in electionibus, in quibus decretum decurionum, quod quaſi iudiciale eſt vel præſidis, interponitur, vnde & dicit lex, ꝙ
14 † eſt a decreto decurionum & non a remiſſione preſidis appellandum, vt ff.quando appel.ſit.l.j.§.ſolent, & hæc dr̃ nominatio ſolemnis.C.eod.titu.nominationes. Secus eſt de decreto canonicorum, quia illud nec iudiciale vel quaſi, imò omnino extraiudiciale cēſetur.Et ideo (vt predictum eſt) ſemper ab electione facta per eos appellari poteſt, quouſq; aliquis actus iudicialis intercedat. Si tamen appelletur a nominatione tanquàm ab electione, talis appellatio non videtur valere, quod dic vt notatur.s̃.de electio.ꝙ ſicut, ſed & lapſis decem diebus a die confirmationis computandis, appellari poteſt ex cauſa, ne electio conſecretur, vt patet in eo quod legitur & notatur, infra de accuſa.ſuper his. Et etiam poſt conſecrationem, ſi crimen & infamia obiiciatur, quod intelligas infra decem dies tantum, cum & conſecratio ſit actus quaſi iudicialis, vt patet ex præmiſſis. Et hoc ſi appelletur a conſecratione quaſi minus canonice facta, quia de perſona non idonea, & vbi is, qui obiicit, præſens non fuit, ſed abſens. Si vero talis velit, ne adipiſcatur poſſeſſionem corporalem. Et hoc facere poteſt quandocunque, antequàm ipſam adeptus ſit, vt patet in eo quod legitur & plene notatur, infra de accuſa. ſuper his.§.j.& cap.accedens.§.finali.& ſupra eodem, conſtitutus.j.§. finali. Sed nunquid neceſſe eſt, quod talis appellatio ad iudicem perueniat, vel ad partem? Dic vt notatur, ſupra eo.ſollicitudinem.§.j.& capi.ſi duobus. [Deferendis.]ſubaudi ipſo iure, & ſi non appelletur, vt.s̃. de offic. leg. niſi ſpecialis, & capitulo ſequenti. cum ſuis concordantiis, multofortius ſi

qualitercunque appelletur, vt hic. In quibus caſibus, ſine calumnia poſſunt intelligi illa iura, ij.q.vj. ad Romanam. arguta. qui ſe ſcit.

*SVMMARIVM.*

1 *Præceptum iniquum reddit appellationem iuſtam.*
2 *Vanus eſt metus quæ non eſt inſtans.*
3 *Iudex de non iure, & officio ſuo comminari debet.*
4 *Qui non debet moueri propter aſperitatem uerborum.*
5 *Iudex poteſt reuocare grauamen, quandiu eſt iudex.*
6 *Interlocutoria quantum ad partem, non quantum ad iudicem tranſit in rem iudicatam.*
7 *Actio extincta reuiuiſcit.*
8 *Mendacij periculum imminet in prima parte conſilij.*
9 *Boni prætoris eſt exceptiones, & dilationes ſuperfluas reſecare.*

CAP. LIX.

CVm ceſſante. Si. j̃. de voto. magnæ. in fine. j̃. de conſanguini. nō debet. j̃. de pœnitē. cum infirmitas. [Ordinarius ſiue delegatus.] Hæc ergo conſtitutio in vtroq; iudice loquitur, ſuperior vero proxima in ordinario tantum, vt ibi notatur. nam & ſi illam in delegato voluiſſet intelligi, hoc expreſſiſſet, ſicut & hic facit, ar. j̃. de decimis. ad audiētiam, ad finem. [Aliqd.] verſicu. [Comminando.] puta ſi iudex præcipiat parti ſub pœna excommunicationis, vel ſub pœna centum librarum, vel alia cō ſimili, ne tale quid faciat, & generaliter præceptum factum ſine cauſæ cognitione, vel etiam cum cāæ cognitione, ſi eſt iniquum,
1 †reddit app̄lonem iuſtā, C. commina. epiſtolas, per totum, ſi aūt eps, vel alius iudex comminetur alicui, ꝙ ipſum lædet, nō poteſt
2 propter hoc appellare, quia †vanus eſt metus, qui non eſt inſtās, ff. quod me. ca l. j. & l. metum. Sed melius eſt vt dicas, ꝙ in hoc caſu tenet appellatio, ſi comminetur his, & de his, qui & quæ ad ſuā iuriſdictionem pertinent, arg. ff. quod me. ca. l. ij. & l. finali. §. ſi iuſto metu. & §. ſi quis quod aduerſario. Primum vero dictum obtinet in aliis potentibus qui iuriſdictionem non habent, ff. quod me. ca. l. finali. §. j. ſm dominum noſtrum, cuius eſt mens totius huius gloſæ. Sed quicquid dicat, ſi iudex lędat me verberando, vel metum inferendo, potius vr̄ eſſe locus recuſationi q̄ appellationi. hæc enim extra iudicium committuntur, & odium aut inimicitias pariunt, ex quibus iudex recuſatur. iij. q. v. quia ſuſpecti, & patet in eo quod le. & no. s̃. eo. ſecundo requiris, & j̃. eo. c. j. quādo vero in iudicio, & iudicialiter lædit, vel grauat, tunc eſt locus app̄loni, vt. s̃. cap. proxi. idem etiam, & ſi grauamē, vel læſionem nō intulit, ſed tantum comminatur, vt hic. intelligas tu de facto & ꝯ
3 ius: nam † de iure & officio ſuo comminari debet, vt patet, ff. de iudi. in peremptoriis. s̃. de reſti. in integ. tum ex literis. §. j. ver. pro certo. & notatur. s̃. de dolo & cōtuma. cum dilecti. §. j. ad finem,
4 †nec etiam debet quis ſtatim moueri pp aſperitatem verborum, vt. s̃. de reſcriptis, ſi qn̄. [Vel interloquendo.] Hic patet, ꝙ ab interlocutoria appellatur, vt. j̃. de no. ope. nun. ca. iij. ſm dominum noſtrum. Nec poteſt eā reuocare, qui tulit ſine licentia eius pro quo lata eſt, ex quo decem dies lapſi ſunt, quia poſtea trāſit in rem iudicatam. s̃. titu. j. ꝙ ad conſultationem, & argu. ff. de reg. iu. nemo, ſed ante lapſum decendij, vel etiam poſt, vbi tamen eſt appellatū, ipſam reuocare poteſt, & ſic intellige, ff. de re iudi. quod iuſſit, niſi & appellans aliquas expenſas propter hoc fecerit, tunc enim nō plene reuocaretur grauamen, niſi & de ipſis expenſis ſatisfaceret ei, vt patet in eo quod legitur & notatur. j̃. de ſenten. excommu. ſacro. ſm dominum noſtrum, cuius eſt hec tota glo. quo ad mentem. tu vero dic, vt notatur. j̃. eo. verſi. & ſano vſus conſilio, & ver. libere, vel alias grauando, in vtroq; caſu tamen neceſſe eſt, ꝙ cauſa legitima exprimatur, vt. s̃. c. proxi. & extra, do. no. eod. ti. li. vj. i. ex quo quis citatus eſt, vt. s̃. cap. proxi. verſi. j. vbi a grauamine illato, vel comminato. verſi. ſ. interlocuto, vel comminato. [Executioni.] &c. ergo a ſolo grauamine verbali illato, & reali futuro ei annexo appellari poteſt, vt hic patet, & verſi. prox. quia timeri poteſt probabiliter de reali, arg. s̃. titu. j. cum aliquibus, alias autem verba intelligenda ſunt cum effectu, vt legitur & notatur. j̃. de cleri. nō reſi. relatum. [Grauaretur.] realiter, nam verbaliter iam læſus eſt: alioquin a futuro grauamine verbali, & reali appellari non poſſet, licet aliud fit extra iudicium, vt legitur & notatur. s̃. eod. bonæ. reſpon. j. verſi. ad nos. Et no. ꝙ ſi aliquis iudex eccleſiaſticus cōtra conſcientiam, & iuſticiam in grauamen partis in iudicio quicq̄ fecerit per gratiam, vel per ſordes, per annum ab officio ſuſpenſus eſt ipſo facto, & in extimationem litis nihilominus condemnandus, vt extra. do. no. de ſenten. & re iudica. cum æterni. lib. vj. quod dic vt ibi notatur. [Et ſano vſus conſilio.] verſicu. ſed qualiter poteſt mutare cōſilium in alterius præiudicium ſiue iniuriā, ideo contra, ff. de regu. iu. nemo? Solu. eo modo quo appellans poteſt mutare conſilium. ij. q. vi. ſi quis libellos, ſic & iudex, quod intelligas, ſi appellans adhuc nō fecit ſumptus pro appellatione proſequenda, argu. ff. de condi. ob cauſam, ſi pecuniam. in prin. ſed & ſi vellet iudex ſumptus refundere, adhuc poſſet reuocare grauamen[a], quia iam non intereſt illius, ar. j̃. eo. interpoſita. §. illud de-
5 niq;. ſm Io. Tu † dicas, ꝙ ſemper poteſt reuocare, q̄diu iudex eſt, nec vnq̄ rīr deſinit eſſe iudex, niſi tradat apoſtolos, vel tradere recuſet, vt patet, ff. de libel. dimiſſ. l. vnica. & extra. do. no. eo. tit. cordi. & s̃. eo. dilectis. §. præterea. verſiculo, quia tamen, vel niſi ſuperior appellatione recepta hoc ſibi inhibeat, extra. do. no. eod. titu. Romana. §. ſi vero lib. vj. ſi ergo interim ſumptus faciat, ſibi poterit imputare, ſed nec fit iſta reuocatio in partis iniuriam, ſeu præiudicium, ſicut oppoſitum eſt, imò vtrique parti expedit, ꝙ hoc fiat, vt patet. j̃. eod. cap. in fine. poſt apoſtolos vero traditos non eſt locus reuocationi, cum deſierit eſſe iudex. s̃. eo. dilectus. §. j. verſicu. quia tamen, & no. ſimile. j̃. eod. intimaſti. [Deſtiterit.] reuocando de facto, ſi ad factum proceſſum eſt, vel contraria ſententia ſi ad factum non eſt proceſſum, nec ſufficit dicere, paratus ſum reuocare, niſi & de facto reuocet, ſm dominum noſtrum, quod eſt bene notandum. Et adde quod notatur. j̃. eo. capi. verſic. non obſtante. Veruntamen & ſm dominum noſtrum grauamen quādoque tacite reuocatur. verbi gratia, appellauit quis a iudice, ne procederet contra ipſum, quia ab ipſius iuriſdictione exemptus erat, iudex, qui ipſum citauerat, vt ſuper principali veniret reſponſurus, quia in eo volebat procedere quantum de iure poſſet, audita appellatione aſſignauit ei terminum ad exemptionem probandam, in hoc caſu reuocauit iudex tacite grauamen quod ei intulerat ſuper citatione ac proceſſus principalis cauſæ, quia eo omiſſo mandat modo, ꝙ procedat in exemptione probanda, qđ non eſt grauamen, quia de exemptione oppoſita, & per conſequens, an ſua ſit iuriſdictio, cognoſcere debet iudex, ff. de iudi. ſi quis ex aliena, ſm dominum noſtrum, cuius eſt mens totius hu-
6 ius glo. [Libere.] ver. † Quid ſi decem dies lapſi ſunt a tempore latæ ſententiæ interlocutoriæ, a qua infra decem dies non fuit appellatum, nunquid poſtea poteſt iudex interlocutoriam reuocare? Et videtur ꝙ non, quia iam in rem tranſit iudicatam ſicut in diffinitiua, vt. s̃. de electio. cum dilecti. §. fina. s̃. de teſti. ſignificauerunt. §. finali. ſed contra, ff. de re iudicata. quod iuſſit. ff. de arbi. qualem. alias incipit, dicere. So. per beneficium appellationis reuocari non poteſt, vt in primis iuribus, ſed iudicis officio implorato, ſiue iudex ex officio ſuo non ad inſtantiam partis hoc facere pōt, vt hic, & in contra. s̃. ſignatis. ſi. notatur s̃. de teſtibus, per tuas, & capitu. cum clamor. ſic ergo interlocutoria nunq̄ tranſit in rem iudicatam quantum ad iudicem, cui a iure permittitur ſemper re integra errorem proprium reuocare, & hoc eſt quod tangitur s̃. verſicu. proxi. ibi, & ſano vſus conſilio, & probatur xxii. q. iiij. magnæ, & j̃. de accuſatio. qualiter & quando. j. §. j. Et notauerunt hic
7 quidam, ꝙ actio † extincta reuiuiſcit, argumen. ff. de bo. poſſeſſ. ſm ta. l. penul. §. teſtamento. contra iura, de con. diſtin. iiij. queris, ff. de ſolutio. qui res. §. aream. ſed ſm ea quæ notantur. s̃. verſiculo proximo. ſatis remotum eſt, imò nec ſequitur argumen. [Cognitionem.] Idem facit, & ſi pars appellans appellationi ſuæ renunciauit tacite vel expreſſe, vt legitur, & notatur. s̃. eod. ſollicitudinem, §. fina. & ca. directe. reſpon. j. verſi. j. [Procedat non obſtante.] &c. vt ſequitur. [Dummodo.] &c. argumen. j̃. verſic. dummodo &c. [Ne proceſſus.] &c. vt. j̃. eod. cap. verſi. fina. nam omnes illę clauſulæ huic verbo ſunt continuandę, & ab ipſo dependent. ¶ [Non obſtante.] ii. pars. [Appellatum.] cum grauamen fuerit reuocatum, & ſic ceſſante cauſa &c. vt. s̃. eod. capi. in prin. tamen caueat ſibi iudex, vt caute reuocet, ſi enim dicat, reuoco ſentētiam meā, ſiue reuoco errorem meum: iam fatebitur ſe erraſſe, & appellantem habuiſſe cauſam probabilem appellandi, & a ſe iuriſdictionem tranſlatam, quam poſtea per reuocationem ſuam reſumere non poſſet, ſecundum Ioan. ſiue agamus de delegato, vt. s̃. de offi. delega. ſignificantib. ſiue de ordinario, vt. s̃. eod. dilecti. § pen. Sed hoc non eſt verum, imò in hoc caſu reſumitur iuriſdictio auctoritate huius conſtitutionis, ſicut & al. s̃. eo. perſonas, & s̃. de reſcriptis. paſtoralis. §. j. ad finem, vt ibi notatur, ſed quia verecundum eſſet iudici hoc fateri, poteſt ſic dicere: tu dicis te grauatum per talem comminationem, vel interlocutoriam meam, quod non confiteor, ego tamen hoc reuoco tuæ in hoc volens ſatisfacere voluntati, ne de me ſaltem de facto aliquam materiam habeas conquerendi. ſimilem cautelam notaui. s̃. de vſu pallij. niſi ſpecialis. Aliqui tamen ſcripſerunt hic, quòd ita dicat, ego non grauaui te: ſed ſi ego grauaui, ego reuoco, quod non placet,
8 † quia in prima parte conſilij imminet mendacij periculum. xxij. q. ij. primum. in ſecunda vero parte remedium eſt conditionale & incertum, quod debet eſſe purum, & certum, nec conſulo, ꝙ appellans dubitationi alicui ſe committat, ſed dicat, aut reuocabitis ſine ſi. aut pure proſequar, quod incœpi. [Dummodo] verſicu. & eſt ſi. s̃. eo. oblatæ. §. j. verſic. pen. & c. ad hæc. & j̃. eo. cum a te.
9 [Ne proceſſus] verſ. No. hic, † ꝙ boni prætoris eſt exceptiones, & dilationes ſuperfluas reſecare. s̃. de præſump. nullus. s̃. de off. deleg. cum contingat. §. pen. & fi. finem litibus cito imponere, & occurrere partium laboribus; & expenſis. s̃. de do. & cōtu. finem. s̃. c. proxi. reſpon. j. errorem proprium corrigere, nec expectare, ꝙ ab alio corrigatur, in Auth. de nup. §. j. collat. iiij.

ADDITIO.

a ¶ Reuocare grauamen. Adde bo. textum in c. ſi a iudice. j̃. eo. li. vj.



*SVMMARIVM.*

1 *Iudices ſuſpecti recuſari poſſunt.*
2 *Suſpicionis cauſa coram quo proponenda ſit.*
3 *Iudex a quo appellatur, citari debet.*
4 *Prætor bonus vir, & iuſtus præſumitur.*
5 *Sententia ſingulorum ſigillatim pronunciata non valet.*
6 *Miniſterium certum demandari non poteſt.*
7 *Obteſtatio, loco iuramenti ſuccedit.*
8 *Qui fugit præſumitur contra ipſum.*
9 *Sola confeſſio in criminalibus non impedit, quo minus appelletur.*
10 *Quæ ſint conſideranda in dilationibus.*
11 *Tempus moderatur, vbi iudex ex officio procedit.*
12 *Ius non leditur, quando quod per iudicem male actum reuocetur.*
13 *Appellans duo probare tenetur, quod cauſa ſit legitima, & veritatem.*
14 *Diſciplina non appellatur.*

CAP. LX.

CVm ſpeciali. [Frouiſum]. j̃. de ſen. excom. ſacro. de illa enim cōſtitutione facit hic mentionem, & j̃. eo. c. verſi. fin. & ibi not. [Competenti] alias dicitur canonica. s̃. eo. reprehenſibilis. in princ. i. trina. vt ibi notatur, & probatur xxiiij. q. iij. de illicita. [Præſumat] per quod contra Prælatos ſubditis eſt prouiſum, in hac autem conſtitutione Prelatis contra ſubditos prouidetur, vt ſtatim ſequitur, & notatur. [Volentes] verſ. [Etiam prouideri]. ſ. Prælato cōtra ſubditum. [Ne forte commonitus] ideſt ſubditus monentis poſſit &c. vt ſequitur, erant enim ſm d. n. quidā, qui quamcito monebantur ſuper emendatione alicuius criminis, vel alia ſatisfactione exhibenda, ſtatim ſine cauſa rationabili appellabant, vel iudices recuſabant, & huic intendit mederi. [Fruſtratorie] fruſtratoriam appellat recuſationem, quando non fit ex cauſa legitima, vt infra §. j. appellationem vero vocat fruſtratoriam, quando fit ad differendam, ſiue impediendam correctionem, & alias quando non fit ex cauſa rationabili, vel ſi non ſeruatur forma canonica, vt patet j̃. eo. §. porro. & ſeq. extra d. n. eod. titu. cordi. [Recuſationis] ſtatuimus &c. vt j̃. eo. §. j. & ij. & notat d. n. non credere, ꝙ a iudice delegato, vel ordinario poſſit appellari ex ea cauſa, quia ſuſpectus eſt, cum tunc habeat certum remedium. ſ. recuſationis. iij. q. v. quia ſuſpecti. & quia licet cōtra ipſum ſit cauſa ſuſpitionis legitima, non tamen propter hoc ſequitur, ꝙ grauet, immo & quantumcunque ſuſpectus ſit, bene poſſet in cauſa procedere, ita ꝙ nullam partē grauaret, & appellatio non habet locum, niſi a grauamine fiat. s̃. c. prox. hæc tamen litera prima facie videtur contradicere, quia dicit, ꝙ commonitus poteſt recuſare iudicium monitoris, & etiam ab eo appellare, & ſic videtur, ꝙ vtrunque remedium habeat, quod verum eſt nō ex eadem cauſa, ſed ex diuerſis, recuſare enim poteſt iudicē, ſi ſuſpectus ſit, non ſi grauet, & appellare poteſt ſi grauet, non ſi ſuſpectus ſit, ſed & ſufficit recuſanti legitimas cauſas recuſationis proponere corā iudice, quem recuſat, nec habet neceſſe vltra procedere, vt ſ. aliquid dicat de oblatione probationis, vel de arbitris eligēdis, ſicut quidam frequenter faciunt ad cautelam, iudicis autem recuſati eſt cauſas recuſationis admittere, & requirere recuſantem, ꝙ vna cum parte arbitros eligat, coram quibus eas probet, vel ſi maluerit coram eodem iudice, quem recuſat, & adde quod notatur j̃. eod. §. j. ſuper verbo, ſuſpectum, ſed ipſas cauſas non admittere, vel reprobare non poteſt. hoc enim diſcutere & diffinire ad arbitros pertinet, non ad ipſum. s̃. de foro competen. licet, ad hoc. C. de iudi. apertiſſimi, & l. fina. & notatur ſimile. j̃. eo. interpoſita, ſm dominum noſtrum, cuius eſt mens totius huius gloſæ. comprobantur hæc omnia in eo, quod leg. & not. s̃. de offi. deleg. ſuſpicionis. & extra d. n. eo. tit. legitima. lib. vj. & j̃. eo. §. j. ſuper verbo, iuſtæ ſuſpicionis. ſi igitur iudex recuſatus cauſas recuſationis propoſitas non admittat, patens eſt, ꝙ in hoc grauat, & ab iſto grauamine appellari poteſt, vt s̃. de offi. dele. ſuper quęſtionum. §. fi. & hoc verum eſt, niſi & cauſa recuſationis fruſtratoria ſit euidēter. s̃. de offi. iu. c. j. ſicut & in caſu conuerſo non eſt neceſſe arbitros eligere. ſ. quādo cauſa rationabilis eſt de iure, & notoria de facto, quod dic, vt leg. & no. s̃. vt lit. nō cōte. accedēs. j. & s̃. de cau. poſſ. cū olim. & patet in eo, qđ leg. & no. j̃. eo. §. j. ver. & ipſe. ſuper verb. de ſuſpicionis cā. [Vel appellatiōis obtētu] alias obiectu. porro &c. vt j̃. c. §. porro. & §. exceſſu. & §. nullo. nam illi omnes §. reſpiciūt iſtud verbum. [Monentis]. ſ. ordinarij. nam de illo loquitur hæc conſtitutio, ſicut & illa. s̃. eo. vt debitus. alia vero prox. cum ceſſante. loquitur de vtroque. ¶ [Statuimus] ij. pars. [Allegauerit]. ſ. monitus & ſubditus. Et credit d. n. ꝙ iudex tam ordinarius, q̄ delegatus antequam recuſetur poteſt totam cauſam alij delegare, arg. ff. de iuriſd. omn. iud. prætor. ſi vero partem tantum delegauerit, tunc poteſt recuſari vt ſuſpectus. ratio diuerſitatis hæc eſt, quia in primo caſu non poteſt reuocare iuriſdictionē prædictam, nec ad ipſam redire poteſt, nec etiam cognoſcere vtrum ſubdelegatus ab eo ſit ſuſpectus. in ſecundo vero caſu hæc omnia facere poteſt. s̃. de offi. deleg. ſuper quæſtionum. §. porro. & ſeq. & c. venerabili. §. fin. ff. de iud. iudicium ſoluitur. Alij tamen dicunt, ꝙ etiam ſi totam cauſam committat, adhuc poteſt recuſari, vt ſuſpectus, ſm d. n. cuius eſt mens totius huius glo. & ipſo recuſato ſubdelegatio eius ceſſabit. Poſſet tamen diſtingui in eo caſu, vbi totam cauſam commiſit, vtrum citatio per ſubdelegatum ſuum facta præcedat recuſationem ſuam, & tunc non prodeſt recuſatio, quia iam perpetuata eſt iuriſdictio ſubdelegati, & ī hoc caſu vera eſt prima opinio, an recuſatio præcedat citationem ſubdelegati, & tunc pendente cauſa recuſationis ſuſpenditur ſubdelegati iuriſdictio, & ea probata extinguitur, & in hoc caſu vera eſt ſecunda opinio, argumen. ad hanc diſtinctionem in eo, quod legitur, & not. s̃. de offic. deleg. gratum. C. de donat. & deleg. l. iij. ff. de ceſſ. bon. l. iij. & hoc adde in ſumma de offic. deleg. ſub §. ſi nec hoc omittendum. & §. qs ſit effectus. verſ. quid ſi iudex delegatus vult præuenire recuſationem, & ſeq. vbi hæc quęſtio notatur. [Iudicem]. ſ. proprium, & ordinarium, & ipſum monentem, vt s̃. ſecus in ſubdelegato, tunc enim coram primo delegato ſubdelegante proponenda eſt cauſa recuſationis, & probanda, quod dic, vt leg. & no. s̃. de offi. deleg. ſuper quæſtionum. §. quem vero. & §. fi. & hoc ſi delegatus ſubdelegans præſens ſit, nam in abſentia debet fieri probatio, & etiam proteſtatio coram epiſcopo, vel Archidiacono, vel alijs iudicibus ordinarijs loci, ſm quoſdam, & hoc videtur approbare lex. C. de iud. l. fin. cui videtur ſtandum, ex quo non inuenitur per canones reprobata, & ſm iſtos proceſſus a recuſato habitus in hoc caſu, poſtquam aliquo prædictorum modorum tranſlata eſt cognitio ad alium, non valet, arg. s̃. eo. dilecti. & s̃. de offi. deleg. licet. Alij dicunt, ꝙ ſm canones non eſt ad iſtos ordinarios recurrēdum, ſed ad delegatum principalem tantum, ſi præſens eſt, ꝙ ſi abſens ſit, tunc ipſum recuſans debet venire coram ſubdelegato, & ipſum recuſare ſimpliciter ex cauſa legitima propoſita coram eo, & ſignificare, ꝙ vult ire, vel mittere ad delegatum, a quo probata cau-
a ſa recuſationis vult obtinere cauſam alij committi[a], & ex tunc ſubdelegatus procedere nō debet, & ſi proceſſerit, appellari debet ab eo, vel etiam ſi cauſam non admiſerit, quia hoc ipſo grauat recuſantem procedendo contra eū, vel quia non admittit cauſam recuſationis, ex quo vult eam probare coram delegato, cum hoc ſibi a iure concedatur, vt præmiſſum eſt s̃. ea. glo. verſ. ſecus in ſubdelegato. Cæterum ſi recuſans non appellauerit, cum iuriſdictio ſubdelegati non ſit tranſlata ad alium per appellationem, quę nō fit per reuocationem, vel alium modum, tenebit proceſſus ſubdelegati habitus contra recuſantem, ſm ergo hanc ſecundam opinionem tutius eſt cauſas recuſationis coram ſubdelegato proponere. s̃. eo. ſecūdo requiris. & etiam poſtea ſi neceſſe fuerit coram delegato probare, nam ſi ſubdelegatus cognouerit cauſas eſſe iuſtas & veras, poterit eas admittere, & recuſantē a probationis onere releuare, ſi vero ſibi certum & notorium eſſet, ꝙ eſſent falſæ, & iniuſtæ, tunc non obſtante tali recuſatione, vel appellatione fruſtratoria poſſet procedere, & teneret proceſſus, ꝙ ſi cauſæ legitimæ proponantur coram ſubdelegato, nec ipſas admittat, ſed nihilominus in cauſa ſibi ſubdelegata procedat, & propter hoc recuſans appellet, prudenter facit, ſi primo coram delegato non cauſam recuſationis, ſed cauſam appellationis proſequatur, quia ſi cauſam recuſationis vult proſequi, non obtinebit, niſi & cauſas, propter quas recuſauit ſubdelegatum, doceat eſſe veras, ſi vero cauſam appellationis proſequatur, tunc nihil habet neceſſe probare de veritate cauſarum recuſatiōis, ſed ſufficit, ꝙ probet ſe ipſas cauſas legitimas propoſuiſſe coram ſubdelegato, & per eum admiſſas nō fuiſſe. nam hoc ipſo grauauit, & propter hoc potuit appellare, & ſic pronunciabitur pro appellāte. s̃. c. prox. & j̃. eo. interpoſita. & caſſabitur quicquid poſt talem appellationem fuerit attentatum. s̃. de offi. dele. ſuper quæſtionum. §. fi. ſicut & obtinet in delegato, & ordinario recuſatis, ſi cauſas recuſationis legitimas non admittant. finita autem cauſa appellationis, quæ eſt, vt caſſetur quicquid factum eſt contra eam, non oportet proſequi cauſam recuſationis, vt ab ipſo ſubdelegato recedatur, nā ad hoc ſola appellatio ſufficit. s̃. eo. accepta. ꝙ ſi appellationem reprobari contingat, adhuc ſecundo poteſt proſequi cauſam recuſationis, ſi autem poſt recuſationem non procedat ſubdelegatus, ſtulte facit recuſans, idemque appellans, ſi cauſam appellationis proſequatur, quia ex quo non proceſſit, non grauauit, & appellatio non valet, niſi fiat ex grauamine, & in ſcriptis. s̃. eo. vt debitus. & extra do. n. eo. tit. cordi. prudenter autem facit in hoc caſu, ſi coram delegato cauſam recuſationis tantum proponat, & probet. s̃. de offi. deleg. ſuper quæſtionum. §. fi. Quidam tamen dicunt per eundem §. ꝙ a ſubdelegato ſine grauamine præſenti appellari poteſt hoc modo, habeo te ſuſpectum ex talibus cauſis, & appello ne procedas, ſed alij veriſimiliter reſpondent illud eſſe hodie reuocatum per dictas decret. vt debitus. & cordi. ſm d. n. quod dic, vt nota. in memini

ADDITIO.

a ¶ Committit. Adde, an & quando iudex ſuſpectus committere poſſit, textum in c. iudex. de offi. deleg. lib. vj.

eodem §.ſ.de offi.deleg.ſuper quæſtionum.§.fi.Illud autem non
memini me inueniſſe, quin proceſſus ſubdelegati & delegati, &
ordinarij teneat etiam poſt recuſationem habitus, niſi ab eo ap-
pelletur,vel alio modo ad alterius audiētiam,cauſa reuocata,vel
tranſlata ſit cum effectu,ſm d.n.cuius eſt mens totius huius glo.
audiui tamen ab eo quandoque contrarium, & etiam contra-
rium innuit in eo, quod not.ſ.eo. §.circa prin.ſuper verbo, iudi-
cem.quod dic,vt plene not.in ſum.de offi.deleg.ſub §.ſed nec il-
lud.§.quis ſit effectus a princ.vſque ad verſic.quid ſi ſubdelegatus.
[Suſpectum] Iſte recuſans non debet petere, ꝙ iudex recuſatus
iudicet,an cauſa recuſationis iuſta ſit,vel iniuſta.ſ.de fo.compet.
licet.quia ſic videretur alias recuſatione recedere eius arbitrium
eligendo,arg.iij.q.vii.cuius in agendo,quamuis poſſet dici, ꝙ ta-
lis petitio, quæ tantum tendit ad recuſandum, & declinandum
eius iudicium,non præiudicat recuſationi,vt ibi not.& ſ.tit.j. in-
ter monaſterium.& adde quod not.ſ.eo.c.reſpon.j. ſuper verbo,
recuſationis.Et nota,ꝙ ſententia,per quā pronunciatur cauſam
renunciationis eſſe legitimam,vel non legitimam,non præiudi
cat,nec tranſit in rem iudicatam, niſi per legem probetur legiti-
ma,vel illegitima,immo nulla eſt,ex quo contra ius ſcriptum la
ta eſt.ij.q.vj.§.diffinitiua.ſecus ſi ſic dicatur,decernimus talem nō
admittendum ad proponendum talem cauſam recuſationis,qa
talis ſententia non contra ius ſcriptum, ſed contra ius litigatoris
dicitur potius lata,a qua neceſſe eſt appellare,vt patet in eo,quod
leg.& not.ſ.tit.j.c.j.& c.cum inter vos.§.fi.ſm d.n.niſi & cauſa le
gitima propoſita eſſet,quæ & in actis reperiretur ſcripta,arg.C.de
ſent. quæ ſine cert.quanti. pro.l.iij. Et hæc vera ſunt in cauſis re-
cuſationis,quæ ſunt expreſſæ in iure,ſicut ſ.eo.poſtremo.ſ.de of-
fi.deleg. cauſam quæ.& in alijs ſimilibus, de quibus notat decem
& octo,extra d.n.eo.tit.legitima.lib.vj.ſm d.n. in prin.ſuper ver-
1 bo,cauſa.ſed cum dicamus generaliter,† ꝙ iudices ſuſpecti recu-
ſari poſſunt.iij.q.v.quia ſuſpecti.nec omnes cauſæ ſigillatim ſint
expreſſæ in iure,nec de facili exprimi poſſint.ff.de præſcrip.verb.
l.iiij.immo multæ poſſunt prouenire cauſæ,quæ iuſtiores ſunt,q̃
expreſſæ in iure.& ex hoc ſequitur, ꝙ omnes cauſæ debent repu-
tari legitimæ, quæ videntur efficaciores, & rationabiliores, q̃ ex-
preſſæ in iure.& hoc eſt arbitrio iudicis relinquendū. ſ.de offi.de
leg.de cauſis.Quid ſi male arbitretur? Appellandum eſt,alioquin
interlocutoria tranſibit in rem iudicatam, a ſimili eius quod di-
citur de interrogationibus faciendis in iure,quarū aliquę ſunt ex
preſſæ in iure,& tamen vltra expreſſas licet iudici alias facere,vbi
ęquitas eum moueret. ff.de interrog. actio. l pen. verum ſi iudex
dicat ſe moueri ęquitate,vbi moueri nō debet,appellandum eſt,
alioquin præiudicium fiet. quidam tamen dicunt, & forte non
male,ꝙ de his,quæ non ſunt expreſſæ in iure, non licet inferiori-
bus iudicibus Principe ius dicere,vel interpretari,vel declarare,ſi-
tionibus vti, ff.de except. nemo. ſaltem proteſtatione præmiſſa,
quod dic,vt legitur,& notatur ſupra de except.venerabilis.§.intel
leximus.verſic.quia exceptionem. Veruntamen & ſecundum do
minum noſtrum,alijs videtur & forte melius,ꝙ appellans a diffi
tiua ſententia etiam proſequẽdo appellationem ſuam,& coram
iudice appellationis poteſt dicere ſententiam contra ſe latã non
ſolum iniuſtam,ſed etiam nullam,quia licet ei,quibuſcunq; mo
dis poteſt appellationem ſuam defendere. ff.eod.titu.ſcio.ad fin.
5 † & a ſententia quæ nulla eſt appellare poteſt,quamuis & ſine ap-
pellatione reſcindi poſſit.ff.eod.tit.ſi expreſſim. ff.quę ſenten.ſine
appell.reſcind.l.j.§.fina.& l.ſequen. & ex quo poteſt appellare, &
per conſequens appellationem ſuam proſequi,ſecundum domi
num noſtrum,etiam ſi excommunicatus ſit appellans, ſupra de
except.cap.fin.Sed dom.no.oppoſuit dicens,quomodo proſeque
tur appellationem is, qui petit ſententiam nullam pronunciari,
& qui etiam in petitione ſua de appellatione nullam mẽtionem
fecit , nec aliquo modo innititur viribus ipſius appellationis , &
poſtea reſpondet. Immo innititur in hoc ſaltem,ꝙ coram iudi-
ce appellationis hoc petit , quia niſi appellaſſet coram ordinario
tantum iudice,hoc petere poſſet,& iſte eſt vnus effectus appella-
tionis,ſcilicet cauſam,ſiue negocium, & eius cognitionem ad ſu
periorem transferre,ſupra eod.ſollicitudinem.§.j.immo & ſecun
dum quoſdam qui pronunciat nullam,bene releuat appellantẽ,
qui grauatus fuit de facto lata contra eum ſententia , licet nulla,
poteſt ergo petere ſententiam nullam, & ſi de appellatione non
faciat mentionem,& hoc eſt etiam videre in appellato,qui pro-
ſequitur appellationem petendo confirmari ſententiam pro ſe
latam,& tamen in ſua petitione non facit mentionem de appel
latione , nec aliter innititur viribus appellationis, niſi quia nego-
cium dicit (ſicut & eſt) per appellationem ad ſuperiorem delatũ.
ſi vero ante ſententiam appelletur,& poſt appellationem feratur
ſententia,a qua non appellatur, tunc non poteſt appellans agere
de nullitate ſententiæ coram iudice appellationis, quia ſi cauſa
appellationis non eſt vera, remittendus eſt ad iudicem, a quo eſt
appellatum,ſed quando appellatur a ſententia,non remittitur ad
primũ iudicem,quia functus eſt officio ſuo.Item appellatus non
poteſt petere confirmari proceſſum ante ſententiam habitum ,
quia de facili reuocatur. ff.de re iudic. quod iuſſit, ſecundum do-
minum noſtrum. Hæc verba non plene capio,quia vbi ante ſen
tentiam appellatum eſt,hoc de plano videtur, ꝙ appellans poteſt
petere ſententiam poſtea latam pronunciari nullam. hoc enim
6 regulare eſt,ꝙ † quicquid fit poſt appellationem legitimam, pro-
nunciatur irritum & inane,vt patet infra eod.cap.in fi.& cap.ex
parte.in fi.& cap.ſignificante.in fi.ſed & iniuſte appellans a ſentẽ-
tia eſt ad priorem iudicem ſaltem ordinarius remittendus, vt &
ipſe ipſam ſententiam ſuam executioni mandet, & ſic etiam in
telligitur ſupra eod.vt debitus.vt videlicet loquatur non ſolum de
appellationibus ante ſententiam habitis,ſed etiam a ſententia in
teriectis.de delegato vero iudice,a cuius ſententia appellatur,du-
bitari poteſt,vtrum ſit ad eum remiſſio facienda.quod dic, vt no
tatur ſupra de offic.delega.paſtoralis.§.præterea. Quotidie etiam
exprimitur iniuria,ꝙ appellantes appellationem ſuã proſequen-
tes, & de nullitate, & iniuſtitia ſententiæ audiuntur, dummodò
7 caute formetur libellus, † vt videlicet appellans proponat factum
quomodo ſententia lata eſt contra ipſum,a qua quamuis neceſ-
ſaria non fuiſſet appellatio,quia nulla erat,tamen ab ea ad caute
lam non vt eam ratificare intenderet,ſed vt ſibi prouideret,ſi for
ſan reperiretur aliqua,ad Sedem Apoſtolicam appellauit,& ideo
primo petit ipſam nullam pronunciari , & ſi forſan , vel propter
alia reperiretur aliqua,petit ipſam tanquam iniuſtam pronũcia-
ri irritã,ſic enim formatus libellus recipitur,vt patet in eo, quod
legitur,& not.ſupra de reſtit.in integ.conſtitutis.reſpon.j.& §.fin.
& cauſas tam nullitatis, q̄ iniuſtitiæ poteſt ſimul proſequi, vt per
probationes iſtarum,vel illarum in altera parte libelli poſſit obti
nere.hoc tamen puto,ꝙ proteſtari debet ab initio ſe ex altera par
te tantum velle proſequi,quod intendit,argum.ff.quorum legat.
l.j.§.ꝙ autem nonnunquam.quod apertis atteſtationibus, & alijs
actis conſideratis poterit ante ſentẽtiam ſine cautione facere,ſci-
licet eligere cui parti libelli innitatur,nec eſt contrarius ſibiipſi ta
lem libellum formando,quia non ſimpliciter, & pure ſententiã
nullam,& iniuſtam eſſe aſſerit,tunc enim tanquam ſibi contra-
8 rius † repellendus eſt,vt patet in eo,quod notatur ſupra ea.glo.ver
ſic.quando vero ipſe appellans,ſed ſimpliciter dicit nullam,& ſub
conditione ſibi prouidet , vt in defectu nullitatis poſſit ipſam de
iniuſtitia impugnare, & eſt hoc admittendum cauſa dirimenda
rum litium breuius, & celerius.ff.ſi certum petatur,quidam ęſti
mauerunt.ff.de libe.cau.ſi pariter.& vt circuitus euitetur, argum.
ff.de condict. indebi. dominus teſtamento . & vt parcatur labori-
bus partium & expenſis,ſupra eodem,vt debitus.& vt magis inni
tamur veritati,quàm ſubtilitati.quod potiſſime ſecundum cano-
nes eſt ſeruandum,vt patet in eo,qđ le.& no.ſ̄.de iud.dilecti.Sed
quærit dominus noſter, ſi quis appellauit in iudicio ante ſenten-
tiam,ſiue extra iudicium, & iterum appellet poſt ſententiam,v-
trum per appellationem poſteriorem videatur renunciare prio-
ri,vel ſententiam latam ratificare? & videtur, quòd ſic. ff.rem ra-
tam haberi.l.iij.§.falſus.vbi dicitur,quòd ſi appello a ſententia cõ
tra illum,qui falſo dicebat ſe meum procuratorem eſſe lata,non
poſſum de cœtero dicere eum procuratorem meum non fuiſſe.
Sed dominus noſter dicit contrarium,quia geminando,vel mul
tiplicando appellationem,nõ videtur quis per ſecundam,vel ter
tiam primæ renunciare,vel factum iudicis, a quo appellat appro
bare,immo potius impugnare,& ab ipſius iuriſdictione ſe ſubtra
here,argum.xxxj.quæſt.fin.Lotharius.ſupra eod.bonæ. & cap.di-
recte.§.fina.ſupra de teſtibus. cum tu fili.Nec obſtat prædicta l.ff.
rem ratam haberi.l.iij.§.falſus.quia ibi licet videatur velle recede
re a iudice,tamen appellando factum procuratoris videor accep-
tare,vt nõ mandetur ſententia executioni contra ipſum, etenim
quantum ad eum nõ erat nulla ſententia, immo tenebat,& erat
mandanda executioni,vt patet ff.de re iudic.l.iiij. reſpon.primo,
ſecundum dominum noſtrum,cuius eſt mẽs quaſi totius huius
glo.& dic, ac ideo, ſcilicet quia cauſa non fuit admiſſa. [Denun-
cietis] ex vi appellationis , nã & ex vi defectus iuriſdictionis hoc
indiſtincte pronunciari poteſt,cum ſecundum omnes tales lite-
ræ irritæ ſint ipſo iure,vt notatur ſupra eodem,reſpon.j.verſic.fin.
& probatur ſupra de reſcriptis,conſtitutus.& cap.ad audientiam.
ij.& infra de conceſſio.pręben.cum noſtris.§ auditor.vnde & hic
vacat argumen.a contrario ſenſu, nam & ſi capitulum in proba
tione deficeret, nihilominus deficiente iuriſdictione apparet, ꝙ
proceſſus debet pronunciari irritus & inanis , ſicut & expreſſum
eſt,infra de conceſſio.pręben.cum noſtris.§.auditor.& §.nec fue
rat appellatum.nec prodeſt ſi dicas, ꝙ hanc viam non proſeque
9 batur capitulum,& ꝙ iudex non debet ſupplere de facto,quia † il
lud fallit in beneficijs,vt patet in eo,quod notatur ſupra de offic.
vicar.capit.j.ſed & hoc verum eſt excepto illo facto, de quo tan-
quam iudici ſibi conſtat. quod dic,vt legitur, & notatur ſupra de
poſtulat.prælat.bonæ.j.§.j.Sed nec valet ſi dicas, ꝙ capitulum ap
pellando videtur proceſſum iudicum approbaſſe, argum.ff.rem
ratam haberi.l.iij.§.falſus.quia licet illud verum ſit de proceſſu ha
bito cum falſo procuratore , non ita eſt de proceſſu habito cum
falſo iudice.Ratio diuerſitatis hęc eſt, quia procuratorem meum
potui ab initio conſtituere,vnde non eſt mirum,ſi id,quod meo
nomine geſſit tãquam procurator, licet falſus poſſim ratificare,
vt C.quod cum eo qui in alie.pot.ei qui. & C.ad Maced.l.fin.cir-
ca medium.Iudicem vero meum aliquem priuatum non potui
ordinarium facere. quod dic, vt legitur , & notatur ſupra de foro
competen.ſignificaſti.Sed nec delegatum, ex quo conſtat ꝙ de-
legatus non eſt, vel etiam, ꝙ ipſius iuriſdictio expirauit, ſupra de
offic.delega.ſignificantibus . licet in dubio ſecus eſſet.ſi.ſupra de
reſcriptis paſtoralis.non eſt ergo mirum,ſi id quod non potui ab
10 initio mandare, † & eſt irritum ipſo iure, ex poſt facto ratificare
non poſſum,vt ſupra de electio.auditis. §.ipſe vero. licet auctori-
tate iuris quandoque retificetur,vt ff.de officio prætor.Barbarius.
ſupra titu.j.ad probandum. De materia vero ratificationis dic,vt
plene notatur infra de his quæ fiunt a præla.cap.iij.in fine Poſſet
etiam illud dici,ꝙ expreſſe capitulum voluit, ꝙ niſi probare poſ-
ſet appellationem ſuam fuiſſe legitimam , presbyter obtineret ,
nam ei mos gerendus fuit,vt patet in eo,quod legitur, & notatur
ſupra de reſtit.ſpoliat.cap.j.& quilibet poteſt renunciare iuri ſuo,
infra de crimi.fal.cap.fina.vel Papa hoc ita voluit ordinare, ſicut
& ſupra de pact.cum pridem.in quibus caſibus non ex vi proceſ-
ſus executorum, qui nullus eſt,ſed ex vi conuentionis , ſiue ordi-
nationis Apoſtolicæ,ſi capitulum in probatione appellationis de
fecerit , prout hic a contrario ſenſu innuit , presbyter obtinebit .
Alij dicunt,ꝙ ſi non probat ſe appellaſſe legitime,proceſſus tene
11 bit, ſed † nec debet iudex pronunciare,niſi de eo,quod agitur co
ram eo , & ſecundum petitionem, vt hic patet , & ſupra de ordi.
cogn.cum dilectus.§.fina.& in hoc caſu non approbo,ideo dic,
vt ſupra notatur.

*S V M M A R I V M.*

1 *Contumaces in expenſis ſunt condemnandi.*

C A P. LXII.

NIcolao. [Militi] conuento a monaſterio Sanctę
Mariæ, vt infra apparet . ex parte vna.
[Monacho] ex parte altera propter appellationem
monachorum contra dictum militem interpoſitam
ad curiam Romanam accedentibus . ¶ In cuius] ſecunda pars,
ſcilicet Cardinalis & Auditoris conſtituti . [Præſentia] ſupplica
uit humiliter &c.vt infra ſequitur, cum dictus monachus &c. vt
hic ſequitur. [Contradicendum] & ideo inſufficiens erat , vt in-
fra §.j. [Contra ipſos] ſcilicet monachos. [Tanquam contuma
1 ces] qui † condemnandi ſunt in expenſis,vnde & infra eod.capit.
in fine. fit condemnatio expenſarum , & ex his elicies duo nota.
Primum eſt,ꝙ contumax condemnetur in expenſis. Secundum
eſt,

eſt, quod nihil refert, vtrum citatus non veniat, vel non mittat, vel minus ſufficienter,& probatur hic,& ſupra de dolo,& contumacia,cum dilecti.§.finali. ¶Mandamus] tertia pars.[Appellationi ſuæ] quod poteſt facere & etiam iudex, ſupra eodem, oblatæ.§.primo. verſicu.primo. & capitu.perſonas.[Præfixiſſe] & appellationem a iudice admiſſam, vel a parte approbatam fuiſſe, alioquin contra,infra eodem,interpoſita.§.primo,& aduerſarius miles hic appellationem approbauit,vt poteſt conuinci ex eo, ꝙ eſt ipſam proſecutus,infra verſicu,primo,quòd ſi in hoc caſu ipſe miles appellatus petijt,quòd pars appellans nedum quo ad cauſam appellationis, ſed etiam quantum ad principalem inſtructa veniret,& hoc non fecerit,reputabitur non appellans,& cõdemnata in expenſis ad priorem iudicem remittetur, vt extra dominum noſtrum,eodem tit.cordi.§.quòd ſi appellator. lib.vj.[Procuratorem] qui ad impetrandum tantum fuerat conſtitutus, vt ſupra §.primo,& ideo minus ſufficiens,vt hic,& ſupra de procuratoribus.conſtitutis. & ſupra de renunciat. veniens, quæ alias huic contraria aſſignatur,ſed ibi ſoluitur.[Sufficientem] de hoc notatur ſupra eodem,ſæpe. ſecundum dominum noſtrum. [Memorato] verſicu. [Perſonaliter] nolebat ergo ius ſuum relinquere indefenſum.ff.de petitio.hæredit.illud,& per hoc præſumitur appellationem approbaſſe,vt ſupra notatur. [Ipſos] verſicu.ſcilicet monachos.[A tempore appellationis] quia ex quo ſufficienter non miſit,apparet, quòd a tempore illo citra cauſa dilata eſt culpa ſua, ſimi.ſupra eodem,ſæpe.§.primo,& cap.reprehenſibilis.§.ſi autem,& ſupra de dolo & contumacia.cum dilecti.§.finali.ſupra de procuratoribus. auditis. §.cœterum,verſicu.condemnandum, & ſequenti. [Condemnetis] & nihilominus ſi appellatum fuerat a ſententia, rata manet. Si vero ante ſententiam, tunc ſunt partes ad priores iudices remittendæ, ſecundum dominum noſtrum. Tu dic, vt notatur ſupra eodem, capitu.proximo.§.finali.

*SVMMARIVM.*

1 *Pupillus, nec adultus poteſt ſine tutoris auctoritate, licet curatorem habeat conuenire,&c.*
2 *Duplex eſt potentia iuris,& facti.*
3 *Verbum generale quandoque reſtringitur.*

CAP. LXIII.

SVa nobis. [Filiorum] & pupillorum, alioquin ſi puberes eſſent,expiraſſet tutela, vt Inſtit.quibus modis tutel.fini. in princip.& de
1 cur.j.reſpon.†ſine auctoritate autem tutoris pupillus conuenire non poteſt,nec agere,vt C.de auctor.pręſtan.clarum. nec contrahere in præiudicium ſui,quia nec adultus curatorem habens ſine curatoris auctoritate, C.de reſtitut. in integrum mino.l.iij.ſed nec poteſt pupillus hæreditatem adire,quamuis lucroſam ſine auctoritate tutoris præſentis, vt Inſtitut.de auctor.tutor. reſpon.primo. §.primo, & ſecundo. Quid igitur ſi tales perſonæ tibi obligatæ defenſore careant? Potes tu ipſe adire iudicem,vt eis conſtituat defenſorem, vt C. qui pet.tu.l.prima. & l.ſi filijs. & l.ſi plures tutores ſint,& vnus litem hanc auctoritate aliorum poterit expedire,quòd ſi ſolus ſit, petat ei dari curatorem ad litem, vt C.de in litem dando tu.l.prima. & Inſtitut. de auctor.præſtanda. §.fina. [Inter ipſum] ſcilicet R.tutorem nomine pupillorum.& ſecundum B.maiorem vigintiquinque annorum. [Filij B.] alterius, quam primi. Pone ergo ad differentiam, quòd iſte vocabatur Bernardus,& primus Bonifacius.[Super quadam] ver. [Summa] quam dictus Bonifacius mutuo tradiderat dictis F. & Bernardo,vnde & actiones hincinde tranſierunt in hæredes, C.vt actio.ab hæred.l.vnica. [Coram iudice] verſicu. [Tuſcanenſi] ſcilicet ſeculari,& quamuis coram eo agatur,& inter laicos hincinde,tenet tamen appellatio ad Papam facta,quia hęc ciuitas dño Papæ temporaliter ſubeſt. ſupra eodem,ſi duobus.§.vnico. infra qui filij ſint legitimi.per venerabilem.reſpon.primo,in fine.& de eadem ciuitate loquitur infra de teſtament.Raynutius. §.primo. [Idem] verſicu.ſcilicet iudex Tuſcanenſis. [Pro eodem R.] condemnato ſibi nomine filiorum quõdam Bonifacij,quorum tutor erat prædicto F.nomine ſuo, ac P.tutore filij Bernardi nomine eiuſdem in ſumma pecuniæ prætaxata. [Promulgauit] a qua fuit bis ad Sedem Apoſtolicam appellatũ. [Et quæ bis fuit] &c. & nunc etiam tertio ab eadem parte fuerat appellatum,vt ſequitur.¶ Sed pars] ſecunda pars. [Altera] ſcilicet condemnata. [Et iterum] ideſt ſecundo,alias exponitur,iterum,ideſt quotiẽs opus erat.ff.de edendo,veluti. [Tertio] quod non potuit, vt infra ſequitur.[Et eius collegę] laicis,quod patet ex eo,quòd non dicuntur clerici,argumen.ſupra de reſcriptis,cum adeo. & tamen tenet delegatio non ſolum,quia a Papa facta eſt, qui hoc poteſt, vt notatur ſupra de arbit.contingit.& capitu.per tuas.ſed & quia inter laicos agitur,& cauſa eſt temporalis,nam ſi eſſet eccleſiaſtica, deberet perſonis eccleſiaſticis,& non laicis delegari. quod dic, vt legitur, & notatur ſupra de officio delega.cum te conſulente. [Ipſius ſententiæ] ſcilicet vltimæ, & per conſequens primæ. [Obtinuit] tacita veritate,ſcilicet quia tacuit mediam ſententiam,alias non potuiſſet literas obtinere,& cum hoc in modum exceptionis coram ipſis iudicibus fuiſſet propoſitum, nec admiſſum, fuit forſitan ad Sedem Apoſtolicam appellatum,vel ipſi iudices partes,& negocium ad Sedem Apoſtolicam remiſerunt, vnde & auditor ſuper hoc datus fuit, vt infra §.proxi. & hoc in deciſione ſequenti proxi. plenius continetur. [Obtinuit] per veri ſuppreſſionem, nam ſi ſciuiſſet Papa tertio appellatum,non dediſſet literas,ſecundum dominum noſtrum, vt patet in eo, quod notatur infra §.j. ſuper verbo,tertio appellare. [Et infra.] Hic continetur,quòd eadem cauſa fuit per Papam ad Sedem Apoſtolicam reuocata,vel per appellationem delata, & commiſſa audienda R.Sanctæ Mariæ in Coſmedri Diacono Cardinali, vt infra ſequenti §. primo. ¶Cumque R.] tertia pars. [Tertio emiſſa] quia R.dicebat non valere.F.ac P.econtrario aſſerentibus. [Illos] F.ac P.contra quos primo ſententia condemnatoria lata fuit,& poſtea bis confirmata,vt ſupra eodem,reſpon.primo.verſicu.fina. [De iure] de facto
2 enim poſſent centies,& ſic notatur,quod† duplex eſt potentia,iuris, & facti.quod dic,vt legitur,& not. ſupra de reſcriptis, ſciſcitatus.[Tertio appellare] bene interlocutus fuit,nam hoc prohibet ius, vt C,ne in vna eademque cauſa lib.ter.appell.in rubro, & in nigro,iij.quæſtio.vj.ſi quis in quacunque.Sed contra,quia appellare poteſt quilibet ad Romanam Sedem, quotiens putauerit ſe grauari.iij.quæſtio.vj.quotiens.iij.quæſtio.vj.pulſatus.ſed quod dicit,quotiens,notat ſingula grauamina,& non reiterationem appellationis ſuper eodem articulo infinitam.q.d.in ſingulis grauaminibus appellari poteſt ſecundo,& non vltra.non ergo quocunque voluerit ſuper vno.quod dic, vt legitur,& notatur ſupra eod.
3 directe.ſic & alias verbum †generale reſtringitur,vt xviij.diſtinct. placuit.lxxv.diſtinct.quod die dominico.in fine. xii.quæſtio.ij. ſine exceptione, ſupra de reſcriptis, ſedes. & legitur, & notatur ſupra de officio lega.ꝙ tranſlationem.nec enim ſunt verba iuris captanda, ſed qua mente quid dicatur, animaduertere conuenit.ff. ad exhiben.l.penult. & argumen.infra de verborum ſignificatio. intelligentia.& capitu.in his.ſed adhuc ſignatur contra.xxxj.q.ij. Lotharius.vbi dicitur, ꝙ Teberga in eadem cauſa ter appellauit, ſed ibi conſueuit exponi, ter appellauit, ideſt ter vocem appellationis emiſit. dicendo, appello,appello, appello. [Nos] verſicul. ſubaudi prædictam ſententiam ratam habentes. [Prædicto P. & C.] ſic ſupra de exceptionibus.olim.in fine.[Procedere] Quid ergo fiet? vtique ex quo iſti,vel alij non debent vltra procedere,primus iudex,ſcilicet Tuſcanenſis ſententiam ſuam executioni mãdabit, & ſic eſt hic euidens argumen. quod non iudex,ad quem appellatur primo,vel ſecundo,ſed ille,qui primo tulit ſentẽtiam, debet ipſam executioni mandari, ad idem ſupra eodem, dilecte, ſupra de officio delegat.paſtoralis.§.præterea,verſicu.nos autem. vbi de hoc.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatio omiſſo medio,an & quando valeat.*
2 *Iudex ordinarius eſt ſingulorum.*

CAP. LXIIII.

DIlecti. [De lacu Rubro] coram ſuo Archidiacono litigantes,ſed aduerſa pars omiſſo epiſcopo,cui Archidiaconus immediate ſuberat,ad archiepiſcopum appellauit, ſicut in ſequenti deciſione plenius continetur.¶ Ex parte] ſecunda pars. [Et conuentus] appellatorum. [Propoſitum] coram officiali archiepiſcopi, ad quẽ appellatum fuerat,vt ſequitur, & ad quem ſpectat de appellationibus ad archiepiſcopum factis cognoſceret, tamen vnum, & idem fit auditorium vtriuſque,extra dominum noſtrum,eodem titu.Romana.reſpon.j.lib.vj. [Appellatum]. A quodam extraordinario iudice Claremõten.diœceſ.omiſſo epiſcopo fuit ad Bituricen.archiepiſcopum appellatum,ſicut in integra continetur,ſecundum dominum noſtrum. [Gradatim] non omiſſo medio. quod dic,vt notatur infra eod.cap in fine. [Sed quia] verſic. [Denegabat] & male. [Appellarunt] & bene,& infra continetur, ꝙ officialis poſt huiuſmodi appellationem quaſdam ſententias in ipſos tulit appellantes,vt patet ĩ.§.j.¶ Quo circa] tertia pars.[Sententias] forſan excommunicationis,vel interdicti,vel ſuſpenſionis,quæ idem iuris ſunt,vt patet in eo,quod legitur,& notatur ſupra eod. præterea.& cap.ad hæc quoniam ſub interdicto.[In eos] ſcilicet appellantes. [Latas] Nota,ꝙ aliquando inuenimus,ꝙ iudex appellationis ſententias latas poſt appellationem nullas pronunciat,vt hic,aliquando proceſſum nullum, ſupra eod.dilecto. §.fin,aliquando ſententia tantum excommunicationis nullam, ſupra eod.dilecti.ad fin.ſupra de offic.deleg.cum olim Abbas. in fi.aliquando quicquid fit poſt appellationem,ſupra eod.cum cauſam quæ,verſi.fi.quandoque quicquid fit contra appellationem, ſupra de elect,cum nobis olim.§.j.quandoque vero mandatur in ſtatum priſtinum reducendum,ſupra eo.bonæ.§ fin.& quamuis omnes iſtæ ſententiæ recipiantur,& approbentur a iure,ſicut patet in prædictis concordantijs, quia forſan ſicut petitum fuerat d uerſimode,ſic & fuit ſententiatum,nam petitioni debet reſpõdere ſentẽtia,vt patet in eo,quod legitur,& notatur ſupra de ord. cogn.



cog.cum dilectus.§.fin.tamen inter omnes petitiones hæc videtur melior aptior & cautior,vt dicatur in libello, peto pronunciari appellationem meam iuſtam ſecundum d.n.iunge,& quicquid poteſt & contra eandem appellationem in meum præiudicium attentatum eſt, in irritum reuocari, vt patet in eo, quod notatur.ſ.eodem. conſuluit.ij.in fi.ſic enim rite & canonice includuntur omnia.Veruntamen ſecundum d.n.ſi appellatio pronuncietur iuſta,ex vi huiuſmodi ſententiæ cenſentur(quia & acceſſorium ipſius eſt) reuocare non ſolum ea,quæ poſt appellationem acta ſunt, ſed etiam ſententiam ante latam, ſi ab eo fuerit appellatum,C.eodem ti.eos qui.rñ.j.& ij.q.vj.§.fina.Sed ſi ſecundum modos primo propoſitos concipiantur libelli,in quibus nõ petitur appellationem pronunciari iuſtam,ſed certum quid irritari,dicunt quidam quod ſi prætextu appellationis vnus ſolus articulus reuocetur, omnes intelliguntur reuocari vel reuocari debere,& appellatio intelligitur pronunciata iuſta. & hęc ea ratione,quia omnes articuli eodem iure nituntur, & eandem rationem & ęquitatem eſt in omnibus inuenire. [Appellationem.] ſcilicet quæ ad omnes extenditur, vnde & quod de vno dicitur eſt de aliis intelligendum,argumen.in eo, quod legitur & notatur.ſ.de conſtitut.tranſlato.& ĩ. eodem. vna. alioquin ſi contrarium dicas,hæc abſurditas ſequitur, ſcilicet quod ſententia pro parte tenebit,ſcilicet pro ea parte & ſuper illis articulis,qui caſſati ſunt, & in quibus ſententia lapſu temporis tranſibit in rem iudicatam,& pro alia parte tenebit,ſed caſſabitur,ſcilicet in illis articulis qui caſſati ſunt, contra id quod legitur ff. communi diuidundo. in hoc iudicio. Item & alia ſequetur abſurditas, ſcilicet, quod ſi contra appellantem lata ſit diffinitiua ſententia & excõmunicationis,& idem appellans petat reuocari ſententiam tantum excommunicationis, quia poſt appellationem lata eſt, de diffinitiua nullam faciẽns mentionem,& ſententia tantum excommunicationis ſicut petitum eſt ſententialiter reuocetur, in hoc caſu diffinitiua ſententia ſuper principali lata firma & rata remanebit.quod eis videtur valde diſſonum & abſurdum, imo & maior ſequeretur abſurditas,ſcilicet quod eadem excommunicationis ſententia iterum reuiuiſceret, & reſuſcitabitur,& ſententia,per quam pronunciata eſt nulla,pro eo, quod poſt apppellationem lata fuit,annihilabitur, quia cum appellans non fuerit proſecutus appellationem ſuam ſuper principali infra tempus legitimum,fingitur non appellaſſe,vt patet in eo, quod legitur & notatur.ſ.eodem. cum ſit Romana.rñ.j.& ca.perſonas.& per conſequens videbitur retro fuiſſe excommunicatus, argum. ff.de his qui notantur infam.furti accipe. rñ.j.& §.j.nobis tamen non videtur ſic.Immo dicimus,quod ſi propter iuſtam appellationem vnus tantum articulus retractetur, non propter hoc ſequitur,quod omnes alii articuli tractentur,dicimus etiam, quod bene ſtabit⁹ firma retractatio ſententiæ excommunicationis, quam appellans eſt proſecutus,& nihilominus ratificabitur ſentẽtia lapſu temporis quo ad principalem,& alios articulos, quos non eſt proſecutus.Non obſtat ſi dicas, ergo ſententia pro parte tenet,& pro parte non,quia iſte appellans,pro quo lata eſt ſententia,& in excommunicationis vel alterius articuli reuocatione, poſt ſententiam huiuſmodi reuocationis pro eo latam non iuuabit ſe de appellatione quam fecerat,ſed de hac ſententia reuocationis tantum,quæ etiam ſi eſſet iniuſta, i. contra ius litigatoris lata,tamen tranſit in rem iudicatam,ſi ab ea non fuit infra decendium appellatum,ſ.titu.j.cum inter vos §.fina. & c. quod ad conſultationem.§.j.ſecundum d,n.quinimo & hoc ex vi appellationis quotidie accidit,quod ſententia pro parte tenet & pro parte non,nam & pro parte reſcinditur,& pro parte confirmatur, vt patet in eo,quod legitur & notatur.ĩ. de teſtamen. Raynutius.§. pen.& vlti.& c.Raynaldus.§.a cuius ſententia.& ſequen. Sed nõ ſequitur ſecundum do.n.quod talis cenſeatur excommunicatus retro,quia illud locum haberet, ſi appellans nullo modo fuiſſet proſecutus appellationem ſuam, ſed hic proſecutus eſt eã quo ad vnum articulum,& ſi non quo ad omnes,& ſicut licet in vno articulo appellare, in alio non, eodem modo & in vno articulo proſequi,& in alio non,vt patet in eo, quod legitur & notatur.ĩ. de teſti. Raynutius.§.cum autem.& §.quia vero.& c. Raynaldus. §.a cuius ſententia.ſi autem vis omnes abſurditates vitare, atque pericula & dubia, ponere in ſecuro & certo,& dimitte incertum formans libellum tuum,prout no.ſ.eadem glo. verſi. cum inter omnes.& ſequentibus.Illud etiam ſecundum d. no. notandum eſt,quod non ſolum iuuat ſe quis appellatione eam directe proſequendo,ſed etiam de eo excipiendo,& ſi ſic proponat,dico hãc ſententiam executioni non eſſe mandandam, vel hũc electum non eſſe confirmandum,quia ego ſic appellaui, argumen.ſ.de elect.cum inter canonicos.& c.cum inter R.ſeniorem.ſ.de exceptio. dilecti. & c. ſignificauerunt. ſed non poteſt excipere de appellatione,niſi tantum infra illud tempus,infra quod poteſt eam directe proſequi,argumen.ff.de neg.geſt.l.iij.§. pupillus.ff.ex quibus cau.maio.nec non.ff.de inoffi.teſtamen. contra veterani. als Papinianus.§.ſi filius.& in eo, quod legitur & notatur ſ. de reſcri. ſi autem.nec etiam dicimus ſimile in appellatione & acceſſorijs ſicut dicimus in quibuſdã alijs & acceſſorijs ſuis, in quibus non datur actio ad acceſſoria ſine prĩcipali,ſicut patet ĩ interdicto vnde vi,quod non datur ad damna & intereſſe,quę ſunt eius acceſſoria, niſi ratione principalis, & niſi de ipſo principali agatur, quia appellationem bene poſſum proſequi & agere, non ſolum ad reuocandum ſententiam vel aliud principale, ſuper quo appellatum eſt,ſed etiam ipſo principali omiſſo datur ad reuocandum omne grauamen acceſſorium primo & principaliter de ipſo agendo, ſicut hic patet, & in omnibus decre. allegatis ſ. eadẽ glo.in princi.ſecundum dominum noſtrum, cuius eſt mens totus huius gloſſæ. [Poſt huiuſmodi appellationem.] & contra, quod dic,vt legitur & notatur.ſ.eodem. ſollicitudinem.§.j.in fin. [Denunciatis.] ſi.ſ.eodem.dilecti.in fi.[Non tenere.] Ex hoc pa-
a tet,quod gradatim eſt[a] appellandum,&†quod non valet appella-
1 tio facta omiſſo medio. ad idem ij.q.vj.anteriorum.§. illo videlicet,ff.eodem ti.imperatores.C.eodem tit.præcipimus.ſ. de offic. dele.ſuper quæſtionum.§.porro.ij.q.vj.Metropolitanum.Sed cõtra,ĩ.de præbend.referente.ĩ. de noui ope. nũciatio. ſignificantibus.Solu.verum eſt,quod non valet appellatio facta omiſſo medio,vt hic,& in fi.Si vero non opponatur hæc exceptio,vel opponatur nec admittatur,ſed non appelletur, & iudex, ad quem eſt appellatum procedat,tenet proceſſus,argumen.iij. q.vj. pulſatus.
b & ſic põt intelligi ꝯ.vel qñ de ſpeciali conſuetudine[b] ſic ſeruatur, vt ibi no. Ad hoc ſignatur ꝯ, quia qñcunq; appellatur a ſubdelegato, nõ appellatur ad ſubdelegãtem, ſed gñaľr ad primũ delegãtẽ, vt ff.quis & a quo appel.l.j.§.j.Solu.l. illam intellige, ſecundũ quod diſtinguitur.ſ.de offi.deleg.ſuper quæſtionum.§.porro. Ab hac vero generalitate excipitur papa,ad quem appellari poteſt a quolibet ordinario omiſſo medio,vt ij.q.vj.c.j.& ij.& per totum. & hoc eſt propter plenitudinem poteſtatis,quam habet,ſ.de vſu.
2 pal.ad honorem.& †quia ordinarius eſt ſingulorum,ix.q.iij.cuncta.& c.per principalem.& patet in eo,quod notatur.ſ.de offi.archipresby. officium.ij.§. confeſſiones. & idem eſt a quocunque delegato vel ſubdelegato appelletur ſecundum omnes, excepto vno caſu tantum, quando ſcilicet appellatur a ſubdelegato delegari principis,qui ſibi retinuerat aliquid de iuriſdictione, ſecundum id quod legitur & notatur.ſ. de offic.delega. ſuper quæſtionum.§.porro.& ſic hodie de facto ſeruat curia.nos autem ſalua plenitudine poteſtatis,qua cõſiderata nullum caſum excipimus, non putamus iuri congruere,quod appellationem factam ab aliquo ſingulari delegato ordinariorum papa recipiat, ſed remittat vt honor ipſis ordinarijs iudicibus debitus deferatur, ſ. eodem. vt debitus.cum ſuis concordantiis.& quia natura iuris conſiderata ſemper a delegato debet ad delegantem.& nõ ad alium appellari,vt le. & no.C.qui pro ſua iuriſdi.iudi.dare, da.ve.poſ.l. vnica. De hac materia no.ſpacioſius in ſumma,e.ti.§.a quo, ad quem. ſub §.vt autem.

ADDITIONES.

a ¶Appellatio omiſſo medio an,& quando valeat. Adde do.Ab.hic & plene per eius apoſtillam.
b ¶Conſuetudine.Adde,an valeat conſuetudo,quod poſſit appellari omiſſo medio,per gl.magnam in c.non putamus. de conſue.lib.vj. & Andre. in apoſtil.ad Panor.hic remiſſiue.

*SVMMARIVM.*

1 *Tutor agere & contraueniri debet nomine pupilli.*
2 *Quando cognoſcant eccleſia ſi laici ſint litigantes.*
3 *Mater non habet filios in poteſtate,ſed pater tantum.*
4 *Filius familiam patris & non matris ſequitur.*
5 *Mulier vtrum & quando poſſit eſſe tutrix.*
6 *Matre ad ſecunda uota conuolante finita eſt tutela.*
7 *Mater tutrix dari non poteſt in teſtamento.*
8 *Curator plerunque datur a lege.*
9 *Voluntas teſtatoris,& ipſa lex.*
10 *Non confirmatur niſi quod eſt.*
11 *Quatuor conſideranda in datione tutoris.*
12 *Ordo rubricarum conſiderandus eſt.*

CAP. LXXV.

EX parte M. [Terris] patri quondam pupillorum obligatis.[Ipſam.] ſcilicet Mariam.[Suorum] tanquam tutricẽ,vt innuunt
1 ſequentia,tutor † enim & agere & conueniri debet nomine pupillorum,vt no.ſ.eodem.ſua nobis.[Traxiſſet] ratione gageriæ,aſſerens forſan quod fructus exinde percepti fuerant
2 vltra ſortem.& hac†ratione de hoc cognoſcit eccleſia,ſi ſunt laici litigantes,vt hic,& ĩ.de ꝯh.emp.ad noſtram.& de pig. cum ꝯ. ¶Tandem] ij.pars.[Excipi] per procuratorem ſuũ.[Sub ptãte.] defenſoria atq; tutoria,vt ſequitur,nã ſub patria eſſe non poſſent
3 †quia mater non põt filios habere in ptãte,ſed pater tantũ, Inſti.

4 de pa.po.§.ius autem.vnde† & filius familiam patris ſequitur, &
non matris, Inſtitu.de leg.agn.tu.§.i.& j̃.de conuer. infi.c.fi.§.fi.
in prin.vbi de hoc.[Et tutela ipſius] hoc enim ſolo quòd nubit,
tutelam filiorum amittit, vt in ſequenti glo.ſed & caueat, quòd
non ſit tutrix eorum. Ex hac enim cauſa non ſufficeret appellaſ-
ſe,niſi & veritas cauſæ ſubeſſet,infra eodem.interpoſita.reſponſo
5 jſecundum dominum noſtrum.†Nota igitur verum eſſe regula
riter,quod mulier non poteſt eſſetutrix,quia virile officium eſt,
quo fungi non poteſt,ff.de regu.iur.l.ij.& s̃.de arbit. dilecti.§.j. in
princi. Antiquo tamen tempore poterat eſſe tutrix, ſi hoc a prin-
cipe impetraret ſpecialiter,ff.de tutel.l.fina. Medio autem tempo
re ſi mater maior erat,& nullus tutor legitimus vel datiuus, ſub-
erat,vel ſi ſe excuſauerat, poterat tutelam petere a iudice, dum-
modo renunciaret Velleiano ſub hypotheca rerum ſuarum, &
iuraret quòd ad ſecundas nuptias non tranſiret, vt C. quãdo mu.
tu.offi.fun.l.ij.& iij. Nouiſſimo vero iure excludit ipſam teſtamẽ
tarius tantum tutor,& ipſa præfertur omnibus legitimis & dati-
uis,renunciat tamen Velleiano, & omni legum auxilio, & pro-
mittit nudo pacto dumtaxat, ꝙ nuptias non tranſit ad ſecundas
bit,nec iurat hoc,vt periurium euitetur, vt in Auth. matres ſine
prohi.tu.fi.ge.§.quia vero.collatio.vij.& in Authen.de hæred. ab
inteſta.§.ex his,colla.ix.& C.quando mu.tu.offi.fun.authen.ma-
tri & auiæ,& authen.ſacramentum,ſed quam cito ſecundas nu-
ptias contrahit,tutela ſoluitur,vt infra. verſi.j. tenetur etiam ma-
ter,ex quo tutelam ſuſcepit,inuentarium facere & ſatiſdare rem
pupilli ſaluam fore,vt in Auth.vt ſine prohi.ma.§.fina. colla.vii.
6 [Cum iam ad ſecunda] verſicu.† & ſic ac ſi mortua eſſet, finita
eſt tutela,vt in Auth.vt ma.ſine prohib.§. quia vero.collatio. vij.
Et ſi rationem non reddiderat, non tantum bona ſua ſed mariti
ſui remanent filiis tacite obligata,vt C. in quibus cauſis pign.tac.
ob.ſi mater.in Auth.de nup.§.ſi autem tutela.collatio.iiij.[Quo
rum nutrix] alias tutrix,& eſt melior litera. Illud autem certum
eſt,nulli magis quam matri filiorum competit nutritura, dum-
modo eis victricum non inducat.hęc tamẽ res arbitraria eſt, ſed
& cauendum,ne committatur illi de facili, qui ad ipſorum ſuc-
ceſſionem anhelat,vt C.vbi pu.edu.de leg.j.& ij.[Eſſe deſierat]ca
ueat ergo ſibi,ꝙ infra annum tutorem ei dari petierit, ff.ad Ter-
tull.l.ij.§.confeſtim.C.qui pe.tu.cum a matribus. alioquin exclu
detur mater a ſucceſſione,ſi ſine tutore moriantur pupilli, ſecus
ſi puberes,& idem eſt in quolibet,qui ipſis filiis ab inteſtato ſucce
dere deberet,C.de legiti.hære. ſciant. C.ad Tertullia. matres.& l.
omnem.parcitur tamen matri, & ei ſuccurritur, ſi fuerit minor
annis,vt C.ſi aduer. delict. l.ij. ſed & in quibuſdam alijs caſibus,
excuſatur, quod dic,vt plene nota.in ſumma,de delict.pu. ſub §.
illud.no.dignum.[Sed quia] verſicu. [Ad hoc] ſcilicet ad reſpõ-
dendum & defendendum pupillos.[Ipſa] ſcilicet mater, merito
ex hoc ſentiens &c.¶[Ideoque] iij.pars.[Si eſt ita,] ſcilicet, quod
ad ſecunda vota conuolauerit,& quod dicta exceptio propoſita
fuerit, nec admiſſa, immo ipſa non obſtante eandem matrem
compellent,& propter hoc appellauit,vt s̃. §. proxi.& c. dilecto.
§.finali. vbi de hoc.[In irritum reuocato] ex his,quæ habuiſti &
not.ſupra §.j. potes colligere, quòd mater poteſt eſſe tutrix filio-
rum ſuorum,niſi teſtamentarius ſuperſit.Sed quid ſi mater fuerit
tutrix data in teſtamento vna cum alijs ſibi coniunctis,nunquid
7 alij contutores ipſam repellerent? Videtur quòd ſic, † non enim
poteſt mater dari tutrix in teſtamento,vt ff.de teſtamen. tut.iure
noſtro.reſponſo.j.ff.de nego.geſt.qui alienam. §. quamquam.li-
cet poſſit dari conſiliatrix, ff.de adminiſtrat. tutor. quidam dece-
dens.§.penul.Nec obſtat ſi dicas,quod hodie admittatur ad tute
lam,quia illud verum eſt,ſi non ſuperſint teſtamẽtaria,alioquin
contra,in Authen.de hære.ab inteſta.§.ex his.collatio.nona.Sed
hic ſupereſt teſtamentaria,ſcilicet tutores adiũcti, ſed nec poteſt
mater eſſe tutrix,niſi caueat & renunciet,vt not. ſupra §. primo,
ergo indiget confirmatione, & ſic non poteſt eſſe teſtamenta-
ria,nam ſic paternum teſtamentum ſufficeret,vt C. de epiſcopa.
audien.de creationibus.Inſtitut.de ſatiſdatio.tuto.§.primo,& ſic
eſt repellenda,ad hoc C.quando mu.tu. offi. fun.l. ſecunda. Nec
obſtat ſi dicas,admittitur,ſeu datur ſine teſtamento, ergo multo
fortius in teſtamento : quia hoc non ſemper ſequitur,argumen.
8 certum eſt enim,quod † curator plerunque datur a lege, vt ff.de
cur.fur.ſæpe.item datur a iudice,non tamen poteſt dari in teſta
mento,licet datus confirmetur,vt Inſtitut.de cur.§.primo, econ
tra videtur,nam conſtat quod mater hodie ad tutelam admitti-
tur ſine teſtamento,vt no.ſupra §.primo, multo fortius in teſta-
mento,nam & curator in eo caſu,in quo a lege admittitur,in eo-
dem & in teſtamento datur, vt C. de epiſcopa. audien. de crea-
tionibus.Item pone, quòd ſola data ſit in teſtamento : quid pro-
derit dicere quòd non ſit tutrix ex teſtamento, cum nihilomi-
nus admittatur per l. Nihil non eſt igitur hoc dicendum, argu-
men.ff.de acquirenda poſſeſſ.l.prima,§.ſi vir vxori. & melius C.
de his, qui ſibi aſcri. in teſta.l.prima. Item ex quo per l.admitti-
tur,ſatis ſequitur quòd admittenda ſit ex teſtamentaria volunta-
9 te,†quia lex eſt ipſa voluntas,in Authentico,de nupt.§.diſponat.
colla.j.Nec obſtat ff. de teſtamen. tu.iure noſtro. quia loquitur
ſecundum antiquiſſimum tempus,ſecundum quod non admit-
tebatur niſi hoc a principe impetraret, vt notatur s̃.§.j.& hoc eſt
quod ibi dicit, ſententiam, quam leges noſtræ non admittunt.
ſed hodie cum leges hoc admittant, poterit in teſtamento dari,
ſeruata tamen ſolennitate, cum qua leges admittunt ipſam, &
no.s̃.§.j.Nec obſtat ſi dicas,quod confirmatione indiget, ſecun-
dum Laurẽ.Cre.& Ha.Bo.Vel dicas hoc ſpeciale in matre, quia
quamuis data ſit in teſtamento, nihilominus ſupradicta ſerua-
rentur,& eſt ratio, quia lex contra fœminas immoderatas pupil
lis voluit prouidere,vt C.de adminiſtratio.tuto. lex.§. ſecundum
etiam.& hoc puto verius, quamuis quidam ſapientes tenuerint
primam partem,ſecundum quoſdam ſic obiicitur,aut hæc mu-
lier ante renunciationem & aliam ſolennitatem l.ſeruatam eſt
tutrix teſtamentaria,aut non,ſi non, habent propoſitum. ſi ſic,
ergo non tenetur cauere,ſed hoc iam ſolutum eſt, quia ſpeciale
eſt iſtud in matre,vt s̃.notatur.quinimo ipſis reſpondeo,nec hoc
nec illud.quid ergo? Reſpon.in pendenti eſt,quouſque renuncia
uerit,& ſolennitatem legis ſeruauerit.ſic & multa alia in pendẽ-
ti ſunt,ff.de vſufru.ſed ſi quis.§.interdum. & infra de frigidi. fra-
ternitatis. in fine. cum ſuis concordantiis. Sed nunquid mater
poſſet dare tutorem ſuo filio in teſtamento? Non videtur,vt ff.de
confirma.tu.mulier.ff.de lega.ij.peto Lucius Titius. §. mater fi-
lio.quod eſt verum,niſi ipſum heredem inſtituat, tunc enim eſt
a iudice confirmandus, nec ſatiſdat rem pupilli ſaluam fore. &
ſic intellige C.de teſtamen.tut. mater.& hoc verum eſt, niſi for-
ſan minus idoneum nominauerit,alioquin contra,ff.de admini
ſtra.tuto. quidam decedens. Si vero extraneus tutorem dederit,
nec tenet datio,nec confirmatur, niſi pupillum hæredem inſti-
tuat nihil habentem præter bona, in quibus inſtituitur, tunc
enim non male dicemus iudicium eius ſequi,ff.de confirma.tu.
ſi patronus.In vtroque tamen caſu fit inquiſitio ſuper idoneita-
te perſonæ tutoris,& ſatiſdat,alioquin magiſtratus tenetur,ff. de
confir.tu.tutores. quod ſi pater dederit, omnimodo, id eſt ſine
inquiſitione & ſatiſdatione confirmatur,Inſtitut. de tutc.§. fina.
C.de confir.tu.l.ij.quia ſufficit ei paternum teſtimonium, C. de
epiſco.audien.de creationibus.Inſtitu.de ſatiſda. tuto. §. ſed hoc
non eſt perpetuum. quod verum eſt, niſi noua cauſa ſuperue-
niat,ff.de teſtamen.tut. pater hærede inſtituto.& argumen. s̃.de
exceptio. paſto.ralis.s̃.de offi.deleg.inſinuante.vel præterita latẽs
& abſcondita detegatur,vtilitatẽ enim pupillorum, & non ſcri-
pturam iudex modis omnibus ſequi debet,ff.de confirma.tu. in
confirmando.& l.vtilitatem.conſueuit autem quæri,quis cui ſit
præferendus,ſuper quo diſſentio eſt.Tu dicas, quod teſtamenta-
ria tutela præfertur omnibus,Inſtit.de legi.agna.tu.rñ.j.& de At-
ti.tu.rñ.j.ipſa deficiente locus eſt quaſi teſtamentarię paternæ in
diſtincte.maternæ,ſi pupillum hæredem inſtituat, quod dic, vt
no.j̃.e.gl.ver.& ſecundum hoc expone.& ſequentibus.talem au-
tem tutelam voco quaſi teſtamentariam, quia teſtamentariæ
comparatur,ff.de confir.tu.quia a patre. quinimo quodammo-
10 do vere teſtamentaria poteſt dici,licet confirmata,†quia non cõ
firmatur niſi id quod eſt,ff.de iuriſdictio.om.iud.& quia.s̃. de fi-
de inſtru.inter dilectos.§.cæterum.ver.cum eadem.& ver. dona-
ri.ſicut ergo electio rite facta confirmanda eſt, & tenet etiã ante
quam confirmetur,ſed per confirmationem ius adminiſtrandi
tribuitur,vt patet s̃.de electio.poſtquam.& c.tranſmiſſa. & c.qua
liter.& ipſa pendente non eſt alia facienda,s̃.de electio. conſide-
rauimus.& c.auditis.nec confirmanda,ſed potius infirmanda, vt
ibi,& argumen.s̃.de reſti.in integ.c.ij.in fi.ſed potius nec prelatu
ra danda,& j̃.de conceſ.præben.c.j.& c.cum noſtris.ſic & hic di-
ci poteſt, ſcilicet quod ex quo tutor in teſtamẽto recte datus eſt,
tenet donatio,& confirmatio nihil operatur,niſi quia ius admi-
11 niſtrandi tribuit,nec eſt alia,ſi oblata fuerit admittẽda. †Ad hoc
autem,vt recte data intelligatur ex inquiſitione quatuor cõſide-
rantur.Primum eſt perſona dãtis in teſtamento.Secundum per
ſona accipientis. Tertium perſona dati tutoris. Quartum quod
pro tribunali interponatur decretum,ff.de confirma.tuto.natu-
rali.§.ſi quæratur.quando autem in primis tribus membris er-
ror nõ reperitur,iure datus intelligitur, & quartum debet ſequi,
vt ibidem,& in l.Græca,eodem tit.quæ incipit, vt neque.ibi,ſunt
quidem recte dati tutores ſecundum teſtamentum,id eſt quibus
oportet,& quomodo oportet,& vbi oportet.ergo tales teſtamen
tarij iudicantur,ff.de teſtament. tut. l.iij. ergo ſunt legitimis præ-
ferendi,vt patet ſupra eadem gloſ.verſ.conſueuit. & ſequen.hoc
enim ſcias, quod quandiu teſtamentaria tutela ſperatur legiti-
ma,ceſſat argumen.C.de bon.poſſeſ.ſecundum tabu.l.j.& eſt ex-
preſſum, ff.de teſt.tu.ſi quis ſub condi.& dic teſtamentaria,i.ex te
ſtamento proueniens.Sed nunquid ſpes eſt talẽ eſſe confirmãdã?
Vtiq;,& certa ſpe,niſi iudex velit iniuriari,vt patet ĩ eo, quod no.
s̃.eadem glo.verſicu.ſed nunquid mater.fit ergo gratia,ſi confir-
matur iniuria,ſi non confirmatur, ſicut conſueuit notari in po-
ſtulatione,



ſtulatione.s̃.de poſtula.præla.bonæ.j. s̃. de elect. ſcriptum. §.fina.
per l.ff.de aqua quotidia. & æſti.l.ij.§.penultimo.in fi.ſi tamen iu
dex aliquam legitimam tutelam admiſerit & dederit, ceſſabit
hęc quaſi teſtamentaria,& ſic poteſt intelligi. C. qui da. tu.poſ.ſi
ſororis tuæ. ſimile habetur in repræſentato ſecundo a patrono
laico,infra de iure patro.paſtoralis, & ſecundum hoc expone ꝙ
in dicta l.ſi ſororis. dicitur, patruo conſtituto,id eſt a iudice da-
to,tutor datus eſt,ſcilicet in teſtamento matris, vel etiam patris,
cuius pupilli emancipati erant,quamuis & aliter legi poſſit. Sed
& ſi videatur iudici, nihilominus addet quaſi teſtamentarium,
non dico tutorem,vt domini exponunt, ſed curatorem, vt dicit
textus,C. de teſta.tu.ſi pupillorum.C. de confir.tu. ſi vt proponis,
12 quia habẽti † tutorem non datur tutor,vt in dicta l.ſi ſororis.nec
video quare glo. debeat fieri contra textum, verum ſi ab extra-
neo datus ſit iudex, examinabit quem præferat, & arbitrarium
erit,argumen.ff.de confir.tu. ſi patronus.& l.tutores. Et idem vi-
detur in curatore a patre vel matre dato,ff.de cura. fur. ſi furioſo,
& ſecundum hoc poteſt intelligi,ff.de confir.tu.mulier. in fi.qua-
ſi teſtamentaria vero deficiente, omnino locus eſt legitimę,& le
gitima deficiente datiuæ, & hoc videntur voluiſſe notare com-
pilatores legum, quia primo poſuerunt rubricam de teſta.tu.tan
quam primam & omnibus præferendam. Secundo de confir-
mando tutore, ſubaudi quaſi teſtamentario tanquam ſecundã.
Tertio de legitima tutela tanquam tertiam. Quarto tractaue-
runt de datiua tanquam poſteriore, vt patet in ff. & C. de teſta.
a tu.& titulis ibi immediate ſequentibus. Ordo.[a] † autem iſte con
13 ſiderandus eſt, vt & ius videtur facere, & priora primo loco, &
poſteriora in ſecundo ponenda ſunt, vt C. de nouo Co. fa.l.vni-
ca.poſt medium.ibi,ita tamen vt ordo temporũ &c. vt in Auth.
de hære.& fal.§.inordinatum.coll.j.& ar.s̃.de maio. & obe.ca.j.&
c.ſtatuimus.attamen ſequens Io.dominum ſuum.no. contra,di-
cens,quod legitima præfertur quaſi teſtamentariæ, argu.ff.de his
qui no.infa.furti.§.j. & ff. de verbo.ſignifi.l. lege obuenire.Inſtitu.
quibus mo.teſta.infir.§.poſteriore,& ad idem, ff.de teſta. mili.Ti-
tius.in Auth.de defen.ciui.§.interim.coll.iiij. Sed hæc argumen.
nimis generalia & brocardica & remota ſunt a materia iſta, &
forſan aliter ſenſiſſent,ſi diligẽter ſupradicta omnia attendiſſent,
hanc autem glo. occaſione cuiuſdam cauſę, quæ de facto Lug-
duni accidit, duximus compilandam. [Cauſam.] al.non eſt in
tex.inter conquerentem & pupillos dato eis tutore, vel curatore
ad litem,vt patet in eo quod no.s̃.§.j. nam mater conueniri nõ
poteſt,vt s̃.eod.§. Sed quis dabit tutorem? Iudex ſuus per delega-
tum admonitus, & ipſo negligente etiam delegatus dabit cura-
torem ad litem, argu.in eo quod legitur & no. s̃. de offic.de lega.
paſtoralis.§.penul.& fi. [Et cętera.] ſ.iuxta priorum continentiã
literarum.ſi.j̃.eod. ſignificante. in fi. nec remittitur cauſa ad pri-
mos iudices,quia cum conſtet ꝙ ſemel matrem grauauerint,prę
ſumitur ꝙ de facili grauarent filios,arg.s̃.de præſumpt.mandata.
cum ſuis concordantiis.Sed nec vult papa cognoſcere, quia for-
ſan nimis grauarentur pupilli,nec in cauſa, quam ſemel delega-
uit,iuſticiam denegare,ad hoc, ff.de iudi.vbi,& eſt hæc ratio,qua-
re etiam contra pupillos(& ſi cauſa ipſorum non omnino in iu-
dicium deducta ſit)aliis delegatur.

ADDITIO.

a ¶Ordo rubricarum conſiderandus eſt.Adde plene per do. Iaſonem May.
in rubrica de actio.Inſti.

*SVMMARIVM.*

1 *Quod per imprudentiam iudicis eſt actum actori obeſſe,non debet.*
2 *Papa eſt cunctorum iudex.*
3 *Hæc decretalis pertinet ad tertiam partem rubricæ.*
4 *Vindicta debet ad principem peruenire.*
5 *Iudex non debet dubitare,ubi non eſt dubitandum.*
6 *Relatio plene,& non ſemiplene,eſt facienda.*
7 *Verbum teneatur neceſſitatem importat.*
8 *Iuriſditio ſine exercitio plerunque habetur.*

## CAP. LXVI.

INtimaſti. [Hoſpitalariis.] contra quos inqui-
ſitio facta erat ſuper quibuſdam ex
ceſſibus,de quibus fuerãt infamati. j̃. de acc.qualiter.ij.
[Relationem.] in relationibus diligenter attende,vtrũ
relatio facta ſit partibus conſentientibus,vel ſaltem non appellan
tibus,vel vtrum fiat alterutra partium ꝯdicente,vel appellante,in
primo caſu,ſ.quando partes conſentiunt,vel non appellãt, ſtatur
ei,& ſic poteſt intelligi.j̃.de pur.ca.cum dilectis.§. his igitur.ver.j.
& terminus in ea præfixus ad cõparendum coram ſuperiore pro
peremptorio eſt habendus, ſicut & dicitur in termino appellan-
tibus aſſignato.s̃.eo.ſępe.§.quia tamen.in ſecundo vero caſu,quã
do.ſ.poſt appellationem facta eſt, nõ creditur ei niſi ex aliis actis
ſiue circũſtantiis roboretur.ii.q.vj.biduum.C.de rela.l.j.Sed ſi fiat
relatio vna partium abſente,etiam adhuc non videtur relationi
credendum,niſi alia probatio adſit,termini tamen aſſignatio be
ne valet, vnde & parte contumace amplius non citata,procedet
ſuperior ſicut & iudex,qui retulit, procedere poterat contuma-
cis abſentia non obſtante, ꝙ ſi pars quam iudex inferior retulit
contumacem,veniat coram ſuperiore papa vel alio,& dicat, do
mine,nunquam fui contumax,ſed appellans receſſi ab eo,& cau
ſam appellationis obtinui a vobis aliis committi : tunc ſuperior
ſi verum ſit,quod commiſerit,non credet relationi, ſed partes re
mittet ad iudicem ſuper appellatione obtentum, qui cognoſcet
de appellatione:& an quicquid factum eſt poſt appellationem
ſit reuocandum, vel non, vel etiam ipſe ſuperior, ſi maluerit, de
his cognoſcet, quia bene licet ei iuriſdictionem delegati ſui re-
uocare,ff.de iudi.iudicium ſoluitur, tamen totus proceſſus dele-
gati ante reuocationem commiſſionis habitus erit ratus,argum.
s̃.de reſti.ſpo.audita.§.j. ſuperior vero non ſolum expreſſe poteſt
reuocare commiſſionem per eum factam, quinimmo ſi ex cer
ta ſcientia incipiat de negocio cognoſcere, vel alii hoc commit
tat,hoc ipſo commiſſionem alij prius facta videtur tacite reuo-
care,argumen. infra. de conceſſio.præben.quia diuerſitatem. §.
primo.Sed & ſi iudex relationis cauſam remiſſam, quæ iam in-
ſtante parte appellante alij commiſerat, vt de appellatione co-
gnoſceret, iterum poſtmodum committat alij, & propter hoc
inter ipſos iudices de iuriſdictione ſit contentio. Dicunt quidam
quod ſopienda eſt ſecundum tenorem Decret. ſupra de reſcrip.
paſtoralis. Alij dicunt,& (vt videtur) melius, quod ad hunc iudi-
cem, cui commiſſa eſt cauſa relata, nihil aliud pertinet cogno-
ſcere,niſi an cauſa appellationis prius alij commiſſa fuerit: nam
ex quo de hoc ſibi conſtiterit, debet partes remittere ad alium
iudicem,cui cauſa appellationis prius commiſſa fuit, & ad quẽ
pertinet cognoſcere, an ſua ſit iuriſditio, ſic enim in iudice ap-
pellationis obtinet,ſupra de reſcriptis.dilectus filius. ſecundo §.fi.
Sed nunquid & eodem modo iudex, qui cauſam remiſit,ſtatim
ex quo ſcit cauſam appellationis ab eo factæ alij commiſſam,
debet ceſſare & remittere cauſam ad iudicem, cui commiſſa eſt
cauſa appellationis? Reſpon.ſi ſcit, uel credit relator, quod cau-
ſa appellationis legitima ſit & vera,prudenter facit ſi ſuperſedeat
quia ſi proceſſerit,& poſtea cauſam appellationis legitimam cõ
ſtiterit eſſe veram,quicquid per eum factum fuerit caſſabitur,vt
nota.ſupra eodem,interpoſita.& extra,dominum noſtrum, eo-
dem titu.Romana.§.ſi vero. & ſequenti. Si autem indubitanter
teneat,quod appellatio eſt iniuſta,ſecuræ procedere poteſt, & eo
dem modo iudex iſte,cui cauſa commiſſa & relata eſt,ſi indubi-
tanter confidit,quod appellatio ſit iniuſta, non obſtante, quod
cauſa appellationis eiuſdem alii ſit commiſſa, ſecure poteſt pro-
cedere,& tenebit quicquid fiet ab eo, dummodo declaretur po-
ſtea per diffinitiuam ſententiam, quod appellatio facta fuit te-
meraria & iniuſta,vt not.in eiſdem cap.interpoſita.& Romana.
Hoc etiam circa relationes notandum eſt, quod quandoque fit
taliter commiſſio,vt infra certum tempus remittatur, aliquãdo
ſine certo tempore:& quandoque mandatur, vt remittatur cau
ſa ſufficienter inſtructa: quandoque vero inſtructa, vel non in-
ſtructa. in omnibus autem iſtis caſibus non eſt magna differen-
tia,quia ſemper ſufficit cauſam remittere, cum ea inſtructione,
& cum illis actis,quæ recepit iudex, & quæ partes noluerunt, &
potuerunt producere coram eo,etiam ſi non ſit plene inſtructa,
& etiam ſemper poteſt & debet relator partibus, vt coram ſupe-
riore compareant, certum terminum aſſignare, ſecundum do-
minum noſtrum.In vno tamen caueas,quod de facto mihi ac-
cidit,quia ſi papa committat cauſam alicui, infra certum tem-
pus, puta vſque ad ſex menſes finiendam, iuſtitia vel concordia
mediante, alioquin cauſam remittat &c. Si iudex, infra dictos
ſex menſes cauſam remiſerit, nihil agit, quia totum ſemeſtre
tempus datum eſt ad cauſam finiendam, & non ad relationem
faciendam: ideoque ſi infra illud tempus remiſſio facta fuit,non
valet, tum quia a non ſuo iudice fit, ſupra de iudic. at ſi clerici.
tum quia contra formam mandati facta eſt,ſupra de reſcriptis,
cum dilecta.ad finem.tum quia ſecundum dominum noſtrum
prohibitæ ſunt relationes cauſa iudicij detractandi factæ,in Au-
then.vt non expec.iudi.ſacras iuſſi,§.iubemus.collat.ix.& not.in-
fra.§.j.ſuper verbo,relaturum, niſi in caſibus ff. de offic. procon-
ſul.ſolent.& l.ſi quidem.& C.de fal.vbi falſi crimen.Et ideo quã-
tumcunque impediatur iudex procedere, nunquam valet remiſ
ſio infra hoc tempus facta,niſi de conſenſu partium fiat,ſecundũ
dominum noſtrum.Quid ergo fiet? Reſpon. abſoluendus eſt de
rigore iuris,contra quem facta eſt relatio,ſi comparuit,& ad ſuũ
ordinarium iudicem remittendus : cum cauſa non ſit in curia
per reuocationem vel appellationem, vel per alios modos, qui
non interuenerunt: nec per hanc relationem, quæ nulla eſt, vt
præmiſſum eſt:& ideo partes non aſtringit,nec arctat,argumen.
in eo quod legitur & notatur,s̃.de elect.bonæ.ij.in fi.per quod ap
paret,quod & ſi reus non comparuerit, non eſt contumax repu-
tandus.Veruntñ ſi ambæ partes inſtructæ ſufficiẽter ad diem ſibi

aſſignatum compareant coram papa,ſatis ęquum eſt,& ex mente mandati poteſt colligi,ꝙ papa cauſam audiat, vel alij audiẽdã committat, & maxime vbi reus alium iudicem non habet quã Papam:nam & ſi relatio nulla ſit, certum eſt tamen quod papa actori impetranti voluit prouidere, & ad ſe, ſi per illum, cui hoc committebat,nõ diffinietur negocium finaliter reuocare,æquũ eſt ergo, vt ex quo partes præſentes ſunt, in negocio procedat, argumen.ff.ſi certum peta. quidam æſtimauerunt,ff. de no. ope. nuncia.l.j.§.& poſt operis,& in eo quod legitur,& no. s̃. de tranſact.cap.fina.j̃.de verborum ſignificatio.intelligentia, & c.in his,
1 †nec debet obeſſe actori, quod per imprudentiam iudicis eſt actum,argumen.infra de contrahen.emptio.c.fina. & in eo quod legitur,& nota.infra de his quæ fiunt a maio. par.capitu.quæſiuit. Immo & vbi nec contra iudicem regreſſum habere poteſt, vel ei non expedit ſuper hoc litigare, eſt ei potius ſubueniendũ ex generali clauſula, argumen.in eo quod legitur & no.ſupra de reſtitutione in integrum.ex literis. Nec obſtat ſi dicat reus, modis omnibus peto remitti ad propria, quia per prædicta patet, ꝙ non cogor hic ſubire iudicium, quia poteſt ei reſponderi non eſſe indulgendum maliciis hominum,qui nihil laturi ſunt niſi vt officiant, ff. de rei vendica.in fundo.ſupra de reſcrip.plerũq;. Ex hac enim remiſſione nihil aliud ferret, niſi quandam dilationem malicioſam, cum & ſtatim ſub eadem forma poſſet cõmitti negocium, & relatione facta legitime iterum neceſſe haberet comparere in curia, & ibi reſpondere. Quid ergo ex hoc ſequeretur, niſi quod interim fugeret iudicium contra id, quod legitur & no.ſupra de præſump. nullus dubitat, & detinet forſan contra conſcientiam alienum, & ſic ad gehennam ædificaret, vt patet in eo quod legitur & notatur.ſupra de præſcript. ca. fina. & non ſolum partem aduerſam, quinimmo & ſeipſum grauaret inanibus laboribus & expenſis, contra id quod legitur & notatur.s̃.eodem,vt debitus,reſpon.j.verſi.j. æquius eſt igitur ipſum in hoc caſu ad reſpondendum & procedendum cogere,nam & partes præſentes ſunt, vt poſitum eſt, & certum eſt, quod papa,
2 †cunctorum iudex eſt.ix. quæſtione.iij.cuncta, ſupra de foro cõpeten.cap. fina. §. j. nec pro alia cauſa venit, vt ibi. & iudicium redditur in inuitum, ff. de verborum obligat. inter ſtipulantem, §.j.Iudex vero,cui prædicta commiſſio facta eſt, ſi hoc inconueniens vult vitare, prudenter debet attendere, vt remiſſionẽ non faciat, quouſque omnino lapſum fuerit dictum ſemeſtre tempus,quia illud tantum debet expendere ad cauſam ſopiendam per viam iuris vel pacis, ſicut patet in prima parte mandati quo ſemeſtri elapſo, ſi infra illud non profecerit,nullam poteſtatem habet de cœtero procedendi in negocio, vel ipſam diffiniendi, niſi ante lapſum ipſius ſemeſtris temporis fuiſſet de conſenſu partium prorogatum, ſupra de offic. de lega. de cauſis, quæ ergo ſunt partes ipſius? Reſpon.vt partes citet, quod certa die compareant coram eo ad videndam & audiẽdam remiſſionem, quam facere intendit,ſicut in mandatis recepit,& ex quo ſuper hoc partes peremptorie citatæ fuerunt, ſiue venerint ſiue non, poteſt & debet ſecundum dominum noſtrum ratione ſuæ iuriſditionis ſemper poſt terminum vſque in infinitum, niſi ab eo reuocetur mandatum, remiſſionem facere, & certum diem ad comparendum coram ſuperiore partibus aſſignare, quem & poſtea debet eis ſignificare,ſi præſentes ſint,& reperiri poſſint. alioquin hoc faciat publicari ante domum contumacis, vel in eccleſia, vt alias legitur & no.ſupra de eo, qui mit. in poſſeſ. cauſa rei ſeruan.cap. fina.in remiſſione autem quam faciet de toto proceſſu coram ipſo habito plenam debet facere mentionem, vt patet in eo quod legitur & notatur,ſupra de elec.dudum.j. §.cum autem. reſpon.i. & verſicu.j.Nec dicas,quòd iuriſdictio ipſius finita ſit per lapſum ſemeſtris temporis, quia licet hoc verum ſit quo ad cauſæ examinationem & diffinitionem, non tamen quo ad faciendam relationem, & hoc probat ſecunda pars mandati.s̃.ead.glo.verſicu.in vno tamen caueas. ibi, alioquin &c. quaſi dicat, ſi infra dictos ſex menſes cauſam non diffinieris, ipſam nobis remittas. Et ſi vis ſcire qualiter hoc ſemeſtre tempus ſit computandum, recurre ad id quod de hac materia plene no. ſupra de ſupplen.negligen.præl.licet.§.ne igitur.ſed & ſecundum dominum noſtrũ, in omnibus prædictis caſibus licet partibus ex cauſa appellare,& ſuper appellatione ſua literas impetrare, non facta mentione de remiſſione a primis iudicibus facienda, quia nec ſemper præcipitur remiſſio fieri propter hoc, quod ſuperior velit de negocio iudicare, tunc enim oporteret de remiſſione fieri mentionem, argumen.ſupra eo.vt noſtrum,ſupra de offi.de leg.ſuper quæſtionum.§.verum.verſicu.cum autem,ſed quandoque fit, quia partes non confidunt de iudicibus in diffinitione, licet confidant in cauſæ examinatione, ſupra de reſcriptis, ex parte decani. & de elect.dudum.j. ſed & quandoque expedit in vno loco inquiri de vno articulo,& in alio loco ſententiari,ſupra de electio.ſcriptum eſt, ſecundum dominum noſtrum, cuius eſt magna pars totius huius glo. & adde quod not.de hac materia, ſupra eod.ſuper eo.§.fina.[Tranſmiſiſſe.]ſcilicet inquiſitores, quibus negocium fuerat commiſſum. [Noſcuntur.] vnde patet, quòd hoſpitalarios grauauerunt, & appellare potuerunt. Sed & ex hoc patet, ꝙ relatio non tenuit,cum iuxta legitimas &c. vt ſequitur.Quinimmo & citra relationem facienda eſt copia de proceſſu, vt ſupra
3 de proba.quoniam contra falſam.Et no.quòd hæc Decret.†pertinet ad tertiam partem rubricæ, ſic enim intitulatur de appellationibus, recuſationibus, & relationibus,& æquiparantur hæc tria, ſicut enim per appellationem ſuſpenditur iudicis a quo appellatur iuriſdictio,vt patet,ſupra eod. dilectis. §. j. in fi. ſic & per recuſationem exceptis his, ſine quibus non poteſt recuſatio expediri, vt patet,ſupra eod. cum ſpeciali.§.j. ſupra de offic.de lega. ſuſpicionis. ſic & per relationem, ſecundum ea quæ infra no. ¶ Cum iuxta.] ii. pars. [Sanctiones.] C. de relationibus.l.j. & ij. [Relaturum.] in omni cauſa, ſiue ſit ciuilis ſiue criminalis,licita eſt relatio, quando fit de ſpeciali mandato ſuperioris,vel quando fit de proprio motu iudicis, & quæritur quid iuris ſit, ſecus ſi dubitetur de facto, vel ſi fiat cauſa onus iudicij retractandi, vt ff. de iudi. eum quem temere.§.iudicibus. in Authen.de iudi.§.fin. coll. vj. & vt iudices non expec. ſacras iuſſi. §. iubemus. coll.ix.
4 †debet enim ad principem vindicta non crimina, id eſt inquiſitio facienda ſuper criminibus peruenire, C. de offi. præfec.ori.l. iij.xxvij.quæſtio.j.ſi cuſtos, & capitu.ſi homo, ff. de appella. conſtitutiones, & patet,ſupra eodem ſępe. quòd ſi iudex malicioſe referat fingens ſe dubitare de iure, vbi nullatenus eſt dubitandũ, infamis fit ſecundum l. & in xxx. lib. auri punitur, C. de leg.l.ij. quam pœnam in eccleſiaſticis iudicibus non putamus locum habere, ſed potius illam,de qua loquitur & no. extra,dominum
5 noſtrum,de ſenten.& re iudica. cum æterni.lib.vj. † Caueat ergo iudex, quod non dicat ſe dubitare, vbi non eſt aliquatenus dubitandum,ſupra de reſcript. cum contingat. §. penultimo. Sunt tamen caſus, in quibus omnino facienda eſt relatio, ſcilicet in omnibus his, quæ ſedi apoſtolicæ ſpecialiter reſeruantur.s̃. eod. vt debitus. in fi. cum ſuis concordantiis, & in alio.s̃. titu.primo, de cœtero. qualitercunque autem fiat relatio conſentientibus partibus in iudice, ex quo facta eſt ipſa pendente, iuriſdictio iudicis,a quo facta eſt,ſuſpenſa intelligitur, adeo quod ſi ipſa pendente proceſſerit, proceſſus irritus iudicabitur, vt C. de appel.ex illo.ii.q.j.notum.iij.q.vj.multum ſtupeo.s̃.de poſtul. præla.bonæ. ij.§.nec nocebat, & plene no.ſupra de offi. lega. licet, ſic & pendente lite nihil eſt innouandum,s̃.vt lite penden. capit.primo,& ij.nec dilatione.pendente,infra eod.cap.j. [Pollicetur illico.]&c. quaſi dicat, ex quo dixit verbo, ego refero negocium, ſtatim tenetur partibus præſentibus facere legi relationem, vt quod ſcribitur vel approbetur a partibus, vel etiam reprobetur, vt C.de relationibus.l.j.& ij.& nihil reticeatur de oppoſitis & reſponſis,ſiue qualitercunque propoſitis, ſed omnia & ſingula per ordinem ex
6 primantur,quia plene†non ſemiplene eſt relatio facienda, vt patet.s̃.de elec.dudum.j.§ cum autem. in princi. adeo enim plene in relatione omnes cauſæ comprehendendæ ſunt, ita prope.i.iuxta modum actorum, vt recenſione, id eſt iterata examinatione non ſit opus, C. de relationibus. l. fina.ſi igitur neutra partium contradicat,procedit bene relatio,ſed ſi contradixerit, caueat ꝙ appellet,alioquin approbaſſe videtur, & ex quo iudex reſcripſit, non poterit appellare.ij.quæſtione vj.biduum.in fi. ff.quando ap. ſit.l.i.rñ.j.& l. fina. ſed nec recipiat pars relationem clauſam atq; ſuſpectam, aut ſi ſuſceperit, imputet ſibi nec aperiat, alioquin de cœtero non poterit contradicere actis illis,vt s̃. de offi. de lega. cum olim magiſter.§.ſane. & §. fi. [Exemplum.] ne quid poſſit mutari.& per manum tabellionis publicatum vel aliarum duarum perſonarum honeſtarum, vel ſaltem ſigillo authentico ſigillatum,vt patet in eo quod legitur & nota.s̃.de probationibus, tertio.& capitu.quoniam.s̃.de teſtibus.cum a nobis. s̃. de fide inſtrumen.cap.j.& ij.Quid ſi ſigillum ignotum ſit? Si partes ſtant ei coram ſuperiore, bene eſt.j̃.de pur.ca. cum dilectus. §. his igitur, alioquin eſt probatio facienda,vt s̃. de fide inſtrumen. quod ſuper his.s̃.de cleri.peregrinan.capi.j.cum ſuis concordantiis.Quid ergo ſi altera partium tantum præſens eſt? Arbitrarium erit, & ſic poterit iudex,ſi ſibi videatur, conſiderata qualitate perſonę & negocij,de quo agitur,recepto iuramento partis, quod talis relatio facta fuit,ipſum admittere, argu.s̃.de iureiuran.ca.fina.& s̃.de procuratoribus,ex inſinuatione,& cap.in noſtra, & imputet ſibi pars, quæ non venit, argumen.s̃.eodem ſæpe. extra, dominum noſtrum, de electio. ſtatuimus, ſed & multum cauere debet iudex,ne nimis properet, argumen.in eo quod legitur & no.s̃.titu. j.cum Bertoldus.§.poſtmodum, & ne quid falſitatis poſſit confingi,vt patet in eo quod legitur & no.s̃. de dolo & contumacia. cum olim Daniel.& s̃.de reſtitut. in integrum.ex literis.[Edere.] poſt quam editionem non poteſt ſe intromittere, ſicut nec poſt apoſtolorum traditionem, vt no.ſupra eod.cum ceſſante.ver.&
7 ſano vſus conſilio. † [Teneatur.] partibus inſtantibus, ſic enim neceſſitatem importat,argumen.xiiij. queſtione j. quod pręcipitur & idem eſt ſi altera partium tantum inſtat, ex quo conſenſerunt tam iudex q̃ partes relationi faciendę,argumen.C.de actio. & obli.



& obligatio.ſicut in initio. Quid ergo ſi vna pars conſentit, alia non? Videtur quod iudex poſſit pœnitere, quia adhuc non fecit relationem,ſed facere noluit,argumen.ff. rem ratam habe. amplius.Quid ſi iam edidit partibus, & poſtea partes conſentiunt, quòd cognoſcat iudex,nec procedat relatio? Locus eſt pœnitentiæ,dummodo & iudex conſentiat,argumen.ff.de pactis.ab emptione.infra de regu.iur.cap.j.& idem videtur quouſque ſuperiori fuerit relatio præſentata,vt ſupra de poſtula.prælato.bonæ.ij §. nec nocebat. Sed contra,ſupra de offic.deleg.ſignificantibus.Solu.aliud hic,aliud ibi: hic enim ſuſpenſa eſt iuriſdictio per relationem,qua ceſſante reſumit vires,ſicut patet in appellatione,ſu
8 pra eodem.directe. † plerunque enim habetur iuriſdictio, ſine exercitio,vt patet ſupra de reſcript.paſtoralis.in fine.ibi vero non eſt ſuſpenſa iuriſdictio, immo expirauit omnino: vnde non eſt mirum, ſi ſemel extincta non reſuſcitatur, ff. de ſolutio. qui res §.ſi aream.nam & priuatorum conſenſus &c.vt legitur, & notatur,ſupra de foro competen.ſignificaſti aliud ergo in iuriſdictione ſuſpenſa,vt hic, aliud in extincta,vt ibi. ex quo autem relatio ſemel edita & tradita eſt partibus, altera ipſarum inuita, vel etiã iudice,pœnitentiæ non eſt locus,vt hic colligitur in primis iuribus,& s̃.de offic.lega.licet.de cæteris dic,vt ibi nota.& in ſumma eo.titu.ſub rubrica,de relationibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Quis in ſuo poteſt edificare vſque ad cœlum.*
2 *Dilationes cauſa cognita & præſentibus partibus dandæ ſunt.*
3 *Officium iudicis conquieſcit pendente dilatione.*
4 *Multa per patientiam tolerantur quæ alias non tolerantur.*
5 *Iudex poteſt,& debet officium ſuum impendere.*
6 *Iudex recuſari non poteſt ſi ſemel in eo,quis conſenſit.*
7 *Procurator excedens fines mandati non nocet domino.*

## CAP. II.

Significante. [Epiſcopo.] exiſtente in poſſeſſione,vel quaſi faciendi ſtalla,vbicunque vellet. de qua infra, agitur ad vendendas carnes. Sed decanus & capitulum Magdunen. ipſum ſuper hoc conuenerunt coram iudicibus delegatis, vt infra ſequitur.[Ipſum.] ſcilicet Aurelian.epiſcopum. [Dicebant] ſcilicet decanus & capitulum. ſic conſtrue.[Non debere carnifices vendere alibi quam in ſtallis.] &c. ſcilicet infra villam Magdunen.forſan iſte decanus & capitulum hanc villam habent communem cum epiſcopo,vel vtraq; pars habet, & percipit ibidem certum quid ſeu certa iura. Item quæ decanus & capitulum ius faciendi ſtalla hæc, ſiue macellum aſſerebant ad ſe inſolidum pertinere: ſic enim hæc obtinuerant ab antiquo, quia nullus vẽdiderat carnes,niſi in ſtallis eorundem, & ipſi certum quid percipiebant pro quolibet ſtallo: ſicut & de furnis & molendinis occurrit quotidie,ꝙ aliquis dicit,quod habet ius, coquendi & molendi per totam villam inſolidum,ideſt quod omnes debent molere in molendino ſuo,non alibi, vnde & ſi quis aliud molendinum ædificauerit,ſtatim orietur quæſtio. ſic & epiſcopo iſto ædificante oppoſuerunt ſe decanus atque capitulum, vt hic patet,licet autem ſuper hac materia multa notata ſint, tamen ſi res, & perſonæ ſint liberæ,non videtur, quod ſolum tempore talis ſerui
1 tus acquiratur quantum ad hoc,vt alius valeat prohiberi,† nam in meo poſſum ædificare nõ obſtante prohibitione cuiuſquam, vt C.de ſerui.altius.& ſi hæredibus.etiam vſque ad cœlum, ff. de ſerui.l.fina.ff.quod vi aut clam.l.fin.§.penul.licet etiam is, qui aſſerit, ſibi hoc longo tempore competere, prohiberi non poſſit vſu ſuo vti,ff.ſi ſeruitus ven.ſi quid diuturno. & ff. de aqua quotidia.& æſti.hoc iure.§.ductus aquæ.ff. de aqua plu. arcen.in ſumma.§.idem Labeo ait, cum quæritur, tamen nec alium volentem ædificare poterit prohibere, niſi hanc ſeruitutem ſibi deberi probet,vel ex pacto habito cum prædeceſſoribus: vel quia alias fuit prohibitus occaſione eiuſdem iuris,& acquieuit,poſtea præſcriptio completa fuit,& ſic poteſt intelligi C. de ſerui. & in prouinciali.& l.ſi manifeſte.argumen.C.quæ ſit long.conſ.l.j.multo fortius ſi contradictorio iudicio lata ſententia fuit,ff.de legibus. cum de conſuetudine,vel niſi dominus villæ ſit is,qui ſibi deberi hanc aſſerit ſeruitutem,argumen.viij.diſtin.quo iure.quilibet ergo liber in re libera quodlibet faciat, niſi quòd vi.ſ. dominij aut iure ſeruitutis prohibetur,ſic poteſt intelligi, quod legitur Inſtit. de libertinis.§.j.licet etiam acquiſita ſit ſeruitus in vna re,vel contra vnam perſonam,hoc non præiudicat alijs,argumen.s̃.de præſcript.auditis.& argumen.s̃.de offic.ordina.dilectus.§.penulti.& ff.ſi ſeruitus ven.loci corpus.§.competit.in vna tamen re ſeruitus cum indiuiſibilis ſit,non poſſet pro parte acquiri,& pro parte nõ ff.de ſerui.pro parte.& l. viæ. licet & ad certam partem fundi reſtringatur quandoque,vt ff.de ſerui.l.v.§.j.& l.ſequenti.[Non debere,] cum ergo hoc aſſererent,ad ipſos pertinebat probatio,nec debuit epiſcopus, qui conueniebatur, prohiberi vti poſſeſſione ſua per ius etiam commune approbata,quouſque decanus & capitulum intentionem ſuam fundaſſent, quod non poterat fieri lit.non conteſta.vt j̃.ſequitur.& probatur s̃. vt lite non conteſta. cap.j. Quid ergo ſi epiſcopus ageret contra decanum, & capitulum,dicens quod hoc ſibi licebat? Tunc non licet epiſcopo, de nouo ædificare eadem ratione,quia per cõuentionem facti ſunt poſſeſſores,ff.ſi ſerui.vend.ſicuti.§. ſed ſi quæritur. & patet in eo, quod legitur & notatur,s̃.de probationibus.ex literis.§.j. & adde quod not.in ſequenti gloſ.[Conueniſſent, ] dicebat enim decanus, quod male faciebat epiſcopus, quòd in ſtallis ſuis carnes vẽdi faciebat,vel quia carnifices ſiue macellarios ſuos alibi quam in ſtallis decani carnes vendere permittebat: & nitebatur decanus de conſuetudine,vel priuilegio ſpeciali,vt not.infra,de verborum ſignificatio.abbate.infra de exceſſione prælat.accedentibus, ad fin.vel forte agebat decanus poſſeſſorio,interdictum vti poſſ. proponẽs,moleſtabatur enim ſi quis de terra in alio loco quam in illo, in quo ius habebat carnes vendere præſumebat, vel agebat confeſſoria,argumen.ff.de ſerui.quotiens.j.§.fina.hæc tamen petitio videtur contra ius,C.de monopolis.per totum.Solu.illud loquitur,quando fraudulenter homines pacta faciunt, quod nõ liceat alijs vendere, vel quòd alios non inſtruant in aliqua arte, quod non licet.vt ibi,hic vero nihil fit fraudulenter,ſed ex priuilegio agitur,vel conſuetudine ſpeciali, vt dictum eſt,vel illud nõ eſt licitum de perſonis,vel rebus,ſed de loco,in quo fiat venditio, & non alibi bene licet paciſci,vt hic, ſecundum dominum noſtrum,cuius eſt mens totius huius gl.& adde,quod not.in præcedenti glo. ¶ Petentibus.] ij.pars. [Poſt citationem] i.poſtquam epiſcopus citatus fuit,argumen.s̃.de offic.delega.gratum,ſed certe nec ante,nec poſt debuit priuari epiſcopus poſſeſſione ſua.vnvnde ſicut aliqua ſtalla fecerat,& ſic in quaſi poſſeſſione faciendi erat,ſic & alia facere poterat,quia & lite pendente non erit ſuper hoc moleſtandus,vt patet in eo,quod legitur, & notatur s̃. vt lite pendente.capitu.j.& patet in eo,quod nota. in duabus ſequenti. glo.[In ſtallis aliis,] quam in ſtallis decani, & capituli, vel per alios carnifices,quam per ſuos,ſecũdum dominum noſtrum, ſed inepta & nimis præpoſtera eſt petitio, cum de hoc ſolo inter eos litigetur.quare ſi admitteretur,reputaretur negocium diffinitũ, vnde videretur dicere,ꝙ primo detur diffinitiua ſententia, & poſtea conteſtabitur lis,& demum cognoſcetur, vtrum bene, vel male fuerit diffinitum, ideoque non ſunt aliquatenus audiendi, argumen.ff.de iuriſdictio.omnium iudicum, iuris ordinem. in prin.& patet in eo,quod legitur,& notatur,s̃.de reſcript.cauſam quæ. [Quod per eum] ſcilicet epiſcopum.[Reuocarent.] deſtruẽdo bancas carnificum,argumen.ff.de aqua plu. arcen. ſi vſusfructus.§.fi.& male petebant, nec enim prohibendi ſunt alij etiam lite pendente noua facere,dum tamen fiant ſine iuris præiudicio alieni.ſufficit enim, quòd aduerſarij non interſit, argumen.ff. ſi ſeruitus ven loci corpus.§. in confeſſoria. ſecundum dominum noſtrum,& l.ſicuti.§.ſed & ſi quæritur.verſi.in ſuo enim. Alij hactenus facere licet,ff. de aqua plu. arcen.leg.j.§. de eo opere. & ſequenti.& §.denique.[Pro parte.] verſicu.[Ipſius,]ſcilicet epiſcopi.[Quod cum lis] idem eſt,& ſi eſſet conteſtata, ſecundum dominum noſtrum,vt in ſequenti glo.[Præſertim,] ideſt maxime quia nec poſt litem conteſtatam debet epiſcopo, qui conuenitur,antequam diffinitum ſit ſua probatio turbari, vt patet in eo, quod not.ſupra eodem capitu. reſponſo.j. ad finem, quinimmo & in hoc caſu de eo opere, quod etiam poſt litem conteſtatam, factum eſſet nouo iudicio agendum eſſet, argumen. ff. de aqua plu.arcen.hactenus.in fi.licet ſit agumen. contra. in eodem titu. l.ſi tertius.§.officium.[Imploratio ] ſignant quidam. argument. contra.ſupra de offic.iudic.capitu.ſecundo.Tu dicas, quod eſt ſi. ſi enim intelligas,quòd hic proponatur officium iudicis loco actionis planum eſt,quòd neceſſaria eſt litis conteſta.& diffinitio. ſi vero imploratur officium iudicis deſeruiens actioni,& illud litis conteſtationem requirit,quia nec nude deſeruiet actioni.Sin autem intelligas iſtud de iudicis officio, quod de plano imploratur, hoc non poteſt eſſe,quia illud non imploratur, quo ad hoc, vt principalis quæſtio dirimatur,ſed circa acceſſoria tantum.hic autem imploratur ad dirimendam principalem quæſtionem. nam de hoc quæritur,vtrum epiſcopus poſſet facere vendi carnes in alijs ſtallis,quam in ſtallis decani, & capituli. vnde ſi hæc admitteretur imploratio,iam eſſet principalis quæſtio terminata,& ſic nullo modo contradicit,ſicut & poteſt colligi ex his,quę ibi notantur,& adde quod notatur in ſequenti gl. [Nõ habebat] ſubaudi,tu ſuper principali, in multis autem alijs caſibus etiam ante litis conteſtationem iudicis officium locum habet: puta ſi quis impediat partes citatas præſentare ſe coram iudice, s̃.de officio delegati.capit.j.vel vt pars. contumax puniatur, s̃.vt lite non conteſta.tue.& in multis alijs,quæ colligi poſſunt.Inſtitu. de officio iudicis.§.j.& ſequenti.& ſupra.de officio iudicis,capit. ſecundo, & in ſumma eodem titulo. Sed & quicquid ſit in prædicti

caſibus.hoc ſemper verum eſt,quod quamuis ius vnius partis,vel
vſum ipſius iuris non debeat iudex parti alteri concedere,vel de
hoc ſe intromittere, poteſt tamen litigator iniuriam , & violen-
tiam repellere,& ex officio cohercere. ſecundum dominum no
ſtrum,cuius eſt mens huius gloſſæ ad hoc ff. de vſufruct. æquiſſi-
mum.C.de iud,nullus.[Adijciens.] verſic.ſcilicet epiſcopus.[Iu-
2 dicibus.] Nota † dilationes [a] cauſa cognita, & præſentibus parti-
a bus eſſe dandas,3.queſtione 3.§.ſpacium.verſi.a iudice.& de hoc
notatur s̃.de dilationibus præterea.[Et quantum.] verſi. [ Ad il-
lam diem] id eſt aſſignationem illius diei.[Solutum]fuit enim
facta hæc imploratio officij pendente die ad deliberationem ſu-
per libello dato, ſecundum dominum noſtrum,ſed non debuit
fieri,quia iudicium, ſicut dicit ſolutum erat , & interim illo die
pendente ſuſpenſum,vt j̃.nota.in ſequenti gloſſa.& ſupra capitu.
3 proximo.[Præuenire,] quia † pendente dilatione iudicis officiũ
conquieſcit,niſi partes conſentiant,vt patet in eo,quod hic dici-
tur,& j̃.§.finali.& ſupra,de dilationibus.ſiue pars, vel niſi ex cau-
ſa mutetur dilatio,& ſic non obſtat,ff.de arbit. qualem.§. dicere.
alias eſt l.in fine.argumentum.ff.de re iudicata,quod iuſſit. & ſu-
pra eodem,cum ceſſante.ſecundum Vincen.Vel dic,vt not.in ſe
quenti glo.[Partem aduerſam] in eius præiudicium, quod eui-
denter patet , ſi imploratio admittatur . [ Abſque conſenſu par-
tium,] niſi incontinenti,vel ex interuallo in præſentia partium
cum nullius interſit,& ſic poteſt intelligi,ff.de arbi.qualem.in fi
ne.& alia iura ſimilia ſignata.s̃. in præcedenti gloſ. ſinautem in-
terſit,non licet ſine conſenſu eius, cuius intereſt, niſi & de inter-
eſſe ſatisfaciat,argumentum.ff.de interroga.actio.de ætate.§.fin.
ff.de conditio.ſine cauſa.ſi pecuniam,& l.dedi.& ſic poteſt intel-
ligi,quod hic dicit.& C.de dilationibus. ſiue pars. Alij dicunt, ꝙ
vbi non conſenſerũt partes in dilatione poteſt iudex mutare diẽ
ſine conſenſu partium,vt in dicta l.qualem.& ſi.vbi vero de con-
ſenſu partium fuit data dilatio de conſenſu earundem,debet fie-
ri mutatio,vt hic,& ſi.argumentum.j̃.de regularibus. capit.j. Tu
dicas,quod ex cauſa poteſt,ſine cauſa non poteſt,vt in præceden-
ti.de facto tamẽ obtinet,quod iudices quandocunque placet di-
lationem datam prorogant, & abbreuiant etiam ſine cauſa , ſed
4 & † multa per patientiam tolerantur &c.vt j̃.de præbendis. cum
iam dudum.in fin.¶Et quia] iij.pars. [Super his,] quia non ob-
ſtante prima,& ſecunda exceptione præcipiebãt epiſcopo, quod
non faceret vendi carnes alibi,quam in ſtallis decani, & capituli.
[Non audiebant,] ſcilicet iudices,& male. nimis enim feſtina-
bant in impẽdendo officium cum adhuc locus eſſet recuſationi
& alijs declinatoriis,& dilatorijs exceptionibus, quæ ſemper an-
te lit.conteſta.proponi poſſunt,vt patet in eo,quod legitur,& no
tatur s̃.titulo primo.inter monaſterium,& de exceptionibus.pa-
5 ſtoralis.poſt lit.autem conteſta.poteſt iudex † & debet officium
ſuum impendere,ff.de edil.ædic.ediles.§.item ſciendum. Et hæc
eſt ratio quare ſequens exceptio valida reputatur, ſcilicet , quod
non poteſt procedi pendente termino ad deliberandum aſſigna
to.ſi enim lis conteſta.eſſet & aliquid noui fieret pendente termi
no,crederem,quod iudex officium ſuum impendere poſſet in ꝓ
hibendo,& in melius reformando,argumentum.xj. quæſtione.
j.quia res. Nec obſtat,C.de dilationibus.ſiue pars, quia quod ibi ,
dicitur,quòd pendente dilatione non debet iudex procedere: in-
telligendum eſt in principali,vel ſuper antiquis iniurijs, ſuper q̃-
bus eſt diffinitiua ſententia expectanda,nam ſuper nouis , vel de
nouo exortis ſatis æquum eſt,quod procedat.maxime in illis ca-
ſibus,in quibus mora periculoſa exiſtit,ff.de fer.l.j.§. finali. & l.2.
& 3.Hoc ſatis credimus, quod ſi contra epiſcopum velit decanus
& capitulum coram delegato proponere de his , quæ epiſcopus
fecit poſt citationem circa rẽ,de qua agitur bene poterit de hoc
cognoſcere delegatus, cuius iuriſdictio per citationem perpetua
ta fuit,ſupra de offic.delega.gratum.& quia non debent ad diuer
ſos iudices ire.argumentum.ff.de libe.cauſa.ſi pariter.ſecundum
dominum noſtrum,& in eo, quod legitur, & notatur , ſupra de
reſcriptis.capitulo finali,& extra, dominum noſtrum,eodem ti-
tulo,diſpendia,& quia lite pendente nihil eſt innouandum, s̃. vt
lite pendente,capitulo finali.& per totum . immo & plus nota.
hic dominus noſter,quod etiam ſi ante citationem epiſcopus a-
liquid dolo facit,de hoc ipſo cognoſcet delegatus,s̃ de ali. iudicij
mutandi cauſa facta , capitulo primo.hoc autem ſemper eſt ve-
rum,quòd in illis,quæ ante litem conteſtatam accidunt, non ꝓ-
cedet iudex ex officio, niſi libello dato & alio ordine obſeruato .
in his vero,quæ poſt lit.conteſta.accidunt, puta ſi in re petita dã-
num detur,vel violentia fiat, & in fructibus exinde perceptis, &
ſimilibus, iudex officium ſuum impendet de plano iuris ordine
non ſeruato,vt in præalle.l.ff.de edili.edicto.ediles.j.§.item ſcien-
dum,& ff.de aqua pluuiali arcenda.ſupra iter.§.officium. Alij di
cunt , & forte melius , quod licet ſuper nouis iniurijs poſt litem
conteſtatam commiſſis poſſit iudex impendere officium ſuum.
de his tamen,quæ ante litem conteſtatam contingunt non po-
teſt in modum directi interdicti , vel actionis iudex cognoſcere
delegatus,quia nec intelliguntur ei commiſſa,argumen.ff.de ar-
bitris,de his.ff.de iudi.non poteſt. & patet in eo , quod legitur , &
notatur ſupra,de reſcriptis,ad hæc ſumus.& capitu.fin.§.aut lite-
ras.& eſt hoc verum in his,quæ non veniunt ex vi actionis , ſed
noua actione opus eſt,vt in præmiſſis caſibus,& in actione ex ſti-
pulatu,& in aliis ſtricti iuris,in quibus , nec damna, nec fructus
veniunt iure actionis.ſecus autem eſt in actionibus bonæ fidei.&
in arbitrariis, in quibus per officium veniunt , non ſolum dam-
na data,ſed & fructus. non ſolum percepti ante impetrationem
literarum,ſed etiam & poſt ante ſententiam.quandocunque ta-
men neceſſe eſt expreſſe hoc peti, vt notatur , ſupra de reſtitutio.
ſpoliatorum.grauis.Comprobantur hæc.ff. de dolo. eleganter.§.
non ſolum.ff.de actio.emptio.& vendit.Iulianus.§.offerri.& §.ex
vendito.ſecũdum dominum noſtrum,cuius eſt mens totius hu-
ius glo.& C.de act.empt.& vendit.l.iiij ff.de eo,quod certo loco.
in bonæ fidei.& l.ſequenti.Tu vero dicas ſupradicta locum habe
re quo ad fructus,& expenſas,& intereſſe, & ſimilia.Ea vero,quæ
poſt citationem ſunt a partibus violenter innouata credimus, ꝙ
iudex etiam delegatus ſine libelli oblatione,& litis conteſtatione
poteſt,& debet in primum ſtatum reducere , & in melius refor-
mare,& quantum ad hoc ex quo citatio facta eſt etiam lite non
conteſta.dicitur lis pendere,vt patet in eo, quod legitur, & nota-
tur,ſupra de conſtitu.cum M.Ferrarienſis.verſicu. finali. & vt lite
pendente.capit.j.& fina.& infra,de deſpon.impube. ad diſſoluen
dum.§.penult.& fina.& de accuſa.olim.I.V.& P.§. prouiſo.Nec
obſtat,quod alii dicunt ,quod hæc & ſimilia,quæ poſt datam lite
rarum commiſſionem emerſerunt,non poſſunt videri delegato
commiſſa,vt probant concord.ſigna. ſupra eadem gloſ. verſicu.
alij dicunt,& forte melius,quia illud intelligẽdum eſt de his,quę
non tangunt cauſam ſibi commiſſam , & per quæ non contin-
git iuriſdictionem ſuam turbari,vel aliquatenus impediri.porro
vbi hæc contingunt,iuriſdictionem habet contra omnes turba-
tores,& impedientes,ac violantes vndecunque,& quicunq; ſint,
vt patet in eo,quod legitur,& notatur,ſupra de offic.delega.capi.
j.& cap.ex literis.quinimmo & omnia videntur ei commiſſa, ſi-
ne quibus iuriſdictio ſua expediri non poteſt , etiam ſi contingãt
alia negócia , & perſonas,vt patet in eo,quod legitur, & notatur
ſupra de offic.deleg.præterea,& capitu.prudentiam.§. penulti. &
fina.Quid ergo ſi impetrator citatione facta , & maxime libello
oblato ſpoliauerit reum fundo,vel eccleſia , quam petebat,nun-
quid reus ſuper hac violentia neceſſe habebit offerre libellum ,
vt ſic fiat de poſſeſſore petitor? Non puto, quòd hoc fieri debeat ,
immo iudex,cuius ex hoc iuriſdictionem impediri cõſtat adeo,
quòd tota natura commiſſionis ſibi factę,& proceſſus ſui immu
taretur,niſi hoc reduceretur in ſtatum priſtinum ex officio ſuo
iſtud de plano,& in melius reformabit,vt patet argumentum in
eo,quod legitur,& notatur,ſupra de conſtitut. eccleſia. alioquin
contingeret violentum ex dolo ſuo,& violentia poſſeſſionis cõ-
modum reportare,contra id,quod legitur,& notatur infra,de dó
nationibus.inter virum,& vxorem,& ſi neceſſe.§.j. in fine,quod
commodum non minimum eſt,ſed magnum,vt patet.inſtitut.
de interdictis.§.modum.ff.de rei vendicatione.is, qui deſtinaue-
rit.& in eo,quod legitur,& notatur s̃.de probationibus. ex literis
§.quod ſi ambarum.reſpon.j.& ſic ſequitur,quod ex quo vbi im-
peditur iuriſdictio delegati , vel alias expediri non poteſt iuriſdi-
ctionem ſuam,exercet etiam in his,quæ tangunt alias perſonas,
& alia negotia,ſibi principaliter non commiſſa ratione acceſſo
rij tantum, vt patet in eo , quod legitur,& notatur, ſupra eadem
gloſſa.verſicu.porro.& ſequentibus.multo fortius hoc poteſt fa-
cere in innouatis partibus circa rem principaliter ſibi commiſ-
ſam,quia magis videtur ei commiſſum, quam de extraneis, vt
patet in eo,quod legitur, & notatur ſupra de offi.delega.P.& G.
& de reſcript.nonnulli.§.cum autem.& cap.ſignificante. & cap.
Rodulphus.& cap.ſignificauit.[Eundem, ] ſcilicet epiſcopum .
[Appellauit]& bene: nam ante litem conteſtatam,poterat con
iudices recuſare, tertia,quæſtione. tertia. offeratur . & ante litem
conteſtatam,non poterat procedere circa principale , argumen.
ſupra de reſcriptis.ſuper literis,ſecundum B.Quod dicit de recu-
6 ſatione,non eſt ita , † nam ex quo ſemel conſenſi in iudicem ta
cite,vel expreſſe ipſum recuſare non poſſum,vt legitur , & nota-
tur,ſupra de offic.delega.ſuper quæſtionum.§.verum. vnde eo ip
ſo,quod conſenſu ſuo fuit data dilatio ad litigandum,vt ſupra.§.
j.verſicu.adijciens.non potuit poſtea recuſare,quia conſenſiſſe vi
detur , niſi ex noua cauſa. probantur hæc omnia ſupra , de offic.
delega.inſinuante, & capitu. gratum. §. finali. cum ſuis concor-
dantijs, ſecus ſi data eſſet dilatio ad deliberandum , vt in dicta l.
offeratur. ff. de iudicijs . nam tunc non videtur in iudicem con-
ſenſiſſe . [ Et licet . ] verſicu. [ Miſerit , ] quia videtur ſufficere ,
vt hic,

ADDITIO.

a ¶Dilationes cauſa cognita & præſentibus partibus dandæ ſunt.



vt hic,& s̃.titu.j.cum ſuper controuerſia.§.fi.in prin.dic, vt ibi no
tatur.[Proſequendam] qui ad certas perſonas contra inhibitio-
nem epiſcopi literas impetrauit.[Quia tamen] verſic.[Circum-
uentus] quod pro eo præſumitur,ꝙ alias honeſtus erat, argum.
s̃.de procurat.in noſtra.§. fina.s̃. de præſumptionib.illud.in fine.
ſed & de circumuentione poteſt poni exemplum,quia forſan a-
liquis dixit ei,ꝙ epiſcopus inhibitionem ſibi factam reuocabat,
argum.s̃.de reſtitutio.in integrum, ex literis. de hac tamen cir-
cumuentione non mandatur fieri fides, ſed de ſequẽti inhibitio
ne tantum,vt j̃.§.finali.[Inhibitionem ] quia expreſſe inhibuit
ei nominando ſequentes iudices , ne ad ipſos literas imperraret.
[Noluit] & caute fecit,quia ſi vſus fuiſſet, per conſequens in ip-
ſos tacite conſenſiſſet,vt s̃.de offi.delega.cum olim Abbas. & ſic
poſtea recuſare non poſſet,vt patet in eo,quod notatur s̃.eodem
§.ſuper verbo appellauit,& graue eſt ſub ſuſpectis iudicibus liti-
gare,vt patet s̃.eodem.ſecundo requiris.in fi.cum ſuis concordã-
tijs.[Sic obtentis] ſcilicet contra inhibitionem expreſſam , ſicq;
lapſus eſt annus,infra quem debuit appellationem proſequi, ſed
non obſtat,vt notatur j̃.verſi.j.[Petens] verſi.& eius petitio admit
titur,nec dicitur,ꝙ reſtituatur.immo potius innuitur, j̃.§.j. ꝙ ꝓ-
bata inhibitione quo ad proſequendam appellationem, ipſo iu-
re ſeruatur mens.& eſt ratio,quia non eſt,quod debeat ſibi impu
tari,quod dic,vt legitur,& notatur s̃.eodem. ex ratione.j̃. de pig.
ſignificante.¶Ideoque.] tertia pars. [Inhibitione.] & ſic patet,ꝙ
7 † ſi procurator excedat fines mandati,non nocet domino, C.de
procura.ſi procurator.niſi hoc ratificet,s̃.de offic.delega. cum o-
lim abbas.vbi de hoc.ſi vero non fuiſſet hoc ſibi inhibitum,ſcili-
cet ne in tales ſibi ſpecificatos conſentiret,ſicut fuit ſupra eodem
§.proximo.ſed ſimpliciter conſtitutus fuiſſet,non poſſet recuſa-
re a ſuo procuratore iudices impetratos, vt argum.hic & expreſ-
ſum s̃.de cauſa poſſ.cum olim.§.j.vbi de hoc. ideoque ſic de hac
denunciatione fides non fiat,reſtat,ꝙ oberit lapſus anni , nec o-
portet ipſum circa probationem cauſarũ appellationis amplius
laborare,ſed hac inhibitione probata non obſtat lapſus anni, q̃a
cauſa ſubeſt,vt patet in eo,quod legitur,& notatur ſupra eodem.
conſtitutus.§.intellecto.& capitulo.cum ſit reſponſo.j.& §.ſi au-
tem.& capitu.perſonas.ſed videtur,quod indiſtincte non ſit am-
plius audiendus poſt annum .nam imputare ſibi poteſt , qui talẽ
elegit,ff.de mino.cum mandato.in fine.agat ergo contra procu
ratorem,qui fraudulenter egit,vel contra eum, qui ipſum circũ-
uenit.ff.de dolo.eleganter.§.ſi dolo.ſol.procurator aut circumuẽ
tor non erat hic ſoluendo,& ideo reſtituitur actio contra aduer
ſarium.ff.de eo per quem factum eſt.l.finali.reſponſo.j.vel hic re
ſtituitur ex clauſula generali , ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur ,
ff.ex quibus cauſis maiores.l.j.in fine. argumentum.s̃. de reſtitu-
tio.in integrum,ex literis.ſecundum B.Tu dicas,ꝙ hęc oppoſitio
locum haberet,ſi contra inhibitionem expreſſam iudices elegiſ-
ſet,ſed contra ipſam veniendo domino non præiudicauit,vt s̃.in
prin.huius gloſſæ,& ideo ipſo iure ſeruatur illæſus,vt notatur s̃.§.
proximo verſi.fi.& adde,quod notatur in ſequen.glo. [Ipſius epi-
ſcopi] ſi literæ eſſent impetratæ de communi conſenſu partium
non ſuffeciſſet inhibitio procuratori facta , niſi & in aduerſarij ,
vel iudicis notitiam deuenit.hic argum.s̃.de procura. in præſen-
tia.& capitu.ex inſinuante.& ca.mandato.Sed quę fuit hæc inhi
bitio? Forſan vt ad iſtos iudices,quos obtinuit , non impetraret ,
vel quod impetraret ad alios tantum certos iudices eidem procu
ratori in ſcriptis datos , & non ad alios . Vel ꝙ non inſtaret am-
plius pro commiſſione obtinenda, ſed in curia ageret , procura-
tor autem in contrarium fecit,& inſtitit ſciente aduerſario, & iõ
non debet epiſcopo præiudicare: immo eſt ei prouidendum ſal
tem per beneficium reſtitutionis in integrum,vt notatur s̃.eo.ex
ratione,ſed videtur,quod talis inhibitio non debet epiſcopum re
leuare,quia nec in voluntate procuratoris,vel partis,eſt iudicem
quem elegerit obtinere.immo quem voluerit dabit papa,ff.de iu
di.obſeruandum.Ad hoc dicas, ꝙ ſi papa ex officio ſuo & motu
proprio dediſſet iudices,tunc præiudicaſſet epiſcopo lapſus anni,
ſed ita nõ fuit hic,immo procurator obtinuit,quos voluerit no-
minare.quicquid enim dicat ſupradicta lex obſeruandũ. de con
ſuetudine curiæ eſt,quod ſi impetrator contradictorem non ha-
bet,poſſunt iudices,quos nominauerit obtinere . ſi contradicto-
rem habet,tunc etiam dantur de conſenſu partium nominati ,
vt patet in eo,quod legitur,& notatur s̃.de offi.delega. ſuper quæ-
ſtionum.§.verum.& ca.cum olim magiſter.§.præterea.& capit.
cum.R.canonicus.§.mandamus.& de cauſa poſſeſ.cum olim.§.
j.verſi.fina.igitur propter inhibitionem factam procuratori im-
petratæ ab ipſo literæ reuocantur: propter appellationem vero re
uocatur,quod poſtea factum eſt.Vel dic & melius, quod niſi in-
hibitio fuiſſet,non intereſſet alia iuſta cauſa quare epiſcopus ad
proſecutionem appellationis reſtituendus eſt, ſecundum domi-
num noſtrum,cuius eſt mens totius huius gloſſæ. & adde, quod
notatur in præcedenti glo.& ſequentibus.[Et de præmiſſis] puta
quod iudices pendente termino ſuum officium impendere vo-
luerunt,ſiue quia prohibuerunt epiſcopum, ne vteretur iure ; ꝙ
ſibi competere dicebatur,vel etiam volebant impendere officiũ
ſuum in cognoſcendo,an epiſcopus deberet a carnibus venden-
dis prohiberi,& male volebant,quia hæc erat principalis queſtio
eis commiſſa,in qua lite non conteſta.nullatenus procedere de-
buerunt,s̃.de iudi.exhibita,vel quia pendente termino volebant
procedere ſuper eo,ad quod erat per ipſos terminus aſſignatus,ſe
cundum dominum noſtrum, cuius eſt mens totius huius gloſ-
ſæ. [Cauſis] nam probata inhibitione apparet, quod non obſtat
lapſus anni,& ita demum locus eſt probationi,quia nec ſufficit
eas proponere,niſi & veritas comprobetur,vt nota.s̃.eodem.dile
cto.§.fin.& infra eodem c.j.reſpon.j.[Vel earum altera.] cum e-
nim vtraque per ſe ſufficiat,ſufficit,quod vna probetur,vt hic. &
s̃.eodem ſignificauit.§.fi.quod dic,vt plene nota.s̃.de reſcriptis.o-
lim.§.fi.[&c.] vt ſupra de excep.dilecte.§.fi.s̃. de iudi.exhibita.ad
fi.ſi.s̃.eo.ex parte.in fine.

*SVMMARIVM.*

1 *Inducias petere ad probandum exceptiones eſt,appellantis.*
2 *Ordo quis ſeruandus in iudicio.*
3 *Sententia excommunicationis iniuſta,ſeruanda eſt & timenda.*
4 *Appellans aliquod grauamen exprimere non poteſt.*
5 *Appellans habet neceſſe probare,quod non fuit appellatio admiſſa.*
6 *Cauſa rationabilis reputatur,quando appellatio non fuit admiſſa.*
7 *Iudex licet ſciat falſum quod opponitur, licet neceſſe iudicare ſecundum probationes.*
8 *Veritatem cauſæ neceße eſt ſemper in iudicio conſtare.*
9 *Iudex & appellator ęquiparantur.*
10 *Quatuor caſus notabiles in appellatione.*
11 *Iudex non poteſt procedere niſi partibus conuocatis ante lapſum anni.*
12 *Terminus per iudicem aſſignatus vim peremptorij obtinet.*
13 *Dies interpellat pro homine.*
14 *Conditio defendentis non debet fieri durior conditione domini præter quam in ſatiſdando.*
15 *Caſus in quibus lite non conteſtata proceditur.*
16 *Iniquitas nulla debet in iudicijs tolerari.*
17 *Rigor iuris in negocijs eccleſiaſticis non eſt ſeruandus, ſed potius æquitas , & ſimplicitas.*

CAP. LXVIII.

1 INterpoſita. [Ex cauſa.] †Inducias petere ad probandum exceptiones
propoſitas.partis eſt appellantis quæ ipſas propoſuit ,
C.de temp.reſti.in inte.petendæ.C.de dilatio.a proce
dente.ſed offerre ſtatim probationes de neceſſitate iuris non eſt
partis,ſed ex ſuperabundanti,& ad cautelam hoc fit , argu.ff. ad
exhi.l.3.§.ibidem.C. quorum leg.l.2.§.j. ſufficit enim parti exce-
ptionem & cauſam legitimam proponere, quare iudex procede
re non debet,& ſi iudex admittit exceptionem , quia forſan ſcit
eam eſſe veram,& ideo nec procedit vlterius bene eſt. & bene fa-
cit ſi non grauat excipientem probationibus ſuperfluis.ſi vero iu
dex dubitat de veritate,debet dicere excipienti,ꝙ eam. alias eum
admittit,& talem terminum aſſignare ei,ad probãdum, vt infra
illum ſi uoluerit eam probet,argum.s̃.de offi.deleg.prudentiam.
§.ſexta.s̃.de teſtibus.veniens.ij.30.quæſt.v.iudicantem. C.de iudi-
cijs iudices.ꝙ ſi tempus oblatum,vel aſſignatum ad probandum
nolit excipiens acceptare,ſed potius appellare, tenet quicquid fit
contra eum.cum enim non teneat appellatio, niſi a grauamine
s̃.eo.vt debitus.& per prædicta apparet,ꝙ iudex non grauauit eũ,
ſequitur,quod nulla eſt appellatio ſua etiam ſi probet poſtea eſſe
veram exceptionem,vt patet in eo,quod notatur.s̃. eo. dilecto.§.
fina.ſecundum dominum noſtrum,niſi forſan ideo appellauit,
quod ad probandum exceptionem nimis artabat eum,& nimis
breuem terminum aſſignabat,argu.s̃.de teſtib.ſignificauerunt.§.
j.& de dilatio.capi.j.§.j. ſinautem iudex propoſitam exceptionẽ
repellat expreſſe,vel negligat admittere etiam tacite in negocio
procedendo,& ideo appellatur,tunc tenet appellatio,ſed non re-
uocatur,quod facit iudex,antequam cauſa appellationis per ſu-
periorem recipiatur,vel alij committatur, & de ipſa exceptione
coram iudice appellationis poſtmodum fiat fides , & ſic loqui-
tur hic,& s̃.c.proxim.§.fi.& c.ex parte.M.§.fi.& ca.dilecto.§.fi.&
c.cum cauſam.§.fi.& in multis alijs c. ſed dices nonne grauauit
eum iudex eo ipſo,ꝙ non admiſit exceptionem legitimam, dũ-
modo vera eſſet? Reſpon.non fuit grauamen in non admitten-
do exceptionem,ſi ipſam credebat falſam eſſe.immo fuit & pri-
ma facie præſumitur fuiſſe prudentia. & ideo in hoc caſu nõ ſta
tim reuocatur,quod fit ab iſto iudice,a quo appellatur, ſed ſi ap-
pellans probet coram iudice appellationis cauſam fuiſſe veram,
tunc caſſatur quicquid factum eſt poſt appellationem, quia tũc
præſumitur , & apparet ipſum iudicem malitioſe refutaſſe , vel
non admiſiſſe exceptionem. Sed contra,s̃.eod.ex parte. M. & ca.
ſignificauit.vbi dicitur, quod quicquid fit poſt talem appellatio-
nem,reuocatur,ideo dic,illud verum eſſe, ex quo de veritate cau
ſæ conſtat,& non ante. & hoc eſt,quod dicitur in prima,ſi eſt ita

& in ſecunda,ſi vobis conſtiterit ob dictas cauſas,ſubaudiendum
eſt enim veras,ꝙ ſi excipiens proponat cauſam legitimam offe-
rens ipſam ſe paratum probare, & iudex non admittit probatio-
nes oblatas,& ideo excipiens appellat eſto,quod falſa ſit exceptio
ſiue cauſa, tamen quicquid facit iudex poſt talem appellationē
caſſatur,quia hoc ſolo vere grauatus fuit excipiens in eo, ꝙ eius
probationes non fuerunt admiſſæ,argu.ff.de adulte.denunciaſſe.
§.fin.& quia mos ei gerendus fuit,ff.de proba.circa.s̃. de reſtitut.
2 ſpolia.capi.j.& ſic intelligitur,quod hic dicitur.† Eſt autem ordo
diligenter ſeruandus.primo enim excipiens debet proponere ex
ceptionem ſuam,ſecundo debet expectare quouſque iudex eam
repudiet,vel admittat,vel ipſa non admiſſa in negocio procedat
ſi iudex eam repudiet locus eſt appellationi, ſi vero ipſam admit
tit,iudicis eſt interrogare excipientem,an ipſam exceptionem ꝓ
bare velit, vt notatur,s̃.eadem glo.verſi.ſi vero iudex dubitat, nec
eſt excipientis probationem offerre,immo potius fugere.4.q.iiij.
capitu.primo,& ſecundo.vnde & dicitur, quod iudicium reddi-
tur in inuitum.ff.de verb.obligat.inter ſtipulantem.§.j. quare &
ſi pars offerat probationem ex ſuperabundanti eſt, vt notatur s̃.
ea.glo.in princi.ex quo tamen iudex ipſam repudiat,vel non ad
mittit,vel admittere negligit exceptionem legitimam, ipſa non
admiſſa in negocio procedendo iuſte appellatur ab eo.ſupra eod.
ex parte.M.& ca.dilecti,ſecundum dominum noſtrum,cuius eſt
mens totius huius glo.Sed & in omni caſu, ſiue exceptio vera ſit
ſiue falſa,ſiue admittatur,ſiue non:dummodo legitima ſit, bo-
num conſilium eſt,vt excipiens offerat ſeipſam exceptionem ꝓ
bare paratum,quia hoc ipſo, quod non admittuntur probatio-
nes ſuæ,grauatur,& ideo iuſte appellat,vt not.s̃.eadem gloſſ.ver-
ſicu,quod ſi appellans.& infra eodem, ſuper verbo probaturum.
& forſan facilius eſt probare hanc denegationem, quam exce-
ptionis propoſitæ veritatem,ſed & cauendum eſt, quod non ap-
pelletur,niſi tunc demum quando cauſa, ſiue exceptio propoſi-
ta,vel probatio oblata non admittitur, quod eſt cōtra quoſdam,
qui venientes coram iudice dicunt, appello ne tali exceptione ꝓ
poſita,& non admiſſa procedatis,& ſic recedunt, quod dic,vt le-
gitur,& notatur,ſupra vt lite non conteſtata,capi.primo.reſpon.
j.verſic.fi.& ſupra eodem,dilecto.§.j.ad fin.& §.fi. Quid ſi iudex
non vult reſpondere,vtrum admittat,vel non admittat,ſed ſem-
per eſſe vult in deliberando, & ſic grauat excipientem procraſti-
nando,& aſſignando multos,& diuerſos dies, & in diuerſis locis,
forſan vt excipiens vexatus laboribus,& expenſis cogatur proce-
dere,vel liti cedere,ſicut alias ſupra de reſcrip.nonnulli, ſed nun-
quam vult reſpondere? Reſpon. hoc ipſo videtur grauare, vnde
ſi tertio humiliter requiſitus,& expectato reſponſo congruo tem
pore reſpondere noluerit expreſſo tali grauamine, iuncto etiam
in appellatione,ne procedat, exceptione propoſita non admiſſa
forſan appellari poterit in hoc caſu,argum.in eo, quod legitur,
& notatur,s̃.de maio.& obed.ca.j.& de elect.cum in veteri.§. fin.
& de offi.delega.ſuper quæſtionum articulis.§.fi.verſi.j.& ij.& ca.
cum contingat,§.verum.vbi de hoc, ſed eſto, quod iudex præci-
pit reo,a quo petuntur x.quod reſpondeat libello,in quo nec cau
ſa exprimitur.dicit reus excipiendo,quod non tenetur reſponde
re,niſi cauſa debiti primitus exprimatur, petens quod iudex re-
ſpondeat, vtrum hanc exceptionem admittat,iudex nihil reſpō
det,ſed forſan dicit,quod vult deliberare, & aſſignare diem parti
bus: quo adueniente excommunicat reum in ſcriptis dicens,qa
ad præceptum noſtrum non reſpondiſti libello excommunica-
mus te.quid fiet? nam de talibus non poteſt,ſibi cauere excipiēs,
quia nec appellare poteſt a iudice, quouſque exceptionem repel
lat,vt patet ex præmiſſis, & excommunicatio lata ſtatim ligat,
nec per appellationem ſecutam ſuſpenditur,ſupra eodem.paſto
ralis.§.fina.videtur igitur, quod hæc iura iniqua ſunt, & iniuſta,
quæ excipienti beneficium prouiſionis ſubtrahere videntur: me
lius enim fuiſſet & iuſtius & rationabilius videretur, quod appel
lare poſſet,ſi hac exceptione non admiſſa procederet iudex, arg.
s̃.de offic.delegat.ſuper quæſtionum.§.finali.ff.de arbi.non diſtin
guemus.§.cum quidam.nam & quod vituperari poteſt præcaue
ri debet,ſupra de ſeruis non ord.capitu.primo,cum ſuis concor-
dantiis.Ad hoc dicas,quod ſi ſententia excommunicationis præ-
dicta iniuſta ſit,quia iuſta erat exceptio, vt patet, ſupra de libell.
3 obl.capitulo finali,† tamen ſeruanda eſt,& timenda.xj. quæſt.iij.
capitulo primo.ſed iudex ex hoc puniendus eſt & ſententia, ſi-
ne difficultate aliqua relaxāda,vt patet in eo,quod legitur,& no-
tatur j̃.de ſententia excommunicatio.ſacro. & extra, dominum
noſtrum,eo.ti.cum medicinalis.lib.vj. Veruntamen, niſi forſan
iuſtus metus aliud inducat,vt patet in eo, quod legitur, & notat.
j̃.eod.ſi iuſtus metus:propter inconueniens tale euitandum non
eſt prædicta forma appellationis mutanda, vel ad prouidēdum
alia admittenda,tum quia ſi hæc appellatio appellatione tali ex-
ceptione non admiſſa procedat,admitteretur, quaſi ſine delecta
impediri poſſet proceſſus iudicij contra id,quod leg.s̃.de do.& cō
tu.finem.cum ſuis concor.tū,quia nec poteſt mederi aliqua con
ſtitutione,quin iudex ſi voluerit,iniuſte excōicetur,tū quia nedū
in iudicio ſed & extra iniuſte tota die excōicat.hoc ergo dēt ſuffi
cere ſic grauato,ꝙ & ſententia relaxetur,& iudex canonice punia
tur,vt dictum eſt s̃.ad quod & accedit, quod leg.& no.extra d.n.
de re iudi. cum æterni. & adde, quod notatur j̃. eod. reſpon.ſuper
verbo.probaturum.[Probabili]tali videlicet quæ ſi eſſet probata,
deberet legitima reputari,vt s̃.eo.cum ſpeciali.§. proceſſu. & cap.
vt debitus,§.vnico.[Probare]coram iudice appellationis.& adde,
quod no.in ſeq.glo.[Non doceat]cum ante ſententiam tantum
locum habeat, quod patet ex eo, quia quando appellatur a ſen-
4 tentia non eſt neceſſe,quod appellans aliquod grauamen expri-
mat,ſed ſufficit,quod dicat appello.ſicut traditur.ff.eod. titu.l.j.§.
fi.& l.ii. & iij. Mirum eſt,quod hic videtur dicere, ſcilicet quod ſi
coram iudice,a quo appellauit,non obtulit appellans ſe probatu
rum cauſam propoſitam,nec coram iudice appellationis proba-
re debet,& cauſam fuiſſe propoſitam,& veritatem ipſius,cum iu
dex, a quo appellatur, non debeat ferendam differre ſententiam
propter appellationem. etiam ex cauſa probabili interpoſitam,
niſi eam ſe offerat probaturum,s̃.eod.dilecto.§.j. & capitu. ſuper
eo.ij. §. fi. So. hic non dicit admittendam talem appellationem.
ſed ſi fuit admiſſus,dicitur, quid fieri debeat. Sed iterum ſic obij-
citur.ſi iudex,a quo appellatur,appellationem admiſit: non ha-
bet neceſſe poſtea iudex appellationis probationes requirere ſu-
per ea,ſed debet procedere ſuper principali tantum. Reſpon.non
eſt verum.immo ſi appellatus petat remitti ad iudicem,a quo ap
pellatum eſt. audiendus eſt: niſi appellans probauerit veritatem
cauſæ ex qua appellatum eſt.s̃.eod. vt debitus.& idem dicendum
eſt, vbi iudex appellationi detulit ſine cauſa ſecundū dominum
noſtrum,ſcilicet cogente. ſed tantum propter reuerentiam ſupe
rioris.extra d.n.eod. titu. cordi.Vel dic ſecundum dominum no-
ſtrum,ꝙ iudex propoſita cauſa probabili coram eo, & ſi propo-
nens eam ſe probaturum non offerat: tamen interrogare debet
eum an eam probare velit,vel adminus debet dicere,ego admit-
to exceptionem tuam, & ſi non inuitauerit eum ad probādum,
vel ſaltem exceptionem non admiſerit,appellet & tenet appella-
tio.ſufficit enim ad iuſtificationē appellationis, ꝙ iudex cauſam
probabilem coram eo propoſitam non admiſit,s̃.c. ex parte M.
& c.dilecto.& c.dilectus. ſed ſi proponens interrogatus nolit pro
bare cauſam propoſitam,appellatio nō eſt iuſta. in eo tamen ca-
ſu, quando proponens non obtulit ſe cauſam appellationis pro-
baturum,ſed tamen iuſtam cauſam expreſſit,quam iudex admit
tere renuit, ad eam probandam admittitur. ſed ſi poſt talem ap-
pellationem ſuper principali fertur dif. ſententia & etiam appel-
lans velit aliam cauſam probare. vel ſuper principali aliquid di-
cere,vel etiam (quod plus eſt) per acta cauſæ oſtendere iuſtā cau-
ſam,vel proceſſum,s̃.eo.dilecto. s̃. de reſti. ſpol. cum ad ſedem.§.
nobis igitur.non poteſt hoc facere: alioquin hoc exinde ſequere
tur inconueniens,quod nulla eſſet differentia ſiue offerret ſe pro
baturum, ſiue non offerret, quia ſemper poſſet probare cauſas
etiam,ſuper quibus probationes non obtulit.Eſt alia & efficax ra
tio ad hoc, vt non admittatur ad probandas alias cauſas, quam
in appellatione expreſſas. quia ſi propoſita cauſa appellationis
etiam iuſta,& nō admiſſa appellauit,& receſſit.ſed illa cauſa pro-
poſita vera non eſt,nec probatur,apparet,quod contumaciter re
ceſſit ab illo iudice,coram quo illam propoſuit,quia talis appella
tio nulla fuit.vnde nec ipſum releuare potuit eſto, quod aliæ cau
ſæ non propoſitæ ſubeſſent veræ & iuſtæ, ff. de reſtitu. in inte.di-
uus.s̃.eod.conſtitutus.j.§.fin.ſed & ſi poſtmodum comparuiſſet,
& proceſſiſſet in iudicio,videretur appellationi renunciare,etiam
ſi appellatio tenuiſſet,s̃.eod.ſolicitudinem.§.fina. nec obſtat,ſi di
cas, quod ſi ſententia lata eſſet, & ab ea appellatum etiam ſine
cauſa, tamen ex prioribus actis & nouis poſſet ſententia irritari,
s̃.de fide inſtr. cum Ioannes.§.fina.s̃.de teſti.fraternitatis,quia ap
pellans a ſententia etiam ſine cauſa contumaciter non recedit,
ſed appellans ante ſententiam niſi cauſa expreſſa etiam probabi-
li appellauerit,fingitur contumaciter receſſiſſe, vt patet in eo, qđ
legitur,& notatur s̃.ead.glo. in princip. & verſi. eſt & alia efficax,
& ſequentibus.iudex etiam,qui falſam cauſam non admiſit.licet
iuſtam cautus fingitur atque prudens, vt patet in eo, quod nota-
tur s̃.eod.cap.in prin.ſuper verbo,ex cauſa.verſi. ſed dices me gra-
uauit,& ſequentibus, ſecundum domi. no. cuius eſt mens totius
huius gloſæ.[Veram]ſic patet,ꝙ appellans neceſſe habet probare
veritatem cauſæ propter quam appellat,vt hic,& s̃.capit. prox.in
fi.& cap.ſignificauit.in fi.s̃.de excep.dilecti.in fi.dilectæ.in fi.ſigni
ficauerunt.in fi.s̃.de iudi.exhibita.§.fina.s̃ de libel. ob.c.ij.& iij.s̃.
de reſcrip. ſignificante.& duobus capitulis ſequentibus. in fi. ſed
5 †neceſſe habet probare ꝙ ipſam propoſuit, & nō fuit admiſſa,vt
hic ſequitur.& multa alia quod dic,vt notatur s̃.eo. dilecto.§.fin.
videtur tamen, ꝙ ſufficit ei probare, ꝙ ex cauſa probabili propo-
ſita & ſaltem non admiſſa appellauerit,s̃. eo. cum ſpeciali.§. ex-
ceſſu,& c.vt debitus.§.vnico.s̃.de offi.delega.cum cauſa.§.fi.ſed il-
la iura & conſimilia per hoc, quod ibi dicitur, & ſequitur. ſunt
ſupplenda & intelligenda.ſicut & loquuntur quādo ſcilicet ante
dit.ſententiam appellatur. nā ſi a diffinitiua appelletur, & iudex
appel-



appellationem non admittat,& ideo quia non admittitur, iterū
6 appelletur,hoc † ipſo ꝙ probatur non admiſſa rationabilis repu-
tatur,ff.de ap.non reci.ſi cuius.ſaluo eo,quod notatur,s̃. eo.paſto
ralis,reſpon.j.& adde,quod notatur in præcedenti glo.[Niſi hoc
ſe offerens.] quantumcunque igitur cauſa,propter quam appel-
latur,falſa ſit,dummodo ſit rationabilis, ſi quis ipſam in modū
exceptionis propoſuerit,& ſe ipſam probare obtulerit dicens ho
die conſtet,hodie agamus.ff.ut in poſ.leg.ſi is a quo.s̃.de reſtitut.
ſpol.literas.§.præterea. hoc ipſo, ꝙ probationes oblatas non ad-
mittit,iudex grauat,& eſt ratio,quia in talibus non eſt ſubtrahē-
da probatio,ſed potius ſubueniendum.C.de hæreticis. quoniam
multi.in fi.& s̃.vt lite non conteſtat. quoniam.cum ſuis concor-
7 dantijs.† Vnde & ſi iudex ſciat falſum,quod opponitur,tamē ſm̄
probationes quamuis falſas,ex quo falſitas non conuincitur, &
non ſecundum conſcientiam neceſſe eſt iudicare, vt patet, ff. de
adulte.denunciaſſe.§.fi.s̃.de teſtibus.ſicut nobis.& not.s̃. de offic.
ordi.ſi ſacerdos.Igitur ſi ideo appelletur, quia iudex oblatas pro-
bationes non admiſit,non eſt neceſſe probare cauſam exceptio-
nis primo propoſitæ, ſed ſufficit, ꝙ probetur probationis cauſæ
oblatio,& non admiſſio,vt hic dicit.& s̃.de offi.deleg.ſuper quæ-
ſtionum.§.fi.verſi.niſi contra eos.vbi de hoc.& de iudi. exhibita.
§.j. vbi de hoc. quod verum intelligas, niſi euidenter appareat de
falſitate,vt ſi offerat ſe probaturū, ꝙ Titius viuit, de quo, ꝙ publi-
ce in platea interfectus fuit,notorium eſt in terra,ar.s̃. de excep.
exceptionem.j̃.de accuſatio.euidentia.hic enim non eſſet proba
tio admittenda,cum nec confeſſio facta,non obeſſet confitenti,
ff.ad l. Aqui.inde Neratius.§.fi.& l.hoc apertius.& l.perinde.ff.de
confeſſ.qui Stichum.ff.de interrogatio.act.qui ſeruum.& l.con-
feſſionibus.& l.ſi is cuius.& l.ſi ſeruus.j.hoc igitur,quod hic dicit,
locum habet in exceptione dubia. Sed contra,quia non ſufficit,
8 quod probetur oblatio,& non admiſſio. immo † neceſſe eſt, ꝙ
conſtat de veritate cauſæ,vt s̃.titu.j. cum I. & A.§. quia vero.s̃.de
exceptio.olim. ſupra de teſtibus.ex parte Adæ. Sol. dicunt quidā
ꝙ hoc,quod hic dicitur,& in fi.locum habet,quando opponitur
exceptio dilatoria.contraria vero, quando peremptoria proponi
tur, ſed vt in dictis contrariis no.multo fortius habet locum in
peremptoria.quam dilatoria,& in vtraque verum eſt, atque ſem
per,quod veritatem cauſæ appellationis probari oportet,nam &
vbi offero me probaturum exceptionem,& non admittor & iō
appello,cauſa appellationis non eſt propoſita exceptio, & non
admiſſio,ſed probationis exceptionis propoſitæ oblatio,quod ap
pellans neceſſe habet probare,ſcilicet, quod probationem obtu-
lit, & quod quia admiſſus non fuerit appellauit. Aduerte igitur
non inſubtiliter veritatem. ſi enim proponatur exceptio dilato-
ria rationabilis,& nō admittatur,vel oblatio probationis cuiuſli
bet exceptionis propoſitæ & non admittatur. tunc ſemper man
datur,ꝙ ſi ita eſt reuocato in irritum &c. audiatur poſtea cauſa.
&c.vt in concor.ſigna.s̃.eo.ſuper verbo,veram.Patet igitur, ꝙ &
ſi appellans obtulerit ſe paratum probare propoſitam perempto
riam exceptionem,& iudex non admiſit ipſam, & ideo excipiēs
appellauit,quamuis ſufficiat iſtud probare quantum ad hoc,vt le
gitima exceptio reputetur,non tamē quantum ad hoc,vt in prin
cipali obtineat, niſi ipſam executionem peremptoriam doceat
eſſe veram, vt legitur,& notatur s̃.titu.primo,cum I.& A.& s̃.de
teſtibus.ex parte Adæ. ideoque ſiue probatio offeratur ſuper per-
emptoria,ſiue proponatur dilatoria,& non admittatur, ſemper
ſcribitur iudicibus,quod ſi eſt ita reuocato in irritum &c cogno
ſcant de principali,ſaluo eo, ꝙ quando prima litera non fuit per
petua,vel omnino eneruantur vires ipſius inſtante appellante,
& ad requiſitionem ſuam maxime appellato abſente, qui non
curauit appellationem proſequi,mandatur iudicibus, quibus cō
mittitur appellatio,ꝙ ſi eſt ita,reuocetur in irritum &c.& ſuper-
ſedeant in principali,nec vltra procedant,vt patet s̃.eo. ſua. in fi.
& de except.olim.& s̃.de reſcrip.Rodulphus.in fi. Quod ſi appel-
lans inſtet,quod committatur eis principale,ſuper hoc audietur,
vt s̃.de reſcrip.ſignificante.& c.ſignificauit.& idem fit etiam eo in
uito,quando conſtat,quod is,a quo appellatum eſt,iudex erat,&
procedere poterat,quamuis iniuſte proceſſerit,propter quod ap-
pellatum fuit,ſiue fuerit delegatus,s̃.de exceptio.dilecti.dilectæ.s̃.
eo.c.proxi.& c.ex parte.j.ſiue ordinarius.s̃.eod.vt debitus.s̃. de ex-
ceptio.ſignificauerunt.vbi vero proponitur exceptio perempto-
ria,& non admittitur,& ideo appellatur, tunc ſemper ſcribitur,
quod ſi ita eſt,proceſſus nuncietur irritus & inanis,& nunquam
committitur principale,vt s̃.vt lite pendente,c.fi.in fi.& s̃.eo.di-
lecto.in fi. j̃.de no.ope.nunciat.ſignificantibus. & ſi de ipſa con-
ſtat,nihil committitur,ſed mandatur,ꝙ in nullo procedat, vt ſu
pra eo.ſua nobis.Et eſt ratio diuerſitatis,quia aliud in peremptio-
ria,aliud in dilatoria, quia per dilatoriam differtur tantum, per
peremptoriam vero perimitur negocium principale. vnde pro-
bata peremptoria nulla reſtat cognitio, ſuper prīcipali negocio.
de his autem ſatis no.s̃.titu.primo.inter monaſterium.[Probatu
rum,] coram iudice,a quo appellauit,& adde,quod nota. in ſeq.
gl.in hoc caſu,in quo ſe obtulit probaturum,& quia non fuit ad-
miſſus appellauit, & nihilominus ſuper principali, lata eſt poſt
appellationem ſententia contra eum, debet iudex appellationis
probationes appellantis recipere.tam ſuper appellatione,vt caſſe
tur quicquid poſt ea factum eſt,quam ſuper principali, vt ſuper
illo feratur ſententia etiam ſi appellatio non valeret, nec eſt au-
diendus aduerſarius,ſi cauſa dilationis petat prius inquiri de cau
ſa appellationis tantum,cum boni iudicis ſit tendere ad finem li
tis,ſupra de dolo.finem,& s̃.de probat.licet.vbi hac ratione con-
ſiderata tā ſuper principali,quam ſuper exceptione probationes,
ſimul recipiuntur,ſecus ſi ſententia lata nō eſſet, quia tunc pars
appellata poſſet petere,quod appellans remitteretur ad iudicem,
a quo temere appellauit,ſupra eo.vt debitus,ſi vero ſententia lata
eſt,ſuper ipſa debet pronunciari.ſi conſtet, vel incontinenti con
ſtare poſſit ipſam ſententiam irritandam, vel potius irritam. pu-
ta quia conſtat,quod ex iuſta cauſa eſt appellatum,& poſtea ſen
tentia lata,quo caſu eſt pronunciata ſententia nulla fore, & hoc
habet locum in iudiciis tantum: nam extra iudicium etiam ſi
offerat cauſam iuſtam ſe probaturum,non caſſabitur,quod poſt
appellationem fit,niſi probet cauſæ propoſitæ veritatem, ſupra
de elect.cum inter canonicos.§.penulti.infra de his,quæ fiunt,a
maiori par.capi.cum in cunctis.§.primo,ſunt tamen,qui prædi-
cta non approbant,quia ſi appellatio tenuit, ſemper reuocatur,
& ſententia,& quicquid fit poſt appellationem, & ſi appellatio
non tenuit,apparet, quod appellans fuit contumax, & ſic nihil
reuocabitur,& habet locum hoc in iudiciis.vt dictum eſt, ſecus
in his,quæ extra iudicium fiunt cum ibi,non poſſint iudici pro-
bationes,& productæ non præiudicent,neque proſint, ſicut nec
confeſſio extra iudicium facta. vnde & ſi is, contra quem ap-
pellatur extra, iudicium, reciperet probationes oblatas contra
alium,puta contra aliquem,cui vult de aliquo beneficio proui-
dere,ſed appellans contradicit,non præiudicat ei,quia in iudicio
non eſt,neceſſe etiam poteſt,cum nondum ſit ei prouiſum, ſed
& ſi ad inſtructionem ſui ipſas probationes recipiat, non alliga-
tur eis,nec etiam aliis præiudicat,& idem eſt videre in ſimilibus.
Si vero aliqua ſint, in quibus non poſſit offerri probatio etiam
in iudicio,vt ſi iudex deneget tempus ad deliberandum, vel ter-
minum ad producendos teſtes,vel editionem ſententiæ,vel acto
rum,vel aliorum conſimilium, videtur, quod in his talibus te-
neat appellatio etiam ſi hoc petens non offerat ſe in prædictis ꝓ-
baturum grauamen,C.vt lite penden.l.penulti.C.eod.titu.a pro-
conſulibus.s̃.de dilat.c.j.ſupra de teſtibus,ſignificauerunt,& ante
omnia reuocanda eſt ſententia poſt talem appellationem lata,
etiam ſi non probetur alia veritas grauaminis, niſi quia petitio
ſua,quæ de iure erat,non fuit admiſſa,& eſt iuſta huius conſtitu-
tionis ratio. cum enim facile ſit proponenti grauamen probare
quod obtulit ſe illud probaturum,& imputandum eſt ei, ſi hoc
non offerat,& obtinet hoc etiam in exceptionibus declinatoriis
fori,vt ſi dicat literas obreptitias, de quo habet cognoſcere dele-
gatus.s̃.de reſcriptis,ſuper literis.§.ſi vero per huiuſmodi,& præ-
ceden.& habet locum in peremptorijs,vt in exceptione pacti de
non petendo & rei iudicatæ, & conſimilibus omnibus, quæ ta-
men probari poſſunt,ſecundum dominum noſtrum.Aliqui ta-
men dicunt contrarium,quod dic, vt legitur, & notatur,s̃.titu.j.
cum I.& A.§.j.& ij.& de teſtibus,ex parte ade.§.primo. & ſecun-
do.Secus in his,in quibus grauamen propoſitum probationi nō
ſubiacet,vt præmiſſum eſt.Tamen ſecundum antiqua iura non
videtur neceſſaria probationis oblatio,ſupra vt lite non conteſta
ta.accedens.& in multis alijs.De interlocutorijs vero no.j̃.de no.
ope.nun.c.pen.& extra d.n.eo.ti.cord.ſm̄ d.n. cuius eſt mens to-
tius huius glo. [Admiſſus,] & ideo appellauit,aliter.n.non vale-
ret appellatio,vt ſupra eodem,dilecto.§.fi. ſed & iſtud ſolum pro
bare ſufficit,quantum ad hoc, vt appellatio legitima reputetur,
vt patet in præcedenti gloſſa. ¶ Eidem quoque] ij.pars,ſcilicet ap
pellanti.[A iudice,] quia nec ſemper recipitur,vt patet,ſupra eo
dem capitu.proxim.& cap.ex parte.j. nec cogitur quilibet iudex
ipſam recipere,quod dic,vt legitur,& notatur, ſupra eodem pa-
ſtoralis,reſpon.i.[Vel ab aduerſario] ſcilicet,appellato.quantum
ad hoc ergo æquiparantur hæc duo, ſcilicet iudex & appellatus,
quia in poteſtate alterutrius eſt appellationem factam admitte-
re,vel approbare,vel non,vt hic,& ſupra eodem, ſæpe verſi.ſi for-
ſitan. igitur appellatus poteſt inuito iudice appellationem fa-
ctam contra ſe approbare, & ipſam proſequi, niſi & appellans,
re integra appellationi ſuæ renunciauerit tacite,vel expreſſe, ſu-
pra eodem,ſollicitudinem.§.fin.& cap.directe. reſpon.j. & intel-
ligo rem integram ſemper,ex quo iudex appellationem non ad-
miſit,antequam iter arripuerit: vel nuncium miſerit pro appel-
latione proſequenda.poſtea vero non.argum.s̃.eodem dilecti.&
cap.meminimus.& dummodo appellati non interſit, puta quia
occaſione proſecutionis nullas expenſas fecit, alioquin non li-
ceret renunciare,niſi ſatisfaceret appellato, argum. in eo, quod
legitur & notatur,j̃.§.j.& s̃ eodem.intimaſti. & c. cum ceſſante.
ſic igitur quamuis in inuitum reddatur iudicium.ff.de verb. ob-
li.inter ſtipulantem, nec poſſit clericus adire ſuperiorem imme-

diate etiam conſentiendo inuito proprio iudice, vt ſ.de for.com
pet.ſignificaſti.per appellationem tamen auditur, ſ.de offic.ordi-
nario.ad reprimendam.& c.paſtoralis. ſed & quantumcunq; di-
ſpliceat, poteſt iudex appellationem admittere, vt hic dicit, & ſic
per appellationem, niſi velit damnum incurrere, neceſſe habet
appellatus ſuperiorem adire, ſ.de offi.ordi.quod ſedem, niſi & iu-
dex re integra grauamen reuocet, quod dic, vt not.ſ.eo.cum ceſ-
ſante. Et not. ꝙ ad reuerentiam iudicialem denotandam dicitur
iudex admittere, & aduerſa pars approbare quantum vero ad a-
9 liud † æquiparantur iudex, & appellator: vterque enim appella-
tioni proſequendæ poteſt terminum aſſignare, vt ſ.eo. oblate.§.
j.ver.j.& c.perſonas. Eſt autem tertium, quod relinquitur ſolius
arbitrio appellati, ſ.vt ex quo appellationem approbauit, ſi hoc pe
tierit, tenetur appellator per ſe, vel per procuratorem ſufficienter
inſtructum etiam quo ad principale appellationem proſequi.ex
tra, do.no.eo.ti.cordi.§.poſt hæc.lib.vj. Eſt & quartum, quod re-
linquitur arbitrio ſolius appellantis, ſ.appellare, vel non.& appel
lationem formare, & caueat ipſe, ꝙ non erret, vt in dicto extra.
cordi.§.j.& §.penul.& ſ.eo.vbi debitus.§.vnico. Sit ergo cautus ap
pellans. Primo in appellando, vt dictum eſt ſtatim. Secundo in
offerendo probationum, vt ſic releuetur a probatione cauſæ, vt ſ.
eo.reſpon.j. Tertio vt appellationi ſuæ præfigat terminum, ne ab
appellato & in impetrando valeat ſupplantari, ſ.eod.oblatæ. §.j.
Quarto vt ex quo admittitur appellatio a iudice, vel a parte ap-
probatur. vadat, vel mittat ſufficienter inſtructum ad proſequen
dam appellationem, vel etiam ad totam cauſam, ſi hoc petierit
appellatus, vt hic dicit.& j.no. Quinto vt procurator, quem con-
ſtituerit, ſit fidelis, vt patet in eo, quod legitur & notatur, ſ.c.pro-
xi.§.fi.& j.de pig.ſignificante, & adde, quod not.ſ.eo.vt debitus.§.
vnico.verſi.j.[Approbetur.] No.valere appellationem, ex quo ab
aduerſario approbatur, ſecus ſi non approbetur, vt ſ.eod.ſæpe. ſm
do.n.tu dic, vt in præcedenti gl. [Impetrare] nec in hoc caſu cō-
tumax reputatur. [Licet pars] &c. vt ſequitur. [Super hoc] ſcili-
cet ſuper cauſa appellationis. Sed contra, ſ.eo. Nicolao.§.fi. cum
ſuis concordantijs. Sol. hic loquitur, quando appellatio non fuit
admiſſa, nec approbata, & ideo talis procurator ſufficit. illa vero
intelligitur, quando appellatio fuit admiſſa, vel approbata. vnde
talis procurator non ſufficit. immo neceſſe eſt, ꝙ mittatur ſuffi-
cienter inſtructus, vt ibi dicitur, & hic innuitur a contrario ſen-
ſu. Item contra. extra dom.no.eo.tit.cord.libr.6. Sol. ibi loquitur,
quando appellatus petiit, ꝙ appellator per ſe, vel per aliū ſufficien
ter inſtructum etiam quantum ad principale veniret, & appella
tio fuit admiſſa, vel approbata. hic autem quando hoc non fuit
petitum: & ſuppletur vnum ius per reliquum, vt ibi no. Vel not.
10 † quatuor caſus. Primus eſt quando appellatio non admittitur,
nec approbatur, & tunc ſufficit mittere procuratorem ad impe-
trandum, vt hic. Secundus quando admittitur, vel approbatur,
ſed appellans nihil petit, & tunc non ſufficit mittere procurato-
rem talem, ſed neceſſe eſt, ꝙ mittatur inſtructus quo ad proſecu-
tionem cauſæ appellationis. non dico principalis, dummodo ap
pellans appellationi ſuæ terminum præfixerit, & ſic loquitur ſ.e.
Nicolao. Tertius vbi non præfixit terminum, & tunc ſufficit mit
tere procuratorem ad impetrandum, vt ibi innuitur a cōtrario
ſenſu. Quartus vbi admittitur, vel approbatur appellatio, & appel
latus petit, ꝙ appellator vadat per ſe, vel per ſufficienter inſtructū
etiam quantum ad principale, & tunc nō ſufficit procurator ad
impetrandum conſtitutus tantum, vel ſolum ad appellationem
proſequendam. immo neceſſe eſt, ꝙ etiam quantum ad principa
le mittatur ſufficienter inſtructus, & ſic loquitur extra, dom.no.
eo.titu.cordi.& hæc locum habent in appellationibus factis ante
ſententiam, de his autem, quę poſt ſententiam diffinitiuam fiūt.
dic, vt legitur, & notatur.in eo.c.§.in his, quæ.& ſ.eod.ſæpe.§. ꝙ ſi
forſitan. Sed & in appellationibus factis a diffinitiua ſentētia ſuf-
ficit procuratorem mittere ad appellandum, alias impetrandū,
& vt videtur melius, niſi appellatio a iudice ſit recepta, vel ſaltem
ab aduerſario approbata, vt no.ſ.eo.oblatæ. nam & is, qui impe-
trat, videtur proſecutus fuiſſe appellationem, vt patet in eo, quod
legitur & notatur, ſ.eo.ex ratione.& ſ.ti.j. cum ſuper controuer-
ſiam.§.fi.& adde, quod no.in ſeq.gl.[Parata.] ſed ſi pars appellās
cum non eſt appellatio ſua recepta ab appellato, velit coram iu-
dice appellationis cauſam ipſius proſequi, poteſt hoc facere etiā
altera parte abſente, ſ.de procurat. in noſtra. ſed poteſt dici illam
decret. loqui in eo caſu, quando certum eſt fuiſſe appellatum pro
eo, ꝙ appellans non fuit admiſſus ad probandam cauſam legiti
mam, quam obtulit ſe probaturum. Veruntamen dominum n.
dicit idem eſſe, & ſi hoc non obtulit, quia ex quo conſtat appella
tum fuiſſe, iudex de ipſa appellatione cognoſcit, an ſit admitten-
da pro parte abſente. ſ.titu.j. cum ſpeciali.§.penul.& ſi ſit admit-
tenda procedet quantum poterit in cauſa principali, vbi fuit an-
te ſententiam appellatum: nam ſi poſt ſententiam, & a tempore
appellationis annus elapſus ſit, ſententia rata manet, ſecundum
ꝙ legitur, & notatur, ſ.eo.ex ratione, & c.cum ſit Romana.reſpō.
11 j.ad fin. ſi vero annus adhuc non fluxerit non poteſt iudex † pro-
cedere, niſi partibus conuocatis, vt no.ſ.eo.ſæpe.§.quia tamen.&
ſeq. ſecundum d.n. cuius, eſt mens totius huius glo. & adde, quod
no.in præceden.gl. ¶ Ille denique.] iij.pars. [Delegata.] quaſi di-
cat, ex quo ſemel cauſam delegaſſet commiſſionem factam nō
de facili reuocaret, quod dic, vt no.ſ de iuramen.calum.cauſam
quæ.reſpon.j. & vt lite. non conteſtat.accedens.ij.§. mandamus.
[Eiuſdem] ſcilicet, qui appellauit, ſic.ſ.eo.accepta. vbi de hoc. ſed
nec alia debet cauſa remitti ad eum, a quo iuſte appellatum eſt
vt ibi no.& probatur. C.de appel.eos. j.de ſentent.excommunic.
per tuas.ij.q.vj.§.fi.[Prouocauit.] quia non admittebat iudex iu-
ſtam cauſam recuſationis cōtra ipſum propoſitam. in hoc enim
caſu præſumitur cauſa diffugij appellaſſe. nam ſi nolebat, quod
procederet quare appellauit, niſi & vt negocium differretur, ideo
merito condemnandus eſt in expenſis, vt patet in eo, quod legi-
tur, & notatur. ſ.de do.& contum. finem. ſecus ſi propter locum
non tutum, vel aliud grauamen ſimile appellaſſet. hoc enim re-
moto poſſet ad eum remitti, argum. j.de præben.dilectus.iij.§.fi.
& ſ.de iudi.venerabilis.& c.ſignificauerunt.in fi.& eſt expreſſum
ſ.de exceptionibus.ſignificauerunt.§.fi.[Nō obſtante] pars enim
appellata contradicere non poteſt, cum iudex pro ipſa interlocu
toriam tulerit, vel alias partem appellantem grauauerit. vnde nō
habet de quo conqueratur, arg. 4.q.iij.§.ſi quis teſtibus.& in fauo-
rem tantum grauati, & appellantis ſtatutum eſt, quod cauſa nō
remittatur, ad quem extitit appellatum, cui ſi vult poteſt renun-
ciare, C.de pact.ſi quis in conſcribendo. j. de regula. ad apoſtoli-
cam.§.j.ver.ſi tamen, cum ſuis concordantijs [Expenſis.] ſi.ſ.eo.
repræhenſibilis.§.ſi autem. [Propter hoc] ſi.ſ. de procura.cum ꝑ
cauſa.in fi.& c.audiris.& ſ.de elect.vt prætéritæ.& ſ.eod. Nicolao.
in fin. vbi de hoc. [Condemnandus] ſcilicet, is, qui appellauit.ex
quo enim de ipſis ſatisfactum erit, non habet poſtea appellatus,
vnde conqueratur, ſi.no.ſ.eo.§.j.& ca.intimaſti. ¶ Sane] iiij.pars.
12 [Ex parte altera.] alias aduerſa. [Contumaciter.] quia non † ve-
nit ad terminum aſſignatum per iudicem, qui vim peremptoo-
rij obtinet, vt no.ſ.eod.ſæpe.§.quia tamen.ver.fi. & idem videtur
etiam de termino legis.argu. C.de temp.ap.l.fi.§.illud.ſ. eo.obla-
13 te.§.j.verſi.ſi vero.vbi de hoc, † quia & dies pro homine interpel
lat, infra de locato.c.fi.in fi.cum ſuis concordantiis, & extra do.
no.de elect.ſtatuimus.vt tamen non præcipiteur negotium, ſed
aliquantulum expectetur, prout ibi dicitur, & arg.ſ.tit.j.cum Ber
toldus.§.poſtmodum.& ſ.eod.per tuas.debet enim quæri appel-
lator ſi ſit abſens, ſed vbi? Reſpondeo. in audientia Romanæ cu-
riæ, ſeu principis, ſiue recipiatur, ſiue non, debet poſtea appellatio
nis negotium expediri abſentem ſemper in expenſis condemnā
do, ſecunda quæſt.vj.appellatore.in auth. de his, qui ingre.ad ap.
§.quia enim.colla.quinta.eodem modo examinatur appellatio,
& ſi appellator appareat parte appellata abſente, in auth.vt ſpon.
lar.§.hoc quoque ſcimus.collat.ix. aliqui tamen ſentiunt, ꝙ ab-
ſens citetur in partibus ſuis, ſed cum authē.dicat abſentem con-
demnandum in expenſis, reſtat, quòd ipſum reputat contumacē
& cum dicat ipſum quærendum citandum, cum non ſupereſt,
niſi menſis de biennio, reſtat, quod male ſentiunt, nam ſi eſſet in
Hibernia, vet ſcocia impoſſibile eſſet reuerti nuncium, infra mē
ſem alii tamen notant contra, vt patet in eo, quod no.ſ.eo.ſæpe.
§.quia tamen, & extra, dominum noſtrum, eo.titu.cordi.§. poſt
hæc.lib.vj. Et adde, quod no.in ſumma.eod.titu.§. & quæ eſt pœ-
na.debet etiam citari ſaltem in eccleſijs, vel aliis locis publicis,
antequam procedatur, quia poſſet eſſe, ꝙ ad defenſionem eius a-
liquis ſe offerret, arg.in eo, quod legitur, & notatur, ſ.de do.& cō
tuma.ca.fi.ſupra.de eo, qui mitt.in poſſ.cau.rei ſer.c.fi.ſ.titu.cum
Bertoldus.§.poſtmodum.& eſt ſi quis ſe obtulerit admittendus,
ff.de procurat.ſeruum quoque.§.publice.cum ſufficienti cautio-
ne de iudicato ſoluendo, vel vbi non poſſet committi, alias caue
ri de rato ſub certa pœna ſicut & in curia Romana ſeruatur, &
probatur & no.ſ.de offic.delega.coram.reſpon.j. defendere autē
eſt facere id, quod dominus litis faceret, ſi pręſens eſſet, nec debet
14 fieri † conditio defendentis, ſiue procuratoris durior conditione
domini, præterquam in ſatiſdando, vt ff.de procur.ſed & he.§.de-
fendere autem eſt.& l.mutus.§.quæ non cogitur.& l.qui proprio
§.qui alium.& adde, quod no.in ſequenti glo. [Abſentante,] ſed
quomodo conſtabit appellatum, niſi partibus præſentibus? Re-
ſpon.cum hic non quæratur, niſi de appellatione, nec ſuper alio
pronuncietur, periculum nullum eſt, quia ſi non ſit appellatum
de alijs non agetur. ſi vero probetur appellatio, tūc decernetur iu
ſta, vel iniuſta, & caſſabitur quicquid factum eſt poſt appellatio
nem, vel cōfirmabitur prout iuſtitia ſuadebit. & ſi forſan abſens
ob defectum probationum, vel allegationum aliquod damnū
incurrerit debet hoc ſuæ contumaciæ imputare, quia contra
abſentem, ſed non contumacem non procedetur, vt patet in eo
quod legitur & notatur, ſupra de cauſa poſſ.cap.j.& ſ.eodem per
tuas.de appellatione vero per ipſa acta conſtare poteſt, vel per te-
ſtes etiam, ex quo contumax eſt pars aduerſa, ſed non eſt reputan
dus contumax appellatus, qui non comparet, vbi non eſt appel-
lationi delatum. cum enim in hoc caſu non reputetur appellās
contumax



contumax ſi non venit, vel mittit appellationem proſecuturus
propriam, vt ſ.eo.ti.§.j. multo minus in hoc caſu debet reputari
contumax appellatus, qui nec ſuperioris iudicium prouocauit.
Alij contra, ſecundum do. no. cuius eſt mens totius huius glo.&
adde, quod no.in præcedenti glo.[Poteſt.] ver.[Super hoc]. ſ.ſu-
per receptione probationis grauaminis. [Lite non conteſtata.]
15 Hic † habes nouum caſum, in quo proceditur lite non conte-
ſtata. Alium in his, quæ lite pendente attentata ſunt, vt patet in
eo, quod legitur, & no.ſ.vt lit.penden. capit.j. & ij. Tertium.ſ.de
offi.iudi.cap.ij.ſunt & multi alij.quod dic vt no.ſ.vt lit.non con-
teſtata.quoniam.§. ſunt & alij. [Principali.] & quæ ſit ratio ſpe-
cialitatis iſtius caſus ſtatim reddit in ſeq. ver. [Quia cum.] ver.
[In hoc caſu]. ſ.quando appellatum eſt ex cauſa rationabili ante
litem conteſta. ſuper principali [Iniquitas.] ſi.ff.de mino. præfe-
cti.ſ.eo.cum ſpeciali.§.porro.ſ.titu.j.cauſam quæ.§. vnico.ver.&
ipſa ſententia.ſ.de excep. cum inter priorem. §. j. & ij. ex quibus
16 omnibus elicitur, quòd in iudicijs † nulla debet iniquitas tolerari,
vtique nec in arbitrijs ſecundum ius canonicum, quod dic, vt le
gitur, & no.ſ de arbi. cap.ij.§.fi.[Arguetur]. ſ.in cauſa appellatio
nis, quæ quantum ad corrigendam iniquitatem prioris iudicis
facta eſt principalis. [Rigor iuris.] ſecundum quem lite non con
teſtata non poſſunt teſtes produci, vt ſ.vt li. non conteſt. in ipſa
17 rubrica.& cap.j.& per totum. Et eſt argu. ꝙ † in negocijs eccleſia-
ſticis rigor iuris ſeruandus non eſt. ſed potius ęquitas, ſimplici-
tas, veritas, vt probatur ſ.de do.& contuma.c.j.ſ.de reſti.ſpo.ſępe.
ſ.de iudi.dilecti.[Perplexitas.] immo omnino ſequeretur inſolu-
bilitas, ſiue impoſſibilitas. nam ſi ponemus, ꝙ in hoc caſu non
poſſent lite non conteſta. teſtes recipi, ſequeretur omnino, ꝙ nec
cauſa principalis poſſet vnquam finiri, quia de principali cogno-
ſci non poteſt cum effectu appellatione legitima pendente, vt pa
tet.ſ.eo.vt debitus.& c.dilectis.§.j in fi. Excipe tamen id, quod le
gitur, & no.extra domi.no.eo.titu.cordi.§.poſt hęc.lib.vj. Sed nec
de appellatione poteſt fides fieri ſecundum poſitum non conte-
ſtata lite. & ſic vnum eſſet impedimentum alterius. igitur dicen
dum, ꝙ etiam lite non conteſtata poſſit fieri fides de appellatio-
ne contumacia exigente, vt ſic ipſa probata, ac determinata pro-
cedatur in principali, quod nec aliter poteſt fieri, vt ſ.eo.ex parte.
j.in fi.& ſic perplexa inſolubilitas euitatur. hac ratione conſidera
ta ponit lex ſimile remedium.ff. de condi. inſti. mulier.§.ſi quis
hæreditarium ſeruum, & decre.ſ.de reſtitu.ſpol.literas. §.propte-
rea.verſi. fina.ratione etiam perplexitatis, de duobus malis quo-
rum alterum euitari non poteſt minus malum eligendum eſt,
vt quod maius eſt euitetur.xxiij.diſtin.nerui.[Requirendus.] nec
ſequendus, immo omnino repellendus, & eſt ei ęquitas pręferen
da.ff.de regu. iur.in omnibus. ij. quod dic, vt legitur, & no. ſ.de
tranſac.cap.fi.§.fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Verbum indefinite prolatum ſimpliciter intelligendum.*
2 *Clauſula omnia quæ reſpiciat.*

CAP. LXIX.

INquiſitioni. [Tuę.] qua quæſiuiſti quid
iuris ſit, quando remouetur
appellatio in medio literarum. vtrum ſcilicet præce-
dentia tantum, vel etiam ſubſequentia complecta-
tur, vt patet ex ſequentibus. [Reſpondemus.] Hæc quæſtio ſecun-
dum omnes glo. eſt fatua & reſponſio ſuperflua. nam ſi, vt dicūt
communiter hodie, nihil operetur hæc clauſula ſicut intendūt
probare per id, quod habuiſti, ſ. eo. vt debitus, vt quid quæritur
hic & reſpondetur quæ negocia complectatur. & ſ.eod. ſecundo
requiris. vtique ſi hoc verum eſſet, quod aſſerunt non fuiſſet fa-
cienda, & ſi fieret, non erat ſoluenda hæc quæſtio. ſed potius re-
ſpondendum aut non, intelligo, ꝙ tu dicis, aut eſt tua conſultatio
nimis ſimplex. non enim eſt vis aliqua (cum nihil operetur hęc
clauſula) ad quod negocium referatur, ff.de teſtamen. Domitius
Labeo.& ſ.de ęta.& qual.vel non eſt compos. ſi dicas, ꝙ hæc clau
ſula poſita ſit cauſa exemplij, & ꝙ quantum ad ipſam non con-
ſtituatur ius, ſed quantum ad aliam quamcunque, vt ſcilicet in-
ſtruamur, quando aliqua clauſula ponitur in medio literarum,
quæ debeat complecti, non prodeſt, vel ſimilis obiectionis eua-
ſio, quia talis quæſtio ſatis determinata erat per iura infraſcripta,
& ſic ius iſtud eſſet ſuperfluum, vt patet in eo, quod legitur, & no.
ſ.eo. vt debitus. reſpon.j. ſuper verbo, ſtatuimus. Item quia bene
potuiſſet ſpecificaſſe aliam clauſulam loco iſtius, in qua eſſet vis
facienda, arg. j.de decimis.ad audientiam. vel poterat dicere in ge
nere, ꝙ quotiens clauſula in medio ponitur, &c.& ſuppreſſiſſe il
la verba, per quam tollitur appellationis remedium. Dicendum
eſt igitur, ꝙ hęc clauſula, ex quo tam ſerio ſpecificata eſt, aliquid
operatur. argu.in eo, quod legitur, & no. j.de priuile.ex ore.§.por-
ro.cum ſuis concordantiis. ſi igitur dicis, ꝙ hæc decre.vt debitus,
tanquam poſterior antiqua iura corrigit in hac parte, dicam &
ego multo fortius, ꝙ per hanc clauſulam iſtam ſpecificantem il-
la loquens generaliter corrigatur, vt j.de cogna.ſpiritu.cap.j.in fi.
Dicendum eſt ergo ipſa vi, ꝙ in multis hodie hęc clauſula ope-
ratur, qđ dic, vt no.ſ.eo.vt debitus.& c.paſtoralis.rū.j.& ſ. de mu.
pe.c.ij rū.j. vbi ēt ſimilis quæſtio formatur. [Appellationis reme-
dium.] ſic ſ.de mu. peti.c.ij.ſ.eo.nouit. & c.meminimus.ſ. de re-
ſcrip.edoceri.& c.j. Nec dicas, quod ſemper ponatur hæc ] clauſu-
la in literis apoſtolicis, quia hoc non eſt verum, vt patet ſ.de reſt.
in integ.ex literis.& c.conſtitutis.in fi.& de ar.c.ij.& iij.& c. expo-
ſita.& in multis alijs. [Literarum,] non dicit apoſtolicarum, ſed
1 ſimpliciter literarum.& ſic † verbum indefinite prolatum ſimpli
citer eſt intelligendum, vt ar. j.de teſt.relatum.ij.rū.j.& j.de priui
le.quia circa.cum ſuis concord.& ſic eſt hic ar. ꝙ quicunq; poteſt
cauſam delegare poteſt & ipſam appellatione remota commit-
tere. ſed poteſt reſponderi, ꝙ ſupplendum eſt hæc literarum, ſcili
cet apoſtolicarum per alia iura contraria, ar.ff.de teſti. quæſitum
ſcio.ſ.de of.dele.ſuper quæſtionum.rū.j.in prin. quod dic, vt no.
ſ.e.vt debitus.rū.j.ver.ille ante ſententiam. [Si ſunt plura.] Sed cō
tra, ſ.e.ſecundo requiris. Sol. illud habet locum, quando commit
titur vnum negotium, plures tamen articulos continens. hic au-
tem loquitur, quando nō vnum tantum, ſed plura negocia ſunt
commiſſa, ſm d.n. vel dic vt in ſeq.gl. [Præmiſſa tantum.] Con-
tra, quia nō eſt vis vtrum in principio, vel medio, vel in fine. ſem
2 per enim complectitur omnia, vt ſ.e.ſecundo requiris. Sol. illud
verum eſt in contingentibus, ſeu connexis. eſt enim quandoque
vnum negotium plures articulos habens concathenatos, ſicut
patet ſ.de reſcr. cum dilecta.rū.j.& §.j.& in illis habet locum cō
trarium, vt ibi no. ſecus quando committuntur plures articuli ſe
parati, & hoc eſt, quod hic præcedit. [Si ſint plura negotia ſe mi-
nime contingentia] in talibus enim quod hic dicitur locum ha-
bet. exempla patent, quam plura de vtroq;, ff.de neg.geſt.eū actū.
ff.de mino.etiam.§.j.ff.de admi.tu.l.tutore.ff.de tut.& ratio.diſtr.
l.j.§.nunc tractemus.& §.in tutela.& l.ſi tutor rei publicæ.§.j. &
ij.& l.ſi tutor poſt pubertatem.& ff.e.ti.ſi qui.§.pe.& fi. vel dic, vt
in præced.glo. [Complectitur.] de hoc non poteſt tradi certa re-
2 gula, quia ſm ꝙ diuerſi caſus quandoq; † clauſula omnia præce-
dentia reſpicit, vt hic, & ſ.de reſcrip.c.olim.§ fi.quandoq; præce-
dentia, & ſubſequentia, ff.de le.j.talis ſcriptura.in fi. & l. ſeq. & l.ſi
ſeruus plurium.§.fi.quandoq; vero quod præſumitur intelligitur
repetitum.xxxij.q.vij.apoſtolus.ff.de ver.ob.Titia.§. idem reſpon
dit. quandoque enim principium trahitur ad ſequentia, & me-
dium ad primum, & vltimum ad primum & medium. vt ſ. eo.
ſecundo requiris.

ADDITIO.

t ¶ Secundo requiris. vide ibi defectum clauſulæ, per do. Abb. & per eum
hic remiſſiue, in fine.

*SVMMARIVM.*

1 *Res inter alios acta vtrum & quando alijs præiudicet.*

CAP. LXX.

VNa ſententia. Hæc decret. ſumitur ex eo,
quod le.C. ſi vnus ex pluri-
bus ap.l.j.& ij.& ij.q.vj. ſunt quorum.ver.quandoque.
1 Ad intellectum cuius notandum eſt, † ꝙ ſententia la
ta inter aliquos, ſicut nō obeſt alijs, vt ſ.tit.j.quamuis regulariter.
vbi de hoc, ita nec prodeſt regulariter, vt C.res inter alios acta.l.ij.
Hoc tamen fallit in caſibus. Primo vbi plures ſimul & ex eadem
cauſa condemnati ſunt. hic enim appellatio, & victoria vnius ꝓ
deſt omnibus. ſi tamen iure communi nitantur non priuilegio
minoris ætatis, vel iure alio ſpeciali, & dummodo res communis
de qua agitur, fuerit corporalis, vt C.ſi vnus ex pluribus app.l.ij.&
ij.q.vj.ſunt quorum, ver.quandoq;.& dummodo idem ſit nego-
tium, vt j.ſequitur. idem eſt ſi cauſa fuerit incorporalis, & indiui-
dua. nam ſi diuidua ſit puta vſusfructus eſt, de quo agitur, tūc nō
prodeſt, ff.quemadmo.ſer.ami.ſi communem. eſt autem omnis
ſeruitus indiuidua, præterquam vſusfructus.ff.ad leg. Falci.l.j.§.ſi
vſusfructus. Quod ſi res, de qua agitur ſiue ſit corporalis, ſiue in
corporalis, non eſt communis, ſed tamen eadem cauſa defenſio
nis eſt, puta duo conueniuntur ex eadem tutela, vel geſtione, vel
ſocietate, & vterq: ceſſit, tunc victoria vnius prodeſt alteri, vt j.ſe-
quitur. Sin aūt cauſa defenſionis diuerſa eſt, puta vnus ceſſit, & al
ter non geſſit, tūc non prodeſt, vt ff.e.ti.ſi qui tutorio noīe.§.fi.C.ſi
vnus ex pluri.ap.l.j. ſed & ſi habeāt adminiſtrationes diuerſas, tūc
appellatio, vel ſnīa vnius ſibi alteri non prodeſt, ar.C.de diuer. re-
ſcrip.l.j. Secundo fallit in cauſa indiuiſibili. puta in ſeruitute, vt ſ.
no.ver.idem eſt.& probatur, ff.ſi ſeruitus ven.loci.§.ſi fundus. Ter
tio in extraneo intentante querelam inofficioſi, quia nemo eum
repellit. is enim ſi aliquo caſu obtineat, prodeſt omnibus his, qui
ab inteſtato vocantur, ff.de inoffic.teſta. poſthumus. §.ſi quis. &
no.ſ.ti.j.quamuis regulariter. [Illius victoria.] ver. [Iure] vt ij.q.vj.
ſunt quorum.verſi.quandoq;. [Si communi.] ver.ecce primū qđ
requiritur [Iure] aliud in ſpeciali.ij.q.vj.§.ſunt quorum.ver.quod
ſi ætatis eſt. C.ſi vnus ex pluribus.l.ij. [Idemq;] ver. ecce ſm quod
requiritur, ar.ad hoc j.de acc.ad petitionem.in fi. [Et eadem cā.]
ver.ecce tertium, quod requiritur, & ſumitur hoc ex l.ff.e. ſi quis
tutorio.§.fi.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Si non ſubuenitur qui ſibi metum intulit.*
2 *Grauato odioſo ſubuenitur.*
3 *Aeſtimatio nulla eſt vani & iniuſti timoris.*
4 *Metus quandoque a iudice procedit.*
5 *Arguendum eſt ex ordine verborum.*
6 *Præſcriptio per proteſtationem interrumpitur.*
7 *Quæ debeant ſeruare in appellationibus ante diffinitiuam ſententiam.*

CAP. LXXI.

SI iuſtus metus. Quaſi dicat aliud ſi iniu
ſtus,puta commiſiſti ali
quid,propter quod te timere oportet. & propter hoc
1 †non ſubuenietur , quia hunc tibi metum intuliſti,
ff.quod me.cau.ſi mulier.rñ.j. & ar.ff. ad legem Aquil.item Me-
la.rñ.j.ad fi.ſed iſte intellectus ſophiſticus eſt,ideo expone iuſtus.i.
probabilis,ſiue enim iuſte,ſiue iniuſte timeat , dummodo proba
biliter timeat, iuſtus eſt metus.i.probabilis.& ideo ſubuenitur,vt
ff.quod me.cau.l.iiij.& v.& l.nec timorem ante fi.non enim hic
conſideratur qualitas grauati,ſed æquitas iudicantis, vnde quan-
2 tumcunq; grauatus † odioſus ſit,ſubuenitur,ff. quod me.cau.iſti
quidem.rñ.j.& patet in eo,quod legi.& no.s̄.de excep.cum inter
priorem.§.j.ſinautem metus ſit minus iuſtus.i.niſi ſit probabilis,
non excuſat,vt ſi forte in comitatu principis dicat ſe timuiſſe, vt
C.de his,qui pp me.iud.non ap.l.j.ſed nec veriſimile eſt compul-
3 ſum in vrbe.ff.quod me cau.non eſt veriſimile,† ideoq; iniuſti.i.
vani timoris nulla eſt ęſtimatio,ff.de reg.iu.vani.quod dic,vt no.
s̄.quod me.ca.c.abbas.§.vnico.[Beneficium.]ſic & ad denuncia-
tionis noui operis remedium,dummodo hoc proteſtetur, & po
ſtea nunciet,ff.de ope.no.nuncia.de pupillo.§.ſi quis ipſi prętori.
[Dummodo]ver.[Infra tempus.]i.j̄.decem dies,s̄.ti.j.ꝙ ad con-
ſultationem.[Prouocatur.]hoc vult dicere hęc decre.ꝙ ſi quis iu
ſto metu perterritus non appellauerit,ſufficit eis,ſi cauſas appel-
lationis corā iudice,a quo vult appellari,exponit dicens ſic , dñe
iudex vos grauatis me in hoc,& in hoc,& in hoc.ita ꝙ exprimat
ſingulas cauſas grauaminis,in tali enim caſu quamuis non dicat
ex his cauſis appello,quia nec audet, tñ ſola expreſſio cauſarum
pro appellatione habetur,vt C.de his qui pp me.iud.non app.l.ij.
ſm d.n.tu dic,vt no.j̄.e.ſuper verbo , cauſas.Imo plus poteſt dici,
ꝙ licet poſtea coram eodem iudice citatus compareat, & proce-
dat,non propter hoc videtur appellationi factę renunciare,dum
tñ timor duret,ar.s̄.quod me.cau.c.j.C.qđ me.ca.l.ij.Sed nec cre
dēdum illi eſt,q dicit timuiſſe appellaſſe ab aliquo epō, vel ab ali
quo iudice,niſi vis īteruenerit,& ꝓbet,ff.de his qui pp me. iu. nō
ap.l.j.& ij.C.qđ me.ca.p totū,ſm d.n.cuius eſt mens totius huius
gl.niſi & alias conſtaret de tyrannide iudicis,qui forſan in conſue
tudine deduxit omnes appellantes ab eo indifferenter capere, &
incarcerare,ac male tractare,ar.ff.de pig act.vel vniuerſorum.ff.
de vſur.qui ſemiſſes.C.de epi.audi.l.iij.in fi.& in eo,quod le.& no.
j̄.de ſta.mo.c.fi.rñ.j.ver.fi.& adde quod no.in ſeq.gl.& s̄.e.ad au-
dientiam.[Coram iudice,]ſi ipſius copiam habere potuiſti, vel ſi
ipſius &c.vt ſequitur j̄.ver.j.& intelligitur hoc, qñ nō ipſe iudex,
ſed pars aduerſa metum infert,vel violentiam , plerunque enim
ſatellites aduerſæ partis impedimentum hoc præſtant,vt s̄.de te-
ſti.conſtitutis.ij.§.j.& ideo ſubuenitur,vt ibi.& C.de reb.credi. ge-
neraliter.§.ſinautem.ff.de ap.non reci.ſi cuius.in fi. plerunq; etiā
infertur a iudice metus iſte,C.de relationibus.l.j. circa medium.
& tunc etiam ſufficit,ꝙ in præſentia bonorum virorum fiat pro
teſtatio,vt j̄.le.& no.[Vel ſi ipſius.]ver.ſ.iudicis.[Copiam]nō ne
gatur hic,quin poſſit appellari ī abſentia iudicis, imo potus hoc
conceditur,vbi copia haberi non poteſt,C.quomodo & quando
iud.ab eo,C.de iud.l.fi.s̄.de ali.iud.mu.cau.fac.c.j. ſi autem copiā
illius iudicis,a quo quis vult appellare,vel eius,ad quem vult ap-
pellare habere poſſit,& ipſum non adit,ei eſt imputandum, arg.
ij.q.vj.biduum .C.de anna.excep.l.fi.niſi ex timore hoc dimittat,
vt hic,ſm d.n. cuius eſt mens totius huius glo. & adde, ꝙ not. in
4 præced.gl.& in ſeq.[Nequiuiſti.]ſubaudi, vel ipſum timuiſti,†nā
& quandoq; a iudice procedit hic metus,vt no.s̄.ver.prox.& ideo
tunc habet locū,quod hic ſequitur,vt C.de his,qui propter me.
iud.non ap.ij.vnde hæc ſumitur decret.ad idem,ff.e.tit.cum qui-
dam.igitur ſi ſine periculo poteſt adiri proprius iudex,non eſt ad
5 alium recurrendum.ſic enim eſt † ex verborū ordine arguendū,
ar.xliij.di.ſit rector.in fi.[Bonorum virorum.]puta alicuius epi,
vel alterius iudicis adhibitis teſtibus idoneis,vt le.& no.s̄.de offic.
or.paſtoralis.§.fi.& ſic patet,ꝙ tunc currit,quādoq; etiam ei , qui
non poteſt agere,niſi hoc proteſtetur,vt ibi,& hic,& xvj. qō.iij.§.
poteſt.ver.is autem.C.de anna.excep.vt perfectius.C.de epiſ.aud.
6 l.fi.& ſic interrumpitur†præſcriptio p proteſtationem.[Cauſas]
Sed contra,quia ſufficit,ꝙ dicat appello.ij.q.vj.§.forma. Sol. hoc
eſt intelligendum quando antę diffinitiuam ſentētiam ab inter-
locutoria,vel aliquo grauamine appellatur , vt patet in eo,quod
le.& no.s̄.e.vt debitus.ſm B. Sed ꝯ , quia ſm l.ante diffinitiuam
ſententiam non appellatur,niſi in caſibus,vt le.& no.s̄.eo. ſuper
eo.j.ver.leges.ſm quas & ſufficit,ꝙ dicat appello apud acta in ſcri
ptis,vel ſine ſcriptis,vel in ſcriptis ex interuallo,ff.e.ti.l.fi.in fi.& l.
ij. & tamen in hoc caſu dicit lex,ex qua hæc ſumitur , ꝙ cauſa
appellationis non exprimatur,vt C de his,qui propter me .iud.l.
ij.ante fi.vnde poteſt exponi cauſas.i.cauſam,vt ibi.ſ. generalem,
puta vt dicat ſententiam iniuſtam,vel iniquam.& ideo appellat,
in quo caſu ſi proſequatur vnam cauſam,& ſuccumbat, nihilo-
minus,poteſt ad aliam recurrere,ff.e.tit.ſcio.Vel dic,ꝙ etiam ſm
d.n.requiritur quandoq;, ꝙ in appellatione cauſa ſpecialiter ex-
primatur,puta quia appellatur occaſione grauaminis prępceden-
tis,a quo tempore ſuo appellari non potuit,ſm ll.quę appellatio
nem ante diffinitiuam ſententiam non admittūt, vt dictum eſt.
ideoq; & ſi ſentētia alias iuſta ſit,tamen ſi appellatur,ab ea retra-
ctabitur occaſione grauaminis præcedentis ſicut expreſſe proba-
tur C.de reb.cre generaliter.§.ſinautem .& in hoc caſu intelligi
poteſt,cauſa eſt exprimenda. ſm l. vt dictum eſt , quando vni-
cum eſt grauamen,& plures,ſi plura ſunt,vt hic,nec vnquam ap
pellans poterit proſequi non expreſſas.ſicut & alias le.& no.s̄.eo.
conſtitutis.j.§.fi.vbi vero appellatur ſm l.a diffinitiua ſententia
tanquam iniuſta.vel iniqua non eſt neceſſe aliter cauſam ſpecifi
care,& tunc quælibet cauſa poteſt probari,per quam de iniquita
te,vel iniuſtitia fiat fides.Illud autem certum eſt, ꝙ ſm canones
non poteſt appellari a diffinitiua ſententia occaſione grauami-
nis præcedentis , quia acquieuiſſe videtur is , qui non appellauit
ante ſententiam,cum hoc facere potuerit,nec eſt neceſſe, quan-
7 do a diffinitina ſententia appellatur cauſam ſpecificare. † In ap-
pellationibus autem ante diffinitiuam,neceſſe eſt cauſam expri
mere,& in ſcriptis appellationem porrigere,& alia plura obſerua
re,quod dic,vt legitur & no.extra do.no.eodem ti.cordi. & s̄.eo.
dilecto. §.fi.

¶De clericis peregrinantibus. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Omnes peregrini apoſtolorum limina viſitantes ſub protectione Papæ ſunt.*
2 *Licentia prælati de honeſtate petenda eſt.*

CAP. PRIMVM.

COnquerente. [Nō poſuerit]nam
ſi hoc feciſſet æqui-
pararetur appellanti.quod dic,vt no.s̄. tit.j. ad
audientiam.§.j.[Acceſſit.]ſupple maxime cā
1 peregrinandi,vt faciat ad titulum†nam & oēs
peregrini maxime apoſtolorum limina viſitā
tes ſub protectione Papæ ſunt,xxiiij. q.iij.ſi qs
Romipetas.& c.paternarum.& c.illi.ſm Gof.& le.& no.s̄.de treu.
& pa.innouamus.Hoc tamen ſm d.n.intelligi debet quando ex
cauſa accedit neceſſaria , puta ꝓ proſecutione appellationis ſuę,
vel pro vitanda oppreſſione.ij.q.vj.omnis oppreſſus.& tribus c.ſe.
& s̄.de dila.c.fi.in quo caſu & habet ius reuocādi domum, quod
dic,vt le.& no.s̄.de fo.comp.c.fi.ſed & in hoc caſu ſaltem de ho-
2 neſtate†petenda eſt licentia prælati,ſm do.n.Sed & ſi denegetur
ex quo cauſa ſubeſt,nihilominus poteſt ire,ar.j̄ de regula. licet.j̄.
de obſer.ieiu. conſilium ad fi. cum ſuis concor.alias autem non
licet peregrinari clerico,vel etiam laico.nec etiam ad apoſtolicā
ſedem accedere ſine licētia epi,vel ſummi pontificis.& ſi hoc exi
gat vtilitas accedentis,de conſec.di.v.non oportet.j̄. de voto ma-
gnæ.in Auth.de ſan.epi.§.interdicimus.coll.ix.hoc autem intel-
lige ſaluo eo,quod no. de regibus.s̄.ti.j.cum parati.& ſaluo eo,qđ
le.C.ſi per vim vel alio modo.l.j.C.de emanci.iubemus.ſm d.n.
ſm hoc ergo ad alios tantum,qui ex cauſa neceſſaria accedunt.
hæc decre.eſt reſtringēda.tu dicas,vt j̄.no.¶Tamen.]ij. pars.[Ac
cedunt.]ergo qualitercūq; accedant.nec diſtinguitur vnde ſint,
ar.ff.de of.præſ.l.iij.quod intelligas,vt le.& no.j̄.§.j.[Cum rebus]
ſi.s̄.de treu.& pa.c.ij.& j̄.de iudęis.ad liberandam.in parte deciſa.
§.ſane.ver.quorū perſonas.in prin.quod dic, vt ibi no. quinimo
& omnes illi,qui tales offendunt,dum ſunt in itinere eundo, vel
redeundo in Romana curia excommunicati,nunciantur publi
ce ter in anno.iſte tñ canon nō eſt expreſſus in iure. Sed contra
capiētes, aut ſpoliantes Chriſtianos nauigio vectos pro cauſa ho
neſta,& naufragium patientes,niſi ablata reddiderint , eſt canon
promulgatus,j̄.de rap.excommunicamus.¶Mādamus.]iij.pars.
[Poſt iter arreptum]quia plus eſt appellare facto, quā verbo , qđ
dic,vt no.s̄.ti.j.vt noſtrum.& c.dilecti. [Subtractum.]ſ.de redditi
bus,ſiue de iuribus eccleſiaſticis,vel alijs,quæ percipere cōſueuit,
s̄.ti.j.paſtoralis.ad fi.p quod intelligitur ſpoliari,vt patet s̄.de elec.
querelam.§.fi.[Vel ablatum.]ſ.de rebus mobilibus,vel immobi-
libus intelligas præſumptione,vel violētia extra iudicium,vel in
iudicio.ſecus ſi iuſte proceſſum ſit,vt patet,s̄.de reſt.ſpo.audita.§.
j.ver.quia tamen.& c.conquerente.vel ſi de redditibus aſſignetur
vicario,vt eccleſiæ ſeruiatur,vt le.& no.s̄.e.peruenit.ij. Non ergo
ſubuenitur per hanc decre.niſi quo ad ea,quæ ſunt contra talem
violentiam,



violentiam,vel alias illicite innouata.ſicut & patet ex forma lite
ræ,quæ a talibus impetratur in curia tota die.Quæ eſt ergo vtili-
tas huius iuris.nam idem debet fieri.ſi & alias cuiuſquam proba-
biliter ſaltē abſentis poſſeſſio perturbetur,vt C.ſi per vim,vel alio
modo.l.j.& ij.& ſemper habenda eſt conſideratio abſentium, &
peregrinantium qualitercunq;,vt patet s̄.ti.j.cōparati.ff. de tuto.
& cura.da.l.fi.ff.de emanci.iubemus.& no.s̄.de offi.dele.conſulta
tionibus.& poteſt reſponderi,ꝙ cum talis appellāti æquiparetur
nullus etiam ordinarius contra talem procedet etiam alias iuſte,
ex quo in propria perſona acceſſit,licet miſſio nuncij non excu-
ſaret,quod dic,vt le.& no.s̄.ti.j.dilecti .& c.vt debitus,vel forſan in
iſto caſu leuius,& planius,& ex leuioribus probationibus proce-
detur.imo & ſi aliter abſens ſit quis,nihilominus proceditur in iu
dicio contra ipſum,vt le.& no.j̄.de ver.ſig.dilecto.in fi.Hoc & qđ
dicitur in hoc capitulo intelligas,niſi ante iter arreptum præuen
tus fuiſſet,id eſt citatus ab ordinario , vel delegato ad inſtantiam
partis aduerſæ,vt s̄.de fo. cōp. propoſuiſti. vbi vero iudex eſt pars
& iudex,tunc & verba,& mens iſtius literæ locum habent,vt pa-
tet in eo,quod le.& no.s̄.ti.j.dilecti.j.De cæteris dic,vt plene not.
in ſumma.e.ti.per totum.& s̄.eo.ad audientiam.[Faciatis.] id eſt
facias cum loquatur epiſcopo Albien.tantum,vt s̄. in inſcriptio-
ne.vel dicas Cęleſtinus tertius Albien.epiſcopo.ſubaudi & coniu
dicibus ſuis,ſic.s̄.de reſcrip.ex inſinuatione.alioquin contra.j̄. de
cri.fal.quam graui.

¶De confirmatione vtili,vel inutili. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Res litigioſa lite pendente non debet in alium transferri.*
2 *Priuilegium lite pendente obtentum proceſſum iudicum non impedit.*
3 *Quod nihil eſt confirmari non poteſt.*
4 *Omnia præſumitur ſolemniter acta in ſententia.*
5 *Executio ſententiæ non debet impediri niſi in caſibus.*

CAP. PRIMVM.

SI quis. [Litigioſe]i.de cuius dño cā moue
tur inter peritorem poſſeſſorem iu-
diciali cōuentione ſecuta. C.de litig. auth.res
1 litigioſa.†quæ non debet in alium transferri
lite penden.quod dic,vt le.& no.s̄. vt lite pen.
eccleſia.j.[Confirmationem]in forma com
muni impetratam,quæ parum , aut nihil iu-
rs noui tribuit,j̄.e. cum dilecta.& c.ſe.ſecus ſi ex certa ſciētia.j̄.§.
vnico,quod dic,vt no s̄.de conſti.ex parte.ad fi.s̄. de tranſac. c.j.j̄.
ne ſede vacan.illa.de priuil.quia intentionis.[De cauſa] iam cœ
pta.s̄.de teſt.cauſam quæ.[Cognoſcere. ]& conſonat hoc legi di-
centi,ꝙ ea,quæ poſt li.conte.&c.ff.de ędi.ed.ędiles.j.§. item ſcien
dum.ſm d.n.[Et iam]ſ.cauſam.¶Sed ſi rem]ij pars.[Confirma
tionem]ex certa ſcientia conceſſam ſm quoſdam.& idem eſt in
præcedenti caſu,vt ibi no.& patet in eo, quod & no.j̄ co.c.& c.j.
[Non eſt.]ver.[Iudici]niſi ſpecialiter delegetur a papa,vt j̄.ſequi.
vel certum ſit,ꝙ per falſi ſuggeſtionem obtenta eſt,vt j̄.c.j.[Ex or
ta]ſ.ſuper beneficio vtrum ipſe licite obtineat,vel non.ſinautem
accuſaretur de aliquo crimine, ne impediretur cognitio iudicis
ſm Vincētium.Lauren.vero dixit,ꝙ intelligendum eſt hoc, qñ
quæſtio oritur ſuper iuribus confirmationis,quod omnino verū
eſt,vt le.& no.s̄.de iud.cum veniſſent. T.diſtinxit vtrum cōfirma
tio fiat ſine cauſæ cognitione in abſentia partium & in forma cō
muni.& tunc non impeditur cognitio iudicis,vt s̄.rñ.j. aut cum
cauſæ cognitione,& pręſentibus partibus & tūc impeditur , vt &
hic colligitur ex ipſa confirmatione,quia tunc ſimpliciter cōfir-
mat nulla conditione adiecta.de tali confirmatione leg.s̄. de off.
dele.quoniam abbas.& c.coram.s̄.de tranſa.c.j.s̄.de pac. quotiēs.
s̄.de teſti.veniens.j. §.fi.in prin.j̄.de teſta.Raynutius.in fi.j̄.de in-
ſti.c.iij.& hoc verum eſt,niſi ꝙ conſtet per falſi ſuggeſtionem ſit
obtenta.vt j̄.c.j.Sed ſm d.n.planior eſt intellectus,vt dicas,ꝙ ſi qs
alicuius rei confirmationem impetrat lite pen. vel propter defe-
ctum,qui erat in cōtractu,vel quia papæ auctoritas requirebatur,
nihilominus iudex in cauſa procedat,niſi forte diceretur in con-
firmatione non obſtante,ꝙ res eſt litigioſa,immo quod plus eſt,
2 †nec priuilegium lite pen.obtentum impedit proceſſum iudicū.
s̄.de teſti.cauſam.ij.s̄.vt li.pen.c.fi.j̄.de priuil.dudum.& ſic intelli
ge.s̄.rñ.j.ſi vero erat in pacifica poſ.& obtinuit confirmationem
ex certa ſcientia a papa volēte ſupplere defectum, ſi quis erat, vel
alias cum cauſæ cognitione,tūc habet locum,quod hic dicitur,
& s̄.de iud.cum veniſſent.vt ibi no. Sed nonne poteſt confirma
ri ſententia pro poſſeſſore lata,a qua non eſt appellatum , cum
iam lapſi ſint decem dies,non videtur, quia iam tranſijt in rem
iudicatam,vnde nihil operatur,vt patet s̄.de re iudi. cū inter vos.
§.fi.ſed & ſi dicas nullam eſſe ſentētiam, vt quia lata eſt a nō ſuo
iudice,s̄.de conſue.c.iij.vel quia nō eſt ſeruatus ordo iudiciarius.
3 vnde nulla eſt,vt s̄.de re iu.c.j.nec tunc valet confirmatio, †quia
id,quod nihil eſt,non potuit confirmari,ar.s̄.de ele.auditis. item
poſſeſſori non eſt actio prodita,s̄.de re iud.examinata.niſi forſan
inquiratur,vel diffametur,j̄.qui fil.ſunt legi.cauſam.ij.C.de ing.
& ma.diffamari.cum ſuis concor.Sed cōtra.xvj.q.vj.ſi epm.j̄. de
inſti.c.ij.s̄.de procu.ex inſinuatione.in fi.s̄.de pa.c.j.ſo. ſm d.n. ta
lis ſententia confirmatur.& prodeſt multum talis confirmatio,
quia ſi a non ſuo iudice prima ſententia lata fuit,vel alias dicatur
nulla.& eis,qui confirmat ex certa ſcientia iudex erat.prima ſñia
roboratur,s̄.de tranſac.c.j.nec inferior eo de ipſa poteſt de cæte-
ro cognoſcere, vt hic, vnde ſi archieps̄ cognoſcens de appellatio-
ne ſñiam confirmauit,& poſtea coram epō volente ipſam execu
tioni mandare obiiciatur , ꝙ hoc non debet fieri, quia nulla eſt,
obiiciens minime audietur,nec de hoc cognoſcet eps̄,ex quo nō
fuit ab archiepō appellatum,ſed & ſi ab archiepō appellatū fue-
rit,adhuc nō cognoſceret eps̄,ſed differret executionem quouſq;
p ſuperiorē ab archiepō,ad quē appellatū fuerit,hęc qō fuerit ter
minata , ar.s̄.de ſen.& re iud.de cętero.quinimo & plus eſt, quia
ſi prima ſñia nulla ſit,tñ per ſecundam confirmatoriam cū cau-
ſæ cognitione latam redditur prima valida,niſi & a confirmato-
ria fuerit appellatum,certum eſt enim,ꝙ ſecunda ſñia confirma
toria non eſt lata contra ius ſcriptum,dūmodo alias in eo ordo
iudiciarius ſit ſeruatus, ſed contra ius litigatoris tantum.ergo ſi
non ſit appellatum,in rem tranſit iudicatā.& ſic prima quæ nul
la erat ex vi iuris,& ſñię ſecundæ vires ſumit,vt patet in eo,quod
le.& no.s̄.ti.j.c.j.& c.cum inter vos.§.fi.& eſt ſi.quod leg. & no.s̄.
de reſcrip.paſtoralis.§.j.ſecus ſi extra iudicium,vel ſine cognitio-
ne cauſæ ſeu in forma cōi,& non ex certa ſcīa confirmetur, tūc
enim nihil,aut parum operatur.& ſic loquitur s̄.de fi.inſtr.inter
dilectos.§.cæterum.ver.fi.& adde,ꝙ no.j̄.eo c.j.& c.examinata.§.
pen.& fi. Ad hoc autem quod obiicitur,ꝙ poſſeſſori non eſt pro
dita actio.Rñ.hoc verum eſt de rei vēdicatione. porro is, qui ha-
bet ius in eccleſia , dummodo ꝯdictorem habeat, poteſt petere,
ꝙ pronuncietur ſe fuiſſe canonice inſtitutum,vt patet j̄.de pręb.
dilecto.extra d.n.de cōceſ.præb.quia in cunctis ſed & ille,qui pe
tit ſñiam confirmari,debet probare ſñiam tenere,puta quia lata
eſt a ſuo iudice,& iuris ordine ſeruato.non autem habet neceſſe
probare,ꝙ ſit iuſta,cum & iniuſta in rem tranſeat iudicatam, s̄.
de ſen.& re iud.ꝙ ad conſultationem,vbi vero non petit confir-
mationem,ſed ꝙ executioni mandetur, nihil habet neceſſe pro-
bare.& ſi alius ſe opponat,imo mandanda eſt executioni. Ratio
diuerſitatis hæc eſt,quia in primo caſu eſt actor in ſecundo reus,
& actori nō reo incumbit probatio.vj.q.v.actor. ſm d.n. & quia
4 †omnia præſumuntur ſolemniter acta,vt no s̄.de ſentē.& re iud.
5 cauſam quæ.&†nō niſi in caſibus debet executio impediri,vt no.
s̄.de ſen.& re iud.cauſam quæ.& c.ꝙ ad conſultationem. in fi il-
lud autem indubitatum eſt,ꝙ ſñia, a qua appellatum eſt,petitur
confirmari,vt C.de ap.auth.ei qui, de hoc no.ſm d.n.s̄.de of de-
leg.cum contingat.nec obſtat lex allegata diffamari,vel conſimi
les.loquuntur enim,quando non agebat directo,ſed volebat aliū
agere infra certum tempus.tunc enim fateor,ꝙ neceſſe eſt pręce
dere diffamationem ſm d.n.

*SVMMARIVM.*

1 *Confirmationum aliqua tribuit multum iuris.*

CAP. II.

DE confirmationibus. (Sicut dici-
tur) ex certa
ſcientia,& cum cauſæ cognitione obtentis alias con
tra s̄.de of.leg.ſtuduiſti.& j̄ e.ver.aut certum.& no.s̄.
1 c.j.Et no.†ꝙ confirmationum aliqua tribuit multum iuris,ſicut
patet in confirmatione electionum,per quam poteſtas tribuitur
miniſtrandi,s̄.de elec.trāſmiſſa.& c.qualiter. Aliqua vero parum
aut nihil,vt illa,quæ in forma cōi procedit,j̄.ne ſede va.illa.& j̄.e.
examinata.§.vnico. Aliqua vero vetus ius tantum declarat, ſed
tamen illud ſolidat,vt eſt confirmatio ſententiæ , & proceſſuum
in iudicio habitorum, ꝯ quos non audiuntur partes, poſtquam
cum cauſæ cognitione fuerint confirmati.s̄.de tranſac. c.j. ſuper
quo vide quod no.s̄.e.c.j.in fi.Idem eſt ſi actus legitimi cum cau-
ſæ cognitione & partibus præſentibus confirmentur,ff. de adop.
nam ita.Idem eſt de canonicis actibus ſicut eſt confirmatio.s̄.de
elec.cum monaſterium Inſtitutio.s̄.de procur.ex inſinuatione.
Secus in contractibus,qui iure gentium ſunt,ſicut emptio,& ven
ditio,& ſimiles.Inſti.de iure natu.§.ius autem gentium.Hi enim
cum ex voluntate partium pendeant, non ſpectant ad auctorita
tem iudicis,& ideo in iudicio non confirmatur,niſi & de volun
tate partium hoc procedat,s̄.de trāſac.c.j.vel niſi talis eſſet iudex
qui ſua auctoritate hoc poſſet facere,vt eſt papa, qui contractus
ab eccleſia initos quantumcunq; inualidos reddit validos,dum-
modo ex certa ſcientia confirmentur,ar.j̄.de cōceſ.præben.quo-
niam.ij.q.vj.hæc quippe.Illi autem actus legitimi, qui a iure ſunt
inuenti,& etiam canonici,vt eſt inſtitutio,& confirmatio petū-
tur bene confirmari in iudicio partibus præſentibus & cum cau
ſæ cognitione,ſi quis ſe opponere voluerit, quia nec cogitur , ſed
& ſi

& ſi nullus appareat contradictor,tũc iudex legitimo edicto pu-
a blico propoſito, [a] & nullo comparente procedet,& diffiniet negotium,confirmando id, de quo quæritur ſi iuſtum appareat ēt lite non conte.ar.ff.de adop.nā ita.& C.ſi ab hære.ſe ab.mi.auth, ſi omnes.vnde & ſi peto matrimonium pronunciari canonicū vel me legitimum,quod ex me procedit.quod eſt actus canonicus,& aliquis ſe opponat,cogitur reſpõdere,& ſi nullus appareat, ex officio proceditur,vt patet ĩ.qui fi.ſunt le.cauſam.j.& ij.& c.lator.& c.prælatum.& ſeq.in contractibus autem iuriſgentium ſi petantur confirmari in iudicio,non cogitur pars reſpondere,nec iudex poteſt procedere ante ſniam inuitis partibus, quamuis volentibus hoc fieri poſſet,ſ.de tranſac.c.j.ſm d.n. hanc ſubtilitatē non plene apprehendo.nam & ſi contractus ab initio ſunt volūtarij,ex poſtfacto tamen neceſſe eſt ipſos obſeruari,vnde videtur ꝙ & de ipſis agi poſſit in iudicio,& peti confirmatio,& obſeruatio quantumcunque pars contradicat,C.de act.& ob.ſicut in initio.ſ.de pac.c.j.& ij.[Tenere]ſic conſtrue.[Quod contra illas nõ eſt aliquatenus iudicandum]quod eſt in fi.[Niſi nouum.]&c.vt hic ſequitur.[Niſi nouum]ver.ecce primus caſus ſic.ſ.c.j. in fin. [Aut]ver.ſecundus caſus.[Certum ſit.]id eſt notorium. caue tamen ne dubium pro notorio habeas,vt le.& no.ſ.de app. conſuluit.j.[Suggeſtionem.]ſi.ĩ.de crimi.fal.ſuper eo.ſ. de conſtitutio. cum acceſſiſſent. [Non eſt.]verſicu.[Iudicandum.] non negat quin ſit examinandum.ad hoc accedit, quod legitur, & no.ſ.de re iudi.de cetero.

ADDITIO.

a ¶Propoſito.Adde tex.in c.fi.de elec.lib.vj.

SVMMARIVM.

1 *Executio reuocatur antequam de appellatione cognoſcatur.*
2 *Reſcriptum non valet obtentum tacita veritate.*
3 *Legatum vel ſtipulatio in genere facta non valet.*

CAP. III.

Bonæ me. Sententiam condemnatoriam, vt ſequitur.[Et ĩ.]ver. [Decem dies.] quod facere potuit,ſed ipſis elapſis non.ſ. de re iud.ꝙ ad conſultationem.[Iudices tamen.]ver. mandaue-
1 runt,quod facere nõ debuerunt, †vnde reuocari debet executio, antequam de appellatione cognoſcatur,vt patet ĩ. de iureiuran. venientes.§.fi.& extra d.n.de ap.vt probatio.§.nam poſt appellationem.exceptis caſibus, in quibus poſt ſniam appellatio prohibetur,quia appellatione pen.nihil eſt innouandum,vt ibi,& ſ.de ap.dilectis.§.j.in fi.& ideo iuriſdictio iudicis, a quo appellatū eſt, interim eſt ſuſpenſa,vt le.& no.ſ.de of.dele.paſtoralis,§. præterea. ſaluo eo,quod notatur ſupra de appellati.paſtoralis.rñ.j ¶[Cæterum]ii.pars.[Appellãs itinere]ſic facto,quod verbo emiſerat, approbauit,ſ.de ap.dilecti.j.[Aduerſarius.]ver.[Caute]quod facere præmutare non debet,vt aduerſarium impetratione ſupplantet, ſ.de ap.oblatę.§.j.ver.ſi vero nõ ſit.ſed ſm d.n.expone caute.i.fraudulenter.[Confirmationis]iam factæ,vel faciendæ ſm ꝙ diuerſimode legi poteſt,vt ĩ.no.[In quo.]ſ.reſcripto ꝯfirmationis.[Nulla]quia non tenebatur,vt no.ſ.de ap.oblatę.& ſ.de of.deleg. ex literis ſm d.n.alii contra,vt in ſeq.gl.[Mentio habebatur] & ideo
2 non valuit†reſcriptum tanquam obtentum tacita veritate,ſ. de reſcrip.ex parte.& ſ.de ap.ſępe.§.fi.& c.oblatę.§.j. & verſi.& quid. vbi de hoc ſm B.videtur tamen,quod nõ obſtet.quia & ſi expreſſiſſet hoc nihilominus ſuper confirmatione ſniæ facienda in cõmuni forma literas habuiſſet,ad quod ſpectat,quod le.& no.ſ.de reſcrip.ſuper literis.[Reſpondemus igitur,ꝙ]ſubaudi in caſu pręmiſſo priores literę nullius ſunt momenti. ſed ſi appellationem non tacuiſſet,valerent.ſi tamen in poſterioribus fieret de ipſis expreſſa mentio [Poſteriores]&c.vt ſ.de reſcrip.cæterum.& de off. deleg.ſuper literis. & ſm hoc expone, quod ſequitur in ſequenti §.verum.ſi dicatur.ſubaudi in poſterioribus. aliter tamen legitur ſm d.n.vt ĩ.no. ¶[Verū]iij.pars.hic mutat caſum. nam hucuſq; locutus eſt, quando fraudulenter fuerunt primæ literæ impetratæ,hic autem loquitur quando non fraudulenter, ſed bona fide, & tunc non valent ſecundæ literæ quamtumcunq; contineatur ibi clauſula nullis literis &c.niſi de primis ibidem ſpecialis,& expreſſa mentio habeatur,vt dicat non obſtan. his talibus literis ſuper confirmatione obtentis,vt ſequitur,& quaſi idem videtur dicere hæc decre.quod dicitur in illa.ſ.de ap.oblatę.vnde & hic repeti poſſunt,quæ ibi notantur ſm d.n.[Dicatur]in ſecundis lite-
† ris.[In illis†literis]per hanc generalitatem nihil reuocatur, ar. ff.
3 de fal.diuus.ſic nec†valet legatū,vel ſtipulatio ĩ genere facta, ff.de iure do.cum poſt diuortium.§.gener a ſocero.& arg.ff.de iure fiſ. ita fidei.quod dic,vt no.ſ.de do.& contuma.ex literis.& ſ.de iudi. cauſam quæ contra.[Forma]quacunq; vis generali.[Expreſſe.] ad hoc enim, vt reuocetur primum reſcriptum per ſm requiritur,ꝙ in ſecundo de primo ſpecialis & expreſſa mētio habeatur, vt no.ſ.§.j.ad fi.[Vigorem]quia hæc ſententia confirmabitur,& auctoritate ipſarum procedetur.nec ſtabitur confirmationi iam factæ [Donec de iniqua.]vt ſ.de fi.inſtru.accepimus.nec contradicit hæc litera,ſ.§.j.quia exponenda eſt litera, vt ibi no. ad finē.

[Cognitio]& diffinitio.[Habetur]ꝑ iudices,quibus ex certa ſciētia committitur per literas de confirmatione expreſſam mentionem facientes,vt ſ.vel ſm alios per iudices ad confirmationem faciendam obtentos,vt ſ. de ap.oblatæ §.j.

ADDITIO.

† Alias nullis.& vt videtur melius.

SVMMARIVM.

1 *Reſcripta,& priuilegia tutum eſt regiſtrari vel duplicari.*
2 *Vis magna eſt in verbis.*
3 *Priuilegium ſi amiſſum ſit mentem non ſufficit probare per teſtes.*
4 *Sigillum vnum quamuis auctenticum an fidem faciat.*
5 *Nihil iuris acquiritur per innouationem.*
6 *Omnes clerici poſſunt ſe opponere pro iuribus epiſcopi defendendis.*
7 *Papa reddendo ius intelligitur gratiam facere.*
8 *Prælatus a mala fide excuſatur.*
9 *Vbi eadem ratio,ibi idem ius conſtituendum.*
10 *Materia fragilior,maius periculum imminet.*
11 *Tabellio an loquatur in prima vel ſecunda perſona non refert.*
12 *Fœmina an poſſit eſſe iudex arbitrix vel procuratrix.*
13 *Miles poteſt eſſe procurator in cauſa numeri ſui.*
14 *Specialis clauſula præmiſſa facit vt ſub generali ſequentia omnia includantur.*
15 *Procurator fiſci non debet propere agere.*
16 *Serui principum habent perſonam ſtandi in iudicio.*

CAP. IIII.

Cum dilecta.[Innouari]per quod nullum ius tribuitur,ſed antiquum ſolummodo reſeruatur, vt ĩ. eodem.§.nos igitur.in fi. [Propter viarum.]verſi.[Pericula.]cum enim habetur niſi vnicum priuilegium eiuſdem tenoris non eſſet ſecurum ipſum ad ſedem apoſtolicam apportari, vt hic patet.& ſ.de fide
1 inſtrumen.accepimus.reſpon.j.& ideo†reſcripta,& priuilegia tutum eſt regeſtrari,vel duplicari,quia tunc poteſt vnum mitti, & aliud domi relinqui,ff.de teſtamen.vnum teſtamentum.& Inſt. de teſtamentis.§.penul.[Totidem.]iniungendum diximus,quod ſequitur infra.[Vt ea]ſcilicet priuilegia inſpicerent &c. vt hic ſequitur.[Diligenter.]ſcilicet in ſtilo. in ſcriptis.in bulla. & filo ſiue cera.& omnibus alijs circunſtantiis,quia multis modis caſſantur talia,vt patet ĩ.de crimine fal.licet.& cap.ſequenti. [Et tenorem.] non ſolum mentem, ſed tenorem de verbo ad verbum:
2 †nam magna vis eſt in verbis,vt hic patet,& ſ.de vſu pal.ca.fina. cum ſuis concordantiis.ad quod facit, quod notatur ſ.de teſtib. cum cauſam, quæ inter archiepiſcopum.reſpon.j. ſuper verbo, prudenter inquirens.ſub §.debet etiam iudex eſſe diligens. Eſt ar-
3 gu.† ꝙ ſi priuilegium amiſſum ſit non ſufficit probare mentem per teſtes.immo neceſſe,eſt quod tenor probetur.quod dic,vt le-
a gitur,& notatur ĩ.de priuile.cum olim.j.§.nos vero [a]. [Fideliter] vt ſi quid ibidem vitioſum apparet, vel dubium illud referrent argumenta. C.de edicto diui Adri.tol.l. fi.reſponſo.j.verſi.ſancimus ſ.de fi.inſtrum.inter dilectos. [Tranſcribentes] vocata tamen parte aduerſa,& ei facta copia,vt poſſit opponere quicquid placet,arg.in eo,quod legitur & no.ſ.de fide inſtrum.accepimus. & c.penul.& fina.& ſ.de ap.intimaſti.tali enim ſumpto auctoritate iudicis fides eſt adhibenda,vt ſequitur ĩ.§.j.ff.de admin.tuto. chyrographis.ſecundum dominum noſtrum.iſti iudices ad hoc delegati erant,vnde credendum eſt ſumpto auctoritate eorū publicato,& de hoc notatur ſ.de teſtibus. Albericus.[Reſcribentes] quanta eis ſit fides adhibenda.argumē.ĩ. de fideiuſſo. conſtitutus.
4 in fi.[Sub ſigillis.]ar. ꝙ † vnum ſigillum quamuis authenticum fidem non facit,ad idem ſ.de clericis peregri.c.j. vbi de hoc.contra.ſ.de proba.poſt ceſſionem,quod dic,vt ibi notatur,& de teſti. cum a nobis,& de fide inſtru.quod ſuper his,& ĩ.§.j.[Duximus] ꝙ ipſi diligenter executi fuerunt, ipſa priuilegia cuidam legato, qui in terra illa erat exhibentes, & ipſum requirentes, vt in teſtimonium verę tranſlationis ſigillum ſuum apponi faceret in trāſcripto,quod ipſe fecit,vt ĩ.§.j.¶[Nos autem.] ij.pars.[Tam legato] quam inquiſitoribus,vt ſequitur.alias enim non videtur,ꝙ ſigillum legati ſufficeret,cum nec ei aliquid mandatum eſſet. præſtat tamen adminiculum ſicut alias.ĩ.de ſucceſſ.ab inteſt. cap.fi. §.j.verſi.fi.fidem autem non faceret plenam,niſi & partes in hoc conſenſiſſent,ſicut legitur,& notatur ſ.de ap.conſtitutus.§.j.& ij. & de fi.inſtrumen.ꝙ ſuper his.[Sub ſigillo] argumen.ꝙ vnum ſigillum authenticum facit fidem.contra. in præcedenti gl. & ſ.e. reſpon.j.[Ea] ſcilicet,priuilegiorum tranſſcripta.[Fidem debitam] quantum ad inquiſitores debet bene fides adhiberi. nam ſcriptum auctoritate ipſorum,quibus hoc commiſſum eſt, fidē facit,dummodo,& partem aduerſam citauerit, vt notatur ſ. reſponſo.j.& probatur ĩ.eodem §.verſic.fina.& ſ.de teſtibus.ſignificauit.& cap.Albericus. quantum autem ad legatum debitum.i. honeſtum eſt,vt ei credatur,non tamen neceſſarium, cum ei nihil fuerit commiſſum,niſi & partes in hoc conueniſſent, vt notatur

ADDITIO.

a ¶Adde Feli.in rubrica de conſtitutio.



tatur ſ.eo.§.ſuper verbo,tam legato. [Licet.] verſi. [Non videremus.]nec videri poterat,quod non erat.35.q.5.ad ſedem.per vnā colum.ver.hic ergo euigilent &c.& hoc etiam ideo videri nõ po-
5 terat,quia † per innouationem nihil iuris acquiritur.ĩ. eo.§. nos igitur.in fine.& originali caſſatio per conſequens innouatio, ſicut & confirmatio caſſaretur,vt patet ſupra de ſenten. & re iudi. cum inter nos.§.j.in princip.ſ.de fide inſtrumen.inter dilectos.§. cęterum.verſi.cum igitur.& ſequenti, & patet infra eodem. cap. penul.in fine.[Quia tamen]verſicu.[C.]priorum nomen cano-
6 nici.]argumen.†quod omnes clerici poſſunt ſe opponere pro iuribus epiſcopi defendendis. & infra de rebus eccleſi. non alie. ſi quis presbyterorum.§.fina.vbi de hoc. Sed contra,ſupra de offic. delega.coram.vbi de hoc. Dicas,quod & ſi ſine cautione non habeat perſonam ſtandi in iudicio,vt ibi.habent tamen perſonam contradicendi,ne quid in præiudicium eius fiat,vt hic.& in fine. & dandi occaſionem iudici, vt aliquantulum differat, quia nec eſt in talibus feſtinandū,vt patet in eo,quod leg.& no.ſ. de ſen.& re iud.cum Bertoldus.§.poſtmodū.ſed ſm d.n.quidã dicūt iſtos canonicos ſpeciale mãdatū ab epo habuiſſe.[Per centū annos] per quos ꝯ Romanā eccleſiā præſcribitur,vt ĩ.e.§ qa vero. [Ipſa tunc.]q.d.cām differēdi præbuerūt nobis canonici alia aūt vice. hoc cum nobis videbitur faciamus, ſicut & fecit ĩ.§. j. innouanda. de ſuperbūdanti cautela.ſm d.n.[Vnde.]ver.[Iudicibus]aliis ꝗ̃ primis,vel eiſdem,quia in hoc non eſt vis.nā ēt primis credendum erat,vt patet ſ.§.j. in prin. ſed melius eſt, vt de aliis hoc ĩtelligatur,ar.ſ.de of.dele.prudentiā.rñ.j.in fi .xxxv.q.ix.apoſtolice.& fit hoc ad cautelā, vt & inquiſitio ĩquiſitioni addatur. ſed & qñq; neceſſariū eſt,vt ſ.de proba.c.pe.& fi.vel dic, vt no.ĩ.ſuper verbo, ſuper his.[Idoneum] ſi.ſ.de ap.ex parte.j. in fi.vbi de hoc.& ĩ.eo. §. pe.[Citatis.]quia partes debent eſſe pręſentes,vt no.ſ.rñ.j.§.j.& lis eſt cõteſtanda, quod innuit hæc clã,vt patet in eo,qđ le.& no. ſ.de iud. exhibita. [Super his]ſ.ſuꝑ præſcriptione allegata per canonicos.ſ.e.ver.prox.& ſic eſt iſta inqſitio altera,ꝗ̃ prima, qđ verū eſt, & ſuper dictis priuilegijs,& tunc locum habet, quod no. ſupra ſuper verbo,iudicibus. [Inquirerent]lite prius conteſtata, quod ex eo apparet,quia hic mandat recipi ꝓbationes nulla alia conteſtatione facta,vel ſpeciale eſt,quando agitur de ſtatu eccleſiæ,ĩ.eo.§.pen.in prin. ſicut & no.ſ.de teſt. cum olim. quinimo vr̃ hoc ius nouū,qđ vbi petitur innouatio priuilegiorū admittit̃, hæc exceptio non es audiēdus, quia ego præſcripſi iura,quæ tibi per priuilegiū deberi ꝯtendis. ſuper qua recipiuntur teſtes lite nõ ꝯteſt.nec ob.qđ hac exceptione nõ obſtante fuit facta ĩnouatio, vt ĩ.eo.§.nos igitur.quia nõ fuit facta iure cõi, ſed ꝑꝑ periculū cõſumptionis, ſicut ex ipſa litera colligitur euidenter. ſm d.n. puto quod fuit hic lis conte.vt patet in prin.gl. & qa iudices lite nõ conte.inquirebant,fuit ab ipſis rõnabiliter appellatū,vt hic ſeqr̃, & probatur.ſ.de iud.exhibita.vbi oĩno ſimilis ꝯmiſſio facta fuit, quare iudices iſti reputantur minus diſcreti & petitur,qđ diſcretis iudicibus iterū cõmittatur,vt ĩ.§.j.ver.ex aduerſo ꝗ̃ petitio admittitur,vt patet ĩ.§.pe.nihilominus tñ ꝑꝑ periculū ĩminens priuilegia innouantur,vt ĩ.e.§.nos igit̃.[A qbus] ſ.iudicibus appellauit, qa lit. nõ ꝯte.ꝓcedebãt & bñ fuit appellatū,vt patet ĩ pce.gl.& iõ cauſa cõmittitur ſub certa forma aliis iudicibus,vt ĩ.e.§. pe. & fi. ¶[Nuper autem]iii.pars.[Petijt iteratio.]quia & hoc prius petierat.ſ.eo.c.in prin.[Ex aduerſo]ver.[Diſcretis viris]Hic innuit, ꝙ hi,a quibus appellatum extitit ſimplices erant,& iuris ignari. vnde & lite non conteſtata proceſſerunt,vt no.ſ.e §.proxi. vel ideo hoc dicit,quia diſcretis & idoneis eſt commiſſio facienda, quod dic,vt le.& no.ſ.de of.dele.ſi pro debilitate.& c. cum te conſulen-
7 te.[Dignaremur.]No.ar. † ꝙ dominus papa reddendo ius etiam intelligitur gratiam facere.ad idem.ſ.de reſcri.ſedes.& c.nonnulli.& c.quia nonnulli.[Qui]verſi.ſ.iudices.[Reciperent]ſeruando iuris ordinem,& negotium ſententialiter diffinirent, quod & fit ĩ.§.pe.& fi. [Contra priuilegia] quibus forſan renunciatum fuerat,vel non fuerant verſæ moniales, cum tamen eps contra ipſa veniſſet,vt ſequitur.[Præſcriptionem ſubiectionis]quia eps viſitauit,correxit,& omnia alia iura epalia exercuit,ſicut in alijs eccleſijs & monaſterijs ſibi ſubiectis.Sed contra,quia aut ignorabat eccleſiam exemptam, & ſic malam fidem habuit nec præſcripſit, cum nec hoc intenderet,aut ſciebat exemptam & ſic cum malā
8 fidem habuit,non præſcripſit,ſ.de præſcri.c.fi.So.†excuſatur prælatus a mala fide,quia ius commune,quod fauorabile eſt,facit ꝓ ipſo,vt patet ĩ.e.§.pe.ver.ſubiectionem.& quia exemptio odioſa eſt, cum per ipſam frequenter peccata remaneant impunita, & detur materia delinquendi,vt patet ſ.de of.dele.irrefragabili.ĩ.de priui.cum & plantare.& c.tuarum.vnde eſt reſtringenda,vt patet in eo,quod le.& no.ĩ.de conceſ. præb. conſtitutus. & quia de facili redit res ad id,quod ſibi ab initio ius conſtituit, & natura, vt ff.de pac.ſi vnus.§.pactus ne peteret,ver.ꝙ ſi non vt tolleret, & patet in eo,quod le.& no.ſ.de excep.cum venerabilis.§.j.in fi. & facit ad hoc quod no.ſ.de exce.cum venerabilis.§.fi. [Legitimam] ſaltem xxx.an.vt le.& no.ĩ.de priuil.ſi de terra.& c.accedentibus. ſed hic addidit papa de ſaſia ſua,vt non obſtet præſcriptio,niſi cē-

tenaria.ĩ.e.§.quia vero.¶[Nos igitur.]iiij. pars.[Ciuili.] in Auth. de teſt.§.multæ.& §. hæc vero.colla.vij. ff.ad l.Aquil.in lege.C.de vſur.pupillis.l.fi.[Et canonico.]ver.ſ.de teſti.cum olim.& c.ſignificauit.& le.& no.ĩ.vt li.non conte.quoniam.[Eiuſdem æquita-
9 tis]ver.[Similitudine]†Similis.n.æquitatis ratio ſimilia iura ſuadet,ar.ſ.de conſt.nam concupiſcentiam.ſ.de reſcri.inter cæteras. ſ.de tranſla.ep.c.ij.§.j.C.de conſt.pec.l.fi.C.ad l.Fal.l.fi.ff. ad l. Aq. illud.Item ar. ꝙ teſtes & inſtrumenta æquiparantur,ſ.de fi. ĩſtru. cum Ioannes.§.porro.ſ.de teſt.cog.peruenit.j.§.j. ſm d.n.ſi hæc ſimilitudo attenditur ĩ.annum,debet eps conueniri, vel ei innouatio nunciari.Tu dicas,ꝙ in hoc caſu,ſ.qñ innouatio fit per papam,non eſt in totū,hęc ſimilitudo proſequenda.ratio diuerſitatis hæc eſt,quia per hanc innouationem nullum ius tribuitur,vt ſequitur,vnde & quicquid poteſt obiici contra antiquum priuilegium,poteſt & contra nouum,vt patet ĩ.§.pen.in fi.In teſtibus autem circa probationem executionum contra ipſos competentium poſſet periculum imminere,vt patet ſ.vt li.non conte.quoniam.rñ.j.ver.fi.& adde,ꝙ no.ĩ.ſuper verbo,innouandam.[Conſumpta]non tñ ideo quin legibilia apparerent,alioquin ꝯ ſ.de fide inſtru.inter dilectos.§.eadem.& §.inſtrumentum. & ſm hoc intellige.ff.de bo po.ſm ta.l.j.§.ſi roſæ.& ſ.de fi.inſtru.c.fi.[Sed in
10 papiro.]ideo cum materia†fragilior eſſet maius periculum imminebat,& per ꝯñs magis ſuccurrendum fuit,ar.ff.de Car.edi.l.j. §.iii.xlij.di.quieſcamus.& hoc valde notãdum eſt, ꝙ non ſolum in pergameno poſſunt ſcribi priuilegia, ſed etiam in papiro,quinimo licet materia papiri debilior ſit,eſt tamē ſecurior,quia nec ita cito poſſet falſari, cum nec de facili poſſet abradi.ſecus in per-
11 gameno,vt patet ĩ.de cri.fal.licet.§.ſexta.& ſe.†ſic nec refert vtrū tabellio loquatur in prima perſona,vel ſecunda,vt ĩ.de cõuer. cõiug.dudum.§.ſed ad iſta.[Duximus.]& negotium etiam nihilominus committimus,vt ĩ.eo.§.nolentes. §. quia vero.&c.vt ĩ.§.j. [Innouanda]maxime cum pars aduerſa præſens eſſet,vt patet ſ. §.nuper.nec aliud rationabile opponeret,quare nõ eſſet innouatio facienda.Quid ergo ſi facta ſit innouatio parte abſente, nec contumace? Videtur,ꝙ non valeat,niſi eps infra annum conueniatur,vel ei denuncietur innouatio,vt no.ĩ.ſm d.n. ſuper verbo ſimilitudine.Et eſt ratio,quia poſſet eſſe authenticum vitioſum, & præſumendum eſt,ꝙ is,quem res tangit diligentius hoc attendat, palpet,ĩquirat,& videat quam extraneus.& ideo eſt citãdus, vt no.ſ.de fi.inſtrum.c.pe.& fi.& ſ.e.c.rñ.j.vel ſaltem ei nunciandum infra annum,vt dictum eſt.Sed in hoc caſu videtur excipiēda nouatio,quæ fit in curia,ar.C.de teſta.omnium.& eſt ratio,qa per plurium manus tranſit litera,qui etiam tanquam magis experti in talibus melius perpenderent falſitatem, vel etiam latens vitium,ſi quod eſſet.ar.in eo,quod le.& no.ſ. de reſcrip. cū adeo. ĩ.de cri.fal.dura.& in eo,quod nota.ĩ.§.j.debet autem pars citari. ſi aliquibus extra curiam hæc examinatio committatur, vt no.ſ. e.c.rñ.j.ſed & vbi in curia,præſens eſt,quem res tangit dignum, & iuſtum eſt,ꝙ citetur,& expectetur,ſi aduentus eius probabilis, & proximus præſumatur,ĩ.de priui.ex parte.j.& ſi quis ſe rationabiliter oppoſuerit,audiatur,vt ſ.§.j.& ii.[Nolentes]ver.in quo papa quaſi excuſando ſe videtur facere antipophoram.q.d. non habet quis,vnde queratur,quia nullum ius nouum damus, ſed iam datum tantum ſeruamus,vt ſequitur.[Antiquum]ſ.ius, ſi quod habet.i.ꝙ habet prima facie, ſeu habere præſumitur,vt patet ĩ.e.§.j. [Seruentur.]ſic ĩ.de priui.ex parte.j.§.fi.& c. quia intentionis.xij. di.præceptis.Sic aliud eſt veterem ſinagogam reparare,quod cõceditur,aliud de nouo cõſtruere,quod prohibetur,vt ĩ.de iudæis. conſuluit.vbi de hoc.Hoc autem priuilegium ſic renouatum miſit papa iudicibus,quibus cauſam commiſit,vt ĩ.e.§.nolentes. vt & no.ĩ.e.§.fi.¶[Quia vero.]v.pars.[Noſcitur]adhibet ergo fidem priuilegio, vnde veriſimile eſt, ꝙ ad plenum fuit examinatum, nec eſt locus contradictioni, ex quo ſic per ſummum pontificē approbatur,vt patet in eo,quod no.ſ.§.prox.ver.eiuſdē.ſuper verbo,innouanda.& ĩ.§.j.ſuper verbo,procuratricem.in fi.gl.& adde quod no.in ſe.gl.[Pertinere]prima facie.nec enim hoc dicit diffiniendo,alias non fieret ſuper hoc commiſſio, ſicut fit ĩ.§.j.Vel dic,ꝙ licet conſtet de exemptione,vt hic,& no.in præce.gl. non tñ de pręſcriptione.& ſuper illa fit commiſſio,vt in ſequentibus. [Ne ius]ver.[Indefenſum]quod multum debet cauere ſummus pontifex,vt patet ſ.de ſup.ne.præ.licet.§.vnico.vnde qñq; procuratorem conſtituit,qui ipſum defendat,vt hic ſequitur. aliquãdo de ipſo proteſtatur,vt ſ.de cap.mo.c.ij.§.fi.aliqñ pro ipſo pronunciat,vt ſ.de reſcrip.ad audientiam.§.fi.ver.reſpicientes. & ſe.[Pro-
12 curatricem]ſic†ergo fęmina poteſt eſſe procuratrix, ſicut & arbiter ſiue arbitrix.ſ.de arb. dilecti.& iudex.xii.q.ij. cum deuotiſſimam.nec obſtat,ꝙ monialis eſt,nam & monachus de mandato abbatis ſui poteſt eſſe procurator.xvj.q.j.monachi.ſ.de ap.bo-
13 næ.rñ.j.& c.Nicolao.in prin.ſicut†& miles in cauſa numeri ſui. ff.de iud.filiusfa.§.veterani.nec ob.ff.de proc.fęminas.ff.de regu. iu.l.ij.C.de procu.alienam.iij.q.vj.§.tria.illud.n.r̃r verum eſt, ꝙ mulier non poteſt eſſe procuratrix.vel aliud virile officium exercere,vt ibi,fallit autem hoc,qñ habet adminiſtrationem,vt ſ. de maio.

ma.& ob.dilecta.vbi de hoc.tunc.n.poteſt eſſe procuratrix,vt hic,
ſicut & abbas,s̃.de tranſa.contingit.j̃.de cẽſi.ſopitæ, ſed & ex quo
papa ipſam ex certa ſcientia hic conſtituit, non eſt nobis ſuper
hoc amplius diſputandum,xvii.q.iiij.§.qui autem.C.de cri.ſacril.
l.ij.ff.de re iud.quidam conſulebat.s̃.de of. dele. cum viceſimũ.
vbi de hoc.[Statuebant]eidem committentes, vt cum aduerſus
&c.vt ſe.[Vt cũ aduerſus]ver.[Poſſeſſiones & iura]q.d. ſiue aga-
tur de immobilibus,ſiue de mobilibus.j̃. de teſta. relatum.ij.rñ.j.
corporalibus,vel incorporalibus,ſiue actionibus quibuſcũq;. C.
de hæ.vel act.ven.qui nondum.& l.fi. [Centenaria] quod dic,vt
le.& no.s̃.de reſcrip.cum nobis.[Ipſa.]ſ. abbatiſſa.[Super hoc &
14 aliis]præmiſſa†igitur ſpecialis clā facit,vt ſub generali ſequentia
oĩa includantur,ar.hic,s̃.de reſcri.ſedes,vbi de hoc.& prodeſt no-
torie hanc clām,quo ad procuratoria.hæc.n. forma vr̃ ſufficiens
quod dic,vt no.s̃.de do. & cõtu.venerabilis.rñ.j.[Vice nr̃a procu
ret]&c.No.hic ꝙ quamuis prælatus eccleſiæ & ſi ſit pars,poſſit eſ
ſe iudex,vel teſtis in cā eccleſię dummodo alium procuratorẽ fa
ciat,vt ar.s̃.de teſt.inſuper.s̃.de iura.ca.c.fi.vbi de hoc. tñ decẽtius
eſt,ꝙ hanc cõmittat alij audiendam.,& ſi papa ſit is,qui agit no-
mine eccleſię,vel defendit,vt hic patet,& ar.ff.de iur.om.iud. qui
iuriſdõnem.& l.prætor.ideo & imperator in re priuata; & in rę
fiſcali certos iudices,& procuratores cõſtituit,qui agant, cũ opus
fuerit,& corã quibus cauſæ hmõi agitentur.vnde ſi procurator fi
ſci priuatum conueniat,vel a priuato conueniatur, cognoſcit de
cā procurator Cæſaris,qui & rõnabilis vocatur, C.vbi cauſę fiſ.l.
ad fiſcum.vna cum pręſide prouincię.C.ſi aduer.fiſ.l.ij.nec debet
15 †procurator fiſci propere agere,ſed primo cõuincat de crĩe poſſi
dẽtẽ,& poſtea petat bona,C.vbi cāę fiſ l.j.his.n.qui ꝯueniunt,dat
facultas defendẽdi ſe q̃tũcũq; fiſc⁹ dicat ius hr̃e,C. de iu.fiſ. facul
tas. & de bo.vac.l.antepe.& pe.c.fi.lix.& ꝯ formã nõ ſeruãtib. ſed
bona occupare nolentibus reſiſtendi.C.de iure fi.prohibitum eſt.
Sinautem procurator Cæſaris conueniatur a priuato , vel ipſum
conueniat procurator fiſci de cā cognoſcit, C.ſi aduer.fiſ.l.j.cau-
ſæ,n.hominum diuinæ domus , ſiue ciuiles,ſiue criminales:ſint
ſerui,coloni,vel inquilini,cora præpoſito ſacri cubiculi,& comi-
te domorum, vel procuratorum Cæſaris agitantur. C.vbi cauſæ
16 fiſ.l.fi.Et eſt valde notandum,†ꝙ ſerui principum habent perſo-
nam ſtandi in iudicio,vt ibi ꝯ rſam generalem.Sunt & alij caſus
vt no.in ſumma.de iudi.§.quæ ſunt neceſſaria.ver.item attenden
da eſt perſona agentis,ſed hodie ſpretis his iuribus nedum præla-
ti,quibus hoc liceret,ſed etiam tpales dñi in multis curijs aliter
abutuntur. ita ꝙ merito dici poſſet oĩa Cæſar erat.i.oĩa Cæſaris.
i.dñi potentis ſunt, & adde quod no. & de hac mã s̃.de iud.cum
veniſſent.& j̃.de ver.ſig.ex parte.j.§.j. ¶Nolentes igitur.]vj. pars.
[De ſtatu]propter hoc verbum dicunt quidam , ꝙ hic procedit
li.non conteſt.quod dic,vt no.j̃.&s̃.e.c.§.j.ad fi.[Locum tutum,
& commodum.]No. hic quis locum debeat partibus aſſignari.
Tutus.ſ.reſpectu inimicitiarum.s̃. vt li.non conteſt. accedens.ij.
Commodus. reſpectu expenſarum, vt ſ.neutra partiũ vltra duas
dietas.s̃.de reſcrip.nonnulli.ſuper quo iudex æquitatem præ ocu-
lis habeat,nec vni parti in alterius pręiudicium faueat,quia non
debet iudicium claudicare,ff.de arb.ſi cum dies.§. ſi arbiter. ff. de
iud.ſi locus.Alioquin caueat ſibi de pęna,quia hodie ſi ꝯ iuſtitiã,
& conſcientiam in grauamen alterius partis alteri faueat per an
num ſuſpenſus eſt ipſo iure.extra d.n.de re iu.cum æterni.§.j.lib.
vj.& ideo in aſſignatione loci debet eſſe communis,ſi. s̃.de ap.ex
parte.j.& de teſt.cum olim.& de fi.inſtru.accepimus.[Recipias]
ſubaudi,li.conteſt.& ſic plana eſt hæc decre.alioquin ꝯ. s̃.de li.cõ
teſt.c.vnico.[Quos.]ver.[Ildeſemenſis eccleſia]duxerit producẽ
dos,vt ſeq.ſicut ex parte ipſius oblatũ fuerat,vt s̃.eo.§.nuper.[Vel
ad interruptionem.]ver.ſubaudi ex parte monaſterij allegatam.
alioquin non liceret de facto ſupplere.quod dic, vt no.s̃.de poſt.
præl.bonæ memorię.j.§.j.[Et ſi legitimam.]ver. ſ.centenariam.
vt s̃.e.§.prox.[Probauerit]ſ. Ildeſemenſis eccleſia. [Interruptio.]
quod dic,vt le.& no.s̃.de præſcri.illud.& c.auditis.[Subiectionẽ]
ver.[Ad iudices.]Sed ꝯ , quia hic petebatur ex parte monaſterij
priuilegium innouari,ad cuius petitionem fuit pręſcriptio alle-
gata,quomodo ergo ſuper eo,quod petitum non eſt maxime li-
te non conteſtata negotium diffinitur,ꝯ j̃.de ſymoni. licet Hely.
§.j.in fi.s̃.de ordi.cog.cum dilectus.§.fi.Sol.qõ de nouatione ter-
minata fuit.s̃.e.§.nos igitur.vnde intelligas, ꝙ poſtea pars ẽpi pe-
tijt ſibi monaſterium adiudicari tanquam ſitum in ſua diœceſi,
ꝯ quẽ obiiciebatur de priuilegio exemptionis , & ipſe replicabat
de præſcriptione,& monaſterium triplicabat de ĩterruptione.&
quia hæc qõ tangebat Romanam eccleſiam , dñs papa cõſtituit
procuratricem abbatiſſam,vt patet s̃.eo.§.prox.Quod autem ſic
proceſſerit res,probat mens iſtius verbi adiudicet,& illius j̃.e. §.j.
ſilentium.nam actori conſueuit res adiudicari, ſi intentionẽ ſuã
probauerit,& imponi ſilentium,ſi non probet,vt hic,& s̃.de pro
ba.in præſentia.§.fi.& c.licet.§.fi.Vel fuit hic conuentio,& recõ-
uentio,vt innuit,& no.s̃.c,§.j.Sed & quod de lite conteſtata ob-
mittitur,ſupplendum eſt,vt no s̃.e.rñ.j.vel poteſt dici,ꝙ aliud ibi,
vbi adhuc non erat aliquis conſtitutus procurator noĩe eccleſię
Romanæ,nec ius eius erat deductum in iudicium , nec partes ꝑ
poſuerant aliquid coram papa.& ideo ibi neceſſaria erat litis cõ
teſtatio.& aliud hic,vbi partes in præſentia papę proceſſerunt,qñ
quidem ſm curſum curiæ non exigitur libellus,ſed per narratio
nem factam,& ꝯdictionem ſecutam intelligitur lis cõteſtata ad
minus in electionibus. & ſic potuit committi receptio teſtium.
Vel etiam ſpeciale eſt,ꝙ ex quo agitur de iure Romanæ eccleſiæ
lite non conteſtata,fiat inquiſitio,& detur ſñia diff. & hoc quidã
habent pro euangelio,pro quibus tñ non occurrit ſic expreſſum
ius,ſicut iſtud,& C.de iure fiſ.certa.& l.ſe.lib.x.& ar.s̃.de ſup.neg.
præ.licet.ſed & conuentio omnis defenſionis facultas danda eſt.
quod dic,vt no.s̃.e.§.quia vero.ver.vt cum aduerſus. ſuper verbo
vice noſtra procuret.hic ergo ĩſtruitur iudex,qualiter det ſñiam
abſolutoriam vel condemnatoriam in prædictis.[Cum cõſtet]
forſan per confeſſionem partium.[Ipſum]ſ.monaſterium.[Cõ
ſtitutum[nam ſi non eſſet in ſua diœce.non valeret præſcriptio
ẽpi ſine titulo,qui neceſſarius eſt in talibus, cum præſumptio ſit
ꝯ præſcriptionem allegantem , & vere præſumptio eſt ꝯ eum ,q
in aliena diœceſi ſubiectionem monaſterij petit præſcriptionem
allegans.ſicut no.de hoc.s̃.de reſcrip.ad aures.& c.ſi diligenti. ſed
ẽps in cuius diœce.eſt bene præſcribit ꝯ priuilegium, cui & ſuffi-
cit pro titulo ius commune,quia maior præſumptio eſt pro ẽpo
quam ꝯ ẽpm.nam & ſi ꝯ eum præſumatur, quia priuilegium ap-
paret,pro eo tamen præſumitur.& ꝯ monaſterium,ꝙ impetratũ
fuit per falſi ſuggeſtionẽ,quia tanto tpe ceſſauit monaſteriũ , vti
eo.& ſic fatendũ eſt monaſteriũ exemptũ fuiſſe per priuilegium.
ſed & fatendum eſt ẽpm diœceſanũ ꝯ monaſteriũ & priuilegiũ
pręſcripſiſſe,ſm d.n.j̃.de priui.ſi de terra.& c.accedẽtibus.tu dic,
vt no.s̃.de exceſſi.cũ venerabilis.§.pen. & l.fin.[Priuilegium]ver.
[Corrumpendo]quia ex quo deficit principale, & acceſſorium,
& quicquid poterit obiici ꝯ antiquũ poteſt,& ꝯ nouũ,vt le.& no.
s̃.e.§.nos igitur.ver.pe.& fi.¶Alioquin.]vij.pars.ſ.ſi nõ probat lę
gitimã præſcriptionẽ,vel probat,ſed ex aduerſo probatur ĩterru-
ptio.[Eiſdẽ] ſ.ẽpo.[Sup hoc.]ſ.ꝙ petijt dictũ monaſteriũ ſibi ad
iudicari.cũ tñ per priuilegiũ euidenter petat ipsũ eſſe exemptũ,
vt s̃.e.§.quia vero.ĩ prin.[Perpetuũ]&c.vt hic ſe. [ Monaſterium
pronuncies]hæc verba rñdent illi clæ,quã habuiſti s̃.§.proxi.ver.
fi.&.ex illis vr̃,ꝙ hic fuit ꝯuentio,& reconuentio.petijt.n.ẽps mo-
naſterium ſibi adiudicari tanq̃ ſitum in ſua diœceſi,vt no.s̃.§.ꝓxi.
Sed & vr̃ abbas (alſ abbatiſſa) ipſum petijſſe cũ exemptũ eſſet li-
berũ pronũciari.& ſic plerũq; per ſñiam latã ſuppletur,& cõuin-
citur petitio præceſſiſſe. & e ꝯuerſo, vt patet hic,& in eo, qđ le. &
no.s̃.de cā poſ.cũ eccleſia.rñ.j.& §.j. & §.fi.& j̃.de ſepul. in nr̃a ꝑ-
ſentia.rñ.j.& §.talẽ.& ſeq.vſq; ad fi.& de decimis.dudũ.§.j.& §.fi.
[Noſtro]ver.[Sibi]ſ.monaſterio.[Priuilegio] innouato,vt s̃.e.§.
nos igitur,qđ miſit iudicibus,vt ipsũ ſcinderẽt,ſiue corrumperẽt,
ſi ẽps obtineret,vt s̃.§.prox.in fi.& ſi ſuccumberet monaſterio re
ſignarent, vt hic . [Reſignatio.]i. aſſignatio reddito,ſiue tradito.

SVMMARIVM.

1 *Papa eſt ſupra ius.*
2 *Conſuetudo patri familias eſt ſpectanda.*
3 *Summa eſt ratio quæ pro religione facit.*

## CAP. IIII.

AD noſtram. [Nemanſen.] alſRem anenſis eccleſiæ cathedralis.ſed & regu
laris,& ordinis beati Auguſtini.sũt.n.ibi canonici re
gulares,vt j̃.e.c.ante fi.[Laborant]& male,nã religio
ſi pñt,& dẽnt , qñ ſuo ſuperiori videbitur amoueri ab ipſis,& ad
ipſos mitti,vt patet ex̃.d.n.de priu.volẽtes.§.in eos.ver.niſi forſan.
& ſe.li.vj.j̃.de ſta.mo.cũ ad monaſteriũ.§.tales.[Religionis]qa ca
nonici regulares ſunt,vt s̃.no.[Suppreſſa]& iõ non valent lr̃ę, vt
j̃,e.c.in fi.& patet in eo,qđ le.& no.s̃.de reſcri.cũ ordinẽ. & c.ſup
literis.¶Cũ igitur.]ij.pars.[Non conſueuerit]qđ nec fieri dẽt, vt
patet,in eo,qđ le.&no.s̃.e.c.rñ.j.ſup verbo,obtinere laborabãt.Et
1 ſic no.hic ar.†ꝙ q̃uis papa ſit s̃.ius,vt j̃.de ꝯceſ.ꝑb.propoſuit. tñ ſi
ſcribat ꝯ ius,eſt ꝯ reſcriptũ prima facie ꝑſumendũ,vt s̃.de æta. &
qua.eã te.rñ.j.vbi de hoc.& j̃.c.j.§.j.& eſt vna rõ , q̃ hic tangitur.ſ.
2 qa nõ conſueuit hoc facere,vt hic dicit,& † ꝯſuetudo patriſfa.eſt
ſpectanda,vt ff.de pig.act.l.vniuerſorũ.ff.de vſur.q ſemiſſes.ſed po
tiſſime papæ,vt patet in eo,qđ le.& no.s̃.de ſen.& re iu.in cauſis.
& s̃.de tẽp.or.c.ij.[Perſonalr̃]bñ dicit.nã hoc cõſueuit, & adhuc
facit realiter tota die collegijs,&religionibus priuilegia ꝯcedẽdo,
vt j̃.de ec.ędi.ad audiẽtiã.ij.j̃.de priuil.cũ & plantare.& c.porro.&
c.ex parte.& c.paſtoralis.& c.vt priuilegia.& c.in his.& c.dudũ.&
3 ꝑ totũ.†Nã & ſumma eſt rõ,q̃ pro religioſis facit,ff.de rel.& ſum.
fu.ſunt perſonæ.& patet in eo,qđ le.& no.j̃.de do.conſultationi-
bus.[Mandamus]ver.[Taliter impetratas.]ſ. ſuppreſſa religione,
s̃.e.c.rñ.j.in fi.hoc aũt notũ eſt eo ipſo,ꝙ literæ exhibentur, vt pa
tet in eo,qđ le.& no.s̃.de vſu pal.c.fi. nã & ipſe titulus ſe oſtendit,
ff.de reſti.in inte.l.fi.fit ergo religioſis inſolubile in hac parte.nã ſi
religionem ſuã ſupprimant irritæ ſunt literæ,vt hic dicit.ſinautẽ
exprimant non ſolũ non valent,ſed tanq̃ falſarij puniũtur, vt j̃,c.
j.& ẽt in reſcripto qũq;,vt patet j̃.de exceſ.præla.q̃ ſit graue.§.fin,

SVM-



SVMMARIVM.

1 *Omnium habere memoriam,& in nullo peccare & in multo peccare potius eſt diuinitatis,quam humanitatis.*
2 *Conuentuales perpetui ſunt.*

## CAP. VI.

PORrecta. [Impetraſſe] tacita veritate , & ideo non valẽt,s̃.c.prox.ſm B. immo ex
preſſa falſitate,alias veritate,&approbatur hic in fine
capituli.& ideo tanquã falſarij puniuntur. quod dic,
vt leg.& no.j̃.eo.§.j.in fi.¶Cum igitur] ij.pars.[Non credamus]
1 † Nam omnium habere memoriam, & in nullo peccare potius
eſt diuinitatis,q̃ humanitatis, vt C.de vete.iur.enucl.l.ij.v.col.§.ſi
quid autem in tanta legum compoſitione. ſi,s̃.de reſcript.ad hæc
ſumus. [Emanaſſe] & eſt rõ,vt not.s̃.c.prox.§.vnico. [Prioratus]
ſimplices,ad quos mittuntur,& a quibus reuocantur pro ſuperio
2 ris arbitrio,vt not.s̃.c.prox.ſecus videtur de cõuentualibus,†nam
illi perpetui ſunt,vt j̃.de ſtat.mo.monachi.§.fi. Tu vero dicas idẽ
eſſe.nam & ſi tales priores ſine cauſa nõ debeant remoueri, vt ibi
dicitur,tamen leuius,& ex cauſis leuioribus remouentur, q̃ cleri
ci ſeculares,vt patet in eo,quod leg.& not.s̃.de appell.reprehenſi-
bilis.§.fin.& c.cum ſpeciali.in fi. Non eſt ergo concedendum, ꝑ
cõfirmationes huiuſmodi valeant impetrare.nam ſi hoc poſſent
non eſſent priuandi de cœtero ſine Papæ licentia, vt patet in eo,
quod leg.& not.s̃.c.j.& ij.& ita ex hoc diſciplinam regularẽ con-
tingeret impediri contra prædicta iura,& contra id,quod legi.&
no.s̃.de appell.ad noſtram.& c.de priore.[Tanquam religioſis cõ
firmantur] ergo non ſupprimunt,ſed exprimunt religionem cõ
tra id,quod not.B.s̃.eo.c.reſpon.j.in fi.[Eoſdem]alias eiſdẽ.vtrun
que legi poteſt,ſed punctatur diuerſimode,& regitur a diuerſis.nã
eoſdem punias,vel eiſdem confirmantur religioſis,& tamẽ illud
verbum punias regit , & reſpicit accuſatiuum ſupradictum illos.
[Punias] niſi omnino ex certa ſcientia fuerint impetratæ , quod
nunquam præſumitur prima facie,vt hic dicit, & hoc verum eſt.
niſi de hac decre.ſpecialem faciant mentionem,arg.s̃.de reſcrip.
nonnulli.s̃.de ęta.& qual.eam te.reſpon.j.ff.de leg iij.ſi qs in prin.
a vel niſi approbetur ſecunda miſſione [a],in auth.de manda.princ.
deinde.collat.iij.& vt nulli iudic.§.& hoc vero iubemus.collat.ix.
Quicquid tamen dicant hæc iura religioſi quotidie confirmatio
nes impetrant perſonales,ſed poſſunt reſpondere,ꝙ multa per pa
tientiam tolerantur &c.vt j̃.de præb.cum iam dudum.in fi. [Fal
ſitatis] qualiter falſarij puniantur. leg.& not.j̃.de crim.fal.ad fal-
ſariorum.¶Si vero] iij.pars.[In eis].ſ.literis. [Tacita veritate] er-
go s̃ §.proximo.loquitur quando expreſſerant veritatẽ,vt ibi no.
in fi.& eſt ſuperfluus iſte.§.quia hoc ſatis dictum erat s̃.c.prox.

ADDITIO.

a ¶ Secunda miſſione . Not.ex hoc dicto , ꝙ geminatio reſcripti habet vim clauſulæ ex certa ſcientia.Adde do.Abb.hic in fi.& eius apoſt.

SVMMARIVM.

1 *Arbitria ad inſtar iudiciorum ſunt redacta .*
2 *Sententia iudicis per ſordes,vel gratiam lata,nulla eſt.*
3 *Priuilegium cum beneficium ſit,eſt late interpretandum.*
4 *Priuata lex aliquid afferre debet.*

## CAP. VII.

EXaminata, Pars.s̃.de iu. examinata.[Super eccleſia] .i. ſup iure patronatus
eccleſiæ,quæ cauſa eſt coram iudice eccleſiaſtico ven
tilanda.s̃.de iud.quanto.[Perpendimus] verſ. [Vice-
dominus Sabinenſis].ſ.vicarius,& clericus Sabinen.enim epiſco
pus eſt vnus de ſex Cardinalibus Romanæ eccleſiæ,ſicut & Hoſt.
& Portuen.& Albanen.& Præneſtinus,&Tuſculanus.& cum iſti
continue aſſiſtant Summo Pontifici quilibet habet Vicariũ ſuũ
in ſua eccleſia reſidentem,cui committit adminiſtrationem ſpi-
ritualium,& temporalium.& talis Vicarius Vicedominus vulga
riter appellatur.& de tali loquitur hic non de laico,ſicut quidam
intellexerunt,vt patet in eo,quod leg.& no.in ſeq.glo.[Cõtra for
mam] quia non licet compromittere in laicum ſuper ſpirituali-
bus quod dic,vt leg.& not.s̃.de arbit.contingit.ſm quoſdam, ſed
iſte Vicedominus nõ eſt laicus,immo clericus,vt not.in præced.
glo.dic ergo,vt in ſeq.glo.[Iuris].ſ.libello non oblato.lite non cõ
teſt.cũ compromiſſum eſſet ſimpliciter,in quo caſu intelligitur,
1 ꝙ†ad ſimilitudinem iudiciorum arbitria ſunt redacta.ff.de arbi.
l.j.ſicut ergo ſententia iudicis contra ius lata nulla eſt, vt ij.q.vj.§.
diffinitiua.ver.item ſi contra ius.& s̃.de re iud.c.j.ſic & ſententia
arbitri,vt probatur in auth.in medio litis ſacras iuſſi.nõ fieri.§.&
2 hoc dicimus.coll.viij.†ſicut & ſententia iudicis per ſordes, vel gra
tiam lata nulla eſt.ij.q.vj.§.diffinitiua.ver.venales.& j̃.ti,j.cum ab
omni.in fi.ita & ſentẽtia arbitri,vt C.de arbi.l.iij.ſm Io,& eſt hoc
verum de vero arbitrio, quod non cadit in iudicem, & eſt ratio,
vt not.s̃.de arbi.cum tempore.reſpon.j.ſed bene poteſt arbitrator
eſſe,vt ibi not.vnde poteſt hoc intelligi, quando inique pronũcia
uit contra formam iuris canonici , hac tamen ratione ſola non
pronunciaretur ſententia irrita, ſed redigeretur ad arbitrium bo
ni viri.quod dic,vt leg.& no.s̃.de arbit,c.ij.§.fi.[Et compromiſſi]
hoc planum eſt, ꝙ hac ratione ſola conſiderata pronunciari de-
bet irrita ſententia,& inanis,vt hic ſequitur in fi.& probatur ff.de
arbit,Pedius.in fi,& l.nõ diſtinguemus.§.de officio.& in eo,quod
leg,& not.s̃.de arbit.cum dilectus.¶Vnde]ij.pars.[Non obſtante
confirmatione] & ita patet,ꝙ confirmatio in communi forma
impetrata nihil,vel modicum iuris tribuit,vt hic,& j̃.de conceſſ.
præb.quia diuerſitatem.§.j.quod dic, vt ibi not.& s̃.eo.c.j.& ij. Itẽ
arg,ꝙ deficiente principali deficit & acceſſorium, vt leg.& not.s̃.
de fi,inſtru.inter dilectos.§.cœterum.verſ.fi.[Sicut prouide] Hęc
enim verba in tali confirmatione poſita conditionaliter intelli-
guntur.q,d.ſi prouide lata fuerat,vt hic patet,& j̃.de cõceſſ.præb.
quia diuerſitatem,§.j.& j̃.c.fin.in priuilegio vero affirmatiue,ſiue
cauſatiue.s̃.de offi.deleg.quoniam Abbas. s̃.de elect,cum mona-
3 ſterium.& eſt ratio,quia†cum priuilegium beneficium ſit,late eſt
interpretandum,vt leg.& not,j̃ de dona.cum dilectus.in fi, & qa
4 ſi aliter interpretaretur,eſſet inutile. verũ cum ſit priuata lex †ali-
quid afferre debet,vt j̃.de verb.ſign,Abbate.§.contra;quod fuerat.
j̃.de priui.in his. & eodẽ modo intelligenda ſunt in cõfirmatione
ex certa ſcientia Principis impetrata,vt patet j̃.§.j. Hoſ.Iuris tuba.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus Albanenſis Cardinalis ſemper eſt.*
2 *Inferiori non licet venire contra, quando ex certa ſcientia aliquid affirmatur.*
3 *Quod eſt publicatum,non eſt neceſſe vt de cœtero oſtendatur.*
4 *Curia inſtructa non poteſt de facili decipi.*
5 *Litera contra ſtilum curiæ impetrata non valet.*

## CAP. VIII.

VEnerabilis. [Mediante Albanẽſi epiſcopo]
1 qui†Cardinalis ſemper eſt.ideo
conſiderata qualitate mediatoris præſumendum eſt,
ꝙ nullum vitiũ interceſſerit,arg.j̃.de præb.niſi eſſent.
s̃.de præſcrip.ad audientiam.§.fi.s̃.de præſump.illud.in fi.cũ ſuis
concord.[Amicabilis compoſitio] bene dicit.nã ꝙ pro decimis
daretur aliquid temporale, vel tranſactio aliqua facta ſuper hoc
tanquam ſimoniacum nõ valeret,vt patet in eo, quod leg.& no.
s̃.de re.permu.c.fi.j.de deci.ex multiplici.s̃.de tranſact.ſtatuimus.
& c.de cœtero.& c.ſuper eo.[Expreſſe adiecto] verſ.[Cõfirmari]
per hoc poteſt exemplificari,quod leg.s̃.de pact.c.ij. quod dic,vt
ibi no.[Statim] ergo a contrario non ante,& ſic fuit hæc confir
matio ſimilis contractui celebrato in ſcriptis,qui nullas vires ha-
bet,quouſque fuerit in mũdum receptus,& ſubſcriptione partiũ
confirmatus,vel ſi per tabellionem ſcribitur a partibus abſolutus,
C.de fi.inſtr.contractus.¶Verum].ij pars.[Cõfirmata] partibus
inſtantibus,& ad inſtantiam earundem,arg.j̃.de verb.ſign.in his.
in fi. & ſic omnino apparet confirmatio ex certa ſcientia proceſ
ſiſſe.vnde, & ſequitur. [Et ad maiorem] &c. q.d.ſufficiebat,ꝙ in
præſentia partium fuerat cõfirmata,ſed ad maiorem &c.vt ſ.ma
gis exprimatur hoc ex certa ſcientia proceſſiſſe.nam ex quo totus
a tenor inſeritur non poteſt dici,ꝙ aliquid ſit ſuppreſſum [a].Et † ex
2 quo ſic ex certa ſciẽtia affirmamus.non licet inferiori venire cõ-
tra,vt leg.& not.s̃.c.j.& ij.& s̃.de tranſact.c.j.Sed nunquid per hũc
tenorem in certum poteſt probari compoſitio,& ſi nõ appareat
inſtrumentum compoſitionis?Non videtur,argu.s̃.de fi.inſtr.c.j.
3 C.de eden.auth.ſi quis in aliquo documento.ſed†non eſt neceſſa
rium,ꝙ de cœtero oſtendatur ex quo eſt publicatum, vt C.de te-
ſta.publicati.j̃.de priui.cum olim eſſemus.s̃.de fi.inſtr.c.fi.de hoc
no.j̃.de verb.ſign.Abbate.§.j.& ij.ſm B. Tu dicas hoc verum eſſe
quando publicatio, & cõfirmatio in præſentia partium, vel ipſis
inſtantibus expeditur, quia nec aliter obeſt publicatio non voca
tis.Secus autem eſt in innouatione priuilegij Apoſtolici per Papã
facta.nam per tale priuilegium innouatum fit probatio, ſicut &
per antiquum,vt omnia hæc patent in eo, quod legi.& not.s̃.eo.
cum directa.§.nos igitur.verſ.eiuſdem.ſuper verbo,innouanda.Si
quæras quare aliud in priuilegijs Apoſtolicis , & aliud in alijs in-
4 ſtrumentis.ratio eſt triplex.†Prima,quia curia circa examinatio-
nem priuilegiorum plenius eſt inſtructa.vnde non poſſet de faci
li decipi , vt ibi not.inſtrumentorum autem aliorum non habet
plenam notitiam. immo & de facili decipi poſſet,vt patet in eo,
quod leg.& not.s̃.de do.& contu. cum olim s̃.de cleric,pereg,c.j.
Secunda, quia in priuilegijs agitur de facto proprio curiæ in quo
non eſt tolerandus error.in alijs vero inſtrumentis de facto alte-
rius,in quo eſt error tolerabilis,vt leg.& no.s̃.de reſcrip.ab excom
municato. Tertia, quia in priuilegijs principaliter conſiderantur
ea quæ iuris,vel quaſi iuris ſunt.ſ,conſuetudo, & ſtilus cãcellariæ.
in aliis vero inſtrumẽtis cõſiderantur præcipue ea quę facti ſunt.
in primo ergo non poteſt decipi curia,ſed in ſecundo poſſet, cõ-
probatur hoc.s̃.de appell,ſæpe. [Tenor] de verbo ad verbum. ad-
ditis tamen verbis ſm ſtilum cancellariæ,vt ſequitur. [Ipſam ta-
men]

ADDITIO.

a ¶Suppreſſum. Adde,ꝙ do.Abb.hic in primo not.expreſſe not, & eum ſequitur eius apoſtil.quod ſi in confirmatione per Papam facta ſit inſertus tenor rei confirmatæ,dicitur facta confirmatio ex certa ſcientia, etiam ſi in ea ſit inſerta clauſula ſicut ſine prauitate &c.

men] ver. [Renuiſtis].ſ.vos Rex,barones,milites,& alij homines Regni Cypri, quibus hæc dirigeret decret. [Friuolam] quæ non eſt admittenda,vt ſ̃.de app.cum ceſſante.in fi. [Cum ex eo] verſ. [Iuxta ſtilum] vere hoc erat friuolum.nam ex contrario cõtra-
5 rium ſequeretur, † nec enim valet litera contra ſtilum curie impetrata,vt j̃.de crim.fal.q̃ graui. [Tum quia clauſula] verſi. [Con ſueta] immo nec aliter valeret,vt patet in eo, quod legi.& not.ſ̃. de iudi. in cauſis. [Sicut ſine prauitate] cauſatiue enim intelliguntur huiuſmodi verba in priuilegijs,& cõfirmationibus, & ex certa ſciẽtia impetratis.in alijs autem caſibus conditionaliter, vt not.ſ̃.c.prox.¶ Mandamus] iij.pars. [Si præmiſſis].ſ.ꝙ ſi ex certa ſcientia fuerit compoſitio confirmata, nec aliud habetis contrarium contra ipſam compoſitionem &c.Hoſt.Iuris auriga.

*SVMMARIVM.*

1 *Occaſio friuola,uel calua,non eſt admittenda.*
2 *Iniuriæ non debent procedere,vnde iura naſcuntur.*
3 *Papæ honor non exhibetur, ſi factum ſuorum debito honori detrahatur.*

CAP. IX.

1 SVa nobis. [Occaſionem] † friuolam, atque caluam quæ non eſt admittenda ſ̃.c.prox.§.j.verſ.j. [Ex eo] verſ. [Quibuſdam alijs.] q̃ ſit Patriarca.ſi.j̃.de verbo.ſign.venerabili. [Contulit] nec obſtat aliquod contrarium cum hoc fuerit ex certa ſcientia confirmatum.ſ̃.de tranſact.c.j.quia hoc fecit de ſpeciali mandato Papæ. alias non videtur, ꝙ poſſit vnam eccleſiam alij ſubijce-
a re [a], vel perpetuam donationem facere quamuis beneficium vacans poſſit conferre,ex quo legatus eſt Cardinalis. quod dic,vt legi.& no.ſ̃.de offi.leg.ꝙ tranſlationem.& c.dilectus. [Eorundem] .ſ.quorundam veſtrum. [Ipſi Patriarchæ] ver.diœceſano veſtro. vt patet in inſcriptione iſtius decr.loquitur enim Abbatibus Prælatis conuentibus & clericis in Conſtantinopolitana eccleſia cõſtitutis. [Recuſant] & male,vt patet in eo,quod leg.& no.ſ̃.de offic.ord.conquerente.& c.dilectus. [Reſpondere] quaſi per prædictam collationem exempti ſint.& omnino tranſierunt in poteſtatem illorum quibus collatio facta fuit, quod omnino falſum eſt,vt patet in eo,quod leg.& not.j̃.de relig.dom.c.ij. ¶ In ſuæ].ij. pars.[Cõfirmationes] & male.nam & ſi extra ſcientia factæ ſint tamen non intendit de nouo eximere, ſed collationem tantum ſi tenet confirmare,vel ſi nõ tenet firmare,& defectum ſi quis eſt ſupplere,vt patet in eo,quod leg.& not.ſ̃.de fi.inſtr.inter dilectos. §.cœterum.& de tranſact.c.j.Multominus ſi in forma communi fuerint impetratæ,vt patet in eo, quod legi.& not.ſ̃.eo.examinata.¶ Cum igitur].iij.pars. [Iura quæ diœceſanis debentur.] quibus nunquam præiudicatur niſi hoc ſpecialiter exprimatur, vt hic patet,& ſ̃.de offi.deleg.ſuper eo.j̃.de decimis.dudum.§.fi. vbi de hoc.j̃.de ſta.mo.in ſingulis.reſpon.j.& §.ordinentur. verſic.ita ꝙ.& c.ſeq.§.ꝙ ſi Abbas.& patet in ſeq.glo. [Minui,ſiue ledi] quia
2 † non debent procedere iniurie, vnde iura naſcuntur. C.vnde vi. meminerint.j̃.de accuſat. qualiter.j. & etiam volumus ſuperiori iura ſeruari &c.j̃.de ſta.mon.in ſingulis.§.porro.& ſi iura ſua vnicuique epiſcopo non ſeruantur nihil aliud agitur,q̃ vt ordo eccle-
3 ſiaſticus confundatur.xj.q.iij.peruenit, † ſed nec Papæ honor exhibetur ſi fratrum ſuorum honori debito detrahatur,vt xcix.diſt. ecce. ideo non intendit Papa præiudicare iuri diœceſano per talia niſi hoc exprimat j̃.de priuil.paſtoralis.nec mirum, quia nec iuri alterius,vt patet in eo,quod leg.& not.ſ̃.de reſcrip.c.ij.& c.ad aures.inde eſt,ꝙ ſi aliquem ſub ſua protectione recipiat,non propter hoc a diœceſani eximitur poteſtate,vt patet j̃.de priuil.cum & plantare.§.penul.& c.tuarum.§.eos vero.& ſeq.& c.ex parte.ij. & c.vt priuilegia.§.j. & c.in his.& c.dudum. & hoc verum eſt in confirmationibus, & indulgentijs, ſiue priuilegijs ſingularibus, per quæ aliquis articulus indulgetur, & etiam in commiſſionibus,vt patet per prædicta iura,& ſ̃.de offi.deleg.ſuper eo.cum ſuis concord.ſecus in priuilegio exemptionis.quod dic, vt plene not. j̃.de priuil.cum olim eſſemus.§.nos vero.verſic.& ꝙ nulla.[Mandamus] verſic. [Occaſione huiuſmodi].ſ.friuola, vt not.ſ̃.eod.c. in prin. [Eique].ſ.Patriarchæ. [Integræ] quia nec in totum,nec in partem,nec in aliquo intelligitur ei præiudicium generatum, vt patet in eo, ꝙ legi.& not.ſ̃.eod.§.ſuper verbo,minui,ſiue lædi. [Reſpondere] ſicut & alij eiuſdem diœceſis.ſ̃.de offi.ord.conquerente.in fi.& leg.& not.ſ̃.de offi. Archid.c.fi.§.fi.

ADDITIO.

a ¶ Subijcere. Adde de hac quæſtione nunquid delegatus de latere poſſit vnire eccleſias, vel vnam alteri ſubijcere, pleniſſime per do.Abb.hic poſt iſtum,& Innocen.

## Explicit Liber Secundus lecturæ D.Hoſtienſis.

## REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ. AA BB CC.

Omnes ſunt Quaterniones, præter CC, Quinternionem.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA